97

i 11807015

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala B
175
Tabla
10

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 1
Número: 8

3
44-33

Sal. 3º
Est. II
Caj. II
Ind. 1467

Dupl.º

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

R. 14630

# MICHAELIS GHISLERII ROMANI

EX CLERICIS REGVLARIBVS
S. Silueſtri in Monte Quirinali de Vrbe,

## COMMENTARIA
IN CANTICVM CANTICORVM
Salomonis, iuxta Lectiones, Vulgatam, Hebræam, & Græcas, tum LXX. tum aliorum veterum Interpretum,

*AB AVCTORE RECOGNITA ET AVCTA duplici Elencho, pro concionibus in Euangelia totius anni altero: Et altero* CXXV. *Sermonum pro oratione quadraginta Horarum, aliorumque diuerſi argumenti.*

*OMNIBVS DIVINI VERBI PRÆDICATORIBVS VTILISSIMA.*

CVM DVPLICI COPIOSISSIMO INDICE, LOCORVM S. SCRIPTVRÆ, quæ quoquo modo in eis ſparſim exponuntur, & Rerum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA




ANTVERPIÆ,
IOANNEM KEERBERGIVM.
ANNO M. DC. XIX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ILLVSTRISSIMO

AC

REVERENDISS. DOM.

# D. ALEXANDRO PERETTO

CARDINALI MONTALTO

S. R. E. VICECANCELLARIO

## MICHAEL GHISLERIVS

*CLERICVS REGVLARIS*

*VERAM FOELICITATEM.*

BIBLIOTECA ... UNIVERSITARIA DE OVIEDO

SEDVLÆ ſacrarum litterarum lectioni vbi me dediſſem, ad
Canticum Canticorum Salomonis demum appulſus, tam-
quam ex nauigatione inſtituta mihi viſus ſum ad portum in-
uectus, in quo ſuſcepta ſtudia, ſiue ſacræ lectionis ſuauita-
te ſingulari delibuta, ſiue amoribus perfuſa, ſiue admirandis, multi-
plicibúſve ſenſibus detenta, ſiue diuinis myſterijs quaſi inſolita luce per-
ſtricta, vſque adeo conſederunt, vt in eius meditatione acerrime ver-
ſatus, præſens, præter inſtituti vota, Commentariorum volumen condi-
derim, quod tibi CARDINALIS AMPLISSIME vniuerſæ Religionis no-
ſtræ ſtudioſiſſimo dicarem. Et profecto eius Regis [a] opus, qui ſingula- [a] 3. Reg. 6.
i diuini numinis prærogatiua auguſtiſſimum, & admirandum Ieruſa-
em templum exædificauerat, tibi maxime à me debebatur, qui noſtro
rdini etiam templum erigis Sancti Andreæ Apoſtoli, certe futurum to-
o terrarum orbe celeberrimum: ſpemque mihi non mediocrem affe-
bat, fore, vt hunc de ſponſa tractatum tibi conſecratum in tuum
iam patrocinium libenter ſuſciperes, qui vniuerſæ meæ Religioni tam
ltam, ornatamque ſponſam moliris: Sponſæ enim ornatæ viro ſuo
eorumdem dedicatione ab Eccleſia ſancta diuina templa dicuntur.
uo loco etiam illud ſanctiſſimi Apoſtoli, quem vnice dilexit IESVS,
mentem reuocatur, qui ſublatum ſe dicit in MONTEM ALTVM, vt
onſam intueretur Agni: ſic enim ait ille: *Et venit vnus de ſeptem An-
lis, & locutus eſt mecum, dicens:* [b] *Veni, & oſtendam tibi ſponſam,* [b] Apoc. 21. 2.

*vxorem Agni: & ſuſtulit me in ſpiritu in* MONTEM *magnum, &* ALTVM. Et maximopere gaudeo, tanto me ſummum Deum priuilegio dignatum, vt in hac mea promulganda item Agni Sponſa ad te, ſicut inſignibus, & nuncupatione, ita dignitatis faſtigio, & virtutum celſitudine vero MONTEM ALTVM deduxerit, in quo tam alto, quam tuto etiam loco collocata ſarta (quod dicitur) & tecta ab omnibus inuidorum inſidijs ſeruabitur: & ſi non proprio, ſaltem ſublimioris loci ſplendore clarior eniteſcet. Hilari igitur fronte haſce ingenij mei primitias tibi intimo corde oblatas, ac debitas accipe, CARDINALIS AMPLISSIME, ſimulque cum opere emancipatum auctorem tanto beneficio proſequare. Interim ſummum Deum aſſiduis precibus ſimul cum tibi deditiſſima mea Religione rogabo: vt qui, [c] S. Ioanne Apoſtolo docente, ſupernorum ciuium eſt, & vocatur templum in cælis, tibi diuini templi conditori ſit retributor. Et, ſi verum eſt, quod ſcribit Seneca, [d] nihil aliud eſſe, beneficium dare, quam Deum imitari: ipſe idem tibi ita in bene merendo ſua veſtigia proſequenti, vt lucri loco ducere videaris, pietatis nomine ſumptum facere, tantæ moli meis ſuccumbentibus viribus, munificentiſſime rependat, teque in longiſſimum æuum ad magnificentiora & peragenda, & ſortienda nobis, ac toti Eccleſiæ incolumem ſeruet.

c *Apoc. 21. 22.*

d *Lib 3 de beneficijs cap. 15. Tertullianus in Apolog. aduerſ. Get. cap. 39.*

A D

AD

# LECTOREM.

DVM iterum, candide Lector, proxime à me euulgata in Canticum Salomonis Commentaria prælo committere cogor; (nimirum diuinæ potius benignitatis, quàm meæ virtutis ſuffragiis primis eorumdem editionis annis, confeſtim ita copioſus illa quaſi certatim petentium concurſus confluxit, vt nullum ipſorum iam fuerit eiuſdem impreſſoribus relictum.) Quo ſacris concionatoribus, à quorum nonnullis, quibus tribuo plurimum, ad id ſæpiſſime hortatus, ne dicam impulſus, aliqua ex parte pro viribus ſatisfacerem, necnon maiori quorumuis ea legentium commodo conſulerem, duos Elenchos nouæ præſenti editione addendos duxi. Alterum videlicet ſuper Euangeliis dierum Dominicarum, omnium ſacræ Quadrageſimæ feriarum, totiuſve anni dierum feſtorum, & communis ſanctorum. Alterum centum viginti quinque Sermonum pro piis quadraginta horarum orationibus, cum plurimis aliorum argumentorum ſermonibus pro variis in dies contingentibus, vt ex tabula vtrorumque Elenchorum quiſque intelligere poterit. Quoad Euangeliorum Elenchum, in vnaquaque cuiuſuis Euangelij parte inuentionis ritu, non vnam, ſed plures animaduerſiones adnotaui; ac niſi ab iis mihi neceſſario recedendum non fuiſſet, quæ in præſenti libro ſparſim continentur, vtique plures attuliſſem. Sæpe etiam eædem animaduerſiones, ſeu eadem motiua, ijdemque (vt vulgato vtar nomine) conceptus à me repetita fuere, & diuerſis aptata Euangeliis, duobus præſertim nominibus; tum quia ea inſinuando ingenioſis concionatoribus iis vti ſit integrum; licet res ipſas, quas in præſenti opere congeſtas repererint, aliis in concionibus ab illis vſurpatas prætermiſerint, præſertim cum conſimilibus, & longe melioribus ſagax ſcateat ingenium; tum etiam quod ſæpe vſu veniat, vt alicui ſolam vnam concionem ſuper vno aliquo Euangelio conflare opus ſit, nec videatur expedire, vt iſtis quodammodo defraudentur animaduerſionibus. Præſtitum hoc inſuper in poſtrema hac editione, vt loca ſacræ Scripturæ in hoc opere typographi incuria male & vitioſe citata vel omiſſa priſtino candori reſtituta ſint, ac addita. Reliquum eſt nunc, benigne Lector, vt grato animo præſentes meos labores, & lucu-

*brationes ſuſcipias; exploratumque habeas tibi ex ijs facultatem ſuppeditari, cuiuſuis generis Conciones, & Sermones vel ex improuiſo componendi. Id vnum te rogatum velim, vt ijs, quæ tibi in hiſce noſtris Elenchis ſubminiſtrantur vtens Cantici Canticorum ſententiis, quoad fieri poterit, præſertim ſi iuuenilem adhuc non exceſſeris ætatem, à nominibus abſtineas Sponſi, & Sponſæ; ſed pro eorum vice dulciſſimum Ieſum, Animæ, ſeu Eccleſiæ dilectum, Animam ſanctam, vel ſaltem cæleſtem ſponſum, & ſponſam Dei, & alia huius generis epitheta adhibeas. Interim vale, & eumdem ſummum Deum pro tua pietate roges, vt me ſingulari ſtudio de diuino amore ſcribentem eiuſdem aliquo igniculo inflammet, atque dignetur.*

---

## *CENSVRA.*

Infraſcriptus S. Theolog. Licent. Archipresbyter Eccleſiæ Cathedral. & Librorum Cenſor ordinarius in Ciuitate Antuerpienſi, Commentarios hos in Cantica Salomonis, à MICHAELE GHISLERIO doctè ac ſubtiliter concinnatos, & per eumdem recognitos, duplicique Indice auctos, recudi in hiſce Prouinciis tutò & vtiliter poſſe iudicaui. XX. Augusti M. DC. XV. In Seminario Epiſcopali.

LAVRENTIVS BEYERLINCK.

PRÆFATIO

# COMMENTARIORVM

SVPER LIBRVM

# CANTICI CANTICORVM.

## *De huius libri Auctore.*

### CAPVT PRIMVM.

SACRI Libri, ad cuius explicationem omni animi contentione, ardore ingenij ſum obnixus ( ita meos conatus aſpiciat Deus ) vt mortalium omnium ſingulari diuini numinis munere ſapientiſſimum Salomonem , ita eiuſdem ſancti Spiritus afflatu auctorem extitiſſe , cum nemo in præſentia ambigit, neque antehac veritus fuit , tum proprium eius nomen in ipſo operis titulo collocatum apertiſſima ſignificatione declarat. Illud potius grauiorum etiam virorum animos ancipiti cogitatione diſtrahit : Vtrum idem Rex Salomon Regij Prophetæ Dauid filius ſumma præter naturæ vires doctrinarum eruditione præditus, & eximius carminum , canticorumque ſcriptor , de quo in libro tertio Regum dicitur: a *Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni , & prudentiam multam nimis , & erat ſapientior cunctis hominibus : Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas , & fuerunt carmina eius quinque millia :* qui in præſenti opere exarando organum fuit Spiritus ſancti , ita eiuſdem Spiritus organum extiterit , ſicut impios quoſdam fuiſſe legimus , vt Balaam in lib. Num. & Caiphas in Euangelio Ioannis. Enimuero ex capite 11. Libri 3. Reg. b aperte colligitur , illum ipſum Salomonem , qui olim immortali Deo chariſſimus fuerat , deinceps ob execranda , in quæ ſe ingurgitauit, flagitia effuſiſſimæ libidinis, & impuriſſimæ idolorum ſeruitutis, infenſiſſimum euaſiſſe. Ex cuius controuerſiæ occaſione diſputari hoc loco à nonnullis conſueuit : An Salomon ante obitum ex contractis culpis inuſtas maculas, venia intimè, ac piè implorata, impetrataque, eluerit : cum nihil certi ex ſacris litteris colligi hac de re poſſit; ideoque adhuc ſub iudice lis ſit, pro vtraque parte ſacris doctoribus diſſerentibus : tametſi communiori tum Patrum, tum Scholaſticorum, tum etiam expoſitorum recentiorum, quin & communi Hebræorum ſenſu, meoque iudicio probabiliori ſententia in affirmatiuam, ac benigniorem partem propendendum ſit. Parum tamen, quicquid hac de re aſſeueretur, ad rem noſtram facit, ſi ſupponamus id, quod apud me certum eſt, opus iſtud à Salomone compoſitum, cum Dei gratia inſignitus eſſet : ideoque Spiritus ſancti organum ſanctum, atque diuinum exiſtimandum, prout illum appellat S. Gregorius Nazianzenus Orat. XI. vtpote diuino Spiritu plenum tunc potiſſimum, cum hæc ſcripſit, iuxta explicationem Eliæ Cretenſis in Scholiis ſuper citatum locum Nazianzeni. Quod ad rem noſtram facit, illud eſt, vt quæramus: Quo tempore Salomon Summo Deo acceptus eundẽ confe-

a 3. Reg. 4. 29.

b 3. Reg. 11. 1.

*An Salomon ante obitum egerit pœnitentiam.*

Greg. Naz.

cerit Librum, ante illius offenſas, vel poſtea: & quod idem eſt; In iuuentutene, an in ſenectute, mortique proximus. Siquidem ſenem illum in plurima ſcelera prolapſum habemus manifeſte

c 3. Reg. 11. in tertio libro Reg. vbi dicitur: *Cumque* [c] *iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius: ſed colebat Salomon Aſtarthen, &c.*

## *De tempore, quo liber iſte conſcriptus eſt à Salomone.*

### CAP. II.

CVm de fide conſtet, tres eſſe ſacros Salomonis libros, quos ſacris in litteris ſibi inuicem ſubſequentes habemus, librum Prouerbiorum, librum Eccleſiaſtes, & librum iſtum Cantici Canticorum, quem vltimo loco collocatum videre eſt ex ordine, quo in Biblijs diſpoſiti reperiuntur, arbitrati ſunt nonnulli, in vltima ætate, & poſtquam à delictis reſipuiſſet, Salomonem hunc librum compoſuiſſe, poſt librum Eccleſiaſtes, quem item, vbi humanarum voluptatum, quibus antea delibutus à diuinis præceptis defecerat, fucatam, falſam, corruptiſque illecebris delinitam ſpeciem, fluxaque humana omnia cœleſti quodam appulſu intellexiſſet, & ad Dei dilectionem ab ijſdem abſtractam, & penitus auulſam mentem traduxiſſet, ab eodem conflatum, ex communi Hebræorum ſententia aſſerit B. Hieronymus in principio ſuorum Commentariorum in eumdem librum. Confirmantque hanc ſuam opinionem duplici potiſſimum medio. Primum ex communi Sanctorum Patrum affatu, quod apud eumdem Hieronymum loco citato videre eſt, quove aſſeritur, Salomonem in tribus libris conſcribendis quaſi per gradus quoſdam ad perfectionem deducere voluiſſe: ideoque primo in libro Prouerbiorum, quem pro incipientibus compoſuit, filium inſtruxiſſe, permittens illi rectum mundanarum rerum vſum. Tum in libro Eccleſiaſtes ad altiorem gradum proficientium incipientes ipſos eleuans, filiumque iam maturioris ætatis effectum de Ethicis, & moralibus euehens ad Phyſica, & ad naturalium cognitionem, à mundanis hiſce vniuerſis, vt à vanis rebus eumdem abſtraxiſſe: Ac demum in libro Cantici Canticorum, quem pro perfectis confecit, illum ipſum iam conſummatum virum, calcato ſæculo præparatum, & de phyſicis ad ſacram perductum Theologiam, cœleſtis ſponſi iunxiſſe amplexibus. Alterum vero medium, quo ad eamdem ſententiam confirmandam ijdem vtuntur, ex congruentia quadam deſumptum eſt: quia nimirum congruum admodum videatur, vt Salomon in ætate iam prouecta illum conſcripſerit librum de Dei erga Eccleſiam amore ſub parabola, & allegoria amoris humani; quando animum iam à perturbationibus, & paſſionibus liberum, & penitus ſeiunctum haberet.

*Librum Canticorum ſcriptum Salom[…] vltima[…] te, al[…] ſenten[…]*

Mihi magis arridet altera eorum ſententia, qua aſſeritur, Salomonem librum hunc effe- 3
ciſſe, antequam deprauatum eſſet cor eius; idque exinde quaſi pro certo perſuaſum habeo, quod cum ipſe, prout infra explicabitur, ita parabolam iſtam contexuerit, vt in perſona ſua Deum Incarnatum, Chriſtumque, cuius typum etiam in Pſalmis geſſiſſe nouimus, repræſentarit, quemadmodum colligitur ex ijs, quæ dicuntur in capitulo tertio: *En lectulum Salomonis, &c. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon, &c.* &: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in Diademate, &c.* Sane ex nomine dilecti, quo ſuam exprimit perſonam, iure optimo illud tanquam exploratiſſimum habendum duco. Enimuero conſonum rationi eſt, vt eatenus hoc ſibi arrogauerit Dilecti nomen, quatenus eodem vocabulo apud vniuerſum populum inſignitus eſſet. Certum eſt autem, tunc duntaxat illum eo nomine inſignitum, cum & diligeretur à Domino, & viciſſim ipſe diligeret Dominum, quod colligitur ex

*Libr. Can[…] Cantic. Salomon ſcripſit an[…]tequam p[…] caret ſcel[…]bus libid[…]nis, & i[…]lolatriæ.*

*Dilecti [...]men quo[...]do congr[...]rit Salom[...]*

a 2. Reg. 12. 25. cap. 12. libri ſecundi Regum, vbi pro iis, quæ in vulgata ſic habentur, [a] *Miſit in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius Amabilis Domino, eo quod diligeret illum Dominus:* Hebr. & Sept. ſic legunt: *Miſit, &c. Et vocauit nomen eius Dilectum Dei propter Dominum*, ἕνεκα κυρίου, ob Dominum, & Domini gratia, quod tripliciter intelligi poteſt. Vel quia Dominus illum diligeret: ideo enim tali nomine honeſtari voluiſſe, prout intellexit noſter Interpres, &

Hieronym. communiter Hebræos pariter intellexiſſe, aſſerit B. Hieronymus in libro Quæſtionum, ſeu Traditionum Hebraicarum in libr. 2. Reg. cap. 12. Vel Dominum paſſiue, qui ſcilicet diligeretur, vel diligendus eſſet ab ipſo, vt Dominus nomine dilecti iam ex tunc ab incunabulis eum inſignierit, prægintelligens, ſe ab ipſo ardentiſſima diligendum charitate. Porro, ſi oſtenſio dilectionis, probatio eſt operis, vt ait Gregorius Papa, &, ſi tunc patet, aliquem Deum impenſius amare, quando ſtudioſius eius ſeruat mandata, vt ſæpius in Euangelio teſtatus eſt Dominus Ieſus: profecto, tunc maiori Salomon Deum amore proſecutus, atque Dilecti nomine nuncupatus, cenſendus eſt, cum iuxta ea, quæ habentur in 3. libr. Regum in iuuentute totum ſe Deo emancipauit ad amplificandum eius cultum, atque ad ædificandum nomini eius templum illud auguſtiſſimum, quando vni innixus Deo hæc ad illum habuit

b 3. Reg. 3. 7. verba: [b] *Et nunc Domine Deus tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum, & introitum meum, &c. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum.* Vnde bene in eodem capi-

c 3. Reg. 3. 3 te dicitur. [c] *Dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid.* Tertio demum, quod dici-

tur,

tur, iuxta Sept. *Et vocauit eum Teddidi*, id eſt dilectum ob Dominum, ſeu Domini gratia, intelligi & eo pacto ab aliquibus ſolet, vt dilecti nomine is nuncupatus ſit, quia Dominus eum fecit dilectum toti populo; cui ſenſui fauet, quod auctor libri Eccleſiaſtici, quaſi hæc ipſa referens dicit.[d] *Ad inſulas longè diuulgatum eſt nomen tuum, & dilectus es in pace tua.* Tunc ergo veroſimilius eſt, eum hoc Canticum amoris conflaſſe, & vulgatum ſuum ſibi adſcripſiſſe Dilecti nomen, cum & maiori dilectione Deum proſequeretur, & propter eximiam, quam vndique præſtitit pacem, ab vniuerſo diligeretur populo, ideoque Dilectus communi diceretur aſſenſu. Conſtat autem ex libris Regum, poſt lapſum eius in ſcelera, poſtque defectionem eiuſdem à dilectione, ceſſaſſe illico pacem, quam eouſque ſeruarat, vnde in capit. 11. poſt enumerata eius deteſtabilia crimina ſubiicitur ſtatim. [e] *Suſcitauit autem Dominus aduerſarium Salomoni Adad Idumæam, &c.* Et infrà. *Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon filium Eliada*: Ieroboam etiam tunc ab illo deſciuiſſe, ibidem dicitur. His addo, & illam quoque confirmationem huius ſententiæ, quæ communiter deſumitur ex [f] 3. lib. Reg. atque ex libro Eccleſiaſtici, vbi prius ea, quæ conſcripſit, narrantur opera, tum referuntur & ſcelera. Quod enim dicitur ab iis, qui aliam ſequuntur ſententiam de frequentibus in Scriptura Sacra anticipationibus, & recapitulationibus, gratis, meo iudicio, dicitur hoc loco.

[d] Eccl. 47. 17.
[e] 3. Reg. 11 14. & 23.
[f] 3. Reg. 4. Eccl. 47. 18.

Reſtat igitur, vt confirmata opinione iſta, qua aſſeritur, hunc librum à Salomone conſcriptum in iuuentute ante lapſus criminum, iis ſatisfaciam rationibus quibus alia opinio nititur, & quidem prima, quæ deſumitur ex ordine, quo libri à Patribus poſiti reperiuntur in ſacro volumine, non probat, quod in ſenectute poſt pœnitentiam à peccatis liber iſte compoſitus ſit, niſi iuxta Hebræorum ſententiam ſupponatur, in eadem ætate confectum & librum Eccleſiaſtes, qui immediatè illum præcedit, quod ita eſt dubium apud Patres, ſicut & hoc, quod modo controuertimus. Adde, quod ex libro Pſalmorum manifeſte colligitur, haud tutum eſſe, arguere tempus, quo liber aliquis conſcriptus ſit, ex ordine, quo diſpoſiti reperiũtur in Bibliis, quin, ſi in hac diſpoſitione ſeruandus eſſet temporis ordo, ſane liber Iob ex primis eſſe deberet. Neque vero confirmatio eiuſdem primæ rationis, quam illi deſumunt ex communi Sanctorum Patrum afflatu, quidquam hac in re habet virium: nam Patres Salomonis libros perpenderunt iuxta ordinem eruditionis, qua ſecundum Philoſophos prior eſt Ethica, ſecunda Phyſica, ac demum tertia Metaphyſica, vt videre eſt apud B. Hieronymum loco citato: ſecundum quem ordinem à primis itidem Patribus ijdem diſpoſiti ſunt. At ex ordine doctrinæ haud neceſſario infertur & ordo temporis. Quinimo ſecundum Hebræorum opinionem, quoad ordinem temporis, Canticorum liber ceteros præcedit: [a] cenſent enim, Salomonem hunc compoſuiſſe in adoleſcentia; in prouectiori vero ætate conſcripſiſſe librum Prouerbiorum, ac demum in ſenectute vltimum compoſuiſſe librum Eccleſiaſtes.

[a] In lib. Seder Holam.

Secundæ eorum rationi, quæ nitebatur in congruentia quadam, crediderim iam ſatisfactum, cum oſtenſum ſit, multo fuiſſe congruentius, vt in adoleſcentia librum iſtum compoſuerit, quando ardentiori charitatis igne eius flagrabat cor, quando & ob internam à perturbationibus, & paſſionibus pacem, multo magis eidem & Pacifici, & Dilecti nomen, quam ob externam pacem, propter quam dilectum eum dixi ab vniuerſo populo, conueniebat: tunc enim neutiquam malorum habituum radices habebat in corde, quas certe, etiam poſt pœnitentiam, vel in decrepita ætate adhuc haud penitus euulſas in eo fuiſſe, admodum eſt veroſimile. Nouimus autem, in libro Sapientiæ dictum, [b] in cordis ſimplicitate Deum eſſe quærendum, atque adeo & de eodem tractandum. Cenſuerim itaque è contrario, Salomonem librum iſtum cum purus adhuc eſſet adoleſcens, primum exaraſſe: prouectiorem vero librum Prouerbiorum, ac tertio loco librum Eccleſiaſtes. Nec mihi hunc fingo ordinem, ſed ex enumeratione eorum librorum facta in libro Eccleſiaſtici eundem deſumo: Sic enim ibi enumerati habentur: [c] *In cantilenis, & prouerbiis, & comparationibus, & interpretationibus miratæ ſunt terræ:* quibus in verbis cantilenarum vocabulo liber iſte deſignatur, qui inter eius Cantica præſtantiſſimus Cantic. Cantic. dicitur: Vocabulo autem prouerbiorum, & comparationum ſecundus liber, qui nedum prouerbiorũ eſt, ſed & comparationum, quas frequentiſſimas in eo eſt reperire: & denique vocabulo interpretationum tertius ſignificatur liber appellatus Eccleſiaſtes, & Concionatoris, ad quem ſane ex officio ſpectat interpretatio ſermonum, quam Apoſtolus [d] numerat inter munera Spiritus ſancti.

[b] Sap. 1. 1.
[c] Eccl. 47. 18.
[d] 1. Cor. 12. 10.

## *Quis fuerit Salomonis ſcopus, aut finis in hoc opere conſcribendo.*

### CAP. III.

*Liber Cant. Cant. propheticus. Errores quo ad materiã huius libri.*

SVppoſito eo, quod apud Catholicos de fide tenendum eſt, librum iſtum nedum eſſe Sacrum, atque Canonicum, ſed & eſſe Propheticum, vtpote diuino, & prophetico ſpiritu conſcriptũ à Salomone, quem propterea Epiphanius hæreſ. 67. appellat Prophetarum beatiſſimum; haud operæ pretium eſt, vt eorũ recenſeam, & confutem hæreticas, abſurdaſue opiniones, qui nihil ſpiritus in eodẽ lib. agnoſcunt. Videantur tres circa hanc materiã antiquorũ hæreticorũ ſententiæ apud Theodoritũ in eius Præfatione Cõment. ſuorũ ſuper Cant. quas & recẽtiores hæretici denuo ſuſcitarunt. Quamquã præter tres illas aſſerentes, Scopũ Salomonis hic eſſe deſcribere duntaxat

*Epiphan.* *Theodor.*

*a 3. Reg. 4. 32.* *b Eccli. 47. 18.* *Hieronym.* *Greg. Naz.* *Baſilius.* *Origenes.*

*Liber Cant. carmine eſt compoſitus. Liber iſte compoſitus in modum Dramatis.*

eſt: nam præterquam quod nomen ipſum Cantici Canticorum id arguit, præſertim cum in tertio libro Regum [a] vocabulo Carminum, & in libro Eccleſiaſtici [b] nomine Cantilenarum, Græcè ᾠδῶν, eadem Cantica appellata reperiamus, communis eſt ſanctorum Patrum conſenſus, vt probat B. Hieronymus Prologo in lib. Iob. Attamē quodnam carminum, & quale metri genus id ſit, affirmari nihil certo poteſt; cum nec apud peritiſsimos Hebræorum id conſtet. Illud ſane exploratiſsimum eſſe vnicuique debet, qualicunque liber iſte conſcriptus ſit metro, dramatice eum fuiſſe à Salomone compoſitum vt egregium, atque perpulchrum Drama: vnde Gregorius Nazianzenus Oratione in dictum Euangelicum Canticum Canticorum Drama ſponſale, ſeu nuptiale appellat. Et Baſilius quoque in ſuis Commentarijs ſuper illud Iſaiæ 5. *Cantabo dilecto meo canticum dilecti mei*, ait, Canticum Canticorum nuptiale eſt carmen dramatico opere prætextum: id quod ante iſtos aſſeruerat Origenes homilia 1. ex duabus in Cant. & Prologo item homil. 1. ex 4. vbi declarat peroptime, qua ratione hoc Canticum ſit dramatice cōpoſitum, & quid ipſum ſit Drama, dicens: „Libellus hic, ſeu Epithalamium, id eſt nuptiale carmen, vel Canticum in modum mi„hi videtur Dramatis à Salomone conſcriptus, quem cecinit, inſtar nubentis ſponſæ, & erga „ſponſum ſuum, qui eſt verbum Dei Patris cœleſti amore flagrantis: Adamauit enim eum ſiue a„nima, quæ ad imaginem eius facta eſt, ſiue Eccleſia. Fitque ſermo ab ipſa ſponſa, non ſolum ad „ſponſum, ſed etiam ad adoleſcentulas, & rurſum ſponſi ſermo non tantummodo ad ſponſam, „ſed etiam ad amicos dirigitur ſponſi. Et hoc eſt, quod ſupra dixi, Carmen hoc nuptiale in modū „Dramatis eſſe conſcriptum. Drama enim dicitur multarum perſonarum cantilena, vt in ſcenis „agi fabula ſolet, vbi diuerſæ perſonæ introducuntur, & alijs accedentibus, alijs etiam diſcedentibus, à diuerſis, & ad diuerſos textus narrationis expletur.

Fauere huic Origenis, aliorumque Patrum ſententiæ videtur & ipſa Eccleſia, dum in officio B. Mariæ, & in officio cuiuslibet alterius ſanctæ Virginis eam canit Antiphonam; *Ante thorum huius Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis*; excitans fideles quoſque, vt in honorem B. Virginis, quæ iam ad nuptiarum thalamum peruenit, ea frequenter concinant cantica, quę Salomon iam multis antea ſæculis in modum dramatis canenda propoſuit, quod & facto ipſo facimus, cum in eodem officio complura ex hoc cantico deſumpta concinimus, & recitamus. Quo loco notandum eſt, drama eſſe vocem Græcam tantumdem ſignificantem, atque apud Latinos, actio, & repræſentatio, à verbo δρᾶν, quod eſt, ago, ſeu repræſento; vnde & Comœdiæ, & Tragœdiæ, quæ in plures actus diſtinctæ ſunt, ſicut & plures habent perſonas, quæ loquuntur, Dramata dicuntur. Atque adeo, tametſi proprie nec Comœdiā, nec Tragœdiam Canticum iſtud noſtrum dicere valeamus, neque ſit etiam inſtar aliorū epithalamiorum, in quibus iucunda duntaxat, proſpera, & glorioſa canuntur ſponſarum, cum in eo, nedum laudes, & proſpera, ſed & aduerſa, quæ contigerunt ſponſæ, exponantur.

*Drama quid ſit.*

Qualecumque tamen id ſit, in ſuos actus diſtinctos, eoſve quinque diuidi illud poſſe crediderim; vt primus actus ſit à principio primi capitis vſque ad verſ. 8. capitis ſecundi. Actus ſecundus à prædicto verſ. 8. verbiſque illis, *Vox dilecti mei*, &c. vſque ad verſ. 7. capitis tertij. Actus tertius à verbis illis, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum*, &c. prædicti verſ. 7. vſque ad verſ. 2. capitis quinti. Actus quartus à verbis iis, *Ego dormio, & cor meum vigilat*, &c. prædicti verſ. 2. vſque ad verſ. 10. capitis 6. Actus denique quintus à verbis illis, *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem*, &c. prædicti verſ. 10. vſque ad finem capitis octaui & vltimi.

*Drama huius diſtinctum quinque actus, quę dicuntur.*

Carmen Bucolicum, ſiue Ecloga paſtoralis ab aliquibus nō immerito dicitur drama iſtud; paſtorales namque perſonæ in illo loquuntur, paſtorales ſunt, quibus vtuntur, ſimilitudines, paſtoralia & colloquia, vtpote de paſcuis, de gregibus, de fontibus, de hortis atque de vineis. Et congruentiſſime Paſtoris aſſumpſit perſonam, dum in Cantico iſto perſonam ipſe ageret Chriſti, vt iam explicatum eſt ſupra, dumque puriſſimos exponeret Dei amores erga Eccleſiam: nam & Chriſtus paſtoris nomen tamquam ſibi proprium aſſumpſit, cum dixit: [a] *Ego ſum Paſtor bonus*: eoque vocabulo nominari maxime gaudet, quod intelligens Paulus in Epiſtola ad Hebræos de illo loquens, ait: *Deus pacis eduxit de mortuis Paſtorem magnum ouium Ieſum*: Et ipſa paſtoris perſona aptiſsima præ omnibus eſt ad eximiam amoris vim exprimendam: tum quia Paſtores purius amant: tum quia eorum vitæ genus eſt valde aptum ad vacandum amori. Præter duas autem perſonas, quæ præcipuas agunt huius dramatis partes, ambas paſtores, eſt inſuper duplex aliud perſonarum genus, quæ in eodem dramate interloquuntur, ſodales nimirum ſponſi paſtores & ipſi, atque adoleſcētulæ ſociæ ipſius ſponſæ, quas illa appellare ſolet filias Ieruſalem: quod duplex genus perſonarum in hoc dramate ſe habet vt in Eclogis paſtoralibus, ſeu in Comœdijs, atq; Tragœdijs ſe habent & Chori.

10 *Liber iſte carmen Bucolicum.*

*a Ioan. 10. 11.* *Heb. 13. 20*

Porro quia perſonæ, quæ in hoc Carmine inducuntur tanquam paſtores, & de amore loquentes, repræſentantes Chriſtum, & Eccleſiam, & vtriuſque ſocij, aut ſociæ, Angeli ſcilicet, & homines ſancti, ſic iuxta Allegoriæ regulas loquuntur, vt huiuſcemodi perſonas loqui decet: vtve inter ſe loqui ij re ipſa ſolent, qui mutuo ſe proſequuntur amore, adeo vt totum, quod in hoc dramate dicitur, ex inductarum perſonarum duci debeat ratione; haud ambigendum, quin pręter verum illum, ac literalem ſenſum, quem & Salomon intendit, & Spiritus ſanctus (prout ſupra explicatum eſt) alius quoque ſit, quem verba ipſa ſonant, ideoque dicitur ſenſus vel ſoni literæ, vel grāmaticalis: qua de reuidendus eſt Aloyſius Legionenſis in principio tertiæ explanationis ſuæ, quam addidit luculentiſsimam ad duas, quas in Commentar. ſuper Cantic. iam ediderat, vbi hoc fuſius

1 *In hoc duo pr ſenſus, ſoni lit alter q ve dici literalis*

*Legionenſis.*

fuſius probat, reſpondetque rationibus, quæ in contrarium vel ſolent, vel poſſunt obiici. Hoc mihi ſat modo eſſe videtur, quo indicarem ſenſus, quos proſequi opus eſſet ei, qui drama iſtud rectè exponere velit. Duo enim ſunt præcipui ijque iudicio meo, ambo neceſſarij: Prædictus grammaticalis, & alter, qui propriè litteralis dicendus eſt. Quamuis autem præcipuus, ac primus litteralis iſte ſenſus ad Chriſti amorem erga Eccleſiam omnia referat, ſupponens, Eccleſiam eſſe ſponſam, mutuo amore Chriſtum proſequentem; per participationem tamen & ad piam quamque animam, quæ de Eccleſia ipſa ſit, eadem referuntur, vt ad ſponſam eiuſdem Chriſti: tametſi proprio vocabulo tunc haud amplius litteralis ſenſus dicendus eſt, ſed tropologicus, atque moralis, iuxta Canones Theologiæ de ſenſibus ſacræ Scripturæ. Ideoque Patres, vel vtroque hoc ſenſu librum iſtum, totamque exponunt allegoriam, vel variant partim de Eccleſia eam exponentes, partim verò de Anima, æquè ac ſi ambo eſſent litterales: vnde Bernardus Sermon. 13. in Cantic. Ipſa, inquit, Eccleſia audacter, ſecureque ſeſe nominat ſponſam, tamquam quæ vere habet vbera meliora vino, ac fragrantia vnguentis optimis, cui numquam de vniuerſitate ſua deeſt, & vnde inebriet, & vnde fragret: quod enim ſibi deeſt in vno, in alio habet ſecundũ menſurã donationis Chriſti, ac moderationem ſpiritus, diuidentis ſingulis, prout vult. Quod, etſi nemo noſtrum ſibi arrogare præſumat, vt animam ſuam quis audeat ſpõſam Domini appellare; qui tamen de Eccleſia ſumus, quæ merito hoc nomine, & re nominis gloriatur, non immerito gloriæ huius participiũ vſurpamus: quod enim ſimul omnes plene, integreq; poſſidemus, hoc ſinguli ſine contradictione participamus. Dum autẽ hæc ita ſe habent, cum inter pias animas purarum creaturarum nulla ſit, quæ animæ B. Mariæ Virginis, & inter homines ſanctos nullus ſit, qui eidẽ glorioſiſſimæ virgini æquari poſſit, profectò & nulli aptius vtriuſque ſponſæ Dei nomen cõpetit, quam illi. Ideoq; admodũ congruenter ad ſenſus prædictos adiectus eſt & iſte, quem quarto loco numerare poſſumus, & ab aliquibus appellatur ſenſus de ſpõſa ſpeciali, ab aliquibus vero ſenſus mixtus, ex litterali ſcilicet illo præcipuo, atq; ex ſecũdo ſpectante ad mores: quem quartũ ſenſum tetigere aliquando & Veteres Patres, vt videre eſt in Appendice noſtra. Quin Rupertus Abbas in ſuis Commentariis id conatus eſt, vt librum iſtum totum, quoad fieri licuit, eodẽ ſenſu explicaret: in quo habuit, qui ipſum imitarentur, Ioãnem Hailgrinum Cardinalem, Dionyſium Carthuſianum, alioſque ex recentioribus. Tangitur nonnumquam ab aliquibus & quintus ſenſus, quem Anagogicum dixere Theologi, quo quicquid dicitur, ad ſuperna refertur, ad cæleſtem Ieruſalem, & ad Eccleſiam triumphantem.

*Senſus ſpiritualis huius libri triplex.*

*Bernard.*

## *De vnitate, aut multiplicitate ſenſus litteralis.*

### C A P. V.

12 *Senſus litterales plures eſſe poſſunt vnius ſententiæ ſacræ Script.*

QVia contingit ſæpius, vt in exponenda aliqua ſententia huius Cantici plures attulerim ſenſus eorumdem verborum, & iuxta ſonum litteræ, & iuxta eum, quem verum in hoc libro litteralem appellandum dixi; & nonnumquam etiam tales, qui nedum diſparati (vt dicunt) inter ſe ſint, ſed & qui ſint inuicem contrarij, operæpretium cenſui, vt probarem, id haud repugnans eſſe recto exponendi generi; quin nedum mihi inurendum id crimini, ſed ſi quid forſitan noui à me in ſenſibus iis enucleandis expoſitum ſit, quod tamen omne Deo acceptum volo, gratiam apud legentes mihi licet immerito conciliare debere. Pro qua re haud diſputationem hoc loco texam: An fas ſit dicere, vnumquemq; ſacræ litteræ locũ poſſe habere plures ſenſus litterales: quamuis enim non ignorem, eſſe, qui contrariũ mordicus tueantur; ſequens tamen S. Auguſtini definitionem in oppoſitũ, quam fere cõmuni conſenſu ſuſceperunt ſcholaſtici, ex verbis eiuſdem Auguſtini reddam mei rationem. Is quippe primum in lib. 12. Confeſſionum capite 31. hæc habet, loquens de ſenſu ipſo litterali. Ita cum alius dixerit, hoc ſentit, quod ego; & alius, imo illud, quod ego: Religioſius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, ſi vtrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, & ſi quid omnino verum quiſpiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidiſſe credatur, per quem vnus Deus ſacras litteras vera, & diuerſa viſuris multorum ſenſibus temperauit? Ego certe quod intrepidus de meo corde pronuntio, ſi ad culmen authoritatis aliquid ſcriberẽ, ſic mallem ſcribere, vt quod veri quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, quam vt vnam veram ſententiã ad hoc apertius ponerem, vt excluderem ceteras, quarum falſitas me poſſet offendere. Ex hoc loco Auguſtini ſanctus Thomas 1. p. q. 1. art. 10. in corpore, in eiuſdẽ rei confirmationẽ hanc colligit rationem: Si Deus vnico actu plura intelligit, cur non & vnica locutione, vnicaq; ſententia plura ſignificare poteſt pluribus ſenſibus? Nec à veritate forſitan aberrabit, qui ad hoc ipſum comprobandũ verba illa vſurpet Dauid: *Semel locutus eſt Deus: duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua*: vt ſenſus ſit: Vnica quidem locutione Deus locutus eſt; at per eam vnicã Dei locutionem duo ego audiui, duplicemq; eiuſdem concepi locutionis intellectum: intellexit enim, ipſum Deum & potentiſſimum eſſe, & ſummopere miſericordem, atque adeo reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Quem ſenſum inſinuauit iãdiu Euthymius in ſuis Commentariis ſuper Pſalm. Confirmari denique poteſt eadem aſſertio de pluribus ſenſibus litteralibus egregia ſimilitudine fontis, quam Auguſt. li. 12. Confeſſionum cap. 27. ita explicat. Sicut fons in paruo loco vberior eſt, pluribuſque riuis in ampliora ſpatia fluxum miniſtrat,

*Auguſt.*

*S. Thom.*

*Pſal. 61. 12.*

*Euthymius.*

*Auguſt. Simile.*

" quam quilibet eorum riuorum,quo per multa locorum ab eodem fonte deducitur: Ita narra-
" tio diſpenſatoris tui(loquitur de Moyſe, qui librum Geneſis ſcripſit) ſermocinatoris pluribus
" profutura, paruo ſermonis modulo ſcatet fluenti liquidæ veritatis: vnde ſibi quiſque verum,
" quod de his rebus poteſt,hic illud,ille illud per longiores loquelarum anfractus trahat. Et ſe-
a Gen. 1. 1. quitur, oſtendere,quomodo vna illa ſententia, a *In principio Deus fecit cælum & terram*, diuerſos habeat ſenſus æque litterales.

13 Neque vero contra hanc ipſam aſſertionem id quidquam facit,quod per illam videatur dari nimia licentia intellectui,qui vix vmquam quieſcit penitus in re aliqua,& exponétibus Scripturas ſacras.Siquidem licentiam iſtam ipſemet exhibuit Deus earumdem ſcripturarum dictator:quin & propterea multa dictauit obſcure in figuis,in metaphoris,verbiſque ambiguis,atque tranſlatis:ideoque in ea locutus eſt lingua,cuius ſingula verba & diuerſimode legi poſſent, vt notauit Hieronymus epiſt.126. ad Euagrium, & diuerſos habere poſſent ſignificatus: vnde tanta inter Interpretes nata eſt tranſlationum diuerſitas.Nec nimia licentia dicenda eſt ea,qua vnius ſententiæ plures afferuntur ſenſus litterales: quando ſinguli ex aliis item ſacræ Scripturæ locis deducuntur,& confirmantur,atque ad eam, quæ regula eſt omnis interpretationis,directi ſunt claritatem.Quæ confirmari poſſunt iis,quæ in hunc modum dixit Auguſtin. lib 3.de

*Hieron.*

*Auguſt.*

" doctrin Chriſt.Quando ex eiſdem ſcripturæ verbis non vnum aliquid, ſed duo, vel plura ſen-
" tiuntur,etiamſi latet, quid ſenſerit ille,qui ſcripſit,nihil periculi eſt,ſi quodlibet eorum cõgrue-
" re veritati,ex alijs locis ſanctarum Scripturarum doceri poteſt:id tamen eo conante, qui diui-
" na ſcrutatur eloquia,vt ad voluntatem perueniatur auctoris, per quem Scripturam illam ſan-
" ctus operatus eſt Spiritus,ſiue hoc aſſequatur,ſiue aliam ſententiam de illis verbis,quæ fidei re-
" ctæ non refragatur,exſculpat, teſtimonium habens à quocumque alio loco diuinorum eloquio-
" rum.Ille quippe auctor in eiſdem verbis,quæ intelligere volumus,& ipſam ſententiam forſitan
" vidit.Et certe Dei Spiritus,qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſuram lectori, vel
" auditori ſine dubitatione præuidit, imo vt occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, proui-
" dit.Nam quid in diuinis eloquijs largius,& vberius potuit diuinitus prouideri,quam,vt eadem
" verba pluribus intelligantur modis,quos alia non minus diuina conteſtãtia faciant approbare.

## *Qualis eſſe debeat lector, & auctor huius libri.*

### CAP. VI.

14 PEruulgata,maximiſque laudibus celebrata eſt illa Sapientum Hebræorum lex, quam refert Origenes in Prologo homil.1.ex 4.ſuper Cant. & alij ex Patribus, vt lectioni quorundam ſacrorum librorum aptam præſcriberent ætatem,haud ſinentes,à iunioribus illos exponi;quin etiam nec legi,nec in manibus teneri;inter quos præcipuus hic adnumeratus erat liber Canticorum:vnde ſapienter B.Hieronymus, cui optime comperta lex iſta erat, vtpote quam retulerat in epiſt ad Paulinum,de omnibus Scripturæ libris eam admodum comprobans, eive inhærens in epiſt.7.ad Lætam de inſtitutione filiæ Virginis, ita ſcribit:

*Origenes.*

*Hebræo[rum] lege ar[c]e[n]tur iunio[res] à lectione huius libri.*

" Diſcat primo Pſalterium, ad
" vltimum ſine periculo diſcat Canticum Canticorum, quem librum ſi in exordio legerit, ſub
" carnalibus verbis ſpiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens,periculum eſt ne vul-
" neretur.Et Origenes loco iam citato,relata prædicta lege,hæc infert: Ob hoc ego conſiliũ do
" omni,qui nondum carnis,& ſanguinis moleſtijs caret, vt à lectione libelli huius penitus tem-
" peret: Audire enim purè & caſtis auribus amoris nomina neſciens, ab interiori homine ad ex-
" teriorem,& carnalem deflectet auditum, & à Spiritu conuertetur ad carnem.

Sanè quod proprium Dei eſt, vt pro immenſa, qua præditus eſt, potentia ſimul, ac ſapientia imis ſumma iungat,id maximè in hoc libello per Salomonem exprimi voluit tripliciter:nam in eo agitur de incomprehenſibili Dei amore erga homines, tum de effectu illo præcipuo huius amoris,de nuptiis illis, quibus per Verbi Incarnationem humillimæ naturæ humanæ celſiſſima iuncta eſt natura diuina,ac demũ tertio,quod non minorem diuinæ eiuſdem Sapientiæ incutit admirationem, celſiſſimus amor ille ſublimeſque & nuptiæ exponuntur per humillimã nuptiarum humanarũ,amoriſve humani figuram,vt,ſicut per regias illas nuptias humana natura ad regiam euecta eſt dignitatem,& per admirandã illam Dei vnionem homines effecti ſunt diuinæ naturæ conſortes.Ita & per figuratum amorem diuinũ amor omnis humanus abſorbeatur,ſicut candelæ flammula abſorbetur à flamma magna ardentis facis.ideo enim in hoc ipſo Cantico de diuino eodem amore dicitur. b *Lampades eius,lampades ignis,atque flammarum*, id eſt, tam magni ignis,vt flammas omnium aliorum amorum in ſe abſorbeant.Quapropter is demum bonus,& lector eſt, & auditor huius libri, in quo diuinus ille accenſus ſit ignis, quod his verbis egregie explicat Bern.Ser.79 in Cant.fruſtra ad audiendum, legendũve amoris carmen,qui non amat, accedit:quoniã omnino nõ poteſt capere ignitũ eloquiũ frigidũ pectus.Quomodo enim Græcè

*Lectorem [huius] libri debe[re] eſſe accen[ſum] amore D[ei].*

*Simile.*

*b Cant.8.*

*Bernard. Simile.*

15
" loquentẽ nõ intelligit,qui Græcè nõ nouit;nec Latinè loquentẽ,qui Latinus nõ eſt,& ita de ce-
" teris.Sic lingua amoris ei,qui nõ amat,barbara erit;erit enim ſicut æs ſonãs,aut cymbalũ tinniẽs.

*Ex lectione huius libri diſcitur doctrina amoris Dei: eoque accendimur.*

Tametſi autem vera hæc ſint;nihilominus,& id quoque verũ eſſe, cenſendum eſt,quod ſicut ab eo,qui Græce loqui neſciat,diſcitur tamen & lingua ipſa Græca per eius ſtudium,& per conſuetudinem cum eo,qui linguã illam calleat. E candela, quæ extincta ſit, admota ad flammã, facis

cis ardentis ignem excipit: Ita, fieri & id quoque poteſt, vt qui frigidus adhuc ſit ob defectum ignis charitatis, ideoque, & amoris illius diuini linguam ignoret, per ſtudium iſtius libri, & per lectionem atque auditum eorum, quæ in eius dicuntur expoſitionem, Dei ope ad eum accedatur amorem, in eoque etiam proficiat in dies magis, ac magis, alioquin quis ad hæc idoneus, cũ nemini compertum ſit, an ipſa ſit prædítus charitate? Vnde bene Greg. Papa Præfatione ſuper Cantica. Ideo, ait, in hoc libro amoris quaſi corporei verba ponũtur, vt à corpore ſuo anima per ſermones conſuetos diſcuſſa recaleſcat: & per verba amoris, qui infra eſt, excitetur ad amorẽ, qui ſupra eſt: Nominãtur enim hic oſcula, vbera, genæ, fœmora. Vbi non irridẽda eſt ſacra deſcriptio, ſed conſideranda miſericordia Dei: in hoc etiã amplior; quia dum mẽbra corporis nominat, ſic ad amorẽ nos vocat. Notemus quidem, quam mirabiliter, quam miſericorditer nobiſcum operatur, qui, vt nos ad amplexus ſacri amoris accendat, vſque ad turpis amoris noſtri verba ſe inclinat; Sed vnde ſe loquendo humiliat, inde nos intellectu exaltat; quia ex ſermonibus huius amoris diſcimus, qua virtute in diuinitatis amore ferueamus. Addit autem præclare ipſemet Gregorius; Solerter intuendũ eſt, ne, cum exteriora audimus, ad exteriora ſentienda remaneamus, & machina quæ ponitur, vt leuet, ipſa magis opprimat, & aggrauet. Quod ne cõtingat, ſtandum eſt conſilio antiquioris Gregorij Nyſſeni, quo homil. 1. in Cant. Lectori huius Epithalamij ſuadet, vt in eius ſtudio ſe gerat æque, ac ille, qui propoſitam Regis figuram contẽplatur perpulchris coloribus delineatam; vt, ſicut is, tametſi oculis varios obiectos habeat colores, quibus imago illa efficta eſt, haud tamen in colores, ſed in eam imaginem, quæ per colores repræſentata eſt, conijcit obtutum, ita & ipſe haud mentem detorqueat ad ea, quæ primo obijciuntur aſpectui, ad oſcula, vnguenta, nomina membrorum, eorumdemque encomia, ad lectulum, ad adoleſcentulas, & cetera huiuſmodi, quibus veluti coloribus varijs in hoc libro tanquam in tabella repræſentatur figura nuptiarum Dei cum Eccleſia: ſed ad repræſentatos diuinos amores, exhibitamque coniunctionem Dei, atque hominum mentis eleuet oculos.

*Greg. Pap.* — *Greg. Nyſſ.* — *Simile.*

## *De ratione explicandi, qua vtitur Auctor in ſuis hiſce Commentarijs ſuper Cantic. Canticorum.*

### CAP. VII.

16 ETſi tam multi cum ſancti Patres, tum alij Doctores, Latini, Græci, atque Hebræi fuerint, qui præſentis libri explicationi ſedulam operã nauarunt, vt nullus omnino ſacris in litteris liber reperiatur, quem plures enodare, & commentari ſtudioſè laborarint, quam libellus iſte, ac Pſalmorum volumen, vt liquido patet ex Bibliotheca Sixti Senenſis, & ex apparatu Poſſeuini tom. 2. præter alios quoque, qui à prædictis auctoribus minime recẽſentur in dies adaucti; Volui tamen ipſe pariter in pium, & eruditiſſimũ hoc egregiorum ſcriptorum album nomẽ dare, atque omni ingenij conatu ad ſacra inueſtigãda diuini operis myſteria ſum obnixus, ſummaq; induſtria Sanctorum Patrũ, & egregiorum Doctorum, qui ante mẽ ſcripſerunt, impreſſa veſtigia vrgere ſtudui. Ita tamen iis inſtiti, vt fortaſſe mihi vere affirmare liceat, nouã me iniiſſe interpretandi rationem eorũ, quę hactenus à pluribus explicata fuere. Siquidem omnes, qui huc-uſque in tam dulciſſimũ, quam difficillimum hunc librũ commentaria ediderunt, tres tantummodo exponendi rationes habuere. Nonnulli etenim, in quorũ numero cuncti fere Patres, & qui Chriſtiani Auctores ante noſtrũ ſæculum extiterunt, ſpiritui tantum emancipati ita allegoriam exprimunt, vt allegoriæ corticẽ, quem ſoni litterę ſenſum appellamus, vel penitus prætermiſerint, vel ſicco, quod dicitur, pede pertranſierint. Alij ſenſum iſtũ veluti allegoriæ fundamentum pręmittere ſtuduerũt, eundemq; ſtatim inde omnino prętereũtes, veros ſpirituales ſenſus, eiuſdemq; allegoriæ litterales fuſe pertractãt, veluti inter antiquos ſæpe egere & Origenes in longiori ſua expoſitione quatuor homiliarũ, & Bern. in Sermonibus, quos ſuper præſenti libro ad ſuos habuit Monachos. Quam eandẽ viã plurimi recẽtiores ſcriptores ingreſſi ſunt; quãuis alij per tertiã quandã viam progredi inſtituerint, vt ſcilicet allegoriæ, & ſenſuum ſpiritualiũ explanatio pendeat ab expoſitione ſenſus, iã corticis litteræ appellati, quã veluti baſim, & fundamentũ iis præpoſuerunt. Verũ inter iſtos, qui meo quidem iudicio ceteris ſecurius, & feliciori greſſu proficiſcũtur, aliquod etiã diſcrimen reperio nedum in ſpiritualiũ ſenſuũ varietate, ſed & in dicti ſenſus ſoni litteræ ſpiritualibus ſenſibus applicatione, in quibus pro dilecta Dei ſponſa modo Eccleſiã, modo Animã, modo B. Virginẽ ſumunt: Alij namq;, opinãtes in præſenti lib. de ſpõſa agi pro diuerſis ſuis ætatibus, & prius Eccleſiã, atq; animã quaſi paruulã cõmendari, hanc veluti incipientẽ, & illã antequã ſacra lege informaretur, progreſſu vero operis laudes adaugeri tanquã in maiores iã, & prouectiores collatas, in animã ſcilicet, vt proficientẽ, & in Eccleſiã vt ex recepta lege multo magis ſuis omnibus partibus expletã, & perfectiorem redditã, atq; inde tandẽ in vltima libri parte eandẽ efferri ſpõſam in matura ætate iã conſtitutã, & huiuſmodi allegoria Eccleſiam ſanctã pariter extolli, ſummã nactã iam perfectionẽ ex humana à diuino Verbo carne aſſumpta: animamve, quæ iam, proficientium gradu ſuperato, perfectorũ meta attigerit.

*Tres modi explicandi librum iſtum Cantici Canticorũ.* — *Origenes.* — *Bernard.*

17 At interpretes iſti, vt facile ex eorũ Commentarijs quiſq; intelligere poteſt, ſenſum illũ ſæpe quodammodo trahere coguntur, qui aliorũ dux eſſe debeat, vt quo ijs libet, dirigatur, parũ connexioni incumbentes. Alij, iuxta illud allegoriarũ genus, quod allegoriam rerum appellatũ

*Parabolarũ explicandarum ratio.*

iam dixi in ſuperioribus, in qua plurima, & verba, & ſententiæ concinnitatis cuiuſdam, & ornamenti ſtudio ad comptam, & abſolutam parabolæ deſcriptionem conflandam potius, quam rerum, quæ ſub huiuſmodi allegoria denotantur, neceſſitatis gratia adnecti conſueuere, iure optimo illud præſertim moliti ſunt pro viribus, vt præcipuum allegoriarum, & ſimilitudinum, quæ in præſenti libro inueniuntur, inuentum exprimerent maxime principali dictæ allegoriæ corticis ſubſtantiæ conueniens: quoduis verbum, & vnamquamque proportionem, quæ inter ipſas allegorias, & ſua interiora ſignificata exiſtere poſſunt ad amuſſim expendere paruifacientes. Et quamuis nonnulli in hoc quoque ſingularem curam adhibuerint; vt quodcunque verbum, & vnamquamque dictarum allegoriarum proportionem ſpirituali ſignificationi aptarent, vt egregie ſane efficere mihi viſus eſt eximiæ doctrinæ, & multiplicis eruditionis Martinus del Rio, qui cum primũ hunc meorum Commentariorum tomum iam fere cõpleuiſſem, ſingulari cũ animi mei oblectatione ad me peruenit. Nihilominus neque iſti ſemper id egere: ac proprerea idem doctiſſimus del Rio infraſcripta in ſua Iſagoge ſuper hunc librum, c. 4 proteſtatus eſt. Notanda illa Regula veriſſima, non quæcunq; in parabola cõmemorantur ea ad hiſtoricum, vt allegoricum ſenſum pertinere, vel eo explicari debere: ſed ornatus dumtaxat, & decoris gratia, non vt membra, ſed vt emblemata: non quia neceſſaria, ſed quia ſic fieri ſolita, inſeri ſolere: atq; ideo non omnia bonũ Interpretem, quæ in ipſo litteræ cortice occurrunt, ad medullam literæ transferre, & accõmodare debere; ſed ea duntaxat, quæ ad eſſentiã (vt ſic dicã) medullæ, & ſcopũ Auctoris, finemq; parabolæ ſpectare videbuntur: nec ſemper perſonæ perſonis, nec partes partibus per omnia ſcrupuloſius ſunt conferendæ, ſed totũ negotiũ toti negotio comparandum, & totũ ſententiæ corpus intuendũ, & integrũ ex integra parabola trahendum.

Ipſe profecto, licet dictam regulam veriſſimam eſſe arbitrer, atque huiuſmodi, vt abſque ea parabolæ plurimæ, quæ in ſacris litteris reperiuntur, congrue, & vere explicari nequeant: illud 18
tamen ſtatutum etiam habeo, videlicet cum quiſpiam ſacras litteras exponens, poſſit ex decora quadam veritate charitati congrua, quæ à B. Auguſtino ſumma, & vera omnis ſcripturalis expoſitionis regula aſſeritur, præſertim, cum nulla adſit alterius alicuius ſacrarum litterarum loci repugnantia, ſingula verba expendens, congruentias omnes eorum, quæ in Parabola, & Allegoria dicuntur, ad ſpirituales ſenſus referre debeat, qui præcipue à Spiritu ſancto intenduntur, dum id opportune agere poſſit: quod vt plurimum vſuuenit; cum à quam multis Sanctis Patribus affirmetur, nullum ſacris in litteris verbum eſſe, quod ſingulari myſterio vacet. Quinimo B. Hieronymus, nec minimum quidem characterem in ijs ſcribi prodit, in quo vnuſquiſque non poſſit myſteria admirari: in commentariis namque ſuis ſuper illis Domini verbis apud Matthæum.ª *Amen dico vobis donec tranſeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant:* his vtitur verbis: „ Ex figura litteræ oſtenditur, quod etiam, quæ minima „ putantur in lege Sacramentis ſpiritualibus plena ſint. Idemque Hieronymus comment. in ca. 3. „ epiſt. ad Epheſios, Singuli, ait ſermones, ſyllabæ, apices, puncta in diuinis Scripturis plena ſunt ſenſibus. Et S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 21. in Gen. Nec enim, inquit, vel articulus eſt in ſa„ cris litteris, in cuius profundo non ſit grandis quiſpiam theſaurus. Proinde nobis opus eſt, di„ uina gratia ducamur, & Spiritu ſancto illuſtrati eloquia diuina adeamus.

*Hieronym.*

ª *Matth. 5. 18.*

*Ioan. Chryſ.*

Quocirca in hiſce meis Commentarijs, iactis prius fundamentis ſenſus grammaticalis corticis, ſeu ſoni litteræ, huiuſmodi explicandi rationi omni contentione inſiſtere ſtudui, adhibitis ad hanc ſuſtinendam prouinciam Magiſtris Patribus omnibus, qui ſuis in operibus præſentis libri ſententiam aliquam attigerunt, tametſi illi, vt ſuperius inſinuaui, grammaticalem ſenſum parui fecerint, quem ipſe, vt probaui, baſim quandam eſſe cenſeo, quæ ſuſtineat, & vas, quod contineat reliquos ſenſus.

*Auctoris explicandi ratio.*

Poſſum præterea affirmare, nouam mihi viam in præſentibus cõmentarijs paraſſe: quoniam id omne, quod ſingulis in verſibus dicitur, cum ijs, quæ in præcedentibus dicta fuerunt, apta cõnexione iugiter cõtinuaui, in tribus quibuſque Actibus diſtinctis, quod, vt operoſum quoddam negotium à pleriſque ſcriptoribus prætermittitur: Et, ſi modo ſit aliquis, qui id præſtare aliquãdo aggrediatur, nemo tamen eſt, quantum ab eorum Commentarijs mihi colligere fuit integrum, qui idem ſemper efficiat. Atqui eo magis, ſummo Deo annuente, nouam quandam explicãdi rationẽ à me adhiberi exiſtimo, quo in prima ſoni litteræ expoſitione ſæpius plures ſenſus affero, cunctos iudicio meo congruentes, maximeque probabiles: & quibuſque eorum aptas connexiones adnecto. Quinimo alijs etiã in expoſitionibus, in quibus dictos ſenſus Eccleſiæ, aut piæ animæ, aut B. Virgini aptare enitor, eaſdem pro viribus adhibeo cõnexiones: hoc enim pacto, illud mihi aſſequi videor, vt Sapientiſſimi viri liber, ſingulari prærogatiua Canticum Canticorum nuncupatus, corporis inſtar appareat ex diuerſis compacti, & coagmentati membris, omnibus tamen inter ſe certa, & requiſita ſtructura aptis, & cõnexis: Hæcve vſq; ad totius operis calcem, Deo annuente, ſum proſecutus. Tametſi, quia, ſi vniuſcuiuſque ſenſus vim, acumen, ſuccum, vberem fœcunditatẽ exquiſite enodare, atque enucleate productiori ſtylo ita explanare perſecutus fuiſſem in tota præſentis operis explicatione, veluti in primis quatuor capitibus peregi, in quibus nullum non verbum ſigillatim diſcutere, ac minutatim (vt ita dicam) concidere ſtudui; nimis profecto in longum iſthæc mea Commentaria protracta fuiſſent, ac nõ modo à Laconica dicendi forma, quæ pleriſque arridet, ſed etiã ab Attica receſſiſſem. Idcirco, vt ſtudioſis vel temporis anguſtia, vel mole negotiorum, varietateque ſtudiorum, vel aliis qui-

buſuis nominibus in peruolutandis ſcriptis breuitatem anhelantibus aliqua etiam ex parte ſatisfacerem,contractiori exponendi ratione quatuor vltima capita percurrere inſtitui,vt optime à diligenti Lectore intelligetur, cum ad explanationem peruenerit eorum verborum capitis quinti,Surrexi,vt aperirem dilecto meo.Manus meæ,&c. Sic nimirum mihi perſuaſi partim me illorum,qui in dicendo copiam expetunt,explere cupiditatem: partim breuitatis amatorum refugere poſſe ſatietatem,cum præſertim in vltimis iſtis capitibus euoluendis,nihil penitus ab inſtituto diſceſſerim in prima ſoni literæ interpretatione, atque in Veterum Patrum Appendice,nec non in quouis commentando verſiculo quinque omnes inchoatas expoſitiones dilucide pro viribus perſtrinxerim.

19 Cuius rei vt etiam rationem afferam,ordinem pariter,quo in meis hiſce Commentarijs digerendis vſus ſum,ſaltem aliqua ex parte nouum eſſe puto:quoniam,licet ab alijs prius ſoni literæ ſenſus cum luculento variarum lectionum examine afferatur, ac deinceps alter Eccleſiæ, Animæ, B.Virginis,cum iis,quæ à diuerſis ſanctis Patribus ſuper quouis verſiculo produntur, etiam ponderetur:Nullus vtique eſt, qui illum proſequatur ordinem, quem ipſe tenui. Enimuero,ne ſenſus cum lectionum varietate,Hebræ.ſcilicet,Sept. & aliorum,cum eorumdem ſenſuum multiplicitate,cum auctoritatibus,& expoſitionibus ſanctorum Patrum confunderem, ſuper quouis verſiculo Commentarios in quinque expoſitiones, veluti in quinque diuerſa capita ſum,quantum potui,dilucidè partitus. In quarum prima, prius connexione facta, & propriis cuiuſque verbi ſignificationibus expenſis,omnibuſque ſublatis difficultatibus, & ambiguitatibus, ſenſus omnes ſigillatim diſtinctos cum ſua breui Paraphraſi adduco, in cuiuſuis margine ſcribens.Primus SENSVS, vel, Secundus SENSVS,&c. ac deinde PARAPHRASIS etiam,vbi incipit,in margine.In dictæ tandem expoſitionis fine lectionum varietates annoto,eaſque diſtributè explicare,vbi opus fuerit,ſtudeo,partite ſuos omnes ſenſus veluti præcedentes inueſtigando, & declarando. Atque in hiſce omnibus primis expoſitionibus illud præſertim contendo, vt Vulgatam noſtram iuxta Sacroſancti Concilij Tridentini decretum exponam, aliis tamen lectionibus eam illuſtrans, in quo nonnunquam grauiſſimos auctores defeciſſe intelligo. Poſt primam hanc expoſitionem, ſecundam proſequor,quam de Eccleſia inſcribo:deinde tertiam, De Anima:demum quartam, De B.Virgine: & in vnaquaque harum trium expoſitionum ſenſus in prima expoſitione allatos vel cunctos, vel aliquos vnicuique dictarum ſpiritualium ſponſarum ita diſtinctè applico, vt aſſidue in margine annotetur Primus SENSVS, Secundus SENSVS,&c.Ita vt quiuis in vnaquaque earum eum, qui magis arrideat, ſenſum legere poſſit, illud animaduertendo, vt dum dictos ſenſus probe cognoſcere cupiat, ſemper eum ſenſum percipiat,quem in primæ expoſitionis margine in eodem titulo, Primus, aut Secundus SENSVS,&c.tanquam propriæ baſi,& fundamento reſpondere inuenerit. In fine cuiuſque ſenſus etiam in alijs tribus expoſitionibus diſtinctè ſuam Paraphraſim collocaui, in qua ea omnia, de quibus fuſe ſuperius egeram, breuius perſtringo, in ipſius etiam principio in margine idem verbum PARAPHRASIS ponens.

*De ordine ab auctore ſeruato in his commentariis.*

20 Poſt quatuor has diſtinctas expoſitiones, quintam & vltimam addo,quam inſcribo,*Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.* Quoniam,licet in præcedentibus expoſitionibus earum telam filamentis, & ſenſibus Patrum mihi contexendam curaui, veluti à fido Interprete agendum eſt:ita tamen id effeci, vt tela à me vt plurimum confecta fuerit: atque ideo in mearum expoſitionum textu ijdem à me nominati minime fuere. Verum, vt intelligeretur,ipſos fuiſſe,qui mihi filamenta,atque argumenta ſuggeſſerunt, eoſdem ſenſus aliquo pacto proſequendo,ipſos aliquando innui,eorū nomina in marginibus ſignãdo. Atque vt apertius conſtaret,qua ratione dictos ſenſus illi pertractarint,eos ſimul in hac quinta expoſitionū Appendice appellata congeſſi:atque in ea ad maiorē lectorum cōmoditatem diſtinctè Patrum omniū quandam quaſi catenā conflaui,qui ſuis in operibus,vel commentariis editis ſuper hunc librum aliquid ſuper aliquo verſiculo,vel ex profeſſo prodiderunt,vel quouis pacto attigerunt:Eorum autem tantum Patrum,quos ipſe Antiquos appello,qui vſque ad Bernardi ætatē floruerunt, inter quos etiam libentiſſime S.Thom.Aquinatem tamquā ſacræ Theologiæ inſignem magiſtrū collocaſſem. Verum illum præterij:quia expoſitionem illam ſuper Cant. quæ eius nomine inſignita,& inter eius opera connumerata circumfertur, eandem omnino eſſe intelligo cum ea, quæ Caſſiodoro grauiſſimo,& antiquiſſimo Auctori tribuitur: vtrum autem illa eiuſdē ſit Caſſiodori,ex certa id ſcientia nequaquam aſſerere poſſum. Illud vnum tam notū eſt, quam quod notiſſimum,auctoris eſſe longe antiquioris S.Thoma,quod ab eadem deprōpſit Commentaria ſua Beda,qui pluribus Sæculis Doctorem Angelicum præceſſit. In vberi autē copia, & diuerſitate dictorum Patrum interpretationum pro viribus dictam varietatē ad pauca capita reducere ſtudui:quamquam,vt vnuſquiſque melius diſcrimen inter eoſdem perciperet, in ijſdē ſenſibus enucleandis propria ipſorum verba deſcripſi,conciſe tamen, eaque tantū, quæ neceſſaria viderentur ad ea intelligenda,quæ ſuis in explicationibus præcipue ij deſignaſſent: nonnumquam aliqua addendo ad illuſtranda, quæ obſcurius fuiſſent ab ijs vſurpata. Inter iſtas etiam Patrum interpretationes Paraphraſim Chaldaicam poſui;cū ipſa etiam antiqua ſit, ſemperque ipſam Patrum Catenæ præpoſui, non quod vel tacito mentis conceptu, ipſam, vel eius Auctorem eſſe Patribus anteferendam,mecum ipſe reputarim:ſed,quoniam eam cum ipſo ſacrarū litterarum textu coniunctā reperio,vt in Bibliis Regiis videri poteſt:Et ex hac cauſa eam ſemper

*Patrum Catena qualis in his Commentariis.*

ita adhibui, vt in eodem textu legitur, ſine alterius explanationis additione. Illam in prima expoſitione cum alijs textibus non poſui, vbi lectionum varietatem ex diuerſis linguis, atque interpretibus examinare conſueui: quia vere iſta potius Hebraici textus eſt explanatio, quam verſio, & ideo Paraphraſis dicitur.

Quod attinet ad ſtylum, in cunctis hiſce Commentarijs illud ſumma contentione ſum eni- 21
*Stylus Auctoris qualis.* xus, vt quæ à me in medium afferrentur, dilucida, perſpicua, facilia proferrentur potius, quam limato, operoſo, & concinnato dicendi ſtylo excellerent: ne eorum ex numero eſſem, de qui- *August.* bus Auguſtinus libro quarto de doctrin. Chriſt. prodit, quod volentes diuinarum litterarum dictum aliquod aliis reperire, ita illud declarant, vt altero opus ſit magiſtro ad ſua percipienda commentaria.

*Longitudinis excuſatio.* Et fortaſſe iſthæc clarioris doctrinæ tradendæ cupiditas ſæpè in cauſa fuit, vt in exprimendis conceptibus longior, quam par ſit, mea videatur oratio, quæ præſertim in præſenti opere nota mihi obiici poteſt. Cui, vt ſatisfaciam, reſpondeo, tribus præcipuè nominibus in longum fortaſſe ductas eſſe meas præſentis libri explicationes, præſertim in quatuor prima capita. Primo, ex cauſa proximè inſinuata. Secundo, ob numeroſam conceptuum affluentiam. Tertio, ob expoſitionum copiam, ſenſuumque varietatem.

*a Rom. 1. 14* Circa primum, Ab hac me culpa Pauli Apoſtoli præclara illa ſententia eximat, qua ait: a *Sapientibus & inſipientibus debitor ſum.* Enimuero, cum ſanctiſſimi huius, ac dulciſſimi libri euoluendi prouinciam ſuſcepi, non tam ad nonnullos eximia quadam ingenij ſolertia, & acuta tantum ſummæ doctrinæ momenta comprehendentes inſtituendos deſumpſi, quorum inſtar me penitus ignarum profiteor, quam ad me libro ipſo, charitatis affectu circumfluente pro viribus examinato, ad eumdem amorem pia commentatione, ac ſalutari, erudiendum, alioſve tam acuto ingenij acumine, & ſubtilitate minimè pollentes dulciſſima doctrina informandos, & imbuendos. Primique illi, qui acerrima ingenij ſubtilitate ſtatim quæcunque aſſequuntur, minimè longiori dicendi ratione defatigati, pedem illico referant, ſed ad Paraphraſes in marginibus deſignatas recurrant, in quibus grauiora, fuſiori ſermone antea pertractata, breuiſſimè innuuntur. Quæ eadem ratio à longitudine excuſare debet, ſubminiſtrata ex copia conceptuum, & multiplicium ponderationum, quæ, etſi omnes nouæ, & ſubtiles non ſint, vt à nonnullis fortaſſe expeteretur, minime tamen à noſtro propoſito alienas, plurimiſque non tam acris ingenij *Plinius Iunior libr. 1. Epiſt.* viris eas arriſuras ſpero. Ad quod etiam obiectum crimen diluendum Plinij Iunioris in quadam ad Cornelium Tacitum epiſtola ſententias hoc loco mihi deſcribendas putaui. Quarum prima eſt. Vt in agricultura non vineas tantum, verum etiam arbuſta, nec arbuſta tantum, verum etiam campos curo, & exerceo, vtque in ipſis campis non far, aut ſiliginem ſolam, ſed hordeum, fabam, ceteraque legumina ſero: ſic in Actione (dic tu in oratione, pro vna namque, & eadem re hæc duo accipit ipſemet Plinius in eadem Epiſtola) plura quaſi ſemina latius ſpargo, vt quæ prouenerint, colligam. Neque enim minus inperſpicua, incerta, fallacia ſunt iudicum (dic tu Lectorum) ingenia, quam tempeſtatum, terrarumque. Altera vero eſt: Non minus ſeruat modum, qui infra rem, quam qui ſupra; qui adſtrictius, quam qui effuſius dicit. Itaque fre- *Simile.* quenter, vt illud immodice, & redundanter, ita hoc ieiune & infirme. Alius exceſſiſſe materiam, alius non dicitur expleſſe, æque vterque, ſed ille imbecillitate, hic viribus peccat, quid certe etſi non limatioris, maioris tamen ingenij vitium eſt. Addamque duabus hiſce Plinij ſententijs, quod idemmet ad finem eiuſdem epiſtolæ ſubijcit. At eſt gratior multis actio breuis. Eſt, ſed inertibus, quorum delicias, deſidiamque, quaſi iudicium reſpicere ridiculum eſt: Nam ſi hoc in conſilio habeas, non ſolum ſatius eſt, breuiter dicere, ſed omnino non dicere. Quod vero ad tertiam ſpectat longitudinis cauſam, quę mihi imponi fortaſſe poteſt, illud vnum reſpon- *Auguſt.* debo, quod ab Auguſtino in fine librorum de Doctr. Chriſt. aſſeritur verbis hiſce. Longior euaſit liber hic, quam volebam, quamque putaueram. Sed legenti, vel audienti, cui gratus eſt, longus non eſt: cui autem longus eſt, per partes eum legat, qui habere vult cognitum. Quem vero eius cognitionis piget, de longitudine non queratur. Qui ſenſus omnes, omneſque expoſitiones legere noluerit, earum vnam, vel alteram, vel plures perlegat, quæ magis probabuntur; quæ minus applaudent, prætereat: quando tam diſpoſite, & partite ſunt diſtributæ, vt profecto de confuſione conqueri nemo iure queat: cum in marginibus ſigna exiſtant, vniuſcuiuſque ſenſus initia indicantia, &, ſi ſingularem eum ſenſum integrum proſequi renuat, vnam vel plures Paraphraſes (vt ſuperius dictum fuit) legat. In quibus, ſi artificioſum, laudabile, & dignum quid inuenerit, haud imperitiſſimo, & miſerrimo peccatori id acceptum referat: ſed Summo Deo, qui mihi, cum affecti corporis imbecillitate, aduerſaque valetudine confecto: tum temporum anguſtijs preſſo ex neceſſariorum onerum Religionis, quæ Choro diu noctuque det operam, & miniſterio Sacramentorum, ad tam difficile opus iſtud abſoluendum ſingulare attulit adiumentum. Eumdemque pro me obſecret Deum, pari ope cumulatiori tandem me perfundat dulcedine, vt quem immenſis affluentem bonis, amorem ab ipſo ediſcere, alioſve docere contendi, inter beatiſsimas mentes cumulatiſſime fruar in cælo, quod vnum mihi iugibus expetitum eſt votis.

# INDEX CONCIONVM ET SERMONVM;

*Qui notati ſunt in duobus ſubſequentibus Elenchis.*


IN Euangelia quatuor Dominicarum Aduentus.
Feſti Natiuitatis Domini, & in eiuſdem Euangelia.
Feſti Circuncisionis. In eius Euãgelium.
Feſti Epiphaniæ. In eius Euangelium.
Dominicarum ſex poſt Epiphaniam. In Euangelia.
Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ. In Euangelia.
Quadrageſimæ. In ſingularum feriarum eius Euangelia, etiam Sabbathorum.
Dominicæ Palmarum. In Euangelium.
Feriæ ſecundæ Dom. Palm. In Euang.
Feriæ tertiæ Hebdomadæ pœnoſæ. De Chriſti Paſſione, ſecundum hiſtoriam. In ſententias, quæ in hoc opere explicantur ex quatuor Euangeliſtis.
Feriæ quartæ. De vtilitatibus Paſsionis Chriſti in illud Pauli. *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.*
Feriæ quintæ. In Euangelium.
Feriæ ſextæ Paraſceuæ de exuberante charitate Dei in homines exhibita in Paſsione Chriſti.
Sabbathi Sancti. De doloribus B. Virginis.
Feſti Paſchatis Reſurrectionis Domini. In Euangelium.
Feriarum ſecundæ & tertiæ Paſchatis. In Euangelia.
Dominicæ in Albis. In Euangelium.
Dominicarum quatuor ſubſequentium poſt Paſcha. In Euangelia.
Rogationum, ſeu Litaniarum. In Euangel.
Feſti Aſcenſionis. In Euangelium.
Dominicæ infra Octauam Aſcenſionis. In Euangel.
Feſti Pentecoſtes, ſuper Lectione Actuum Apoſtolorum.
Item in eiuſdem feſti Euangelium.
Feriarum ſecundæ, & tertiæ Pentecoſtes. In Euangelia.
Feſti Sanctiſsimæ Trinitatis. In Euangelium.
Dominicæ primæ poſt Pentecoſtem. In Euangelium.
Feſti Sanctiſsimi Corporis Chriſti. In Euangelium.
Dominicæ infra eiuſdem feſti Octauam. De Sanctiſſimo Sacramento. In Euangelium.
Dominicarum reliquarum poſt Pentecoſtem. In Euangelia.

*Proprij Sanctorum.*

Sancti Andreæ Apoſtoli. In Euangelium, & eiuſdem Sancti verba, *O bona Crux, diu deſiderata, &c.*

*Feſtorum Decembris.*

Conceptionis B. Mariæ. In Euangelium.
Expectationis B. Mariæ. De Incarnationis diuinæ myſterio.
Thomæ Apoſtoli. In Euangelium.
Stephani Protomartyris. In Euangelium.
Item ex Lectione Actuum Apoſtolorum.
Ioannis Apoſtoli. In Euang. & de charitate.
Sanctorum Innocentium. In Euang.
Item ſuper Lectionem Apocalypſis, *Ecce agnus ſtabat ſupra montem, &c.*

*Ianuarius.*

Cathedræ Sancti Petri Romæ.
Sebaſtiani Martyris. De ſagittis, & vulneribus charitatis.
Agnetis Virginis.
Conuerſionis Sancti Pauli Apoſtoli ſuper Lectionem Actuum Apoſtolorum.

*Februarius.*

Purificationis B. Mariæ. In Euangelium.
Matthiæ Apoſtoli ſuper Lectionem Actuum Apoſtolorum.

*Martius.*

Annunciationis B. Mariæ. In Euangelium.

*Aprilis.*

Marci Euangeliſtæ. In Euangelium.

*Maius.*

Philippi, & Iacobi Apoſtolorum. In Euangelium.
Inuentionis S. Crucis. In Euangelium.

*Iunius.*

Ioannis Baptiſtæ. In Feſtum ex Euangelio.
Petri, & Pauli Apoſtolorum. In Euangelium & Feſtum.
Commemorationis Sancti Pauli Apoſtoli. In Euangelium.

*Iulius.*

Viſitationis B. Mariæ. In Euangelium.
Mariæ Magdalenæ.
Apollinaris Martyris. In Euangelium.
Iacobi Apoſtoli. In Euangelium.

*Auguſtus.*

Petri ad vincula. De multiplicibus vinculis ſpiritualibus.
Dedicationis S. Mariæ ad Niues. In Euangelium.
Transfigurationis Domini. In Euang.
Laurentij Martyris. De combuſtione, & flammis Charitatis.
Aſſumptionis B. Mariæ. In Euang.
Item de eodem feſto.

Bartholomæi Apoſtoli. In Euangel. & Feſtum.
Decollationis B. Ioannis Baptiſtæ. In Euangelium.

*September.*

Natiuitatis B. Mariæ. De gaudio talis Natiuitatis.
Exaltationis S Crucis. In Euang. & Feſtum.
Matthæi Apoſtoli. In Euangelium.
Dedicationis S. Michaelis Archangeli. In Euangelium.
Item de Angelis, vt cuſtodes ſunt.

*October.*

Franciſci Confeſſoris. In Euangelium.
Simonis, & Iudæ Apoſtolorum. In Euang.

*Nouember.*

Omnium Sanctorum. In Euangelium.
Item in eodem feſto de Sanctis ipſis.
Martini Epiſcopi, & Confeſſoris. In Euangelium & Feſtum.
Gregorij Thaumaturgi. In Euangelium.
Præſentationis B. Mariæ.

*Commune Sanctorum.*

In Euangelium commun. Apoſtolorum. *Hoc eſt præceptum meum, &c.*
In commun. Euangeliſtarum. In Euang. *Deſignauit Dominus, &c.*
In primum Euang. commun. vnius Martyris. *Si quis venit ad me, & non odit, &c.*
Item in ſecundum Euangel. *Si quis vult venire poſt me, &c.*
Item in Euangelium. *Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere, &c.*
Item in quartum Euangelium. *Nihil opertum, quod non reueletur, &c.*
In commu. Martyrum tempore Paſchatis. In Euangelium. *Ego ſum vitis vera, &c.*
In commu. plurimorum Mart. extra tẽpus Paſchale. In primum Euangelium. *Cum audieritis prælia, & ſeditiones, &c.*
Item in ſecundum Euangelium. *Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit, &c.*
Item in tertium Euangelium. *Sedente Ieſu ſuper montem Oliueti, &c.*
Item in ſeptimum Euangelium. *Qui vos audit, me audit, &c.*
Item in octauum Euangelium. *Attendite à fermento Phariſæorum, &c.*
In comm. Confeſſ. Pontif. In primum Euangelium. *Nemo quidem peregre proficiſcens, &c.*
Item in ſecundum Euangelium. *Vigilate, quia neſcitis, qua hora, &c.*
Item in tertium Euangelium. *Videte, vigilate, & orate, &c.*
In comm. Doctorum. In Euangelium. *Vos eſtis ſal terra, &c.*
In com. Confeſſ. non Pontif. In primum Euangel. *Sint lumbi veſtri præcincti, &c.*
Item in ſecundum Euangel. *Nolite timere puſillus grex, &c.*
In com. Abbatum. In Euang. *Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus, &c.*
In com. Virginum. In primum Euangelium. *Simile eſt regnum cælorum decem Virginibus, &c.*
Item in ſecundum Euangelium. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito, &c.*
In com. Sanctarum Mulierum non Virginum. In idem Euangelium. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, &c.*
In com. Dedicationis Eccleſiæ. In Euangelium. *Ingreſſus Ieſus, &c.*

# INDEX

# SECVNDI ELENCHI

## SERMONVM

## *Pro Oratione X L. Horarum.*


SErmo primus. In illud Oſeæ 2.24. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.*

2. In illud Ierem.32. 12. *Super vbera plangite, ſuper rrgione deſiderabili, ſuper vinea fertili.*

3. In illud Iſaiæ 26.8. *Nomen tuum, ac memoriale tuum in deſiderio animæ meæ.*

4. In illud Ierem. 31.3. *Longe Dominus apparuit mihi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te, &c.*

5. In illud Iſa. 64.5. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiã, in viis tuis recordabuntur tui.*

6. In illud Iſa.63.7. *Miſerationum Domini recordabor: laudem Domini ſuper omnia, quæ reddidit nobis Dominus.*

7. In illud Pſal. 22. 4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

8. In illud Matth. 6.21. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.*

9. In illud Pſal. 38. 13. *Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Remitte mihi, &c.*

10. In illud Pſal. 87.10. *Traditus ſum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.*

11. In illud Zach. 10.3. *Viſitauit Dominus Deus exercituum domum Iuda. Poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.*

12. In illud Cant. 1.12. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.*

13. In illud Ioan. 1.3. *Quod factum eſt in ipſo, vita erat.*

14. In illud Ioan. 1. 17. *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*

15. In illud Cant. 1.14. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.*

16. In illud Ier. 13. 23. *Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

17. In illud Iſai. 53. 2. *Non eſt ſpecies ei, neque decor; & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum.*

18. In illud Pſal. 41. 3. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei*, ſeu, *& videbor à facie Dei?*

19. In illud Iſai. 41.9. *Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus confortaui te.*

20. In illud Leui. 26.11. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri: & non abijciet vos anima mea.*

21. In illud Luc. 14. 26. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*

22. In illud Pſal. 34. 15. *Cum mihi moleſti erant induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur.*

23. In illud Matth. 27.46. *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

24. In illud Ier. 5.1. *Circuite vias Ieruſalem, & conſiderate: & quærite in plateis eius; An inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, &c.*

25. In illud Cant. 2.3. *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus, &c.*

26. In illud Eccl. 24. 26. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus, ſeu fructibus meis implemini.*

27. In illud Aggæi 2.8. *Veniet deſideratus cunctis gentibus; & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus.*

28. In illud Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius, &c.*

29. In illud Oſeæ 14. 8. *Conuertentur, & ſedebunt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico.*

30. In illud Cant. 2.4. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.*

31. In illud Pſal. 39.6. ex verſ. Hieronymi. *Multa feciſti tu Domine Deus meus, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem, ſi narrare voluero, & numerare, plura ſunt, quam vt narrari queant.*

32. In illud Pſalm. 4. 3. *Filij hominum vſquequo graui corde. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*

33. In illud Ioan. 12.32. *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.*

34. In illud Pſal. 72.9. *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognouerunt, ſicut in exitu ſuper ſummum.*

35. In illud Pſal. 4. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, &c.*

36. In illud Pſal. 72.26. *Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

37. In illud Pſal. 44. 6. *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corda inimicorum regis.*

38. In illud Pſal. 62.8. *In velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.*

39. In illud Cant. 2.6. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

40. In illud Rom. 5.5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui, &c.*

41. In illud 1. Cor. 2. 14. *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.*

42. In illud Pſal. 9.22. *Vt quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?*

43. In illud Oſeæ 6.3. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius. Et veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus.*

44. In illud Pſal. 61. 4. *Quouſque irruitis in hominem, interficitis vniuerſi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ? Nonne Deo ſubiecta erit anima mea?*

45. In illud 1.Cor.13.12. *Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

46. In illud Pſal.26.1. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea; quem timebo?*

47. In illud Pſal. 70.21. *Multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me.*

48. In illud Matth.6.6. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, &c.*

49. In illud Pſal. 26.8. *Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.*

50. In illud Cant.2.14. *Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

51. In illud Pſal.39.2. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit, &c.*

52. In illud Matth.28.19. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.*

53. In illud Pſal.76.2. *Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquiſiui, manibus meis nocte contra eum, &c.*

54. In illud Iſaiæ 55.6. *Quærite Deum dum inueniri poteſt: Inuocate eum dum prope eſt.*

55. In illud Sap. 6. 13. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; aſſidentem enim illam foribus ſuis inueniet.*

56. In illud Geneſ.32.26. *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.*

57. In illud Cant.3.6. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

58. In illud Cant. 3.7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.*

59. In illud Pſal. 149.6. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites, &c.*

60. In illud Ioan.19.15. *Regem veſtrum crucifigam? Ecce Rex veſter.*

61. In illud 1.Ioan.4.8. *Qui non diligit, non nouit Deũ; quoniam Deus charitas eſt.*

62. In illud Cant.3. 10. *Media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.*

63. In illud Iſa.8.6. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius.*

64. In illud Pſal. 18.6. *In ſole poſuit tabernaculum ſuũ, & ipſe tanquam ſponſus, &c.*

65. In illud Cant. 3.11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die, &c.*

66. In illud Matth. 22. 11. *Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?*

67. In illud Pſal. 24.15. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.*

68. In illud Cant.4. 1. *Oculi tui columbæ intra velum tuum.*

69. In illud Pſal.36.4. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*

70. In illud Sophoniæ 3.9. *Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini.*

71. In illud 1. Theſſ.5.17. *Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis: Spiritum nolite extinguere.*

72. In illud Iudith 9. 1. *Ingreſſa eſt oratorium ſuum, & induens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino clamabat ad Dominum.*

73. In illud Cant.4.6. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

74. In illud Pſal.33.6. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*

75. In illud Eccleſ. 3. 22. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.*

76. In illud Matth. 11. 12. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

77. In illud Iob 30.20. *Clamo ad te, & non exaudis; ſto, & non reſpicis: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.*

78. In illud Pſal. 65. 17. *Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea: Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

79. In illud 3.Reg.2.10. *Pete mater mea; neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam.*

80. In illud Iſai.51.3. *Conſolabitur Dominus Sion, conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.*

81. In illud Pſal.103.34. *Iucundum ſit ei eloquium meũ: ego vero delectabor in Domino.*

82. In illud Pſalm.50.14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.*

83. In illud Cant. 5. 1. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.*

84. In illud Pſal. 115. 12. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, &c.*

85. In illud Cant. 5. 1. *Veni in hortum meum, ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.*

86. In illud Iſai. 58. 9. *Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adſum.*

87. In illud Cant. 5.1. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

88. In illud 2.Reg. 12.3. *De pane illius comedebat, & de Calice illius bibebat.*

89. In illud Prouer.9.3. *Venite & comedite panem meũ, & bibite vinum, quod miſcui vobis.*

90. In illud Pſal. 45. 11. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.*

91. In illud Cant.5.2. *Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.*

92. In illud Cant. 5. 2. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.*

93. In illud 2. Mach.9.13. *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.*

94. In illud Pſalm. 84. 9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.*

95. In illud Cant.5.6. *Vocaui, & non reſpondit mihi.*

96. In illud Cant.5.10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.*

97. In illud Apoc. 4. 10. *Et mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia, &c.*

98. In illud Zach. 3. 9. *Super lapidem vnum ſeptem oculi.*

99. In illud Iſai. 16.5. *Præparabitur in miſericordia ſoliũ, & ſedebit ſuper illud in veritate.*

100. In illud 1.Petri 4.13. *Communicantes Chriſti Paſſionibus, gaudete.*

101. In illud Pſal.138.14. *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis.*

102. In illud Iſa.62.2. *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.*

103. In illud Cant.6.4. *Auerte oculos tuos à me: quia ipſi me auolare fecerunt.*

104. In illud Prou.28.14. *Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus.*

105. In illud Philip. 4. 4. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete: Modeſtia veſtra nota ſit, &c.*

106. In illud Pſal.91.14. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.*

107. In illud Cant.7.8. *Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua ſicut botri vineæ.*

108. In illud Epheſ.5.25. *Chriſtus dilexit Eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea.*

109. In illud Cant.7.11. *Veni dilecte mi; egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

110. In illud Cant.8.1. *Quis mihi det te fratrem meum*

*ſugentem*

*ſugentem vbera matris meæ; vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?*

111. In illud ipſum Cant. 8. 1. *Quis mihi det, &c.*

112. In illud Cant. 8. 2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi, &c.*

113. In illud Iſa. 51. 5. *Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus, & in brachio gentes ſperabunt.* (ſecundū Sept.) *Me inſulæ expectabunt, &c.*

114. In illud Cant. 8. 5. *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt:* ſeu ex Originalibus, *cū dolore peperit te mater tua: ibi cum dolore genuit te genitrix tua.*

115. In illud Cant. 8. 6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

116. In illud ipſum thema Cant. 8. 6. *Pone me, &c.*

117. In illud Galat. 6. 17. *De cetero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto.*

118. In illud Pſal. 4. 7. *Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.*

119. In illud Rom. 5. 8. *Commendat Deus charitatem ſuam, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: Multo igitur magis nunc, &c.*

120. In illud Pſal. 17. 2. *Diligam te Domine fortitudo mea.*

121. In illud Iſai. 62. 1. *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.*

122. In illud Pſal. 54. 7. *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?*

123. In illud Soph. 3. 17. *Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit, gaudebit ſuper te in lætitia: ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude.*

124. In illud Cant. 8. 10. *Ego murus, vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

125. In illud Ezech. 13. 5. *Non aſcendiſtis ex aduerſo,* ſeu, vt eſt in Hebr. *in confractionibus: neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

Pro Epiſcopo in primo Eccleſiæ ſuæ ingreſſu. Sermo primus ad populum. In illud Ioan. 20. 9. *Venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.*

Sermo 2. pro eodem. In illud Luc. 22. 27. *Ego ſum in medio veſtri ſicut qui miniſtrat.*

Sermo 3. pro eodem. In illud Cant. 1. 6. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis: Vineam meam non cuſtodiui.*

Pro Epiſcopo tempore ordinationis. Sermo primus ad ordinatos. In illud Leuit. 20. 26. *Eritis mihi Sancti, quia Sanctus ego Dominus, & ſeparaui vos à ceteris, vt eſſetis mei.*

Sermo 2. eiuſdem argumenti. In illud Deut. 26. 17. *Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in vijs eius: vt cuſtodias ceremonias illius, & mandata, atque iudicia.*

Sermo 3. eiuſdem argumenti. In illud Iſai. 52. 11. *Recedite recedite, exite inde: pollutum nolite tangere; exite de medio eius: mundamini qui fertis vaſa Domini.*

Sermo 4. eiuſdem argumenti. In illud Deut. 10. 8. *Separauit Dominus tribum Leui, vt portaret arcam fœderis, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine ipſius.*

Sermo 5. eiuſdem argumenti. In illud Num. 18. 20. *In terra eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.*

Religionis habitum cum quis induit, ſeu cum quis profeſſionem emittit. Sermo primus. In illud Cant. 2. 4. *Introducite me in domum vini.*

2. In illud Pſal. 125. 3. *Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.*

3. In illud Cant. 1. 4. *Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te. Memores, &c.*

4. In illud Eccl. 51. 34. *Collum noſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.*

5. In illud Matth. 11. 29. *Tollite iugum meum ſuper vos: Iugum enim meum ſuaue eſt.*

6. In illud Cant. 1. 10. *Collum tuum ſicut monilia.*

7. In illud Cant. 4. 1. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

8. In illud Cant. 4. 2. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcendent, &c.*

9. In illud Matth. 5. 48. *Eſtote & vos perfecti ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.*

10. In illud Eccl. 2. 1. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.*

11. In illud Rom. 12. 2. *Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.*

12. In illud Luc. 11. 21. *Cum fortis armatus cuſtodit atriū ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet; Si autem fortior illo ſuperueniens, &c.*

13. In illud Matth. 18. 20. *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

14. In illud Ioan. 8. 12. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.*

15. In illud Ioan. 7. 37. *Si quis ſitit, veniat ad me.*

16. In illud Matth. 5. 20. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

17. In illud Matth. 6. 24. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, &c.*

18. In illud Ioan. 15. 17. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*

19. In illud Luc. 14. 26. *Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum, & matrem, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

20. In illud Luc. 14. 28. *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non ſedens prius computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi habeat, &c.*

21. In illud Matth. 16. 24. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam.*

22. In illud Matth. 19. 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; quid ergo erit nobis?*

23. In illud Matth. 19. 29. *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut Patrem, &c. centuplum, &c.*

Pro monialibus, quando monaſticum induuntur habitum, vel emittunt profeſſionem, vel ſacro velantur velamine.

Sermo primus. In illud Cant. 1. 3. *Oleum effuſum nomen tuum: Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te.*

2. In illud Iſai. 5. 2. *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei, &c.*

3. In illud Sap. 4. 1. *O quam pulchra eſt caſta generatio cū claritate: immortalis eſt enim memoria illius.*

4. In illud Cant. 1. 13. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

5. In illud Cant. 1. 15. *Ecce tu pulchra es amica mea: Ecce tu pulchra es; Oculi tui columbarum,* ſeu *columbæ.*

6. In illud Cant. 1. 16. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus.*

7. In illud Cant. 2. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.*

8. In illud Cant. 2. 3. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

9. In illud Cant. 2. 4. *Ordinauit in me charitatem,* ſeu, vt eſt in Hebr. *Vexillum eius ſuper me charitas.*

10. In illud Cant. 2. 5. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.*

11. In illud Cant. 2. 10. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.*

12. In illud Cant. 2. 11. & 12. *Iam hiems tranſijt; imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, &c.*

13. In illud Cant. 2. 14. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: Oſtende mihi faciem tuam, &c.*

14. In illud Cant. 2. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi: Qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret, &c.*

15. In illud Cant. 3. 4. *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum, &c.*

16. In illud Cant. 3. 6. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, &c.*

17. In illud collectum ex Cant. 3. 11. *Egredimini, & videte filiæ Sion Reginam Sulamitem in diademate, quo, &c.*

18. In illud 1. Corinth. 11. 6. *Si turpe eſt mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput ſuum.*

19. In illud Cant. 4. 3. *Sicut fragmen mali punici, ita & genæ tuæ abſque eo, quod intrinſecus latet.*

20. In idem thema iuxta varias lectiones. *Abſque eo, quod intrinſecus latet.* Vel, *Intra velum tuum.* Vel, *extra ſilentium tuum,* ſeu, *tui.*

21. In illud Cant. 4. 6. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.*

22. In illud Cant. 4. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

23. In illud Cant. 4. 8. *Veni de Libano ſponſa mea, Veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice, &c.*

24. In illud Cant. 4. 9. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno, &c.*

25. In illud Cant. 4. 12. *Hortus concluſus ſoror mea, ſpōſa, hortus concluſus, fons ſignatus.*

26. In illud Cant. 4. 16. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorũ fructibus: Cypri cum nardo, &c.*

27. In illud Cant. 5. 9. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Qualis, &c.* Verſ. 10. *Dilectus meus, &c.*

28. In illud Cant. 6. 3. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum, &c.*

29. In illud Cant. 6. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt, &c.* Verſ. 9. *Viderunt eam filiæ Sion, &c.*

30. In illud Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa, &c.*

31. In illud Cant. 7. 1. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!*

32. In illud Cant. 7. 6. *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in deliciis!* Verſ. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, &c.*

33. In illud Cant. 7. 8. *Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua, &c.*

34. In illud Cant. 7. 10. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

35. In illud Cant. 8. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*

36. In illud Cant. 8. 6. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

37. In illud Cant. 8. 6. *Fortis eſt vt mors dilectio.*

38. In illud Cant. 8. 9. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: Si oſtium eſt, compingamus, &c.*

39. In illud Cant. 8. 10. *Ego murus, & vbera mea quaſi turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

40. In illud Matth. 13. 44. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, abſcondit, &c.*

Sermo in electione Abbatiſſæ, ſeu alterius Prælati in illud Act. 1. 24. *Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his, &c.*

Pro ſuadenda concordia, & pace Sermo. In illud Hebr. 13. 1. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.*

Pro ſuadenda communionis frequentia Serm. In illud Luc. 11. 3. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

Pro ſuadenda digna præparatione ad Communionem Serm. In illud 1. Cor. 11. 28. *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.*

Ad eos, qui iam communicati ſunt Serm. in illud Cant. 8. 2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi, &c.*

Cum ingruit aliqua calamitas, ſeu cum indicitur aliquod Iubilæum, aut Preces publicæ.

Pro gratiarum actione Sermo. In illud Coloſſ. 3. 11. *Grati eſtote.*

In exequijs Defunctorum Sermo. In illud Apoc. 14. 13. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.*

ELEN-

# ELENCHVS MATERIARVM
## QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR,
### Pro Concionibus ſuper Euangelia totius anni per ordinem ad Concionatorum vſum diſpoſitus.

*Prior numerus paginam, ſecundus columnam indicat.*

### 1 In Euangelium primæ Dominicæ Aduentus.


*ERunt ſigna in Sole.* Solem eſſe zelum Dei, quo ſancti afficiuntur pro Dei honore. pag. 80. col. 2. & ſeq. vbi plura de tali Sole, eiuſque effectibus, quamue malum ſit, vt is obſcuretur.
Solem item eſſe Diabolum, eiuſque effectus. 82.2. & ſeq.
Chriſti, vt eſt Sol, multiplices effectus. 84.1. & ſeq. 89.2. & ſeq. Quam metuendum, ne is obſcuretur remouens ab anima lucem miſerationum ſuarum.
Concupiſcentiam eſſe Solem, deque talis ſolis effectibus. 87.1. & ſeq. Vtinam eius appareat obſcuritas.
Deus eſt Sol, eiuſve, vt talis, effectus. 89.2. & ſeq. Væ animæ, in quibus ſint ſigna obſcurationis iſtius Solis.
Charitas, & deſiderium cæleſte eſt Sol. 89.2
Quo obſcurato mors eſt metuenda. 547.1
*Et Luna.* Quomodo Eccleſia in ſuo progreſſu ſit Luna, & Sol. 812.2
Quomodo anima in ſuo progreſſu ſit Luna, & Sol. 813.2. & ſeq. eam obſcurari per peccata. 75.1
Humanitas Chriſti Luna & Sol. 815. 2. Quæ peccatoribus in die iudicij obſcurabitur nubibus iniquitatum illorum, de quibus 328. & ſeq.
*Areſcentibus hominibus præ timore.* Timoris cum hyeme cōparatio, eiuſue effectus. 325.1. & ſeq.
Quomodo idem timor areſcere faciat animas. 653.1
*Et tunc videbunt filium hominis.* Chriſtus in die iudicij ſe exhibebit vt iudicem & vt ſponſum. 936.1
Quod Chriſtus, vt homo, fuerit Eccleſiæ Rex, & caput. 458.1
*His autem fieri incipientibus, reſpicite,* &c. Quomodo iuſti expoſcant diem iudicij. 384.2
Quomodo eundem optet Eccleſia. 958.2. Reſpicient iuſti in die illa Chriſtum coronatum diademate ſanctorum, vt habes 455.1. & ſeq. & 472.1. leuabunt capita, cūm eundem videbunt vt charitate à ſeipſis coronatū. 474.2
*Quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Quomodo in die iudicij iuſti adibunt cæleſtem hæreditatem, vt Dei ſpōſæ. 937.1. Redemptionem appellari beatitudinem noſtram, ad differentiam beatitudinis Chriſti, vt colliges ex dictis 683.2
Et quia ea obtinebitur ob Chriſti redemptionem, de qua 45.2
*Videte ficulneam, & omnes arbores.* 338. 2. Ficus, & Crux Chriſti quam apte proponantur pro indicio futuræ in mundo conuerſionis. ibid.
Crucis ſignum apparens in indicio quid efficiet. ibid.
Crux Chriſti congruens cum ficu, congruit & cum arbore ſcientiæ boni, & mali. 339.2
Vide de Iudicio finali plura in feria 2. Dominicæ primæ Quadrageſimæ.
*Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quomodo verba Dei ſint collum Eccleſiæ, & fortiſſima turris Dauid. 540.2
Verbum Dei cur dicatur gladius. 435.1. & ſeq.
Verba Dei quam ſint diuerſa à verbis hominum. 772.2
Vim habent fulciendi. 279.2
Quomodo, & cur petra dicatur ſcriptura Sacra. 352.1, eius dogmata, & præcepta quam ſint valida. 216.1
Motiua quatuor impellentia ad procurandam conuerſionem peccatorum. 700.2
Conuerſioni infidelium indulgere ſatagit eccleſia. 875.1
Diuinorum ſapientiam eſſe maxime ſui communicatiuā. 640.2. & ſeq.
*Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Chriſtus, vt verus ſcripturarum explanator, eas, quæ de ipſo loquuntur, exponere debet, ideoque earum intelligentia ab illo petenda. 54.2
In ſcripturis ſacris melius, quam in vlla alia re dignoſcitur Deus. 214.1
Chriſti aſſiſtentia quam ſit neceſſaria ad intellectum ſacrarum ſcripturarum. ibid.
Abſque tali aſſiſtentia eædem videntur viliſſimæ. ibid.
Earum excellentia ſoli Eccleſiæ Catholicæ eſt perſpecta propter Chriſti aſſiſtentiam. 215.1
De varijs Chriſti manifeſtationibus. 314.1
In manifeſtatione humanitatis ſuæ Chriſtus manifeſtauit & ſuam diuinitatem. 307.1
Quod Chriſti Incarnatio erat maxime omnium expectata, & deſiderata. 248.2
Illam, quam optarint patres. 365.1. vide in feſto expectationis B. Mariæ.
Chriſtus quærendus in eccleſia. 391.1
*Cæci vident, claudi ambulant.* Chriſtus miſcuit opera diuinitatis, & humanitatis. 685.1
Miraculorum Chriſti cognitio eſt odor vnguentorum illius. 53.1
Ijs manifeſtauit diuinitatem ſuam. 730.2
Sunt propugnacula argentea. 943.1
Faciens miracula ſalijt in montibus, & ſuperauit ſanctos. 306.1
Ob miracula, & doctrinam maiores ſuſtinuit perſecutiones. 245.2
Opera Chriſti ſunt illius manus. 776.1. Eadem omnia perfectiſſima & puriſſima. ibid.
Miracula Chriſti poteſtatem diuinitatis indicabant. ibid.
*Pauperes euangelizantur.* Pauperes Chriſti eſſe Reges. 853. 2. Quod humilibus reuelentur Euangelij myſteria. 62. 1. & 15.2
*Arundinem vento agitatam?* De ſoliditate, & perſeuerantia in bono, quia operum bonorum haud initia, ſed finis conſiderandus. 878.1
Perſeuerantia eſt, quæ perficit ſtructuram domus æternæ. 217.2
Stabilitas charitatis eſt maxime optanda. 273.2
Sicut & in reliquis virtutibus. 277. 1. & 280.1
*Mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus Regum ſunt.* Mundum contemnens dicitur aſcendere per deſertum. 426.1
Vide plura de voluptatibus, & delicijs terrenis contemnendis in Indice rerum verb. *Deliciæ, & Voluptas.* Tunicam propriam hominis poſt peccatum eſſe aſperam mortificationem. 716.1
Veſtimenta ſanctorum propria eſſe virtutum opera. 608. 2. & Ieſum ipſum. 607.1
*Ecce ego mitto Angelum meum, qui,* &c. De multiplici ſimilitudine animæ ſanctæ cum Angelis. 146. 2. Vide quæ notata ſunt in feſto Dedicationis S. Michaëlis Arch.


### 2 In Euangelium 2. Dominicæ Aduentus.


*Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.*
De tribulationibus iuſtorum. Vide plurima in Indice rerum, verb. Tribulatio, ſed præcipue 84.1. & ſeq.
Vide & in feſto S. Petri ad Vincula.
*Mittens duos ex diſcipulis ſuis.* Ideo Ioannes mittit diſcipulos ſuos ad Chriſtum, vt eum cognoſcant. Vbi tractari poteſt de cura aliorum habenda. 645.1. Vide & 545.1. Quomodo Prælati paſcentes, & communicantes ſapientiam paſcantur & ipſi.


### 3 In Euangelium 3. Dominicæ Aduentus.


*Tu quis es?* Devagatione animæ, quæ à Deo diſcedit, ſicut Sacerdotes, & Leuitæ mittentes ad Ioannem, quem putabant eſſe Chriſtum. 123.2
Quam metuenda iſtiuſmodi vagatio. 124.2
Vagari non poteſt anima, quæ ſit in gratia. ibid.
Pia anima quando conuertitur ad ſæculi voluptates, errat multo magis, quam homines mundi. 125.1. Voluptatibus ſæculi indulgens cur vagationis pœnam habet. 124. 2. Vagari quomodo contingat animæ, quæ ſit in gratia. 129.2

Hæretici vagantur errore maximo circa multiplices hæreſes. 121.1

Hebræi ex ſcripturis ſacris nequiuerunt intelligere Chriſtum venturum humilem. 393.2

Mundani quomodo circuire dicantur. 395.2. Quomodo plures faciant circuitus in ſingulis mundi rebus, quibus indulgent. 396.1

De quæſitione Dei complura ibid. & ſeq.

Poſſunt hæc, *Tu quis es*, dici pro excitatione ad cognitionem ſui ipſius, de qua plurima habes 136.2. Ea eſt duplex. 140.2

Cognoſcere ſemetipſum, & Dei in ſe præſentiam quomodo poſſit anima. 137.1

Cognitionem ſui ipſius negligens neceſſe eſt implicetur multis erroribus. 140.2

De cognitione, quam habere debemus de Chriſto plura 241.1

*Ego vox clamantis in deſerto.* Quod Ioannes Baptiſta fuerit vox Chriſti. 305.1

Guttur Chriſti. 786.1

Quod inſtar Ioannis, qui in deſerto mortificationi indulgebat, prædicatores debeant indulgere mortificationi. 739.1. & ſeq.

Exempla vitæ exhibere debent vna cum bona doctrina. 360.1. 364.2

Se habent inſtar tubarum. 505.1

Libenter in villis prædicant, & idiotis boni prædicatores. 873.2

A pœnitentia exordiuntur. 735.1

Eorum vox, & eloquium eſt & eloquium Dei. 505.1

Eorum munus peculiare eſt, vt voce ſua Chriſtum deferant. 448.2

Prædicatio verbi Dei eſt duplex echo. 350.1

*Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.* Quomodo cum Deus in medio ſit animæ, diſcedere tamen dicitur ab illa: & quomodo petitur, vt reuertatur, cum non diſceſſerit. 382.2

Quomodo Ieſus in medio ſtare conſueuerit, & cur. Vide in feria tertia Paſchæ.

Dei locum quomodo quærat pia anima, quæ iam ibi cum illo eſt. 111.2

Cur aliquando Deus ſe abſcondat à pia anima. 740.1

Cur homo neſciat Deum ſibi præſentem. 739.2

Quomodo, & in quibus ambulet. 680.1

Dei præſentiæ in anima ſigna. 342.1

Dei conuerſio quomodo fieri dicatur ad animas, & ad vnam ſolam animam. 152.1

Aſſiſtentia Dei in Eccleſia vnde præcipue arguatur. 134.1. & 139.1

De cæcitate Iudæorum in agnoſcendo Chriſtum. 388.1

*Cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti.* Quod calceamentum non ſoluerit Chriſtus, quia eius caro fuit immunis à peccato. 834.2

De virtute humilitatis fuſiſſime 529.2. & ſeq. expoſ. 3. illorum verborum verſ. 4. capitis 4. *Sicut turris Dauid collum tuum*, &c.

Humilitatē eſſe maxime neceſſariā ad perfectionē. 890.1

Calceamenta pedū affectuū piæ animæ qualia ſint. 833.1


## 4 In Euangelium 4. Dominicæ Aduentus.


*Factum eſt verbum ſuper Ioannem.* Quod Prædicatores excitentur à Deo per maiorem gratiæ viſitationem. 731.1. Agnoſcentes diſpoſitos ad audiendum infirmiorum animos non poſſunt renuere prædicationis officium. ibid. & ſeq.

Illos antecedit Deus in conuerſione animarum. 740.1

Vnde ad id muneris excitentur. 804.2

Eccleſia in cryptis latitans excitatur ad prædicationem. 348.2

*In deſerto.* Quod boni prædicatores è contemplatione ſurgunt ad prædicationem. 734.2

De deſerto religionis, vbi Chriſtus loquitur. 354.2

De deſerto, in quem Deus introducit animam. 426.1. & 421.1. & ſeq

Contemplationis, & actionis viciſſitudo neceſſaria. 322.2

Contemplatiui quomodo, & cur fugiant procurare ſalutem proximi. 714.2

*Et venit in omnē regionē Iordanis.* Quod qui proximus Deo eſt, properare debeat ad animarum conuerſionē. 318.2

Eccleſia pulchra eſt ex eo, quod prædicatores properant per omnem regionem ad prædicandum. ibid.

In peragrando orbem, ſancti prædicatores præ celeritate ſimiles nubibus, & columbis. 318.1

*Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Quod ſancti prædicatores à pœnitentia incipiunt. 772.2

Ioannis vox, vox turturis. 336.1

Prædicatio pœnitentiæ eſt Deo dulcis. 349.2. & ſeq.

De Prædicatoribus, eorumque conditionibus plurima 551.1. & 603.1. Vide de illis plura in Indice rerū verb. *Prædicatio*, & *Prædicator*.

*Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* De remiſſione peccatorum, quod ea ſit prior natura quam gratiæ infuſio reſpectu animæ iuſtificatæ. 329.2

Eius tempus eſt tempus putationis. 335.1

Remiſſum peccatum reſoluitur in nihil. 334.1. Deficit eodem modo, quo deficit hyems. 328.1. Quomodo ſurgens aufugiat. 655.1

Quomodo peccatorum labem abſterſerit Deus ſanguine. 755.1

De tribus pœnitentiæ partibus. 330.1

De pœnitentia plurima 716.1. Vide in Indice rerū verb. *Pœnitentia*.

Illius actus tres, diſpoſitio peccati, opera mortificationis, & receſſus ab occaſionibus peccatorum. 756.2

*Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Quomodo anima viam domino in ſe paret rectam, vt is in ea perambulet. 619.2. & ſeq.

*Omnis vallis implebitur.* De valle humilitatis. Quomodo Chriſtus floret vt lilium in omnibus ſanctis, qui præ humilitate ſunt valles. 228.1

Chriſtus eſt lilium conuallium, quia humilibus eſt ſpes gloriæ. 225.2. & 229.1. & ſeq.

De quiete habenda tantum in Deo. 209.2

*Et omnis mons & collis humiliabitur.* A ſuperbia penitus recedendum. 568.2

Quomodo montes & colles impedimentorum prædicationis amouerit Chriſtus. 300.2

Quomodo veniens in animam Chriſtus ſaliat in montibus potentiarum eius. 302.2

Dæmones, qui montes, & colles, humiliati ſunt per Chriſti Incarnationem. 306.1

*Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Quod Deus videri nequit in præſenti ſæculo. 209.1

Chriſtus in manifeſtatione humanitatis manifeſtauit & diuinitatem ſuam. 307.2

Incarnatio Chriſti lucidiſſima. 249.2

In ea partim ſe manifeſtauit, partim ſe abſcondit Chriſtus. 315.1

Ante ipſam Chriſtus agnoſcebatur ſolum per voces Prophetarum. 305.1

Poſt ipſam Chriſtus de ſe odorem emiſit notitiæ ſuæ. 39.1

Ex eius opere intelligimus Deum factum ſponſum animarum. 775.2

Deus incarnatus eſt, vt ex corporis geſtis haberetur homo ad ipſius cognitionem. 46.2


## 5 In die Natiuitatis Domini.


De hac Chriſti Natiuitate plurima habes, quæ videas notata in Indice rerū verb. *Natiuitas Chriſti*, & verb. *Chriſti Natiuitas*.

De itinere B. Mariæ in Bethlehem. 321.2

*Peperit filium ſuum primogenitum.* Partus in Maria quomodo exornauit eius virginitatem. 161.1. eſt externus illius decor. 799.2

Virginitatis, ac partus pulchritudo in Maria prouenit ex pulchritudine Chriſti Dei, & hominis. 203.2

Chriſti partus neceſſitas. 332.2. & 343.2

Quid edito in lucem Chriſto à Maria factum ſit. 364.1

Maria Chriſtum paruulum vt monile ad collum geſtabat. 156.1

Sic ad collum illum deferens offerebat illi eximios actus amoris. 168.2

De vberib. Mariæ vide in Indice rer. ver. *Mariæ vbera*.

*Pannis eum inuoluit.* Faſcijs dum circumdatus eſt Chriſtus, diademate fuit à Maria coronatus. 475.2

Quare faſcijs coronatus ſit à Maria non in capite, ſed in corpore. ibid. & ſeq.

*Et reclinauit eum in præſepio.* Vide plurima, atque pulcherrima de præſepio hoc, deque Chriſto infante, & in præſepio reclinante in Indice rerum verb. *Præſepe*.

*Et paſtores erant in regione eadem cuſtodientes vigilias noctis.* De nocturno tempore, quo natus eſt Chriſtus, quod fuerit lucidiſſimum. 109.1

De Angelorum gaudio. 693.1

*Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax*, &c. 798.2

*Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* 297.2. & 509.1. Quibus affectibus anima deuota meditetur myſterium Natiuitatis Chriſti. 890.2. & 895.2

*In principio erat Verbum*, explicatur. 165.2

Verbum proceſſit à Patre per modum oſculationis, & oſculi. 7.1

*Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Quomodo omnia Chriſti geſta, & quidquid in ipſo, ac per ipſum factum eſt, extiterit vita. 174.2

*In propria venit*, explicatur. 671.1

*Gloriam quaſi vnigeniti à Patre,* explicatur. 460.2
*Et verbum caro factum eſt.* De verbi Incarnatione vide plurima in Indice rer. verb. *Incarnatio.*
Verbum diuinum, vt melius ab omnibus poſſet agnoſci, alligauit ſe carni, & humanitati. 173.2. & ſeq. 177.1

## 6 In Euangelium feſti Circunciſionis Domini.

*Vt circunciderettur puer.* De triplici circunciſione, quæ ex hac ſcriptura colligitur, agere potes; Cordis, vnguium, & præputij.
Pro Circunciſione cordis tracta de amputatione ſenſibilium, & carnalium voluptatum. Vide in Indice rerum verb. *Voluptates terrenæ.* Vnde ex illarum praua natura, ac damnis plura colliges motiua ad dictam amputationem impellentia.
De amputatione affectuum, eorumque mortificatione; Quia ijs peccatoris cor Deo obſeratur veluti peſſulo. 735.2
Quod ijdem in vno tantum Deo ſunt collocandi. 355.2
De amputatione propriæ voluntatis. Vide eius damna in Indice rerum verb. *Voluntas propria.*
Pro circunciſione vnguium tracta de amputatione auaritiæ, & diuitiarum. Quod cum auarus tangitur in diuitijs, tangitur in corde. 727.1
Quomodo Deus plerumque in diuitijs peccatores flagellet, per quas ij ipſum offendere. 726.1
Diuitiæ quaſi inuitæ detinentur apud ingratos. ibid. & ſeq.
Pro circunciſione præputij agere potes de mortificatione concupiſcentiæ. Vide plura eius mala in Indice rerum verb. *Concupiſcentia.*
Quam magnam humilitatem exhibuerit Deus ſubiiciens ſe legi circunciſionis, quæ erat peccatorum. Quod vere humilitas efficit, vt quis facto ipſo ita ſe gerat, vt alij etiam credant in illo eſſe id abiectionis. 532.1
De hac Chriſti humilitate plura habes ibid. 2
Poteſt etiam tractari hoc loco de immenſa Chriſti charitate, per quam tam cito cœpit pro nobis ſanguinem ſuum fundere. Deque ipſo eius ſanguine.
Quam congrue Chriſtus expreſſus nomine charitatis. 460.2. & 296.2
Charitas Chriſti compenſari nequit alia re, quam charitate. 871. 2. Vide plura in Ind. rerum verb. *Charitas Chriſti,* & *Charitas Dei.*
Sanguis Chriſti quomodo dealbet. 510.1. & 680.2
*Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum fuerat ab Angelo.* Chriſtus nominari non potuit, niſi nomine deſumpto à communicatione bonitatis ſuæ ad creaturas. 40.1
De nominibus Chriſti. 34.1. & ſeq.
De nomine Tetragrammaton. ibid. & ſeq. fuſius.
De nomine Ieſu plurima 35. 1. & ſeq. Vide in Indic. rerum ver. *Ieſu nomen.*
De nomine Chriſti. 37.2. Vide in Ind. rer. verb. *Chriſti nomen.* Quod ſi nomen Domini magna operatur in anima, multo maiora operatur illius ſubſtantia. 52.2
Ad nomen Domini quomodo accurrant iuſti, quidue inde aſſequantur. 538.2. & ſeq.

## 7 In Euang. feſti Epiphan. Domini.

*Ecce magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam.* Cur ad Chriſti præſepe allecti fuerint paſtores, & Reges. 129.2
Cur magi quæſierint Chriſtum in Ieruſalem. 742.1
Cur aberrauerint à via, qua ibant ad locum vbi Chriſtus natus erat. 120.2
In magis Eccleſia gentium inſtar metalli fluxit ad Chriſtum. 741.2
*Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* De modo quærendi & inueniendi Chriſtum vide plurima in Indice rerum verb. *Quærere.*
Quærens Chriſtum, etſi illum non inueniat, multum tamen ſemper acquirit ſpiritus. 397.2
Non inuenitur, cum quæritur in plateis, & in foro. 398.2
Vide plurima de modo eum quærendi, & inueniendi expoſ. 3. & 4. verſ. 2. c. 2. Indica mihi. 114. & ſeq.
*Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.* Mundanorum mens quam inſtabilis. 209.2
Auertere ijdem nituntur ſanctos à bonis ſtudijs. 295.1
Quomodo iidem perturbent quietem piorum. 297.1
Quod Principes & Prælati ſint tanquam Pharus, vt ex eorum conſpectu ſubditi diſcant viam cæli. 525.2
De adulatoribus, quod ſint vulpes paruulæ, & quomodo capiendi. 371.2
*Et congregans omnes Principes ſacerdotum & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis. Vbi,* &c. Quod Principes ſacerdotum, & ſcribæ fuerint ſodales Chriſti. 120.2
Quod Prælati debent eſſe tanquam armamentarium ſacrarum ſcripturarum. 527.2
Prælati boni impellunt ad Chriſtum. 748.2
Illis ignorantia plenis, eſt plenum rore caput Chriſti. 713.1
In vſu verbi Dei debent eſſe prudentes. 437.2
Inuenitur Deus, cum ſanctorum Doctorum dicta requirimus. 409.1
*Et ecce ſtella, quam,* &c. *vſque dum,* &c. Deus non inuenitur ex noſtra iuſtitia, ſed ex illius benignitate. 407.1
Cum recedimus à malo, inuenimus Deum. 409.2
Inuenitur Deus fide, ſpe, charitate, & affectu. 409. 1. & 411.1
Magi quomodo auertantur, vt natum Chriſtum inuenirent. 131.2
*Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes, &c.* Magi paſti ſunt à Chriſto per ipſammet adorationem, quam illi exhibuerunt. ibid. 1.
De magorum deuotione. Cur deuotio exprimatur metaphora vnguentorum, aut ignium. 276.2. Quomodo ſit fumus & nebula. 423.2
De eorundem fide vide plurima in ind. rerum verb. *Fides.*
*Obtulerunt ei munera.* Magi offerentes munera Chriſto extiterunt flores eccleſiarum. 347.1
Munera, quæ magi obtulerunt Chriſto, conuerſa ſunt illis in cibum. 130.1
Quod ad eorum exemplum deuoti offerant Deo mortificationem, orationem, & eleemoſynas. 424.1
Auro deſignata Chriſti diuinitas. 813.2
Auro cur deſignata charitas. 760.1
Thure deſignata deuotio. 423.2
Deſignata oratio. 608.1
Myrrha cur ſit mortificationis ſymbolum. 611.2
Ea, & ſtactes, ſeu gutta quid ſint. 171.1
Myrrhæ faſciculus quam congrue deſignet verbum diuinum. 172.2
Chriſtus quam recte dictus alligamentum ſtactes & myrrhæ. 173.2
Myrrha deſignata tribulationum tolerantia. 672.2
Magis expoſcit Maria myſteria Incarnationis. 303.2
*Per aliam viam reuerſi ſunt in Regionem ſuam.* Magis Maria reuelat Innocentium cædem faciendam per Herodem. 370.1. & ſeq. & 377.2

## 8 In Euangelium Domin. infra 8. Epiphaniæ.

*Aſcendentibus illis in Ieruſalem ſecundum conſuetudinem diei feſti.* De obſeruantia legis. Obſeruantia legis antiquitus erat foramen tutiſſimum, in quo viderentur poſteriora Dei. 348.1
Lex vetus, & lex noua ſunt duæ manus Dei, dextera & ſiniſtra. 283.2
Seruantibus mandata legis odor exhibetur, & incorruptio. 216.2
Iſta à Deo inſtituta in memoriam beneficiorum ipſius. 65.1
*Remanſit puer Ieſus in Ieruſalem.* Quomodo dici queat Chriſtus elongatus ab eccleſia. 275. 1. Non diſcedit, ſed declinat à pia anima. 788.2
Chriſtus ipſe quomodo diſcedere, & redire dicatur in eccleſiam. 301.1
Quomodo Deus dicatur diſcedere ab anima dum in illa eſt. 382.2
De iſto Dei diſceſſu, & reditu. 384.2
Cur aliquando Deus ſe abſcondat à pia anima. 740.1
*Et requirebant eum inter cognatos, & notos.* Quam ardenti deſiderio Maria quæſierit Chriſtum. 138.2
Quod Chriſtus quæſitus in foro, & in plateis, atque apud homines non inueniatur. 398.2
Quomodo quærendus Chriſtus, ac Deus, vide in Indice rerum verb. *Quæro.*
*Et non inuenientes regreſſi ſunt in Ieruſalem.* Chriſtus non inuenitur humano ſenſu. 390.2
Non inuenitur extra Ieruſalem, id eſt, ſine Eccleſia Catholica duce. 788.2
Inuenitur in ſacris ſcripturis. 397.2
Quæ contigerint Mariæ in Ciuitate Ieruſalem, cum Chriſtum quæreret. 402.2. & 748.2
*Requirentes eum.* De cogitationibus B. Mariæ in quærendo Chriſtum. 491.2. & 493.2. & ſeq. & 501.1
De eiuſdem Virginis ſanctiſſimæ ſilentio. 509.1
*Poſt triduum inuenerunt illum in templo ſedentem in medio Doctorum.* Quod Chriſti habitaculum ſit inter ſanctos Doctores. 178.1
Quam lætitiam habuerit Maria Chriſto inuento. 117.1
*Audientem illos, & interrogantem.* Doctores, & Prædicatores Deum ſibi adſtantem & audientem habere debent. 350.1

Cum Chriſtus eſt in doctoribus, neceſſe eſt ſit & in alijs membris eccleſiæ. 173.1

*Stupebant autem omnes,qui eum audiebant,ſuper prudentia, & reſponſis eius.* Quanta verborum gratia extiterit in Chriſto. 200.1

Eadem eius verba quam apte dicantur flores. 277.2

Eius verba & geſtus precioſiora quibuſcunque gemmis. 462.1

Quomodo Chriſtus traxerit homines. 46.1

In eo quantus eſſet decor & gratia. 200.1

Labiorum eius vis magna in perſuadendo. 510.2

De doctrina Chriſti,vide in Indice rerum verb. *Doctrina Chriſti.*

*Dolentes quærebamus te.* Maria ex ſui amoris magnitudine teſtatum voluit filio & dolorem, & ſollicitudinem ſuã ob id,quod illum amiſerat. 116.2.& 119.2

*Neſciebatis, quia in his,quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Chriſtus inuentus in templo quam normam dederit matri, vt ipſum ſac le inuenire poſſet. 138.1

Chriſti ſollicitudo quoad Euangelij prædicationem quanta. 938.1

Eiuſdem ſollicitudo pro eccleſia primitiua, & pro anima incipiente. 856.1.& ſeq.

Quam indefeſſe Chriſtus indulſerit ſaluti animarum. 117.2

Chriſtus conuerſione,& ſalute animarum conuiuio ſe reficit. 668.1

*Et erat ſubditus illis.* De obedientia Chriſti perfectiſſima. 537.1

De obedientiæ virtute.Vide multa in Indice rerum verb. *Obedientia.*

*Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* 509.2

De contemplatione,& contemplatiuis plura 479.1

*Ieſus proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Chriſtus proficiens apparuit inſtar florum. 335.1

De profectu eccleſiæ myſtici corporis Chriſti. 419.2.& 186.1

De profectu animæ,vide in Indice rerum verb. *Profectus, & Progreſſus.*

Chriſtus iuxta profectum animarum creſcit in ſingulis. 186.1

## 9 In Euangelium Domin. 2. poſt Epiphaniam.

*Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ.* De nuptijs, & matrimonio ſpirituali Chriſti cum eccleſia, plura habes 374.1

Deſponſatio animæ cum Deo quomodo fiat. 250.2

Cur dicatur fieri per fidem, cum fiat potius per charitatem. 251.2

Dies iſtarum nuptiarum præſupponit filios, cuius contrarium euenit in nuptijs carnalibus. 471.2

Nuptiæ iſtæ fiunt per mutuam communicationem bonorum. 474.1

Fiunt per Spiritum ſanctum. 224.1

Chriſtus pro anulo ſemetipſum tradit ſponſæ ſuæ. 100.1

Matrimonij ſpiritualis, atque carnalis inſigne diſcrimen. 871.1

*Vocatus eſt autem Ieſus,& diſcipuli eius ad nuptias.* Coniugatorum ordo laudatus inter præcipua eccleſiæ membra. 841.1

Coniugati boni quales ſint.ibid. Ijdem ſunt venter Chriſti. 780.2

Coniugatorum, & virginum encomium. 621.2

*Deficiente vino.* De inopia vini conſolationum, & voluptatum ſæculi. 21.2

De vino voluptatum ſæculi plura 19.1

De humanarum à ſpiritualibus conſolationum diuerſitate. 10.1.& 19.1

Vinum cur aliquando expoſcant iuſti,quod aliquando reſpuerant. 278.1

De ariditate animæ. 185.2

In ariditate ſpiritus conſtituta anima quantis agitetur moleſtijs. 64.1

Expulſa ariditate quid faciat Deus in anima. 659.1

*Quid mihi,& tibi eſt mulier?* Per hæc Maria fuit introducta in cellam vinariam. 262.2

*Nondum venit hora mea.* Quando Chriſtus manifeſtauit diuinitatem ſuam. 229.2.& 307.1

Chriſtus poſtquam baptizatus eſt,præpoſuit Euangelium affectui matris ſuæ. 392.1

*Quodcumque dixerit vobis facite.* De obedientia Chriſto exhibenda.153.1.& ſeq. & 144.1. Vide plura de obedientiæ virtute in Indice rerum verb. *Obedientia.*

Quomodo per obedientiam vulneretur cor Dei. 584.2

*Vt autem guſtauit Architriclinus aquam vinum factam.* Guſtus diuinorum quam ſit magnus. 785.1.& 786.1.& 803.2

De guſtu dulcedinis in oratione, quæ vinum optimũ eſt. 867.2.& 895.1

De guſtu ſacrarũ litterarũ,quæ ſunt vinũ optimum. 867.1

Vide de hac materia guſtus vini ſacræ Scripturæ 258.1.& 262.1

De guſtu vini contemplationis plurima 259.1.& 262.1

De guſtu multiplicis vini, quod in religione ſeruatur. 259.1

De vino deuotionis quo Chriſtum potamus. 895.1

*Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.* Quomodo Chriſtus ſeruauit inſtitutionem ſanctiſ. Sacramenti in finem vitæ ſuæ. 261.2.& ſeq.

Quomodo in Sanctiſs. Sacramento potetur Chriſtus. 894.2.& ſeq.

Quomodo in vltimum vitæ ſuæ Chriſtus ſeruarit vinum ſacræ Scripturæ. 257.2

Quomodo bonum vinum Spiritus ſan. ſeruarit vſque adhuc poſt aſcenſionem ſuam. 258.2.& ſeq.

Quomodo in vltimum ſeruarit vinum optimum beatitudinis in patria. 258.2

*Hoc fecit initium ſignorum Ieſus.* Quod Chriſtus in miraculis faciendis ſuperauit ſanctos omnes. 306.1

*Et crediderunt in eum diſcipuli eius.* Quod fidei donum ſit exhibitio diuinorum verborum, quæ ſuper vinum amoris eſſe dicuntur.61.2.& ſeq. vbi plura de fide.

## 10 In Euangelium Domin. 3. poſt Epiphaniam.

*Cum deſcendiſſet Ieſus de monte.* Quod prædicator de monte contemplationis deſcendere debet ad infirmiorum conuerſionem. 734.2

Vitæ ſpiritualis perfectio ſita eſt in viciſſitudine curæ ſui ipſius,& curæ proximi. 644.2

Infirmiorum præcipue rationem habere debet. 605.2.& 543.1

Docere puſillos quanti ſit apud Deum. 598.1

Prædicator bonus docet iuxta capacitatem cuiuſcunque. 815.1.& 604.2

Debet condeſcendere ſimplicioribus. 804.1

Quomodo mittat imbres ſapientiæ,& ſtillare dicatur mel verbi Dei. 604.1

Quod conformare ſe debeat iuxta occurrentes neceſſitates atque adeo eſſe collum eccleſiæ. 804.2.& 539.2

*Secutæ ſunt eum turbæ multæ.* Quod ſequens Chriſtum errare nequit. 68.2

Sequi Chriſtum haud omnibus datum. 52.2

Quod Chriſtum ſequimur libere, & compulſi, atque ab illo tracti. 46.1

Quod turbæ, & plebs fidelium ſequitur Chriſtum vt capilli caput. 41.1

*Domine ſi vis,potes me mundare.* Quomodo Dei voluntas ſit vna, & multiplex. 579.2. Quod eius deſiderium ſit ad omnes. 837.1

Quomodo eadem voluntas à Deo auferri dicatur. 579.2

De Dei potentia, quod ea cognita ſubijcit ſe illi anima. 730.2

Quod peccato vniuerſa deturpentur,ita vt operæpretium ſit mundemur. 329.1

Quomodo denigret animam peccatum. 75.1

*Et extendens manum Ieſus,tetigit illum.* De manus Dei extenſione,immiſſione,& tactu plura habes 724.2

Quod manus Dei tunc ſint metuendæ, qnando ſunt extenſæ,vel ſuper aliquem. 282.2

Quod Dei manus ſit auxilium eius efficax. 728.2

*Volo mundare, & confeſtim mundata eſt lepra.* Opera Chriſti fiebant poteſtate diuina,ideoque citiſſime. 778.1

Eadem Chriſti opera omnia perfectiſſima, & puriſſima. 776.2.& 777.1

*Vade,oſtende te ſacerdoti.* De confeſſione,quod ex illa magis apparet pulchritudo animæ iuſtificatæ. 74.2

*Offer munus tuum,quod præcepit Moyſes.* Quod Chriſtus legẽ Moſis perfecerit.283.2.Quod lex, & Euangelium inuicem cohærent. 359.1

Quod Moſaicæ legis opera per ſe iuſtificare nequibant. 193.2

*Cum autem introiſſet Capharnaum,*&c. vide fer.5.Cin.

## 11 In Euangelium Domin. 4. poſt Epiphaniam.

*Aſcendente Ieſu in nauiculam.* Quod eccleſia ſit nauis, & ferculum Chriſti. 454.1.& ſeq.

Quod Chriſtus reperiatur in Eccleſia Apoſtolica. 793.2

Quomodo in eandem deſcendat, & ad quid. 793.2.& ſeq.

Quomodo in Incarnatione deſcenderit ſimul atque adſcenderit. 224.2

Ecce

*Ecce motus factus eſt in mari.* Tribulationibus concutiuntur ſinguli, qui ſunt in Eccleſia, quia illa eſt militans. 71.1
Permittit eaſdem tribulationes Deus in ſponſam venire ob illius fructificationem. 658.2.& ſeq.
In tribulationibus melius, quam in proſperis inuenitur Deus. 388.2
Tribulationibus iuſtorum eccleſiam concuti vult Deus, cum illi quietem ament. 212.2
Tribulationibus expoſitum eſſe oportet, qui cum Chriſto florere velit. 224.2
Tribulatis aſſiſtit Deus perferens quodammodo tribulationes & ipſe. 713.1
Vide complura de hac materia in indice rerum verb. *Tribulatio.*
*Ipſe vero dormiebat.* Quod Chriſtus pro quietis lectulo elegerit tribulationes, eaſdemque & noſtrum lectulum eſſe voluit. 430.2
Qua ratione tribulationes ſint ſimul cum fælicitatibus. 73.2.& ſeq.
Illas à ſe immiſſas Deus ſingulari metamorphoſi reddit dulciſſimas. 681.2
In ijs quale gaudium ſentiant iuſti. 474.2
De Chriſti ſomno, & dormitione. 698.2
Chriſtus dormit in Eccleſia per dilectionem, vt in proprio lecto. 293.1
*Et acceſſerunt ad eum, & ſuſcitauerunt eum dicentes, Domine ſalua nos, perimus.* De precibus fuſis à tribulato. 673.2
Illa oratio eſt dulcis Deo, quæ ſit corde contribulato. 607.2
Quomodo oratio Deum conſtringat ſemper, impetrando quod petit. 507.1.& 50.2
In oratione quomodo pugnetur duplici prælio. 362.1
Vide 292.& ſeq. quomodo non ſit ſuſcitandus Chriſtus, eiuſque dilectio, donec ipſe velit. Quomodo idem ſuſcitatus, & reſuſcitatus. 329.1
*Quid timidi eſtis modicæ fidei?* In eccleſiæ perturbationibus quinam deficiant. 111.1
Timor vnde ſit. 325.2. Eius congruentiæ cum hyeme. ibid.
Arcetur timor ab eccleſia, vt impediens Euangelij prædicationem. 652.1
Timor reddit inutiles diuinas gratias. 325.2
Quod in fide quieſcendum ſit abſque vllo motu hæſitationis, quia eſt lectulus, ſed paruulus. 206.1
Quod fides eccleſiæ ſit fides viua. 195.2
Fidendum ſemper in Deo. 239.2.& 903.1
Fiducia quid ſit. 218.2
*Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari.* Quam ſubito Chriſtus ferat opem tribulatis. 301.2.& ſeq.
Quomodo ijs ſuccurrat. 315.1.& ſeq.
*Et facta eſt tranquillitas magna.* De tranquillitate, & quiete iuſtorum, quamue diſcrepet à quiete impiorum. 209.1.& ſeq.
Tranquillitas iuſtorum eſt ſomnus cum vigilia. 698.1

## 12 In Euangelium Domin. 5. poſt Epiphaniam.

*Simile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.* De eccleſiæ agro. Quod ſit vnus ager & campus, pluresve. 226.2
Qualis ſit ager. 875.2
Quod & mundus iſte ſit ager impinguatus fimo peccatorum, in quo ortus eſt Chriſtus flos campi. 225.2
Quod in eccleſia Chriſtus plantauit bonum ſemen faciẽs eam totam pulchram, quaue ratione. 562.1
Eccleſia quomodo nihil in ſe habeat, quod non ſit pulchrum, concinnum, & delectabile. 630.2
Eſt hortus nobiliſſimarum plantationum. 629.2
*Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminanit zizania.* Quod eccleſia dormiat in hæreticis, & peccatoribus. 339.2
Quomodo eccleſia dormierit, & vigilauerit in Iudaico populo, & in Chriſtiano. 695.2
Quod cordis dormitatio arcenda ſit. 697.2
Eccleſiæ Prælati quam debeant vigilare. 403.1
Prælatus bonus etiam dormiens cogitat de ſubditis. 697.2
Ignorantia in prælatis replet rore caput Chriſti. 712.2.& ſeq.
Diabolus quomodo inimicus, & ſodalis Chriſti. 126.2.& ſeq.
Quomodo idem per inſidias vitia diſſeminet. 82.2
Vt illius inſidiæ vitentur, implorandum Dei auxilium. 128.1
Quod peccatum irrepſit ex tentationis æſtu. 90.2
Semini bono quomodo ſit maxime noxium peccatum. 654.1
Peccatum aliquando fortius inſidet ſanctiorib. ibid.
De Hæreticis, vt ſunt zizania ſeminata à Diabolo in agro Eccleſiæ. 123.1
Notatur hæreſis fraudulenta. 651.2
Quando hæretici magis pullularint. 119.2
Hæreticorum natura qualis. 399.2
Quinam eorum magis obſint Eccleſiæ. 367.2.& 371.1
Ex eorum fictione quanta mala proueniant Eccleſiæ. 95.2
Vide plures eorum proprietates 121.1
*Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?* Quod Eccleſia ex admixtione bonorum & malorum eſt ſimul nigra, & formoſa. 71.1.& 78.1
*Inimicus homo hoc fecit.* Quomodo diabolus dictus ſit homo. 82.2
*Non, ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul & triticum.* Quod Eccleſiæ pulchritudo magis apparet per commixtionem malorum. 72.1
*Triticum congregate in horreum meum.* Quomodo cæleſtis patria cellariorum nomine ſit deſignata.

## 13 In Euangelium Domin. 6. poſt Epiphaniam.

*Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cum autem creuerit, &c.*
De Apoſtolica, & Euangelica doctrina, quomodo minima exiſtens, & acris ex eo quod doceret mortificationem, illico tamen maximos fecerit progreſſus ſupra omnium aliarum ſectarum doctrinas fuſe explicatum habes 419.2. per totam expoſitionem ſecundam 859 2
Quod doctrina Chriſti amariſſima ſimul fuerit, & dulciſſima. 785.2
Quomodo Euangelica doctrina præſtantior ſit quacunque ſapientia humana. 24.1.& 27.1
Quomodo ſit præſtantior doctrina legis & prophetarum. 17.1.& 24.1. Vide fuſius hac de re 284.1
Excellentia Eccleſiæ ſuper alias populorum collectiones ex Chriſto. 242.1.& 130.2
*Et fit arbor, ita vt volucres cæli veniãt, & habitent in ramis eius.* Quod Eccleſia ſit hortus non olerum, ſed nobiliſſimarum plantationum. 629.1
Quod in ramis euangelicæ doctrinæ venerint, & habitauerint varia infidelium genera. 571.2
Quod in ramis arboris huius ſinapis aëris requieſcent aues, dum contemplatiui ſe detinent in meditatione crucis, & paſſionis Chriſti, vt inde ſe cibent. 201.1
Quod meditatio iſta ſit cibus omnibus congruens. 683.2
Quinam in ea à Chriſto paſcantur. 793.1
Ex eadem hauritur triplex fructus. 357.2
Prouocantur ad crucis meditationem exemplo complurium ſanctorum, qui ob id crucem ambire dicuntur. 431.1
In eius meditatione excitatur anima ad ſe crucifigendam cum Chriſto. 907.1
In eadem excitatur ad charitatem. ibid.2
In crucis palmam iuſtus aſcendit per incitationem. 865.1
Chriſtus crucifixus cur arbori malo comparatus. 244.1
Quod fides vt granum ſinapis vireſcit, & floret charitate. 207.1.& ſeq.
Fides, & cognitio diuinitatis, & humanitatis Chriſti præ cæteris excellit in anima. 427.1. Vide plura de fide in indice rerum verb. *Fides.*
*Iterum ſimile eſt regnũ cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farina, &c. donec fermentatum eſt totum.*
Mulieris nomen dupliciter ſumptum, & quomodo anima ſancta dicatur pulcherrima mulierum. 752.2.& 135.1
Quomodo eccleſia dicta ſit mulier, & pulcherrima mulierum. 130.2
Fermentum verbi Dei ſaporem ſecum affert, cum gratũ ſit omnibus ſenſibus. 772.1.& 784.2.& 867.2
Inſtar fermenti acidum eleuat per mortificationem, quã ſuadet. 772.2
Nedum erudit intellectum, ſed & mouet affectum. ibid.
Quod inſtar fermenti calorem igneum in ſe habeat. 742.1
*Et ſine parabolis non loquebatur eis.* De duplici genere parabolarum, ſeu allegoriarum, verborum, & rerum. In præfat.cap.4.num.8.

## 14 In Euangelium Dominicæ Septuageſimæ.

*Simile factum eſt regnum cælorum homini patrifamilias qui exijt primo mane.* Per hunc exitum intelligentes diuini verbi egreſſum in mundum, factum per Incarnationem. Quod Incarnationis huius beneficium fuerit optimum diuinæ bonitatis indicium. 26.2

Quod in illius opere exhibitum ſit cor Trinitatis vulneratum ex amoris vehementia. 589.1

Quanta celeritate ſit factus iſte Incarnationis exitus. 304.2. & 306.1

Quando, & quomodo factus. 729.2

Quam maxime fuit neceſſarius, ne periret fructus Iudeæ, & Gentilitatis. 343.2

In eo exitu Chriſtus deſcendit in Iudæam, vt in hortum ſuum. 817.2

De Chriſti ſollicitudine pro primitiua Eccleſia, & pro anima incipiente. 95.2

*Conducere operarios in vineam ſuam.* Quod cum Deus vocat quem, dat ſimul eidem effectum vocationis. 322.1

Quod Deus primo mane mundi conduxit operarios in vineam ſuam, quando poſuit Adam in Paradiſo terreſtri, vt operaretur, & cuſtodiret illum, plurima habes 96.2

Quod ab initio mundi conduxit operarios in vineam veri cultus ſui, plurima 92.1. & 876.1. & 878.2

Quomodo hanc ipſam vineam multiplicatam tradiderit Apoſtolis cuſtodib. & operarijs. 881.2.

De vocatione à contemplationis ocio ad vineam Sacræ Scripturæ. 885.1. & ſeq.

Quod ab initio vſus rationis in homine Deus conducat operarios in Anima, potentias nimirum eius, in ſuam rectæ rationis vineam, plurima 101.1

De vocatione ad vineam Religionis. 368.2

Religioſi feruentiores ſpiritu ſunt vineæ florentes. 345.2

Hæc vocatio quam ingens ſit Dei beneficium. 271.1

Religio ipſa quomodo ſit domus vini, & charitatis. 270.2. & 259.1

Vinearum ſpiritualium duplex genus, quæue puſillæ, & quæ excelſæ. 369.1

De vinea vitæ actiuæ, ad quam Chriſtus conducit Prædicatores. 322.1

Operarij vineæ Chriſti dicti potius cuſtodes, quam coloni. 770.2

Prædicatores Sancti conducuntur pro mercede, quæue ea ſit. ibid.

De vocatione ad vineam vitæ contemplatiuæ. ibid. 2

Vitæ actiuæ, & contemplatiuæ comparatæ inter ſe ſub metaphora vineæ. 953.1

*Quid hic ſtatis tota die ocioſi?* Excitatio ad laborandum in exercitijs ſpiritualibus, & deteſtatio ocij. Quod impiorum ocium ſit maxima perturbatio, & è contra labores in exercitijs ſpiritualibus ſint cum maxima quiete, plurima habes 209.1. & ſeq. vbi plura de ipſis ſpiritualibus exercitijs. Eorum inſtabilitas quam ſit dãnoſa. 394.2

In eiſdem quomodo imitari debeamus ſanctos. 134.2

*Ite & vos.* De progreſſu, & feſtinatione Apoſtolorum. 318.1

Semper eundum in vita ſpirituali, & nunquam ſiſtendum, plurima 310.1. & 322.1. & 322.2. & 833.2. & 572.2

Quomodo progreſſus ſpiritualis ſit paulatim ab imis ad ſuprema, atque adeo ſancta conuerſatio ſit inſtar palmæ creſcentis. 860.2. & 903.1

*In vineam meam.* Quod Apoſtoli deſtinati à Chriſto ſunt in Iudaicum populum peculiarem eius vineam. 93.1

Quod Iudæi idololatræ ierint non in vineas Domini, ſed in vineas idololatriæ, & qualis vinea ſit ipſa idololatria. 91.2

Hæretici non eunt in vineam Chriſti, ſed in vineas proprias, vel Hæreſiarcharum. 94.1

Quod praui homines, & mundani non eant in vineam Domini, quæ vnum eſt virtutis ſtudium: ſed in plures mundi, & vitiorum vineas. Quaue ratione vitia ipſa dicantur vineæ. 98.2. & 104.2. & ſeq.

Quod ſpirituales aliqui non eunt in vineam Chriſti, ſed in vineas proprias, dum ad ſtudia propriæ voluntatis Deũ trahere volunt. 213.1. & 419.2

## 15 In Euangelium Dominicæ Sexageſimæ.

*Exijt, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum.* De egreſſu Apoſtolorum, & Prædicatorum ad ſeminandum verbum Dei. 873.2

*Interrogabant diſcipuli eius, quæ eſſet hæc parabola.* Quod ſcripturarum intelligentia à Chriſto exquirẽda. 54.2. 258.1

*Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.*

Apoſtolis vt Chriſti amicis reuelata omnia myſteria. 318.1. & ſeq.

Cur myſteria diuinorum dicta ſint foramina petræ. 352.1

Ob myſteriorum profunditatem ſcriptura Sacra eſt puteus aquarum viuentium. 648.1

Qui myſteria diuina velit intelligere, debet eſſe charitate ſuccenſus. 26.1

Scripturæ myſteria quibus perſpicua ſint, & quibus obſcura. 781.1

*Et venit Diabolus & tollit verbum de corde eorum.* Quomodo Diabolus irrumpat in animã, eamque furetur. 704.2

Quod idem iugiter pugnet cum anima. 104.1

Quod diabolus paſcat ſe animabus. 115.1

*Qui ſupra petram, hi ſunt, qui radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Quænam ſint fidei perturbationes, deſignatæ per æſtus ſolis, quiue ſint, qui hiſce æſtibus deficiant. 111.1. & 119.1

Ex tentatione ab hæreticis illata proficit Eccleſia, & qui radicati ſint in fide. 405.1

Perſecutiones impedire nequeunt ſanctos, ne Chriſtum ſequantur. 745.2

In tribulationibus iuſtus dignoſcitur ſimilis palmæ in robore. 860.2. & ſeq.

Prædicatores ſancti quo maioribus premuntur anguſtijs, eo maiores colligunt fructus. 144.1

Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt, qui audierunt, & à ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum.

De mundanorum iugi ſollicitudine, qua ſemper circuunt. 395.2

In mundi opibus, & voluptatibus quanti inſint labores, & ærumnæ. 116.2. & ſeq.

Senſuum victoria per voluptates quam damnoſa. 101.2. & ſeq.

Voluptates eſſe ſpinas, & flagella. 126.1

*Quod autem in bonam terram, hi ſunt, qui in corde bono, & optimo verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Quomodo hi ſint venter Chriſti. 779.1

De triplici fructu, incipientium, proficientium, & perfectorum. 807.1. 43.2

Quod in germinibus ſpiritualibus vita iuncta ſit cum floribus, & fructibus, ita vt quæ his carent, careant & vita. 368.1

Quod virtutum opera ſint flores, & fructus: atque adeo dicuntur fructus in patientia, id eſt ſuſtinentia, & expectatione. 210.1. & 343.1

## 16 In Euangelium Dominicæ Quinquageſimæ.

*Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos.* Locuturus Dominus de Paſſione ſua, ſimulque & ijs, qui ſe ſequerentur immittentes ærumnas ſignificaturus, eos duntaxat & ſeiunctim aſſumpſit, quos habuit magis charos. Vt intelligeremus, eos, qui tribulationibus premuntur, atque adeo participes ſunt, & ſocij paſſionum, eius eſſe amicos, & chariſſimos ſuos. 690.1. & ſeq.

Ijſdemue ærumnis eum expoſitum eſſe oportere, qui cum Chriſto florere velit. 224.1. & ſeq.

Et bene amicis communicantur à Chriſto paſſiones, & tribulationes, quia eæ ſunt eius opes. 673.1.

Præſtantiſſimum obtinent locum inter beneficia Dei. 278.2

Suntue maxime eius gratia. 430.1. & ſeq.

*Et ait illis.* Prædixit ſæpe Ieſus paſſiones, quas ſubiturus erat, & reſurrectionem, vt exploratum fieret, eum paſſum fuiſſe, & reſurrexiſſe voluntate propria. 561.1

Vtue diſcipulos, dilectoſue ſuos eorum cõmemoratione fulciret. 280.1.

*Ecce aſcendimus Ieroſolymam.* Singula iſta verba, cum fiat ſermo de Chriſti paſſione, peculiarem, & maximam habent vim.

*Ecce*, poni ſolet ad ſignificandum quid nouum, magnum, & admirabile, vt habes 187.2. & ſeq.

Et paſſiones Chriſti ſunt in illo mirabiliores, quam quodlibet aliud, quod vel in ipſo, vel ab ipſo factum ſit. 176.1

Ideoque

Ideoque horam ſuam ipſemet appellabat eius paſſionis tempus, quia tunc illuſtrius eſſet manifeſtandus. 23.2
*Aſcendimus*, inquit, non *aſcendo:* Quia commemoratione Paſſionis ſuæ diſcipulos, noſue in illis excitare ſtudebat ad ſtudium mortificationis, quod eſt mons myrrhæ difficilis, atque arduus. 556. 2. & 560.1
Et ad virtutis ſtudium, in quod complures cum labore adſcendunt. 901.2
Et ad eiuſdem paſſionis item ſuæ meditationem, montem item myrrhæ. 559.1
Aſcendere etiam ſe ait Chriſtus, quando ad Paſſionem tendit, quia in paſſionibus ipſis ſuis regium adſcenſurus erat thronum, qua de re plura habes 450.2. & 474.2
Et quia in eadem paſſione aſcenſurus erat in crucem, currum ſuum triumphalem. 498.2
Et quia paſſionis tempore, ac per paſſionem ipſam Eccleſiaſtici regni adijt poſſeſſionem. 671.1
Et quia aſcendit ad prælium, cum in paſſione decertarit. 349.2
Et quia, nedum ipſe, ſed & quotquot communicarent paſſionibus ipſius, per tribulationes, ac in tribulationibus regnum adituri erant, ideo pluraliter ait, *Aſcendimus.* 473.1
*Ieroſolymam* aſcendimus, inquit, quæ interpretatur viſio pacis. Quia tunc maxime vidit pacem, cum ſubijt paſſiones, & ærumnas, quas pro ſuo elegit lectulo pacis, & quietis. 430.2
Sicut & Sanctis quoque viris item lectulus futuræ eædem erant. 431.1
*Filius hominis tradetur Gentibus, & illudetur, & flagellabitur*, &c.
Paſſionum ſuarum munus quomodo, & ad quid Chriſtus detulerit. 671.2
Paſſiones has vniuerſas Chriſtus in primo inſtanti incarnationis ſuæ collegit in corde ſuo, eas metens cum hominum ſalute. 676.1
De meditationis Chriſti dulcedine. 792.2
Vide de hac materia notata in Dom. 6. poſt Epiphan. & in feria 6. Paraſceues.
*Cæcus clamauit dicens, Ieſu fili Dauid miſerere mei.* Quam recte dum quis fidei actum promit, vt fecit iſte confitens, Ieſum eſſe hominem, vtpote filium Dauid, & Deum, cuius eſt miſereri generis humani, cœcus eſſe dicatur, cum fides ex natura ſua euidentiam minime requirat, qua in re ab humana differt ſcientia, vt probatum habes 70.1. & 205.2. & 388.2
De diuina Chriſti miſericordia, quod ea fuerit ros implens illius caput. 783.2
Quod in eadem ſita ſit perfectio, & gloria Dei. 639.1
*Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret.* De impedientibus eos, qui Chriſtum quærunt. 747.1. & ſeq.
Prælati mali inſectantur vacantes vitæ ſpirituali. 747.1
*Ipſe vero multo magis clamabat*, &c. *Stans autem Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe.* Oratio perſeuerans vim habet, vt faciat ſtare Deum ligans quodammodo illum. 507.2
Quomodo ſtet Ieſus cum delectatione intuens orantem coram ſe. 506.1
Haud tam grata Deo eſt oratio per ſe ipſam, quam per modum, quo fit. 460.1
Delectans Deum oratio efficit, vt & oranti à Deo reddatur illius dulcedo per exauditionem. 868.2
Quomodo in oratione clametur. 889.2
*At ille dixit, Domine vt videam.* Quam neceſſaria omnibus ſit iſta oratio, cum fides ſit donum Dei. 206. 2. & donū præſtantiſſimum. 61.2
Cum & ad cognitionis diuinæ lucem dignoſcatur vanitas rerum temporalium. 380.2
Cum & cognitio ſui ipſius ſit maxime neceſſaria miniſtris Dei, vt deducens ad ipſam Dei cognitionem. 136.2
*Et confeſtim vidit, & ſequebatur illum.* Quia fides præcedere debet dilectionem, qua Chriſtum ſequimur. 41.1
Et quia fides eſt fundamentum iuſtificationis. 251.1

## 17 In feria 4. Cinerum.

*Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Videre potes explicationem huius loci ſatis huic diei appoſitam 361.1
Quod iſta conuerſione ad Deum, cui adiuncta eſt & auerſio à reliquis, quæ Deo ſint aduerſa, noua inſtruuntur duo prælia. 362.1. & ſeq. Quomodo, & quibus armis prælia iſta committantur. 348.2
De conuerſione à peccatis, qua ratione, & quibus actibus à peccatore fiat. 727.2. & 736.2. & 742. 1. & 341.1
In conuerſione Peccatoris, quomodo procedat Deus & voce, & pulſatione. 701.2. voce tum interna, tum externa. 702.2
Pulſatione beneficiorum, & flagellorum. ibid.
In hac conuerſione Deus procedit vt benignus pater. 703.1
In eadem quomodo Deus diſponat omnia ſuauiter. ibid.2
Ad eamdem excitat Deus, proponens peccatori ingētem charitatem ſuam in tolerandis eius peccatis, atque ingratitudine. 709.1
Excitat ad eamdem comminans peccatori, expoliare illū tunica mortificationis, & pœnitentiæ. 716.2
Excitat denique ad eamdem per flagella. 450. 2. & 726.1
Ad eam vocans Chriſtus quomodo ſtet poſt parietem. 316.2
Ea deſignata per apertionem oſtij. 735.2
Ea coronatur Chriſtus de cubilibus leonum. 572.2
Ad eamdem vocat Deus, auertere nitens peccatores à tribus concupiſcentiæ montibus. 568. 1. & ſeq. ab hiſce enim auertit & Chriſtus in Euangelio, à monte concupiſcentiæ carnis, ſuadens ieiunium; à monte concupiſcentiæ oculorum, ſuadens non theſaurizandum in terra; & à monte ſuperbiæ vitæ, ſuadens vt omnem gloriam in Deum caput noſtrum referamus. *Vnge caput tuum.*
*Immutemur habitu in cinere, & cilicio. ieiunetis*, &c. *Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus, ne ſubito præoccupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus.*
Quod tunica propria animæ peccatricis ſit pœnitentia, & mortificatio. 716.1
Quam ſtulte ſe gerat anima in hac tunica abijcienda. 717.1
Quod aliquando Deus hac tunica peccatorem expoliare comminatur. 716.2
Quod pœnitentiæ lacrymis conteratur peccatum. 845.1
*Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes*, &c. *Tu autem cum ieiunas*, explicatur egregie locus iſte 555.2
Quod cum hypocritæ in mortificationibus ſe exhibeant triſtes, vere tamen pœnitentes in ijſdem lætitia perfuſos ſe oſtendunt. 555.1
*Vt appareant hominibus ieiunantes.* Quod vanæ gloriæ ſpiritus incipientes animas maxime demoliatur. 369.2
*Vnge caput tuum.* Quod omne vnguentum, omniſue gloriæ odor in Chriſtum caput noſtrum referendum ſit in mortificationibus, ad eumque noſtra dirigenda ſit intentio. 227.2. & 166.1
De intentione ad Chriſtum dirigenda plurima habes 195 2
*Et faciem tuam laua.* Quod per animæ faciem deſignetur illius conuerſatio externa. 360.1
Quod per eamdem faciem deſignetur cor, & mens eiuſdem animæ. 361.1
Cur hæ facies lauandæ ſint à peccatis. De peccati nigredine plurima habes 85.1. & ſeq. Quomodo peccatum ipſum vniuerſa deturpet. 329.1
*Et pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi.* Quomodo Deus nos bene operantes videat in abſcondito, ſtans poſt parietem. 309.1. 317.1. & 673.2
*Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Explicantur 111.2. & 577.2. & 727.1. & 832.1
*Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* De cognitione ſui ipſius plurima habes 136.1. & 140.1. & 532.2

## 18 In Euangelium feriæ 5. Cinerum.

*Cum introiiſſet Ieſus in Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio rogans eum.*
Quod anima, vt pulchra ſit, accedere debet, & proxima eſſe Chriſto. 201.2
De acceſſu ad Chriſtum per orationem. 166.1. & 559.2
*Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.*
Quomodo anima per peccatum iacere dicatur. 737.1
Quod per peccatum, æque ac per paralyſim anima reddatur inepta ad bene operandum. 329.1
Quod per peccatum anima male torqueatur. ibid. & 19.2
Quod miſericordia exhibenda ſit famulis ægrotis. Vide in Indice rerum plurima de miſericordia verb. *Miſericordia.*
Vide in primis 594. 1. vbi plurima per totam expoſitionem.
De modeſtia magna Centurionis in hac ſua petitione. Quantum decoris modeſtia ipſa conferat piæ animæ. 609.2

Modeſtiam eſſe liuream ſeu ſyntheſim Chriſti, & animæ ſanctæ. ibid.& ſeq.

Eadem adiuuat ad orationem, augens ſpiritum. 518. 1

*Ego veniam, & curabo eum.* Quod qui in domum Reguli bis rogatus deſcendere noluit, pollicetur, ſe iturum in domum Centurionis, in qua vna cum tribulationibus patienter toleratis & reliquæ colligi poſſent virtutes. Tribulatum enim iucunde inſpicit Deus, quando is vna cũ patientia, & reliquas exhibet virtutes. 674.1

*Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.*

Quod humilitatis actus ſit oratio efficaciſſima. 609.1. ſicut & fides. ibid. & ſeq. hæ autem duæ virtutes in his verbis continentur. Quod duabus hiſce virtutibus cor Chriſti vulneratum ſit. 582.1. Quodue vulneratus Chriſtus effuderit effectum bonitatis ſuæ. 583.1.& ſeq. Vide plura de oratione humili in feria 5. Dominicæ primæ Quadrageſi.

*Audiens autem Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael.* Si de fide agere velis, confuge ad Indicem rerum verb. *Fides*, vnde plurima deſumere poteris.

*Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente veniẽt, & recumbent cum Abraham & Iſaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni eijcientur.*

Quam recte æterna fælicitas deſignetur per recubitum. 165.1. Vide in Dominica 19. poſt Pentecoſt.

De Gentium vocatione. 325.1. & 327.1. & 334.2.& 897.2. & 807. 1

In vineis Gentium Eccleſia poſita fuit cuſtos à Iudæis. 94. 1

De virtutibus Centurionis & emiſsionibus illius. 632. 1. & 836.1

## 19 In Euangelium feriæ 6. Cinerum.

*Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum.* Haud mirum, quod antiquis ita dictum ſit, cum doctrina legis haud eſſet amoris, ſed timoris, atque aſpera. 17.1. & terrena. ibid. 2.& 18.2. erat enim inſtar hyemis, & imbris vehementis. 326. 1. Et quia duris data fuerat inſtar petrarum, atque adeo bene & lex illa dicta fuit petra. 347.2. fuit inſtar Aquilonis. 652.2

Quod dicitur: *Et odio habebis inimicum tuum*: non habetur quidem in lege: at male ex lege deducebatur, eratque hoc vnum ex ijs foraminibus, quæ à Diabolo facta dicuntur in ipſa legis petra. 348.1.& 352.2

*Ego autẽ dico vobis: Diligite inimicos veſtros.* De abrogatione legis antiquæ facienda per Chriſtum, quaue ratione facta ea ſit, cum illam perfecerit. 283.2. & 326.1

Quod Chriſti doctrina, & lex Euangelij ſit tota amoris. 17.1.& 266.1.& 284.1.& ſeq.

Quod eadem Chriſti lex fuerit tota perfecta. 18.1.& 284.1

Quia fuit lex gratiæ. ibid.2

In huius legis largitione duobus inſignibus beneficijs à Deo donati ſumus. ibid.

*Diligite inimicos veſtros.* Quod Dei præcepta non ſint impoſſibilia, prout male à quibuſdam præceptum iſtud impoſſibile dictum eſt. 265.2

Charitatis præceptum à Chriſto nouum datum dicitur, quatenus extenſum & ad inimicos. 266.1

Pro hoc charitatis præcepto ſeruando omnibus neruis pugnandum eſt nobis. ibid.2.& ſeq. Optandum, vt charitas ſtabilis ſit in nobis. 273.2

Seruandum tamen ordinate. 264.2. & 272.2. Amor enim ipſe eſt ordinate amandus. ibid. Vera virtutis definitio ſecundum Auguſtinum, eſt ordo amoris. ibid. tametſi ordinatio iſta ſit admodum difficilis ſecundum Hieronymum. ibid.& ſeq.

Idcirco ſanctorum interceſſione eam aſſequi ſatagit Eccleſia. 267.2

Haud mirum, quod Chriſtus adeo nobis charitatem commendarit, vt etiam pro fidelium ſigno, atque vexillo illam eſſe voluerit. 356.1. & ſeq.& 915.2

Cum & ille ipſum charitatis nomen habeat. 460.2. vtpote totus charitatis igne combuſtus. ibid.

De charitate plurima videre potes in Indice rerum verb. *Charitas*, & *Amor*.

De concordia ſeruanda. Quod in ea ſit quoddam exemplar Paradiſi. 235.2

*Benefacite his, qui oderunt vos.* Etiam inimicis benefaciendũ. 779.2

Quod beneficia ad amorem accendunt etiam inimicos, cum ſint indicia amoris interni. 926. 2. Ideo vocantur nomine amoris. 65.1

Quod eadem ſunt alæ, & ſagittæ amoris. 926.2

*Et orate pro perſequentibus & calumniantib. vos.* Quod orationes noſtræ debent ſecum habere actus charitatis. 630.2

Quod oratione quaſi funiculo quodam omnes virtutum habitus colligantur cum charitate. 506.2

*Vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cælis eſt.* Quod in ſacra ſcriptura Deus omnes amoris gradus exhibuit, Patris, matris, &c. 505.1

Quod ob miſericordiæ, paciſue erga proximum exhibitionem in primis miniſtri Eccleſiæ oſtendant ſe eſſe filios Dei. 832. 2

Quod in affectuũ moderatione anima ſit filia Dei. 833.1. & ſeq.

*Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* De Dei beneficijs, ac primum quod tanta ſint, vt numerari nequeant. 263.2

Quod in ſingulis Dei beneficijs ſint beneficia plura. 26.1

Ob ipſorum copiam dicuntur vbera Dei. 65. 1

Appellantur amorum nomine, quia proprie ex amore procedunt. 65.2

Vide plura de hac materia in Indice rerum verb. *Beneficium*.

Poſſes hic pariter agere de immenſa Dei erga homines charitate, & Amore.

Quod iſte eius Amor explicatus ſit nomine vberum, quia ſit potius effectus, quam affectus. 67. 2

Charitas Dei in creaturas nititur charitati eius erga ſeipſum.

Eadem in homines quomodo ab ipſo Deo adæquetur eſſentiæ ſuæ. 464.1

Vide plura de hac materia feria 2. Pentecoſt. & in Indice rerum verb. *Amor Dei*, atque *Charitas Dei*, ſeu etiam *Dilectio Dei*.

*Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt?*

De diuerſitate amoris, vt è diuina prouenit charitate, & eiuſdem vt humanus eſt, & dicitur Amor concupiſcentiæ. 66.1

Vide de duplici amore concupiſcentiæ & amicitiæ 269.2

*Eſtote ergo perfecti, ſicut pater veſter perfectus eſt.* Quod Chriſtianam perfectionem hoc loco Chriſtus conſtituerit in dilectione, & charitate. 266.1.& ſeq.

Quod eamdem conſtituerit in miſericordia. 63.1

De perfectione Chriſtiana in genere. Quid ſit Perfectum. 507.2

Triplex eſt perfectionis genus, & ex ſingulis eorum conſtat Chriſtiana perfectio. 508.1. Tria ad perfectionem eſſe neceſſaria. 798.2

Præſentis vitæ perfectio eſt imperfecta. 563.2

Ideoque dicitur eſſe ſita in iugi progreſſu. 320.2

Attingere eam volens quid debeat facere. 895.2

Deum ob oculos habere debet, quem imitetur. 900.2

In quibuſque enim rebus perfectioni indulgens Deum inuenit, & oſculatur. 890.2

Et ſemper delectatur multiplici meditatione diuinorum. 963.2

Perfecti Chriſtiani dicuntur virtus ipſa, ipſaque rectitudo. 69.1

Deſignati per mala punica. 876.2

Ijdem deſignati per Mandragoras. 889.1

Sunt capilli Eccleſiæ. 491.1

Tamquam genæ Eccleſiæ comparantur fragmini mali punici. 520.2

Eorum progreſſus ſimilis progreſſui Solis. 813.2

Quomodo dicantur ſedere in cælis, dum ſunt in hoc ſæculo. 960.2

De perfectione Dei, quamue excellentiori modo in illo ſint perfectiones, virtuteſve omnes, quibus perfectio conſtare poteſt creaturarum. 28.1

Quomodo in eodem ſint perfectiones vnitæ, & diſtinctæ. 180.2

*Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus.* Quod iuſtitiæ nomine frequenter in ſacris litteris ſignificetur miſericordia. 63.2

Curue miſericordia ſic dicatur iuſtitia. ibid.

*Vt videamini ab illis.* Miſericordiæ opera, & eleemoſynæ pura eſſe debent, & nitida, pura intentione exhibita. 549.1

Quæ talia ſunt redolent fragrantiam cæleſtem. ibid.

Eadem ſunt turres & propugnacula nedum miſerorum, ſed etiam Dei. 548. 2

Sunt quippe ſuper cor charitatis affixa. ibid. 1

Quam mercedem ex ijs aſſequatur apud cœleſtem Patrẽ miſericors. ibid.2

*Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.*

Quam vitanda ſit vana gloria in bonis operibus, & præſertim in eleemoſynarum largitione. 227. 2. & ſeq. vbi attingitur locus iſte, & 521.1

Puteus aquarum viuentium dictus, qui hac ratione eleemoſynam facit. 648.2

Eleemoſyna redolet virtutum omnium odorem, ideo dicta vniuerſus puluis pigmentarij. 424.2

De

De eleemoſyna agere ſi velis, plura colliges ex Indice rerũ verb. *Miſericordiæ opera*, & verb. *Charitas*.

*Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora patrem tuum in abſcondito, &c.* Orationem in occulto faciendam. 392.1

Qui in orationis ſtudio excellere velit, curet, vt ſit hortus concluſus, & fons ſignatus. 618.2.& 620.2

Quod intra velum, & in abſcondito orantes contemplatiui micantiores ad Deum de ſe emittant radios. 482.2. & transformentur in Deum. ibid.

*Et Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Quod Pater exaudiat vota eius, qui orat in abſcondito in medijs precibus. 23.1. imo antequam inuocetur. ibid.

Quomodo ſemper preces illas exaudiat. 743.2

## 20 In Euangelium Sabbathi Cinerum.

Vide quæ notata ſunt in Euang. Dominicæ 4. poſt Epiphan.

*Cum ſero eſſet, erat nauis in medio maris, & Ieſus ſolus in terra.* Quod anima in hoc mundo tribulationibus agitata, ſit nauis in medio maris. 925.2

Quod tribulationibus tunc potiſſimum concutitur, cum ei ſero eſt, cumue ei tenebræ ſunt, atque nox. 389.1

*Et Ieſus ſolus in terra.* Cum quotquot hominum in hoc mundo ſunt, in mari ſint, hinc & inde procellis tentationum concuſſi, ſolus Ieſus in terra ſteiſſe dicitur, quia ſolus ex natura ſua carnis peccatum, & inſtabilitatem minime ſenſit. 314.1

Quanta ſit inſtabilitas mentis mundanorum. 209.2

*Et videns eos laborantes in remigando.* Videt Ieſus in tenebris tribulationum tribulatos: & licet ab illis non videatur, adſtat is tamen eis, obſeruat, ſtatque paratus ad ferendam opem. 389.2

Quantum laborent mundani remigantes, & indulgentes vitijs. 99.2

*Erat enim ventus contrarius illis.* Quod ventus contrarius Eccleſiæ ſit hæreſis, Aquilonis nomine deſignata, quaſue cum ipſo Aquilone habeat congruentias. 651.2

Quod ventus contrarius animabus, quæ vere laborant in mari huius mundi in remigando, & indulgendo mundanis, ſit peccatum, inſtar Aquilonis frigidiſſimum, & vehementiſſimum. ibid. & ſeq.

*Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare & volebat præterire eos.*

Quomodo veniat Chriſtus in animas laborantes in mari huius mundi, quantaue cum celeritate. 302.2

Quomodo idem veniat in Eccleſiam laborantem. 301.1

Quomodo ambulare dicatur ſupra mare huius mundi, alia explicatur metaphora ambulantis, ac diſcindentis retia, & laqueos eiuſdem. 314.1. & ſeq.

*At illi vt viderunt eum ambulantem ſuper mare, putauerunt phantaſma eſſe. & exclamauerunt: omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt.*

Quod Chriſtus aſpectu ſuo immittat aliquando tribulationes. 83.2

Quod tribulationes ipſæ nos conturbant inſtar phantaſmatis, atque vmbræ. 84.1

*Et ſtatim locutus eſt eis, &c. & aſcendit ad illos in nauim.* Chriſtus in animam veniens, prius loquitur per ſanctas inſpirationes, tum ſalit in eam, ac demum incredibilem illi ingerit exultationem. 302.2

*Confidite, ego ſum, nolite timere.* De fiducia; quid ſit: & quod ſit inſtar tignorum domus. 218.2

*Et ceſſauit ventus.* Quod ad Chriſti præſentiam vniuerſi ceſſent labores, quibus defatigari ſolemus in exercitijs ſpiritualibus. 209.2

*Et plus magis intra ſe ſtupebant, &c. erat enim cor eorum obſeratum.*

Quod neceſſe ſit, vt amor præcedat, quo quempiam dignoſcere poſſimus ex facie, vel ex voce. 302.1

*Cumque egreſſi eſſent de naui, continuo cognouerunt eum.* Vt Chriſtum dignoſcamus ſtudendum, vt egrediamur ab ignorantia rerum fidei. 132.2. & ſeq.

Quanto ſtudio impedire nitatur Diabolus egreſſum noſtrum. 135.1

Vide de hoc egreſſu plura in feria 5. Dominicæ primæ Quadrag.

*Et deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangeret: & quotquot tangebant eum ſalui fiebant.*

Quod vel exiguo fimbriæ tactu vulneratus Chriſtus, vt Deus gratiam ex ſe effunderet ſalutis. 583.1

## 21 In Euangelium Dominicæ primæ Quadrageſimæ.

*Ductus eſt Ieſus à Spiritu.* Quod fidelium, iuſtorumque ductor ſit Spiritus ſanctus, qui & eorumdem vexillum. 267.2

Quod idem ſit ductor ad bene operandum, quatenus inſtar Auſtri calefacit charitatis æſtu. 655.2

*In deſertum.* Deſertum, & vera ſolitudo, per quam adſcendit pia anima, quænam ſit. 422.1

Quomodo in hoc deſerto eadem anima aſcendat ſimul, & maneat. ibid.2

Quod in eo Anima ipſa impellitur ad Dominum à Spiritu. 423.2

Chriſtus in deſertũ ductus eſt à ſpiritu, cum ad prædicationem ſe accingeret, vt boni edocerentur Eccleſiæ Prædicatores, quid ante prædicationem facere deberent, quærentes ſolitudinem inſtar turturis. 151.1

Quam recte ijdem ad id ipſum comparentur columbæ agreſti. 350.2

Quod è contemplatione ſurgendum eis ſit ad prædicationem. 734.2

Mortificationem, quam alijs prædicaturi ſunt, in ſuo exhibent corpore. 735.2

*Vt tentaretur à Diabolo.* Inter tentationes iuſtus eſt ſicut lilium inter ſpinas. 239.2

Aduerſus Diaboli tentationes quam vigilantes ſint iuſti. 442.1

Tentationum duplex eſſe genus, quæue ſint diabolicæ. 365.2. & ſeq.

Diabolus modis omnibus obeſſe nititur, ideoque dicitur & ſol calidiſſimus. 93.1. & Aquilo frigidiſſimus. 329.2. & ſeq.

Quo eius inſidias vitare poſſimus implorandum Dei auxilium. 129.2

Quam violenter irrumpat in animam. 704.2

*Et accedens tentator.* Quod diabolus recte dicitur tentator, dum accedit: quia ſemper cum ad iuſtum accedit, ad pugnandum cum eo, & tentandam illius fortitudinem accedit. Dæmones iugiter pugnare cum anima. 104.1

Quibus armis pugnare ſint ſoliti. 101.1

Multo magis nobis vigilandum contra Diabolum dimicantem, quam Chriſto: quia Chriſtum aggreſſus eſt bello tantum externo: nos vero etiam bello adoritur inteſtino paſſionum, atque ſenſuum. Et quale ſit iſtiuſmodi prælium. ibid. & ſeq.

Senſuum victoria quam metuenda. ibid.2

Locus iſtius cum diabolo prælij, eſt mundus iſte, qui deſerti nomine recte nuncupatur. 420.1

Equitatus, qui cum Diabolo pugnat, eſt ipſamet iuſti anima. 145.1

Præter armaturam ſacræ ſcripturæ, de qua infra notabitur; arma quibus aduerſus tentationes omnes prælia tur pia anima, ſunt humilitas, & obedientia. 144.1. & ſeq. & 537.1

Auxiliarij milites ſunt Angeli, qui adſunt animæ tentationibus agitatæ, vt ei opem ferant. 439.2

De eorum fortitudine in recto vſu gladij. 438.1

Quomodo pro anima tentata dimicent cum Dæmonibus. 439.1

Patrinus iſtius prælij pro anima, eſt Spiritus ſanctus, qui præſens exiſtens apparet, & non apparet. 316.1

Eſt & Chriſtus, in cælo ſtans paratus ad opem ferendam. 309.2

Et vt eſt in ſanctiſſimo Sacramento. 310.2

De tribus Diaboli tentationibus, quibus ſuperatis Eccleſia, & pia anima coronatur, vt victoriam è bello reuehens. 568.1

*Scriptum eſt, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Quod ſcriptura ſacra ſit omnis armatura fortium. 527.1. & ſeq. quod ſit clypeus, & mille clypei. ibid. & ſeq.

Verbum Dei cur dicatur gladius, quaſue cum gladio habeat congruentias. 435.1

Sacra ſcriptura quomodo ſit & vbera, & propugnacula, è quibus militandum eſt. 940.1

Quod ſit aceruus tritici ad nutriendas animas. 842.2

Quod eadem ſit ſimilis botris palmæ, & botris vuarum pro cibo, ac potu animarum. 860.1

*Tunc aſſumpſit eum Diabolus, &c. & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorſum: ſcriptum eſt enim: Quia Angelis ſuis, &c.*

Quomodo & Diabolus, & hæretici ad eius imitationem confugiant ad ſacras ſcripturas, vt ex illis dimicent. 214.2

Quam grauis aſſidua, & periculoſa ſit hominibus bonis iſta inanis gloriæ tentatio. 534.1

De Angelorum cuſtodia plura habes in feria 6. tertiæ Dominicæ Quadrag. & in feſto Angelorum Septembr.

Vide

Vide in Indice rerum verb. *Angelus.*

*Ait illi Ieſus, rurſum, ſcriptum eſt, Non tentabis Dominum Deũ.*

De diſcretione in vita ſpirituali exercenda, quid ſit, qualis eſſe debeat, & quod ſit eminentior reliquis virtutibus. 848.1

Idipſum & de Prudentia pluribus explicatum habes 499.2

*Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem excelſum valde, &c. & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.*

Idololatriam ex viſione creaturarum ortum habuiſſe, quamue recte ea comparetur rori, quo repletum dicitur veræ diuinitatis caput. 778.1.& ſeq.

*Tunc dicit ei Ieſus. Vade Satana: ſcriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.*

Quam recte verbis hiſce, Vade Satana, ſecura deſignetur Diaboli fugatio, quam ſubiecto Dei nomine fecit Ieſus. Cum nomen ipſum Dei tetragrammatõ, quod pronuntiatur, cum dicitur; *Dominum tuum adorabis:* nedum pro mille clypeis deſeruiat, ſed & panoplia ſit, omniſue armatura fortium. 527.2

Quod qui eſt Deus omnium ab vnaquaq; pia anima adorandus ſit, vt Dominus Deus eius ſolius: quatenus ille ita ipſam diligit, ac ſi eius ſolius eſſet. 378.1. & ſeq. & quatenus illi ſoli quodammodo ſe exhibuerit, atque etiam ſubiecerit. 871.1. & ſeq.

Quod vnaquæque anima vni ſoli Deo ſeruire, eumdemque ſolum diligere debeat. Quia mundus vniuerſus non eſt dignus, qui ab ea ametur, cum non ſit proportionatum ipſius obiectum. 376.2

Quomodo totus piæ animæ amor in vnum eleuetur Deũ. ibid. & ſeq.


## 22 In Euangelium feriæ 2. Dominicæ primæ Quadrag.


*Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua.* In die iudicij Chriſtus ſe exhibebit vt iudicem, & vt ſponſum. 936.1

Quod Chriſtus ipſe de eodem iudicij die pro nobis ſit maxime ſollicitus. ibid.

Quam ardenter eumdem diem optet Eccleſia. 958.2

Quomodo illum expoſcunt iuſti. 384.1

*Et ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis.*

Quam recte Chriſto venienti ad iudicium competat Paſtoris nomen. 375.2

Ex ſanctarum ouium puritate, & ſanctitate adiici quodammodo gloriam Chriſto. ibid.

Hœdorum metaphora quam recte deſignentur iniqui. 133.2. & ſeq.

*Et ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris.* Quia per Dei dexteram deſignantur præmia, per ſiniſtram vero ſupplicia. 288.1. Et quia iuſtis prouiderat Deus de æternis bonis deſignatis per dexteram: iniquis vero de bonis terrenis, & temporalibus deſignatis per ſiniſtrã, cum in mundo viuerent. 287.2

Tempus iſtiuſmodi ſegregationis iuſtorum ab impiis dictum tempus putationis. 335.1

*Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erũt, Venite benedicti,* &c. *poßidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.*

De hac inuitatione ad cœleſte regnum, vt ad conuiuium 691.2. & 694.2

Quod Chriſtus vt homo fuerit Eccleſiæ Rex, & caput. 455.2. & 759.2

Quam recte iuſti, vt oues, à dextris ſegregati ad cælorum vocentur regnum, vbi & paſtus eſt meridianus. 118.1. ſed longius 113.1

Quod in die iudicij iuſti adibunt cæleſtem hæreditatem, vt ſponſæ. 937.1

In eo regno cantabitur perpetuo canticum benedictionis. 958.2

Quam recte pia anima appellet hoc regnum donum matris, potius quam patris ſui. 414.1

Cum à Chriſto iuſti hic vocentur, & introducantur in cæleſte regnum, quomodo pia anima dicat ſe Chriſtum ipſum in illud introducturam. 413.2

Regnum cæleſte quam recte appellatum cellaria. 57.2

Quomodo dictum eſt cella vinaria. 261.1

Quod ad iuſtos Chriſtus in die iudicij conuertetur, quia illi in hac vita conuerſi fuere ad eum per bona opera. 872.2

*Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, ſitiui,* &c. Cur in die iudicij propter opera miſericordiæ detur regnum cælorum. 931.1. vbi explicatur locus iſte. Et cur nulla hic fiat mentio tolerantiæ paſſionum, & ærumnarum propter Deum, quod eſt multo præſtantius dictis operibus. Vide ibid.

Quod dum redditur præmium cæleſtis regni pro operibus miſericordię, datur & pro omnibus virtutibus, quatenus miſericordia eſt aggregatio virtutum omnium, ideoque dicitur iuſtitia. 63.2

Et quomodo eadem eſt præſtantior omnibus virtutibus. 596.1

Et eſt vnguentum fragrantius omnibus virtutibus. 600.2

Vide plura de hiſce miſericordiæ operibus in Indice rerum verb. *Miſericordiæ opera.*

*Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

Quod cum paſcuntur pauperes, paſcatur Chriſtus. 668.1. & 685.1

*Tunc dicet his, qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me,* &c. In die iudicij damnati non dicuntur annihilari ſed inclinari cum poteſtatibus tenebrarum, & qui. 380.2

Amaritudo cruciatuum inferni qualis. 555.2. & 923.2


## 23 In Euangelium feriæ 3. Dominicæ primæ Quadrag.


*Cum intraſſet Ieſus Ieruſalem commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens, Quis eſt hic?*

Chriſtum eſſe oſculum Verbi aſſumentis carnem. 6.2

Eſſe os Dei. 12.1. Eſſe vnguentum compoſitum. 39.2. Vnguentum effuſum. ibid. Vnguentum exinanitum. ibid.

Eſſe nedum ſolem, ſed ipſammet lucem. 109.1

Eſſe botrum balſami, vt eſt Deus, & homo. 181.1

Eſſe ipſammet gratiam, ipſamque virtutem & ſanctitatem. 31.2. & 174.1

De gratiarum, ac virtutum eius excellentia pluribus agitur 30.1. & 181.1

Qua ratione Chriſtus dicatur à virtute dilectus. 67.1

Gratias, & virtutes Chriſti fuiſſe eius cincinnos numquã ab ipſo præciſos. 712.2

Quidquid eius eſt eſſe virtutem. 379.2

Quomodo idem fuerit flos campi. 228.2. & ſeq.

Quomodo fuerit lilium conuallium. 225.1. & 228.1

Qua ratione ſit fraternus & fratruelis Eccleſiæ. 173.2. & 177.2

Quod ſit cor, & caput Eccleſiæ. 543.2. Quod ſit cor Dei. 587.1

Quod ſit & cor, & brachium Eccleſiaſtici corporis. 910.2

Cur appellatus dilectus ex dilecto. 753.2

Cur dictus electus ex millibus. 757.2

Eſt luna, & ſol. 813.2

Eius celſitudo qualis. 782.2

Aſſimilatus eſt templo Salomonis. 783.2. omnis eius actus fuit Patri ſacrificium. ibid.

Angelis præſtantior prædicatus. 243.1. nec non & quibuſcunque fortibus. 241.1. Et omnibus hominibus. 246.1

*Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus Propheta, à Nazaret Galilææ.*

Duobus nominibus hiſce *Ieſus*, & *Propheta*, pleniſſime illi ſatisfactum eſt admirationi ſimul, ac interrogationi. *Quis eſt hic?* Cum enim in textu Græco ad nomen Prophetæ adiectus reperiatur articulus deſignans ſingularem illum Prophetam, quem per Moyſem pollicitus eſt Dominus in lib. Deuteron. cap. 18. Meſſiam, & Chriſtum promittens, plane apparet, tantundem eſſe, *Hic eſt Ieſus Propheta ille*, ac, Hic eſt Ieſus Chriſtus, atque Meſſias, per quæ duo nomina explicatur id omne, quod de tanto Domino dici poſſet, prout videre potes in Indice rerum, verb. *Ieſu nomen*, & verb. *Chriſti nomen.*

*Ieſus autem dixit eis, Vtique numquam legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem.*

De duplici paruulorum, & infantium genere. 15.2

Quod Dei laus perficiatur ex ore infantium, & lactentium: quia iis, qui ſimplicitate, & humilitate, ſint paruuli, vera exhibeatur Dei ſapientia, quæ ideo vberum nomine nuncupatur. 15.2

Quomodo & per ſimplices, humiles, & ineruditos Apoſtolos perfecta ſit Chriſti laus, cum per illos prædicatum eſt Euangelium. 420.1


## 24 In Euangelium feriæ 4. Dominicæ primæ Quadrageſimæ.


*Acceſſerunt ad Ieſum Scribæ, & Phariſæi, dicentes, Magiſter, volumus à te ſignum videre.*

Ponderans primo verbi, *Volumus*, arrogantiam, agere potes de prauitate, & damnis propriæ voluntatis. Quod illi inhærens ſit expers omnis quietis. 394.1

Quod eadem ſit cauſa omnis inquietudinis, omniſue mali. ibid. & ſeq.

Quod ſcribæ dicentes, *Volumus à te ſignum videre*, indicarint cauſam incredulitatis ſuæ ad doctrinam Chriſti, & ad tot, quæ à Chriſto facta viderent miracula, fuiſſe propriam ipſorum voluntatem. Cum voluntas propria ſit paries occludens aditum Deo. 310.2

Impediatque ne Deus præſens videatur. 890.1


Hos

Hos ſcribas imitantur, qui ad exercitia propriæ ſuæ voluntatis, vt ad lectulum floridum, Deum trahere volunt. 213.1

Quamquam & alteram quoque aſſignare liceat eorumdem Scribarum incredulitatis rationem: quia non habebant cor intelligens. Neque enim ad bonum fidei aſſenſum ſufficiens eſt intellectus, ſed neceſſarium eſt adſit & cor, charitate ſuccenſum. 361.1.& 194.1

Quod in rebus fidei voluntas præcedere debeat intellectum. 133.1

Potes hic perpendere triplicem fidei actum, iuxta triplicem modum credendi. 410.2

*Qui reſpondens ait illis: Generatio praua, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei.*

Ex hiſce reſponſionis Domini verbis apparet Dominum aduerſus prædictos Scribas, & Phariſæos fuiſſe indignatum, triplicemque eius indignationis fuiſſe cauſam. Primam, quia prauo illi in ea petitione circuirent itinere, ideoque reſpondens ad eorum verbum, *Volumus*, dicit illos *Generationem prauam.*

Quod voluntatem propriam ſequentes circumeant, prauoque incedant itinere. 394.2

Ratio ſecunda indicatur per id, quod dicti ſunt, *Generatio adultera*, quod inſtar adulteræ, quæ tametſi extrinſecus virum ſuum diligere, obſeruare, ſe fingit, totam tamen dilectionem ſuam in alium directam habet amaſium, cordeque à ſuo ipſo aliena eſt coniuge. Ita ſcribæ illi tametſi ficte Chriſtum obſeruare, & diligere viderétur, dum illum appellarunt, *Magiſtrum*, corde tamen ab illo maxime erant alieni.

Vide & quomodo animæ, quæ voluptatibus indulgent, aſſimilentur adulteris, & meretricibus 127.1

Rationem tertiam indicat Dominus verbis iis, *Signum quærit*. Eſt autem ratio hæc triplex. Indignatum enim ſe eſſe innuit contra illos, quod ſimpliciter non crederent doctrinæ ipſius, cum doctrina illa eſſet diuina, & cæleſtis. 17.2.& ſeq. eſſetque per ſe clariſſima. 117.2

Secundo, quia ſignorum euidentiam in eadem quærerent doctrina, cum fides doctrina certiſſima habenda ſit abſque tali euidentia, ita vt intellectus quęrens euidentiam in credendis ſummam habeat inquietudinem, vt habes 392.2.& 388.2

Tertio, quia non crederent tot ſignis, ac miraculis, quæ quotidie ab ipſo fieri conſpiciebant: cum illa & perfectiſſima eſſent. 776.1. & diuinam poteſtatem indicantia. ibid. 730. 2. cumque per eorumdem notitiam trahantur infideles quique. 53.1

*Et ſignum non dabitur ei.* Negat Chriſtus ſe daturum ſignum ad voluntatem Scribarum, & Phariſæorum, quia ſigna faciebat tantum, quæ redundarent in gloriam Patris ſui, quem ſummopere diligebat. 465.1

*Niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti,* &c.

Quod paſſiones in Chriſto fuerint magis admirabiles, quam quodlibet aliud in ipſo, vel ab ipſo factum. 175.2

Quod Chriſtus vt botrus Cypri paſſione, ac reſurrectione ſua excitet ad pœnitentiam. 186.2

*Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei.*

Quantam dulcedinem Maria perciperet ex Chriſto. 255.2

Quam ſuauis eidem eſſent Chriſti aſpectus, ac verba. 784.1

Quomodo Chriſtum quæſierit, & non inuenerit, poſtquā is prædicare cœpit. 398.1

*Quicunque fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.*

Quod voluntas propria ſit forma, qua quiſque ſuus eſt, & non Dei. 414.1

Quod per adimpletionem voluntatis Dei anima fiat Dei & frater, & ſoror, & mater, cum per talem adimpletionem Deus in illa formetur. 413.2

De obedientia agere ſi hic velis, vide de ea plurima in Indice rerum, verb. *Obedientia.*


## 25 In Euangelium feriæ 5. poſt Dominic. primam Quadrageſimæ.


*Egreſſus Ieſus receſſit in partes Tyri, & Sidonis.*

De Chriſti egreſſu è ſinu Patris per Incarnationem, vide notata in princip. Euangelij Dominicæ Septuageſimæ.

Qualia extiterint Chriſti itinera. 782.2

*Et ecce mulier Chananæa egreſſa à finibus illis clamabat.*

Quomodo accedenti ad orationem, & contemplationē egrediendum ſit. 469.2.473.2

Quomodo egrediendum præſertim in rebus fidei. 469.2. & ſeq.

De egreſſu animæ à peccatis per conuerſionem. 742.1. & 743.1

De egreſſu eiuſdem ad perfectiora. ibid. 2

De egreſſu gentilium ab Idololatria ad Chriſtum. 741.2

De egreſſu animæ à finibus peccati. 735.2. Ab occaſionibus peccati. 331.2

De egreſſu animæ ab ignorantia rerum fidei. 132.2

De egreſſu eiuſdem ab ignorantia ſui ipſius. 137.1

Quod Diabolus omni conatu nitatur impedire animæ egreſſum. 137.1

*Clamauit dicens ei, Miſerere mei, Domine fili Dauid, filia mea male à Dæmonio vexatur.* Potes hinc colligere, quam verum ſit, quod ad ignem tribulationum iuſti ſtillāt aquas orationis, vt flores ſtillāt aquas odoratas. 2:7.1. Quodve augetur per eaſdem calor Spiritus ſancti, ita vt largius fluāt aromata lacrymarum. Et quod per illas trahimur à Deo. 52.2

Ponderans quod non ait, *Miſerere filiæ meæ*, ſed, *mei*, ſicut & infra, *Adiuua me*: nota, quomodo in ſua oratione præmittat charitatem, quæ facit omnia communia. Idve, quia charitas ſit vexillum in acie virtutum. 266.1. Quia charitate trahitur ad nos Deus. 50.1. 51.2. & 750.2. quia vbera charitatis ſint validiſſimæ turres animæ orantis. 946.2

Ponderans, quod in verbo, *Miſerere*, præmiſit fidem, oſtende, quod fides præcedere debet charitatem ipſam. 41.2

Quod eadem ſit facies animæ. 361.1. *Oſtende mihi faciem tuam*, primo: tum ſonet vox, &c.

Quod ſit & murus & pectus animæ Deo opponendum in oratione. 941.1.& ſeq.

*Miſerere mei Domine, fili Dauid.* Pondera quam perfecta fuerit iſta Chananææ fides, qua Ieſum profeſſa eſt Deū, cum illum dixit Dominum, & hominem, appellans eum filium Dauid, quo ſimul illum verum proteſtata eſt Meſſiam. Quam Deo ſit grata confeſſio diuinitatis, & humanitatis Chriſti. 427.1

*Filia mea male à Dæmonio vexatur.* Quod aliorum orationes pro nobis magnifacere debemus. 750.2. & 751.2

Qualis eſſe debeat oratio, vt proficua ſit. 508.1

*Qui non reſpondit ei verbum.* Quod Deus differt aliquando audire orationes piæ animæ ob fiduciam quam in illa habet. 586.1

*Et accedentes diſcipuli eius rogabant eum, dicentes, Dimitte eā, quia clamat poſt nos.*

Quod non tam aliorum orationi, quam noſtræ ſit fidendum. 618.2

*Ipſe autem reſpondens ait, Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.*

Quod propriæ Chriſti oues fuerint Iudæi, & quomodo eæ diſperſæ ſint. 381.2

Quod eorum Synagoga fuerit vinea pacifici in ea, quæ habet populos. 955.2

Quod ei, vt vineæ peculiari Deus prouiderit de omnibus. 366.2

Iudæorum conuerſionem quam ardenter optet Chriſtus. 892.1.& ſeq.

*At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine adiuua me.*

Quod orationis aſſiduitate teneatur Deus, quaſi lucta quadam. 415.2. & ſeq.

De oratione ſi velis agere, vide plurima in Indice rerum, verb. *Oratio.*

*Qui reſpondens ait, Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare eum canibus.*

Cur aliquando Deus non exaudiat orationes. 473.2

Quomodo eas ſemper exaudiat. 507.2

Quod oratio nutriat. 608.1

*At illa dixit: Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, quæ cadunt,* &c.

Quod oratio humilis quanto magis demittitur, magis adſcendat, & quomodo. 166.2

Quod Deo ſit munus maxime gratum. 167.1

Quod per eam impetrentur diuinæ gratiæ. 613.1

De humilitate agere ſi velis, vide in Indice rerum, verb. *Humilitas.*

*Tunc reſpondens Ieſus ait illi: O mulier magna eſt fides tua.*

Quam magnæ ſint noſtræ fidei vires apud Deum. 802.2

Quomodo eius vires tantæ ſint, vt vulnerēt cor Dei. 582.2

Quale ſit iſtiuſmodi vulnus, & quomodo fiat. 583.1. & ſeq.

Fidei oculo qua ratione pia anima vulneret cor Dei, à Deo prius vulnerata, & quomodo inuicem hæc renouent vulnera. 584.2.& ſeq.

De fide ſi volueris agere, vide in Indice rerum, verb. *Fides.*

*Fiat tibi ſicut vis, & ſanata eſt filia eius ex illa hora.* Ita Matthæus referens hæc ad vires fidei. Marcus tamen cum pro hiſce ita habeat. *Propter hunc ſermonem vade: exijt dæmonium à filia tua:* videtur eadem referre ad vires humilitatis, quam dudum Chananęa exhibuerat, aſſerens ſe catellam: atque humilis orationis.

Quomodo fide rapiat pia anima cor Dei. 584.2

Quomodo auferri dicatur à Deo cor voluntatis ipſius & dctur illi voluntas noſtra. 579.2


Quod

Quod oratio bona habeat vim immutandi ſermonē Dei. 868.1

Quod ſuſcitet Deum quaſi dormientem.ibid. & ſeq.

Quod humilitatis actus ſit oratio efficaciſſima. 609.1

Quod & actus fidei ſit efficaciſſima oratio. ibid.

Quæ dicuntur de vulnere inflicto per obedientiam Chriſto,atque Deo,congruunt etiam & humilitati, quæ ex ſententia multorum Patrum deſignatur vno illo crine colli ſponſæ.Ideo videre potes 584.2

## 26 In Euangelium feriæ 6. quatuor Temporum Quadrag.

*Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina quinque porticus habens.* Cum iuxta Hieronymi ſententiam communiter receptam, hæc piſcina deſeruiret ad abluenda ſacrificia, atque adeo ex eorum ſanguine illius aquæ rubeæ eſſent, in quibus ægroti ſanabantur ex quacumque infirmitate.Potes hic agere de ſacramento baptiſmi, cuius illa extitit typus.

Quomodo in baptiſmo abluti ſanguine Chriſti dicantur lacte loti. 765.1

Quod baptiſmus ſit ſimilitudo mortis & ſepulturæ Chriſti. 643.2

Quod ad illum baptizandus accedere debeat, & haurire aquam. 644.1

Quod per illum Eccleſia ſit ſimilis curribus Pharaonis demerſis in mari rubro. 148.2

Quod ex ipſo, vt è Libano fluant dona Spiritus S. 647.2

In eo anima quomodo induatur ſimul,ac exuatur. 721.2

Per quinque huius piſcinæ, atque baptiſmi porticus intelligere potes quinq; vulneraChriſti,in quibus detinere ſe debent,& confugere, qui baptiſmi aquis ſunt abluendi.

De quibus quinque vulneribus, vt de foraminibus petræ, & cauerna maceriæ plura habes 351. 1. & 355. 2. & 357.2

Cum Piſcinæ,de qua hic agitur,nomen Betheſda duobus modis interpretetur, nempe domus effuſionis, & domus benignitatis, & quinque porticus habuiſſe dicatur, in quos confugerent, & in quibus detinerentur ægroti ab æſtibus Solis tuti,atque ab imbribus,non incongrue per eam intelligere poſſes Religionē, ſeu monaſterium,& Religioſorum clauſtra. Cum Religio ipſa ſit domus benignitatis,& charitatis,vt habes 262.1. & ſeq.

Eiuſque clauſtra ſint montes Conuallium, & aromatum. 382.1.in quæ effunduntur aquæ diuinarum gratiarum, iuxta illud Pſalmi 103. Qui emittis fontes in conuallibus, & in quibus effunditur aromatum, & virtutum odor.

Sintve & foramina petræ tutiſſima. 354.2

Per quinque huius piſcinæ, & Religionis porticus quinque intelligere potes præcipuas virtutes, quæ maxime cuilibet neceſſariæ ſunt Religioſo: porticus medias dices eſſe tres illas, quarum emittuntur vota, paupertatem,obedientiam,& continentiam; porticum à dextris primam, virtutem ſtudiumque charitatis: & porticum quintam à ſiniſtris, orationem, de quorum ſingulis aliquid tangere tibi licet, ac primum,

De tribus Religionis votis in genere, vt habes 154.2

*De paupertate.* Quomodo ob illam Religioſi ſint comæ Chriſti. 855.1

Habes autem pluribus explicatum, quam recte religioſi ipſi comæ dicantur,atque capilli. 488.1

Quod iſtiuſmodi comæ ſint & purpura, quodve religioſa paupertas Reges efficiat. 853.1

*De obedientia* plurima colligas ex Indice rerum,verb.*Obedientia.*Vide autem pro nunc,

Quomodo cum Religioſi obedientiam exhibent, ſemper habeant Chriſtum comitem,& impulſorem. 488.1

De eorumdem obedientiæ vi. 578.2

Quanti eam faciat Deus. ibid.& ſeq.

*De continentia, & caſtitate,* plurima colliges ex Indice rerum, verb. *Virginitas.* Vide autem præſertim 151. 1. & 512.2

*De charitate* præter multa, quæ colliges ex Indice rerum, verb.*Charitas.*

Quod propter ſummam charitatis vnionem, Religio ſit optimum exemplar cœleſtis Patriæ. 235.2

Quod admittens quempiam ad Religionis ſtatum Deus inſtruat ſuper illum aciem charitatis. 271. 1

Quodve in Religione augeatur charitas. ibid.

Quod amor non habitus faciat Religioſum, 259. 2

Quod Religionis habitus amorem præſeferre debet. ibidem,& ſeq.

Quod Religioſi per vnionem Spiritus feriant cor Dei. 578.1

Quod corū concors habitatio ſit ſuauis,& decora. 800.2

Quod ob eamdem charitatem Religioſi diuerſorum ordinum ſint vnum quid. 489. 2

*De oratione* demum Religioni maxime neceſſaria plurima colliges ex Indice rerum, verb. *Oratio.* Vide autem in primis,quam recte propter orationem & contemplationem Religio ipſa dicatur domus vini 259.2

Religio quantam cum contemplatione habeat connexionem. 488.2

Plurima autem de contemplatiuis intra velum ſtudium exercentibus contemplationis 481.1

De orationis ſpeciebus tribus vide plura 607.1

*Erat autem homo quidam ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.*

Potes hic agere de patientia in tribulationibus,tū de deſiderio, & tertio de ſpe ſalutis obtinendā à peccatore: Hiſce enim tribus tot annis ægrotus ille in piſcina illa detentus eſt.

De tribulationibus. Quod eæ inhæſerunt Eccleſiæ à peccato Adæ. 70.2

Quomodo in tribulationum tolerantia anima obduratur. 85.2. & ſeq.

Quod earum cauſa ſit noſtrum corpus peccati. 84.1

Quomodo per tribulationes probentur homines. 724.2

Vide plurima in Indice rerum,verb. *Tribulationes.*

De deſiderio ſanitatis Paralytici.Quod iſtiuſmodi deſiderium tantum extiterit,quantum in illo fuit amor ſanitatis. 10.2

Quomodo in iuſtificatione peccatoris præcedat Dei & ſalutis deſiderium in anima.250.2.& ſeq.vbi diſtinguitur quadruplex Dei deſiderium.

Quod bonum deſiderium poteſt eſſe fructuoſum, & infructuoſum. 800. 1

Idem quomodo dicatur parturire,vt flos fructum. 800.2

*Hunc cum vidiſſet Ieſus.* Quod Chriſti aſpectus penetret intima peccatoris. 311.1

Quomodo idem ſit perfectiuus. 311. 1

Chriſti reſpectum ſequi vocem, & amorem. 323.2

*Dixit ei,Vis ſanus fieri?* Quomodo aſpiciens Chriſtus peccatorem cum illuminet, illumve ſimul alloquatur per inſpirationes. 303.1

Hanc Chriſtus ille fecit interrogationem, quia id eius eſt moris,vt iuſtificaturus peccatorem illo id faciat aſſentiente. 704.1

Secundo, vt exprimente ipſo ingentem auxilij egeſtatem, ſummum eius intelligeremus ſalutis deſiderium. 248.2

Tertio, vt ingens illius non fieret patientia cum reliquis iuncta virtutibus. 673.2

Gaudet quippe Chriſtus videns animam in tribulatione patientem. 682.2

Quod in tribulationibus Chriſtus ſponſetur cum anima. 474.1

*Dicit ei Ieſus,Surge, &c. & ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit, &c.*

Quod labia, & manus in Domino idem ſint. 775.2

Quod opera Domini ſint veluti annuli aurei in manibus eius. ibid.

Quod opera Chriſti fuerint omnia perfectiſſima. 776.1

Indicabant diuinam poteſtatem. ibid.

*Dicebant ergo Iudæi illi, &c. Sabbathum eſt, non licet tibi tollere, &c.*

De abrogatione legis Moſaicę quoad ceremonialia.326.2

*Ecce ſanus factus es,iam noli peccare, ne deterius tibi contingat.*

Quam ſit cauenda recidiuatio in peccatis. 721.2. & 722.1

## 27 In Euangelium Sabbathi quatuor temporum Quadrag.

*Et transfiguratus eſt ante eos.*Diſtingue transfigurationem in quinque modos.

De transfiguratione prima animæ,à figura,& ſimilitudine Dei ad figuram Diaboli.

Quod Transfiguratio iſta facta ſit à ſole concupiſcentiæ, ipſam decolorante animam. 86.2

Quomodo eadem facta ſit à ſenſibus. 100.2

Qualis ſit nigredo, & turpitudo imaginis, & figuræ Diaboli,in quam transfiguratur Anima per peccatum.75.1

De transfiguratione ſecunda,quæ eſt Chriſti,à figura ſubſtantiæ Dei ad figuram peccatoris. 533.1.& ſeq.

Quomodo peccatoris figuram ſumpſerit Chriſtus & factus dicatur peccatum. 755.1

Quomodo in Paſſione dictus fuerit ſine decore, & quaſi abſconditus vultus eius. 201.1

De transfiguratione tertia item Chriſti, de figura peccatoris ſine decore,ad figuram glorioſæ beatitudinis, ſeu corporis glorioſi, de qua in præſenti Euang. vide quæ dicuntur de Chriſti pulchritudine, & decore 199.2

Quod in Chriſti humanitate elucebant indicia diuinitatis. 780.1

Quod

Quod eadem humanitas decorarit quodammodo diuinitatem 956.1

In Chriſto fuiſſe illud omne, quod recreare poteſt. 782.2

De pulchritudine Dei plura habes 201.2

D transfiguratione quarta, quæ eſt animæ à figura diaboli ad figuram Chriſti, & Dei. Quod iuſti anima tráſformetur ſuſcipiens in ſe figuram Dei, veluti in ſpeculo. 201.2. & 785.1

Eadem per propinquitatem ad Deum eſt tota pulchra. 564.1. & 565.2

Et quod Chriſtus habitet in ea. 76.2

Eſt ſpectaculum ſanctitatis. 824.1

Eſt pulchra ſicut cælum. 75.2. & ſicut Angeli. ibid.

Quomodo ob inſignem pulchritudinem ſuam ſit ipſimet Deo ſuauis. 798.1

Iſtam transfigurationem animæ fieri potiſſimum per imitationem Chriſti crucifixi, in quo ille exhibitus eſt exceſſus, de quo dicitur in Euangelio, *Et loquebatur de exceſſu.* 912.2

Eandem Transfiguratioem Chriſtus docuit fieri in monte excelſo ſeorſum, nempe in ſtudio meditationis, quod & collis eſt, & mons excelſus. 558. 2. & ſeq.

In dicto ſtudio meditationis quomodo anima totam ſe Deo dedat. 88.1

Quibus decoretur virtutibus. ibid.2

Qua exornetur charitate. ibid. & ſeq.

Quomodo ſtudium iſtud meditationis nedum ſit mons excelſus, ſed & ſit ſeorſum, in quo anima ipſa ſemper magis aſcendit. 422.1 & ſeq.

In hoc ſtudio introduci aliquando piam animam in cælum. 58.2

Quomodo in eo liceat animæ excauare cauernas in cæli maceria. 358.2

De Transfiguratione quinta, quæ eſt totius compoſiti, animæ nimirum, & corporis, a figura miſerijs cooperta ad figuram glorioſam.

Quod anima glorificata ſit tota pulchra, & ſine macula. 562.1

Illam cælos aſcendentem mirantur Angeli. 815.1

Ea in cælos tendente videntur ſpecioſæ præliorum victoriæ. 861.1. & ſeq.

Quod beati paſcantur viſione aliorum beatorum. 113.2


## 28 In Euangelium Dominicæ ſecundæ Quadrag.


*Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos,* &c.

Cum per montem iſtum deſignetur ſtudium Contemplationis, vt probatum habes in Sabbatho præcedenti, & ſtudium orationis, vt colligitur ex Euangel. Luc. 9. 28. vbi dicitur Ieſus aſcendiſſe in montem, vt oraret, tractare potes,

Quomodo Ieſus in tres contemplationis vias introducat animas, deque ſingulis earum. 56. 1. & ſeq.

Quod in dicto ſtudio Deus eleuat ſupra animam vexillum charitatis. 270.1

De ijs, qui in iſtiuſmodi monte aſſumpti ſunt, deque contemplatiuis plurima videre potes in Indice rerum verb. *Contemplatiui*, ſed præcipue 481.1. & ſeq. vſque ad 482.1

Contemplationis quanta ſit vis. 581.1

Contemplatiuis quomodo cor Dei vulneretur. 679.1

Quomodo in ijſdem excitetur cor Dei. 580.1

*Et transfiguratus eſt ante eos.* Vide in Sabbatho præcedenti de quintuplici transfiguratione. Cur in monte Ieſus ſit transfiguratus ex Origene. 307.1

De ecſtaſi, quid ſit. 697.2

Quod ea ſequatur ebrietatem Spiritus. 692.2. Vbi habes & quid ſit ebrietas ſpiritus.

Liquefactionem idem eſſe, quod ecſtaſis. 742.1

*Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.*

Chriſti corpori communicatam ab anima pulchritudinem, & decorem, gloriam, atque ſplendorem in transfiguratione. 200.1

Splendorem, ac pulchritudinem idem eſſe. 202.1

Candidum, atque ſplendens pro eodem ſumi in ſacris litteris. 754.2

De Chriſti veſtimentis, decore, & fortitudine. 612.1

Chriſtum nedum eſſe Solem, ſed eſſe ipſam lucem. 109.1

Quomodo per dilectionem anima contemplatiua transformetur in Deum. Vide in Sabbatho præcedenti. 576.2

Quod intentione recta transformetur anima quodammodo in Spiritum ſanctum. 195.2

Quod per eamdem depædemur quodammodo diuinam imaginem à Deo. 196.2

Quid ſit pulchritudo. 70.1. & 189.1

Pulchritudinem veram eſſe tantum in Deo. 226.1. & 204.1

Animæ pulchritudinem nihil aliud eſſe, quam ſanctitatem & bonitatem. 191.2

Quam diuerſa ſit pulchritudo animę à pulchritudine ſenſibili corporis. 442.2

Quod ſicut interna animæ Chriſti pulchritudo, & gloria etiam extrinſecus eluxit in eius corpore transfigurato: Ita & interna animæ transfiguratæ pulchritudo indicia ſui exhibeat extrinſecus. 632.2. & fuſius 189.1. & ſeq.

Eamdem animam eſſe lilium puritate, quia proxima Chriſto. 23.1

Dici formoſam, quia tabernaculum Chriſti, & quia veſtita Chriſto 79.1

Quantum honoris ei Chriſtus exhibeat. 56.2

*Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.*

Quod duo iſti ſancti apparuere, cum manifeſtata eſt Chriſti gloria: quia ambo iſti in veteri teſtamento digni facti ſunt, qui gloriam Dei ſpecularentur, opertis tamen oculis, quod & ſanctis quibuſque contingit contemplatiuis, vt gloriam Dei ſpeculentur velo operti. 482.1

Secundo apparuerunt ijdem duo, quia & lex data per Moyſem, & Prophetas, quorum præcipuus extitit Elias, teſtificare debebant de Chriſto, eiuſue gloriam, & doctrinam confirmare. 315.1

*Et dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* ex Luc. 9. 31

Quod Paſſionis Chriſti conſideratio cum meditatione futuræ gloriæ conſolentur fideles in hac vita. 3:8.1

Quam bonum in eadem experiamur Chriſtum conſolationibus reficientem. 792.2

In eadem piam animam accipere coronam ſponſalitiæ dignitatis. 570.2

Paſſio Chriſti quomodo nox ſerena. 712.2

Quomodo tunc Chriſtus ſe exhibuerit vt lampadem. 925.1

In eadem Paſſione quomodo lætatus ſit Chriſtus. 474.1

Exultaſſe in ea dicitur, quia exultationem attulit mundo. 670.2

Paſſionibus confectum Chriſtum Angeli videre deſiderant. 201.1

Paſſiones ipſæ ſunt in illo magis admirabiles, quã quodlibet aliud. 178.1

In Paſſione Chriſtum ſe oſtendiſſe eum florem, qui contineret omnium florum ſpecies. 225.1

Quod mediis paſſionibus Chriſtus gloriam obtinuerit æque ac flos Sole imbribuſve florens. 2:4.1

De immenſo charitatis exceſſu, quod à Chriſto exhibitum eſt in Paſſione, atque in cruce. 462. 1. & ſeq. In eadem quomodo Chriſtus dicatur conuerſus in ignem. ibid. Quomodo illius cor combuſtum ſit igne charitatis. ibid. 2

In cruce Chriſtum detuliſſe pro pompa charitatem. 463. 2. pro glorioſiſſimo titulo ſuo. ibid. & pro præſtantiſſimo Dei ſimulacro. 464.1

Corpus Chriſti pendens in cruce quale extiterit ſimulacrum charitatis. 464.2

De eodem charitatis Chriſti exceſſu plurima habes 922. 1. & ſeq. & 924.1

Potes hic quoque agere de neceſſitate tribulationum quam habet anima transfigurata in Chriſtum: quamve eædem illi ſint glorioſæ. Qua ratione tribulationes ipſæ ſimul cum fælicitatibus ſint in vna, eademque anima. 74.1

Eas eſſe dulciſſimos fructus crucis Chriſti. 338.2

Per illas communicari quodammodo à Deo animæ beatitudinem, & participationem ſuiipſius. 771.2. Conferri eidem coronam, & regnum. 473.1

Eas eſſe dulces, & glorioſas eidem animæ, quia in illis comitem habet Chriſtum glorioſum. 68:.2

Eas reddere animam pulchram, & iucundam. 397.2

Deſignatas eas eſſe nomine deliciarum. ibid. & eſſe proprias iuſtorum. ibid. & ſeq.

*Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Domine bonum eſt nos hic eſſe: faciamus,* &c.

Potes hic agere de conſolationibus ſpiritualibus, & futuræ, & præſentis vitæ.

Quomodo ea differunt ab inuicem. 10.1

Conſolationes cæleſtis patriæ deſignatæ per paſtum meridianum. 118.1

Quam magna ſit cæleſtis patriæ quies, & pax. 114.1

Delectationes animæ cõtemplatiuæ quam magnam vim habeant. 484.1
Earum tanta aliquando eſt vis, vt illas anima ferre nequeat. 803.2
Propter has delectationes idem ſtudium dicatur cella vinaria. 259.1
In oratione mentali quam ingens ſit dulcedinis copia. 607.2
In ea fit mutua communicatio ſpiritus inter Deum & animam, & quomodo. 610.1
Eadem eſt primo dulcis in ſe ob dulcedinem à Deo deriuatam, tum dulcis eſt ipſi Deo. 508.1
Quomodo ob dulcedinem ſit ſicut vinum optimum. 868.1
Dulcedo lactis, quo Chriſtus in oratione potatur, redundat in animam orantem. 889.2
Ipſæmet delectationes animæ contemplatiuæ ſunt oratio efficaciſſima. 484.1
In ſtudio contemplationis, & orationis haud requirendæ primo iſtiuſmodi delectationes, ſed Deus. 299.2
*Ecce nubes lucida obumbrauit eos.* Quod Chriſti vmbra haud obſcura, ſed luciſſima fuerit. 249.2
Per nubem iſtam obumbrantem intelligi pono Spiritum ſanctum, vt in hoc myſterio Transfigurationis tres perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis adfuerint, Chriſtus vt filius, Pater loquens verba ſubſequentia, & Spiritus ſanctus in nube. 248.1. & 249.2
*Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus.*
Quomodo Chriſtus ſit à Patre dilectus. 6.2. Dilecti nomen tripliciter accipi. in Præfat. num. 3.
Idem cur dictus dilectus ex dilecto. 753.2
*In quo mihi bene complacui.* Quid ſit Deo bene complacere. 796.1
In Chriſti humanitate quomodo requieuerit Deus. 449.1
In eadem quomodo reſederit Spiritus ſanctus. 840.2. 450.1
*Ipſum audite.* De obedientia Chriſto exhibenda. Quod ea ſit eminentior omnibus virtutibus. 535.1
Quanti eam faciat Deus. 579.1
Obedientia præceptorum ſuorum Chriſtus ipſe paſcitur inter lilia. 780.1
Præcepta ipſa quam congrue deſignentur per currus. 144.2
Vide plurima de hac materia in Indice rerum, verb. *Obedientia.*


## 29 In Euangelium feriæ 2. Dominicæ ſecundæ Quadrag.


*Ego vado.* Quod Chriſtus propria voluntate & ad mortem tetenderit, & ad immortalitatem. 561.1
*Et quæretis me.* Quanto ſtudio quærendus ſit Deus à nobis. 788.1
Quærendus non perfunctorie. 749.2. ſed cum ſedulitate. 391.2
Quærendus verecunde, & caute. 392.1
Quærendus contra infirmitatem, & ignorantiam. ibidem.
Iſtud quærere quam magnum ſit bonum. 391.2. Iſtud agere non poſſet anima, ni prius ipſa à Deo quæſita eſſet. ibid.
Quærendus in Eccleſia. 397.2. In ſacra ſcriptura. ibid.
In cæleſti patria. ibid. Intra noſmetipſos. 398.1. examinando proprias conſcientias. ibid.
Quærendus item Deus in obſeruatione, & per imitationem veſtigiorum Chriſti, atque ſanctorum eius. 134.2. & ſeq.
Quomodo quærendus per fidem. 131.1
Quærens Deum quanto maiorem gratiam acquirit tanto magis accenditur ad quærendum. 397.2
Quam male, & inſipienter Deus quæratur in foro, & in plateis. 398.2. & ſeq. vel apud homines ſæculi. ibid. vel in quibuſque huius mundi reb. 396.2
Quod Iudæi quærentes Chriſtum iuſto iudicio vagi facti ſunt ſuper terram. Quamve id ſit magna pœna. 124.1. & ſeq.
Quod qui in terrenis voluptatibus Chriſtum quærunt, eadem vagationis pœna puniantur. 125.1
Qui tamen eſt in gratia, vagari non poteſt. 124.1
*Et in peccato veſtro moriemini.* Quam metuenda ſit mors in peccato. 334.1
Cum per peccatum mors in homines prouenerit, quam recte illud mors ipſa dicatur. 101.2
Si mors eſt priuatio motus, atque omnium bonorum, quam recte peccatores dici queant in peccato, & propter peccatum mortui. 329.2
*Quo ego vado, vos non poteſtis venire.* Quod cælum verſus ſequi debeamus Chriſtum, vnde eius odorem ſuſcipimus. 53.1
Sequi Chriſtum haud omnibus datum. 52.1
Vt Chriſtum ſequamur, neceſſarium vt ab illo trahamur per gratiam. 51.2
Quæ tamen gratia non trahit, niſi admittatur. 49.1
Sequi poſſumus quidem Chriſtum, per imitationem in virtutis ſtudio ab eius gratia adiuti, æquales tamen illi eſſe nequimus. 45.2
Peccator ſequi non poteſt Chriſtum, cum iaceat, & quomodo iaceat. 811.1
*Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo.* Quod Iudaicus populus ſemper fuerit totus terrenus. 388.1
Quod terrena iſta ſunt peſſulum obſerans Deo cor peccatoris. 735.2
Poſt Adæ peccatum Deus maledixit terræ, vt ab illa homines auerteret. 906.1
Ob mundanorum multitudinem, Mundus iſte dicitur porta filiæ multitudinis. 845.1
Mundum diligens quomodo dicatur manere in morte. 910.2
*Si non credideritis, moriemini in peccatis veſtris.*
Quod fides ſit fundamentum iuſtificationis. 251.2. Eadem tuenda vti caput. 864.2
Ea quam ſit delicata. 61.2
Eſt murus & pectus animæ. 941.1
Quam magnum ſit Dei donum. ibid.
*Quia ego ſum.* Nomen tetragrammaton vt ſignificans eſſentiam, diuinam naturam attingit magis, quam vllum aliud Dei nomen. 34.1
Nomen iſtud etſi toti competat Trinitati, eſt tamen appropriatum filio, & cur. ibid.2.
Idem à Paulo etiam Apoſtolo tributum Chriſto reperitur. ibid.
*Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor vobis.* Hac reſponſione ſignificat Ieſus, ſe eum eſſe, quem tantopere expetijt Eccleſia in Iudaico ipſo populo, vbi dicebat, *Oſculetur me oſculo oris ſui.* 5.1. & 12.1
Quod à principio Chriſtus locutus recte dicitur, quatenus cum à principio locutus eſt Deus ad homines, Verbum fuit, quod loquebatur. 34.2
Verba Chriſti lilia dicuntur, quatenus ab illo, qui in carne factus eſt lilium. 772.1. Ideoque illa fuere grata omnibus ſenſibus. 771.2
De verbis, & de doctrina Chriſti, vide plurima in Indice rerum verb. *Doctrina Chriſti*, & *Verbum Dei.*
*Multa habeo de vobis loqui, & iudicare: ſed qui me miſit, verax eſt.* Quod peccator grauius caſtigatur in hac vita, cum non iudicatur, & flagellatur a Chriſto. 724.2
*Cum exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis, quia ego ſum.*
Quod Chriſtus in Cruce cognitus ſit vt Deus. 243.2
In Cruce illo pendente in medio latronum manifeſtatæ ſunt eius excellentiæ. 245.1
De Chriſto crucifixo, & de Cruce ipſa plurima videre potes in Indice rerum verb. *Crux.*


## 30 In Euangelium feriæ 3. Dominicæ ſecundæ Quadrag.


*Super Cathedram Moyſis ſederunt.*
Cathedram Eccleſiæ Romanæ Chriſtianis idem eſſe, quod Iudæis Cathedra Moyſis, quia illa eſt firmamentum veritatis, & exinde petenda eſt vera doctrina fidei. 110.1
Cathedra iſta dicitur lectulus Salomonis, quia in illa vera eſt quies. 429.1
Et quia in illa Chriſtus extendit bonitatem ſuam, vt in lecto extenditur corpus. ibid.2. & 445.2
Quomodo ſit ferculum Salomonis. 444.2
Eadem adeo excellens, vt eam peculiariter Chriſtus ſibi feciſſe dicatur. 445.1
Eius robur, & firmitas, & quod in illa nequeat eſſe caries corruptionis. ibid.2
Quod boni Prælati debeant in primis eſſe fortes, quæve in illis requiratur fortitudo. 429.2
Debent eſſe armati gladio verbi Dei. 435.1. & 436.1
Debent eſſe verſati in bello, cum multipliciter eis belligerandum ſit. 436.2
Debent & decore pudicitiæ in primis eſſe ornati. 437.1
De Prælatorum materia agere ſi velis, vide plurima in Indice rerum, verb. *Prælatus.*
Quod non ſolum Prælati, ſed & Doctorum ordo ambiẽs Eccleſiam lectulum Salomonis, dici queat ſedere ſuper cathedram Chriſti. 432.2
Cum inter Eccleſiæ Doctores eſt Chriſtus, eſt pariter & in aliis eiuſdem Eccleſiæ membris. 173.2


Laudantur

Laudantur ſub vberum metaphora. 551.1
Et ſub metaphora dentium, vt componunt tractatus ſacros. 497.1
Vt docent prædicatione laudati ſub metaphora labiorum. 504.1
Eorum eloquium eſt eloquium Dei. 505.1
Quia de hac materia ingens in hoc opere eſt copia, vide Indicem rerum verb. *Doctor.* & verb. *Prædicator.*
*Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite.*
Obedientiam eiſe monile ex tot annulis, quot gradus habet. 155.2
Eandem eſſe debere in omnibus, & erga ſuperiores omnes. 156.1
Connectere cum Deo omnes noſtras actiones, illaſve facere meritorias. 535.2. & 406.1
Obedienti deſeruire obedientiam ipſam & pro torquibus, & pro clypeis, & pro omni armatura fortium. 536.1
Vide plura de hac materia in Indice rerum verb. *Obedientia.*
*Secundum autem opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.*
Sicut bona exempla maximam vim habent trahendi animas, vt viam currant mandatorum Chriſti. ;0.1. & ſeq.
Ita multo maiorem vim habent trahendi ad malum praua Doctorum, & Prædicatorum opera. Quamobrem neceſſe fuit, hæc à Chriſto addi ad ſuperiora. Vnde ſumi poteſt occaſio tractandi, quam neceſſaria ſit bona vita in iis, qui alios docent, qua de re vide 360. 1. & 436.1. Hæcque eſt ratio, cur ij labijs comparentur, & labia dicantur Eccleſiæ, potius quam lingua, aut guttur, quæ non apparent. 504.2. & ſeq.
Quod opera ſint os loquens, & clamans. 526.1
Quam alienæ à ſacris doctoribus eſſe debeant ſordes peccati. 497. 2. qualiter exhibeatur eorum candor. ibid.
Vide de hac materia plura in Indice rerum verb. *Prædicatores*, & *Prælati.*
Quod Prælati ſint tanquam Pharus erecti in Eccleſia, vt ex eorum conſpectu ſubditi diſcant cæli viam. 525.2
Quam neceſſaria illis ſit rectitudo, eave qualis. 526.2
Quod Prælati mali inſectantur vacantes vitæ ſpirituali. 747.2
*Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum.*
Quod Prælati debeant eſſe faciles, & conformare ſe ſubditis. 525.1. 539.1. & ſeq.
Dicuntur ijdem vbera Eccleſiæ, vt nouerint infirmioribus ſe inſeruire. 542.2
Dicuntur & ſicut hinnuli, vt nouerint, ſe debere eſſe amabiles, atque benignos, & humiles. 545.1
*Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.*
Quod opera bona eſſe debeant pura, & non ficta; & quomodo occultanda. 941.2
Deturpari opera noſtra intentione praua. 1;6.1
Nil interponendum medium inter Deum, atque opera, & intentionem, quam in illis habemus. ibidem, & ſeq.
Ea duntaxat opera noſtra apud Deum eſſe meritoria, quę reperta ab illo ſint inter virtutum lilia. 379. 2. & ſeq. Quæue Chriſto ſint obſignata. 912.2
*Dilatant enim phylacteria ſua.*
Iudæi vt legem Dei haberent ob oculos, & in corde, ſcribebant illius decalogum in phylacteriis, quæ geſtabant in fronte, &c.
Id vero ipſum quomodo à nobis expoſcat Deus. 910.1. & ſeq.
Quomodo eadem lex ſcribenda, & geſtanda à nobis ſit, atque imprimenda ſuper cor, & ſuper brachia. 916.1
*Et magnificant fimbrias.* Quod nos debeamus gloriari in Chriſto crucifixo, vt proprio noſtro veſtimento. 911.2
Vel in indumento virtutum. 608.2. 614.1. cur ea veſtimẽta animæ dicantur. ibid.
Non habitum, ſed charitatem facere religioſum. 259.2
*Amant enim primos recubitus in menſis, & primas cathedras in Synagogis.*
In Prælaturis ambiendis quam diuerſimode ſe habeant ſtulti, atque ſapientes. 96.1. & 105.1
Supereminentiam vnde, & in quo ſibi cenſere debeant Prælati. 525.1
*Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim Magiſter veſter.*
Quomodo Spiritus ſanctus ductor noſter ſit, atque magiſter. 656.1. & 300.1. Ideoque in linguarum ſpecie exhibitus in die Pentecoſtes. 317.1
*Nec vocamini magiſtri, quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.*
Quod Chriſtus ſit vnus Eccleſiæ magiſter, quia per eum ſolum ſcripturarum intelligentia exhibetur. 54.2
Quod idem ita eſt magiſter noſter, vt ſit ſimul & Rex. 55.1
*Vnus eſt enim pater veſter, qui eſt in cælis.* Quod Dei charitas ita inſtructa ſit ſuper nos, vt & Pater, & magiſter noſter ſit, & quicquid charitatem ſonare poteſt in nos. 264.1. & ſeq.
*Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.* Quod boni Prælati debeant eſſe ſubiecti ſubditis, quave ratione. 412.1
Quod Prælatura detur ſæpe à Deo in donum, & ornamentum obedientiæ. 160.2
*Qui ſe exaltauerit, humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.*
Quod collum ſit ſuperbiæ typus, quave ratione. 528.2
Qua ratione humilis celſiſſimum locum obtineat, quove eſt demiſſior, eo ſit celſior, vbi plurima de virtute humilitatis. 529.1

## 31 In Euangelium feriæ 4. Dominicæ ſecundæ Quadrag.

*Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, & ait illis; Ecce aſcendimus*, &c.
Vide quæ notata à nobis ſunt ſupra in Euangelio Dominicæ Quinquageſimæ, vbi hæc ipſa habentur ex alio Euangeliſta Luca.
*Scitis, quia Principes gentium dominantur eorum*, &c. *Non ita erit inter vos, ſed*, &c.
Vide quæ notata item ſunt ad finem Euangelij præcedentis feriæ tertiæ.
Vide & huius loci explicationem 476.2
*Aſſumpſit Ieſus*, &c.
Ex eo, quod Ieſus aſcendens Ieroſolymam cum diſcipulis ſuis de ſua illos allocutus eſt paſſione, id conteſtatum habemus, vt ſi ad cœleſtem aſcendere velimus Ieruſalem, Chriſti Domini paſſionem & in corde, & in ore iugiter habere ſtudeamus. Et quidem quod habenda ea ſit in corde pertractatum habes 915. 2. & ſeq. & 918.1. & ſeq. & 178.1
Vide notata in Euangelium Dominicæ ſecũdæ Quadrag. de meditatione Paſſionis Chriſti.
Quod eadem Chriſti paſſio habenda ſit & in ore, probare potes ex iis, quæ habes 772.2
Tum exemplo eius, quod communiter de iis loqui ſolemus liberius, quibus maiora habuimus chariſſimi amici amoris indicia. 64.2. & ſeq.
Quod autem in Paſſione à Chriſto Ieſu maximum exhibitum nobis ſit indicium amoris habes 462.1
Ex hiſce autem duobus, memoria, & ſermone de hac Chriſti paſſione, quatuor colligimus bona, quibus facillimus nobis redditur idem aſcenſus in cæleſtem Ieruſalem. Primum, deteſtationem omnis peccati, cum ob peccata noſtra paſſus ſit Chriſtus. 559. 1. & 44. 1. & ſeq.
Secundum, excitationem ad Chriſtum ardentius amandum. 462.1. & ſeq.
Tertium, imitationem Chriſti crucifixi in conuerſatione. 913.1
Quartum, mortificationis, & patiendi deſiderium, imitationemque tolerantiæ. 431.2
*Tunc acceſſit mater filiorum Zebedæi adorãs, & petens aliquid ab eo.*
Admodum congruenter poſt Paſsionis & mortis Chriſti commemorationem, proponitur mulier adorans, orationemque emittens, iungiturve quodammodo oratio cum eadem paſsione. Vt intelligeremus, quaſcunque fidelium orationes inniti debere ſanguini, ac morti Chriſti, vt cæleſti gratæ ſint Patri, qua de re videre potes 507.1. & ſeq. 560.1. & ſeq. 630. 1. & ſeq.
*Dic, vt hi duo filij mei ſedeant vnus ad dexteram tuam & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.*
Ambitio quomodo dementet etiam ſanctos, cum omnis gloria huius mundi ſit inſtar inebriantis vini. 68.1
Quomodo ambitioſi inſtar ebriorum in ſuo honorum appetitu plures faciunt circuitus. 396.1
A vino ipſo ambitionis ſuæ, vel etiam ab ijs, qui illis fauere videntur, circunducti. 122.1
*Reſpondens autem Ieſus dixit. Neſcitis, quid petatis.*
Quam vere qui terrena, & in primis mundi honores in actionibus ſuis à Deo petunt, neſciant quid petãt, cum & omnia nil aliud ſint præterquam vanitas, & fugaces vmbræ 557.2
Explica hunc locũ per illud Apoſtoli ad Roma. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtrã: nã quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis*, &c. vt habes 507.2

Neſcientibus illis quid peterent, petijſſe pro ipſis Spiritum Sanctum dexteram, & ſiniſtram in regno Chriſti, & ſic exauditas eorum preces, vt patet ex ijs. *Poteſtis bibere calicem?* &c: *Calicem quidem meum bibetis*, &c.
Quod Chriſti regnum extiterit in eius paſſione. 473.2
Quod corpus Chriſti ſanguine conſperſum præferebat regiam dignitatem. 450.2
Quod in corpore paſſibili regem miſerorum omnium ſe exhibuit. 451.1
Quod tribulationum calicem in hæreditarium regnum ſuis reliquit filijs, ſicut ijſdem relinquit & pacem. 474.2
Eaſdem tribulationes eſſe opes Chriſti. 673.1. & ſeq.
Quamve eæ ſint precioſæ. 771.2
Vnde ſicut hi duo filij Zebedæi ſibi ſoli optarunt primatum in regno Chriſti, ſic illas ſibi ſoli optat pia anima. 52.2
Quod dum tribulationes habentur chariſſimæ, chariſſimus habetur & Chriſtus crucifixus. 911.2
Quod & ipſi prælaturæ adnexæ à Chriſto exhibeantur tribulationes, vt Prælati adimpleant, quæ defuerunt paſſionibus eius. 592.2

## 32 In Euangelium feriæ 5. Dominicæ ſecundæ Quadrag.

*Homo quidam erat diues, & induebatur purpura,* &c. *& erat quidam mendicus*, &c.
Abundantia terrenorum quam proprie dicatur lectulus, in quo tamen inaniter quæritur vera quies & beatitudo. 388.1
Quantum errent, qui in hiſce mundi rebus beatitudinem ipſam ſitam putant. 395.1. & ſeq. & 396.1. & ſeq.
Quod proſpera maxime ſint metuenda in præſenti ſæculo. 331.1
Ideoque nimias proſperitates reſpuit iuſtus. 804.1
Quod diuitiæ detineantur inuitę apud iniquos, & vellent ſe transferre ad iuſtos. 726.2
*Et induebatur purpura, & byſſo.*
Quomodo diues iniquus ſit quidem extrinſecus mollibus veſtitus, nudus nihilominus dicatur, & complacens in nuditate ſua, quod eſt peſſimum illius malum. 716.2
*Et epulabatur quotidie ſplendide.*
Quod terrenæ voluptates reddunt homines terrenos. 64.2
Eædem etſi paſcere videantur, non tamen afferunt quietem. 116.1
Sunt ſimiles meretricibus, imo peioris conditionis, quā meretrices. 127.1
Conuiuium ſæculi quam diuerſum ſit à conuiuio ſpirituali. 19.1
*Et erat quidam mendicus.*
Quod mundus iſte ſit ſcena comœdiæ. 959.2
Et quomodo iuſti in eo proponuntur, vt comœdiam ipſam repræſentantes. ibid.
Iuſtum mendicum eſſe ditiſſimum opibus Chriſti, quæ ſunt tribulationes. 673.1
Eius animam eſſe Regem. 855.1
Illius virtutibus nil comparari poſſe. 600.1
Quantum honoris ei Chriſtus exhibeat. 56.2
Eſſe dignum Dei amore ſuper omnia creata. 377.1
*Qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus.*
Iuſtum iſtum mendicum, eſſe diuitem opibus Chriſti, vt explicatum eſt, etſi non habeat domum, in quam ſe abdat, eſſe tamen domum, in qua commoratur Deus. 220.2
Etſi lectǫ caret, in quo decumbat, proſtratum tamen iacentem ad ianuam diuitis eſſe lectulum floridum Chriſti. 212.2
Etſi curru careat, in quo commodè deferatur, eſſe tamen ferculum Chriſti veri Salomonis. 455.2
Etſi mollibus careat veſtimentis purpuræ, atque byſſi, eſſe tamen indutum Chriſto. 941.2. byſſinaque habere veſtimenta virtutum. ibidem. & iiſdem virtutibus tanquam precioſiſſimis eſſe ornatum monilibus. 157.1
Eſſe fœtidum ob vlcera, eius tamen animam eſſe areolā, & phialam fragrantiſſimam aromatum. 793.2
Eſſe deformem, & quem homines horreant ob externas ſordes, ob vlcera, atque ob penuriæ ærumnas: & tamen ſimul eſſe pulcherrimum, ſuauiſſimumque lilium inter ærumnas ipſas. 239.1
Quinimo per eaſdem tribulationes reddi pulchriorem. 73.2
Eiuſve pulchritudinem eſſe maxime admirabilem. 189.2
Simulque cum vlceribus corporis habere animam totam pulchram, & ſine vlla macula. 564.2
*Cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis.*
Eundem iuſtum mendicum, & diuitem opibus Chriſti, carere quidem lautis dapibus, & panis inopia laborare. Attamen inuitare Chriſtum ad comedendos fructus horti, animæque ſuæ, opera ſua bona. 664.1. 667.2. & 668.1
Quin illimet eſſe propoſitum cum alijs iuſtis comedendum, vt dulciſſimum pomum. 662.1
Ac ſimul opipare refici, & nutriri dulciſſima pace, quæ & fructus eſt eiuſdem Chriſti, vt arboris mali, & manna ſuauiſſimum. 257.1
*Et nemo illi dabat.* Haud mirandum, quod diuitis huius non explicetur nomen, cum fuerit abſque miſericordia, cuius opera boni nominis odorem cauſant. 543.1
Quod miſericordiæ opera ſint ſuper cor charitatis affixa. 548.2
Eleemoſynarium dum paſcit ſimul quoque paſci. ibid.
*Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.*
Eiuſdem iuſti mendici labia eſſe ligata ex charitate, ne mala loquatur in tantis tribulationibus, 511.1
Ob eximiam patientiam eſſe abietem. 762.1. eſſe ſicut elatas palmarum. ibid. eſſe ſicut palmam ipſam. ibid.2
*Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ.*
Quod mortis tempore iuſtus eſt ſub vmbra Chriſti. 212.1. & ſeq.
Excitatur ad patriam. 321.1. & 322.2. & ſeq.
A tribulationibus, & miſeriis vocatur ad veram quietē. 334.1. & ſeq. 674.2. & ſeq.
Eidem in mortis articulo adſtant Angelorum chori, Chriſtuſque eius dilectus, qui eum inuitant ad patriam ipſam. 961.1
Quo diſcrimine iuſtum ad ſe colligat Deus in hac vita perdurantem, atque per mortem. 674.2
Eidem in articulo mortis ſimul cum acerbiſsimis doloribus exhibentur quædam futuræ fœlicitatis initia. 342.2
Illum iam mortuum admirantur Angeli. 904.1
*Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.*
Quid ſignificet Inferni vocabulum. 919.1
Tres eſſe præcipuas pœnas ſenſibiles damnatorum in inferno. 923.2
Quam diuerſæ ſint pœnæ & flagella inferni à flagellis præſentis vitæ. 725.2
Deus cum punit peccatores, quodammodo & ipſe inferni doloribus affici dicitur, pro immenſa, qua in homines fragrat æmulatione. 920.1

## 33 In Euangelium feriæ 6. Dominicæ ſecundæ Quadrag.

*Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam.*
Synagogam, atque Eccleſiam eſſe vineam plantatam à Deo, at cum aliquo diſcrimine. 93.2. & ſeq.
Quando Eccleſia fuerit vinea Pacifici in ea, quæ habet populos. 950.2
Eccleſiam nedum vineam ordinariam, ſed & hortum delicioſiſſimum plantatum fuiſſe ab eodem Deo, eiuſve horti pulchritudinem deſcriptam habes 616.1. & ſeq.
Quod & cultus veri Dei ſit vinea ab ipſo Deo plantata. 92.1. & ſeq.
Sicut cultus Idololatriæ vinea eſt, & vineæ plantatæ à Diabolo. 91.2
Quod vinea autem à Deo plantata ſit vnaquæque anima. 95.1. & ſequen. vel etiam ratio, quæ in ipſa plantata eſt anima. 102.1
Quomodo anima ſit vinea puſilla, vel excelſa. 369.1
Eandem animam plantatam à Deo, vt hortum nobiliſſimum. 618.2. & ſeq.
Deſcriptio pulchritudinis iſtius horti. ibi. & ſeq.
Quod & terreſtris Paradiſus fuerit vinea, quam primo Deus plantauit. 96.2
Sicut mundus, cum ſuis vitijs vinea eſt, ſeu vineæ plantatæ à Diabolo. 98.2
Quod vinea item à Deo plantata ſit virginitas. 103.1
Quod ſit & Religio, pluresque Dei vineæ ſunt plures Religiones, ſeu plures Religioſi feruentiores. 345.2
Quod vinea item plantata à Deo ſit ſacra ſcriptura. 876.2
*Et ſepem circundedit ei.* Quod ſepes Synagogæ, Eccleſiæ, Animæ, & Rationis, vt earum quælibet eſt vinea Dei, ſit Angelorum cuſtodia. 232.1. & ſeq. De hac Angelorum cuſtodia plura videre potes in Indice rerum, verb. *Angelus.*

Quod

Quod Deus ipſe inſtar ſepis, ac præfortis muri dictis circundatus ſit vineis. 619.2. vbi explicatur quomodo Deus ſit murus fortiſſimus, & fragiliſſimus, vtpote qui rumpatur à peccatis.
Quod & ſacris ſcripturis circundatæ ſint dictæ vineæ, Eccleſiaque in primis. 617.2
Quod cuiuſque Animæ ſepes ſit & cuſtodia ſuiipſius. 619.2
Quod vineæ Virginitatis ſepes ſit clauſura. 103.1. de qua fuſius 515.1
Quam & Religio quoque pro ſepe habet. Tametſi & aliã habeat ſepem religioſus in ipſa Religione, nempe fratres ipſos ſuos. 235.2. probatum autem habes, quomodo ſancti fratres dicantur ſpinæ 236.1
*Et fodit in ea torcular.* Cum torcular iſtud, quod in Synagoga fodit Dominus, intelligi à Patribus ſoleat lex, quam ei Deus tradidit, quave bonum diſtingueretur à malo, vt vinum ab vuarum reiectamentis. Si de ea quid agere velis, plura habes in Indice rerum, verb. *Lex.* Vide autem de vino ab hoc torculari expreſſo 92.2
Quod & ſacram ſcripturam tam in Synagoga, quam in Eccleſia Deus foderit torcular, quo exprimeretur vinum ſpiritualis intelligentiæ. 93.2
De materia ſacræ Scripturæ plurima habes in Indice rerum verb. *Scriptura ſacra.*
De multiplici vino, quod ex hoc torculari exprimitur, vide 258.1
De alio torculari, quod Ieſus ſolus calcauit in Eccleſia, nempe de Cruce, per quam educitur vinum amoris, & deuotionis, plurima pariter habes in Indice rerum, verb. *Crux.* & verb. *Chriſti paſſio.* & verb. *Paſſio Chriſti.*
De torculari effoſſo à Deo in Anima, & in Religione, vt ſunt vineæ plantatæ à Deo, & de multiplici vino, quod exprimitur per illud, nempe per ſtudium contemplationis, & orationis, vide 259.2. & in Indice rerum, verb. *Contemplatio*, & verb. *Oratio*.
Torcular vineæ virginitatis eſſe humilitatem, ex qua expreſſum eſt vinum, quod eſt Chriſtus. 103.2. & ſeq. qua de re vide plura in Indice rerum, verb. *Humilitas.*
*Et ædificauit turrim.*
De Prælatis, vt ſunt turris Dauid. 525.2
De nomine Domini, vt eſt turris fortiſſima in medio Eccleſiæ. 538.1
De turri humilitatis. 531.1.& ſeq.
De turri obedientiæ. 536.1
De turri diſcretionis. 848.2
Quod Chriſtus ſit turris ædificata in vineam virginitatis. 103.1
Quod Mariæ oratio ſit turris fortiſſima in Eccleſia. 538.1
*Et locauit eam agricolis.*
Plura quæ de Agricolis hiſce dici queunt, notata habes ſupra in Euangel. Dominicæ Septuageſim. vide ibi ſuper ijs verbis; *Conducere operarios in vineam ſuam.*
*Et peregre profectus eſt.*
Quomodo Deus dicatur diſcedere, & elongari ab Eccleſia. 385.1
Quomodo idem dicatur diſcedere ab anima, quæ vinea eius ſit. 382.2
*Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet.*
Eccleſiæ atque animæ flores eſſe opera bona, licet eadem ſint & fructus. 210.1.& ſeq.& 341.2
In vitibus, & arboribus ſpiritualibus vitam iunctam eſſe cum floribus, atque cum fructibus, ita vt quæ iis carent, careant & vita. 368.1
Deſideria & propoſita bona eſſe flores vineæ Dei, piæ animæ, & rationis.
Et quomodo ea ſint duplicis generis. 877.1
Eadem quomodo dicantur parturire fructus, ibidem 2
De iiſdem animæ floribus, deque fructibus, &c. Vide 619.1
De floribus verò & fructibus Eccleſiæ. 616.1.& 92.2
De peſſimis fructibus Diabolicæ vineæ cultus idolorum. 91.2
De vitibus & fructibus Mundi, quem vineam ſuam fecit diabolus. 99.2
De palmitibus Eccleſiæ, eiuſve propaginibus. 626.2.& ſeq. 634.1.& ſeq. 635.2.& ſeq.
Propagines animæ eſſe illius orationes erumpentes ex illius præcordijs. 630.1. deque triplici earum fructu. 631.2
Germina quoque, & propagines eiuſdem piæ animæ eſſe diuinam laudem in verbis, & iuſtitiam in operationibus. 632.2
Putationem ſuperfluorum in Eccleſia fieri per amputationem malarum conſuetudinum, & errorum. 327.2. & per eleemoſynarum largitionem. ibid. & per expropriationem bonorum temporalium. 327.1
Putationem verò ſuperfluorum in anima fieri per confeſſionem peccatorum, quamve rectè confeſſio dicatur putatio. 330.1
Et per amputationem occaſionum peccati. 331.2
Quomodo & mors dicatur putatio. ibid.
Quomodo putandi habitus virtutum, & quòd in agricultura Spirituali ſit diuerſus ordo ab agricultura ordinaria. 332.1
*Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.*
Quod populus abijciens à ſe ornamenta virtutum, abijciat poſtmodum & cultum Dei. 714.1

## 34 In Euangelium Sabbathi poſt Dominicam ſecundam Quadrag.

*Homo quidam habuit duos filios.* Quod nedum iuſti, ſed & peccatores dicantur rectè filij Dei, cùm & duo latrones, qui crucifixi ſunt cum Chriſto, filij dicti ſint, & ratio. 244.1. Quin & dæmones ipſi. 97.2
*Et dixit adoleſcentior ex illis.* Quod imperfecti anima rectè dicatur adoleſcentula. 807.2.& 809.2
*Da mihi portionem quæ me contingit.* Quod Deus paſcat quidem voluptatibus ſæculi, dans illas, non tamen cubet cum eis. 115.2
*Adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionem longinquam.*
De auerſione, & elongatione peccatoris à Deo Patre ſuo. 328.1
De vagationis eius pœna. 123.2
*Et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſe.*
Quod tantundem ſit viuere luxurioſe, ac viuere prodigè, & voluptuoſe. 21.1
Quod per vitam voluptuoſam & peccatum diſſipetur omnis ſubſtantia gratiæ. 329.1.& ſeq.
Quod voluptuoſe ſic viuens deuoret ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, cum ſæculi voluptates ſint meretrices. 127.2
Quod idem patiatur excæcationem. 128.1
De earumdem voluptatum multiplici amaritudine. 19.2
*Et poſtquam omnia conſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere.*
De fame, & neceſſitate, atque inopia huius mundi. 248.2
De fame & inopia voluptatum ſæculi. 21.2
*Et abiit, & adhæſit vni ciuium,* (ſeu, vt legit Hieronymus, vni Principum) *regionis illius, & miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos.*
Quod diabolo adhæreat, qui à Chriſto receſſerit. 658.1
Qua ratione diabolus exerceat dominium in peccatorem. 98.2
Quod illum mittat in cuſtodiam vitiorum ſuorum. ibid & 99.2
Quod vita voluptuoſa, & vitioſa, ſit quoddam paſcere porcos. 64.2
Quod iſte talis à diabolo circunducatur, & circumrotetur. 125.2
*Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant.*
Quod voluptates ſæculi paſcunt tantum in tranſitu, ſaturitatem, & quietem minime exhibentes. 116.1
Earumdem inopia quanta ſit. 21.2
Quod peccator ſit ſimilis porcis, dum eos imitatur. 137.1
Quod peior ſit porcis. 140.1
*Et nemo illi dabat.* Quomodo contendendum ſit, vt habeantur ſæculi voluptates, cum nemo illas velit cedere. 20.1
*In ſe autem reuerſus dixit*, &c. In conuerſione peccatoris quomodo procedat Deus & voce, & pulſatione. 702.1
Quod procedat vt pater benignus. 703.1
Quod diſponat omnia ſuauiter. 704.1
Quod per flagella immiſſa illum conuertat. 724.2. & ſeq. idque ſæpius in iis ipſis, per quæ ipſum offendit. 725.2.& ſeq. Quin & illis eum priuans, per quæ peccare eſt ſolitus. 726.1
Peccator ipſe primò in ſe ſentit tumultum cogitationum in ſe reuerſus; ſecundò compunctionem pro offenſa Dei: *Quanti mercenarij*, &c. & tertiò peccata ipſa ſuo in corde pronunciat. *Et dicam ei, Pater peccaui in cælum*, &c. 727.1

 Qualis

Qualis debeat eſſe dolor in peccatore, qui conuertitur. ibid. 2. & ſeq.

*Surgam & ibo ad patrem meum.* Peccatori, qui conuertitur, & iuſtificandus eſt, operæpretium eſt, vt ſurgat à præterita vita, & recedat à prauis conſuetudinibus, & ab vniuerſis, quæ ipſum præpediebant. 798.1.736.2.& ſeq.

Quomodo iaceat peccator ante conuerſionem, ita vt ſurgendum primò ei ſit, antequam iter arripiat ad Deum patrem ſuum per conuerſionem. ibid. & ſeq.

*Et dicam, Pater peccaui in cælum, & coram te.* Poſt prædicta neceſſarium eſt, vt idem peccator confiteatur peccata ſua. 737.1. Idque ſaltem in voto. 735.2. & ſeq.

*Cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt.*

Quod aſpectu ſuo Deus perficit peccatorem, conferens illi gratiam, illumque diligens. 85.1

Quod peccata totius mundi reſpectu immenſæ charitatis Dei ſunt inſtar exigui roris, & tenuium guttarum aquæ ſuper ardentem fornacem. 709.1

*Et accurrens cecidit ſuper collum eius.* Quomodo peccatorem denuò conuerſum a peccatis Deus complectatur, conferens illi præſidium maxime tutum. 283.1

*Et oſculatus eſt eum.* Quod conſolationibus ſenſibilibus, & interna locutione eumdem reficiat Deus, illum oſculans. 9.1.& ſeq.

*Dixit autem Pater ad ſeruos ſuos, Cito proferte ſtolam primam,* ſeu, vt eſt in textu Græco, *illam ſtolam illam primam.*

Quod peccator denuò conuerſus, ſeruorum Dei, & ſacerdotum miniſterio induitur Chriſto, & puritate, qua primo in baptiſmo fuerat indutus. 605.1.& ſeq.

Quod illa ſtola illa prima peccatoris, quam exutam debet iterum indui, ſit mortificatio, & pœnitentia, qua eum induunt ſacerdotes. 716.1

Quod charitas ſit ornatus, & ſtola prima, qua induitur anima à peccato iuſtificata, Chriſtoque ſponſata. 474.2

*Et date annulum in manum eius.* Quomodo anima iſta à peccato iuſtificata ſub exhibitionis annuli metaphora ſignificetur deſponſata in fide, idque bene poſt ſtolam charitatis, cum iuſtificatio formaliter ſit à gratia inhærente, & à charitate. 252.1

Annulus ad quid deferatur in manibus. 775.1

*Et calceamenta in pedes eius.* Calceantur animæ iuſtificatæ à peccato pedes calceamentis, vt illius affectus decori ſint vitæ ſanctitate. 832.2. Vtve ijs iugiter operetur, & in ipſa proficiat ſanctitate. 833.1. & ſeq.

Calceamenta iſta eſſe diuina præcepta, atque conſilia. ibid.2.

*Et adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus.*

Quod per vitulum ſaginatum intelligendus ſit Chriſtus crucifixus, qui bene hic adduci, & occidi dicatur, quia per merita paſſionis Chriſti dicta anima iuſtificationem habet, & omni fruitur iuſtificationis fructu. 252.2

Per eundem vitulum intelligi poſſe eumdem Chriſtum, animæ nuper à peccatis conuerſæ, & iuſtificatæ exhibitum in Euchariſtia in memoriam paſſionis, & mortis illius, quo celebratur conuiuium nuptiale deſponſationis. 477.2. Vide plurima de hoc Sacramento, & ſacrificio in Indice rerum verb. *Euchariſtia.*

De eodem conuiuio ſacramentali, vide 987.2

*Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit.*

Quod peccator, cum in peccato perſeueraret mortuus erat, cum eſſet ſine Deo, qui eſt anima animæ noſtræ, vt habes 112.2

Quod peccatum ex natura ſua eo tendit, vt ſi fieri poſſet, Deum, eiuſque charitatem è medio tolleret. 709.2

Quod mortuus quoque eſſet idem peccator, quia peccatum eſt maxime noxium charitati, & gratiæ, per quam anima viuit. 654.1

## 35 In Euangelium 3. Domin. Quadrag.

*Erat Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum.*

Quod præcipuum dæmonis ſtudium ſit, vt mutum efficiat hominem, auertens illum ab oratione, laude Dei, & à gratiarum actione: hæ enim ſunt orationis ſpecies, vt habes 441.1. Id vero efficit, quia nouit

Quod oratio debet eſſe præcipuum ſtudium fidelium. 828.1

Quod tanti eas faciat Deus, vt orationes iuſti obſeruet, vt illius famulus, & miniſter. 871.1

Quam rectè ea ſignata ſit per metaphoram labiorum, quæ dæmon occludere ſatagit. 505.2

*Et cum eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.*

Quod ingens orationis vis admirationem quibuſque cauſet maximam, cum videant illam habere vim conſtringendi omnia inſtar funiculi. 506.1.& ſeq. & Deum ipſum. 507.1

Vide plura de hac materia orationis, quæ ad rem tuam faciant, in Indice rerum verb. *Oratio.*

Potes hic agere etiam de confeſſione peccatorum quæ liberè fit expulſo dæmone muto. Vide ibid. verb. *Confeſſio.*

Et etiam de prædicatione diuini verbi, ac de bonis ſermonibus, quæ impediuntur à dæmone muto. ibid. verb. *Prædicatio, & Prædicator, & Sermones, & Verbum Dei.*

*Omne regnum in ſe ipſum diuiſum deſolabitur.*

Bellum inteſtinum quam ſit graue, ac miſerum. 101.1

Inteſtinum bellum ſenſuum noſtrorum quantas nobis afferat miſerias, quantamve ruinam. ibidem & ſeq.

Diſſenſionem Doctorum ſignum eſſe ruinæ Eccleſiæ. 497.2

Quod concordia, & manſuetudine eccleſia ſimilis equitatui in curribus Pharaonis velociſſimè currit ad ſponſum. 148.1

Quod per fidelium concordiam eadem eccleſia reddatur terribilis dæmonibus. 800.1

Ob illam enim eſt ſimilis aciei ordinatæ. 797.1

*Si in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei.*

Quod in Spiritu ſancto eiiciantur dæmonia, & peccata. 655.1

Peruenit in nos regnum Dei, cum eiecto dæmone atque peccatis, in nobis veluti in ſuo throno regnat, ac triumphat Deus. 447.1

Et cum tribulationes pro Dei nomine toleramus. 473.1

Et cum Chriſtus crucifixus eſt in noſtro corde. 450.2

Et cum in nobis fuerit iuſtitia, & pax cum gaudio in Spiritu ſancto. 253.2

Et cum eius ſeruitio addicti regnum Deo quodammodo conferimus. 472.1

Et cum in nobis fuerit charitas, cum regnum Dei ſit dilectionis. 760.1

Et quia anima iuſtificata eſt cælum quoddam, inſtar cæli pulchra. 75.2

Et inſtar cæleſtis patriæ. 80.1

Quomodo differant, peccatum habitare, & regnare in aliquo. 271.1

*Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet.*

De fortitudine, & armis, quibus diabolus præliatus eſt, & deuicit noſtros primos parentes. 98.1

Quam è veſtigio ſit debilis, & quibus obeſſe is queat. 371.2

Cum ſub metaphora atrij, quod in aditu eſt domus ignorantiæ, tenebræ in anima deſignatæ cenſeantur ab aliquibus; potes hic agere,

Quanto ſtudio enitendum ſit, vt ab ignorantia rerum fidei egrediamur. 131.1

Quamue mala ſit ignorantia ſuiipſius. 136.1.& 140.1

Quo pacto diabolus exercuerit dominium in homines, quos deuicit. 98.2

*Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* de Chriſti potentia ſuper tria fortium genera. 241.1

Cur Deus dicatur Deus exercituum. 123.1

Regnum animæ quomodo vſurpauit diabolus, & quomodo illum Chriſtus expulit. 268.2. Vide & 383.1

Quomodo Anima vel Dei, vel diaboli arx ſit, iuxta vexillum, quod ſuper ſe habuerit. 270.1

Quod hæretici ſint arma diaboli. 122.1

Quod voluptatibus indulgentes ſint fortiſſimum inſtrumentum bellicum diaboli aduerſus fideles. 110.2

Arma item diaboli eſſe & voluptates ſæculi, & membra noſtra illis indulgentia. ibidem.

Arma peccatoris, & diaboli ſunt ipſamet Dei dona. 654.2

*Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, diſpergit.*

Potes hic agere de Hæreticis, eorumque damnis in Eccleſia. Vide in Indice rerum verb. *Hæretici*, & in primis 41.1.& ſeq.

*Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquoſa, &c.*

Cum loca arida, & inaquoſa, in quibus tamen diabolus non inuenit requiem, ſint animæ illæ, quas Deus ad earum probationem, & ad maiorem profectum in ariditate eſſe permiſerit. Vide quomodo non inueniat in illis requiem diabolus, quia amore languent. 277.1. Et quia ſe totas in Dei manus conſignarint. 285.2. & ſeq.

*Et dicit. Reuertar in domum meam, vnde exiui.*

Quam neceſſarium ſit, vt animæ, quæ aliquando extiterint domus diaboli per peccatum, obturatos & bene cuſtoditos ſeruent ſenſus omnes, ne diabolus vllum inuenire queat aditum in ipſis. 101.1. & 619.2

*Et cum venerit, inuenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.*

Domum iſtiuſmodi intelligere potes eſſe animam illius, qui poſt iuſtificationem tepidus extiterit: iſte enim, etiã

non ſit in peccato mortali, atque adeo, nec diabolum adhuc habeat intra ſe, paratam tamen illi exhibet animam ſuam. Vide quomodo tepidus ſit quodammodo peior ſceleſti peccatore. 710.1

Quod & ille animam ſuam pro domo exhibet diabolo vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam, qui poſt iuſtificationem, & vitæ indulgens ſpirituali, voluptatibus, & rebus ſæculi ſe dederit. Cum ea omnia vana ſint, & inſtar vmbrarum. 575.2.& ſeq.

*Tunc vadit, & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreßi habitant ibi, & fiunt nouißima hominis illius peiora prioribus.*

Quod peccatum aliquando in ſanctioribus firmius ac fortius inſidet. 654.2

Quod vitia omnia ſuper miſeram animam peccatricem ſua exigant vexilla. 270.1

## 36 In Euangelium feriæ 2. poſt Dominicam tertiam Quadrag.

*Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Quo igne comburantur inuidi. 929.1

De Synagoga inuidente bono, & conuerſioni Eccleſiæ gentium. 924.2.& ſeq.

Quod Hæreticorum æmulatio inuidens bono Catholicorum, & inuidia iniquorum erga iuſtos æquetur diabolo, & inferno, cum nequeat a ſua duritie molleſcere. 925.1

Quod Chriſtus operaretur miracula haud ob affectum conſanguinitatis, ſed ob charitatem. 776.1. Vt ve per ea ad cæleſtia eleuaret. 777.1.& ſeq.

Quod in Capharnaum, de cuius tamen incredulitate, & ingratitudine alias queritur, tam multa Chriſtus fecerit miracula, vt exaltarentur magis flammæ diuinæ charitatis, & beneficium ipſius. 709.2

Quod bonorum Prælatorum munus ſit paſcere & illos, qui ad ſe minimè ſpectent, diſiunctos ab Eccleſiæ corpore, vt infideles, &c. 542.2

*Multæ viduæ erant in diebus Eliæ, & ad nullam earum, &c. niſi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam.*

Poſt narratam hiſtoriam, quam habes 3. Reg. cap. 17. oſtende, Eliam ad Sidoniam illam viduam miſſum, quia inter alias virtutes in ipſa maximè eminebat charitas, atque miſericordia. Vt dum per miſericordiam pauiſſet Eliam, viciſſim & ipſa paſceretur in tanta fame, id quod eſſe proprium operum miſericordiæ, habes 548.2. Vbi plurima videre potes de ijſdem operibus, recurre & ad Indicem rerum ver. *Miſericordiæ opera.*

Quod miſericordiam iuſti admiretur Deus, quatenus per illam refertur diuina pulchritudo. 594.1

Quod per illam potiſſimum anima fiat magna in ſpiritu. 936.2

*Et multi leproſi erant, &c. & nemo eorum mundatus eſt, niſi Naaman Syrus.*

Narrata hiſtoria, quam habes 4. Reg. cap. 5. oſtende Naaman ob ingenitam fidem fuiſſe mundatum. Quod per munus fidei Deo exhibitum acquiratur gratia Spiritus ſancti. 169.2

*Et repleti ſunt omnes in Synagoga ira, & ſurrexerunt, &c.*

Quod Iudæorum æmulatio contra Chriſtum fuerit dura ſicut infernus, dum illum ad infernum mittere per occaſionem ſtuduit. 845.2

*Ieſus autem tranſiens per medium illorum, ibat.*

De immenſa Dei patientia in non ſubuertendis ijs, qui Chriſtum præcipitare tentarant. 848.2.& ſeq.

Quod Dei prouidentia non deturpetur intuens hominũ miſerias, atque ſcelera. 763.2

Quod in iuſtis Chriſtus, Deuſque nedum inambulet, ſed & inhabitet, non ſic autem in impijs. 619.1.& ſeq.

De Dei tranſitu. 737.2.& 740.1

## 37 In Euangelium feriæ 3. poſt Dominicam tertiam Quadrag.

*Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum.*

Quod aſperæ correptioni adiuncta eſſe debeat benignitatis dulcedo. 704.1. Ideoque inſtar vini optimi dicatur. 867.2.187.1.& ſeq.

Quod peccatum ſit maximè noxium charitati. 654.1

Quod peccator haud ſit contemnendus, cum peccatorum plebe Chriſtus ornetur æquè ac caput capillis. 494.2

Quod peccatorum conuerſione coronetur Chriſtus, & Eccleſia. 572.1.& ſeq.

Quam dolendum ſit, cum videmus Deum offendi per peccatum. 741.2

Quod correptionem facientes percutiant, vulnerent, & auferant ignorantiæ pallium. 748.1

*Dic Eccleſiæ.* Plurima, quæ de Eccleſia dici hoc loco poſſunt, videre potes in Indice rerum, verb. *Eccleſia.*

*Sit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus.*

Iniquorum conuerſationem deuitandam, cum illi ſint inſtar pungentium ſpinarum. 236.2

Quam proficua è contra ſit conuerſatio cum iuſtis. 865.2

Facies conuerſationis noſtræ inſtar ſpeculi ſuſcipit faciẽ eius, cui oſtenditur, & cum quo fuerit. 360.2

Spiritualis verus in fratrum conuerſatione non eſt auſterus, ſed dulcis, atque iucundus. 856.2

De habitu ipſo conuerſationis plurima habes 517.1

*Si duo ex vobis conſenſerit ſuper terram de omni re quamcunque petierint, fiet illis.*

Quod oratione trahantur creata omnia ad voluntatem orantis. 506.2

Quod trahatur & Deus. 507.1. Eadem quaſi fune, & catena ligatur, & trahitur è cælis Pater cæleſtis. 50.1.& 2.

Ad orantem animam quomodo fiat deſcenſus Dei. 560.1

Quam citò, quamve liberaliter orantes exaudiat Deus. 305.2

*Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

Quod Chriſtus delectetur conuerſatione ſancta iuſtorum. 712.2

Quomodo Chriſtus ſpiritualiter veniat medius inter cõgregatos. 663.2

Quomodo ſedeat in medio eccleſiæ. 458.1

Chriſti aſſiſtentia quantam pacem, & ſecuritatem afferat. 111.2

Quod in Concilijs Oecumenicis medius ſit Chriſtus atque adeo in illis eccleſia ſit tota pulchra, & ſine macula ſecundum doctrinæ veritatem. 562.2

Poſſes hic quoque agere de conſultatione, & conſilio adhibendo, qua de re plurima habes 497.2. & ſeq. vbi de neceſſitate, & conditionibus bonæ conſultationis.

Quod Prædicatores habere debeant ob oculos Deum ſibi adſtantem, & audientem. 350.1

Quamve Deus ipſe validos illos reddat præſentia ſua. ibid. 2

## 38 In Euangelium feriæ 4. poſt Domin. tertiam Quadrag.

*Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? non enim lauant, &c.*

Arguuntur ſpirituales zotici, Phariſæos iſtos incitantes in iudicandis, & damnandis fratribus. 856.2

*Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?*

Quod diuinæ legis obſeruatio fuerit tutiſſimum foramen petræ. 548.1

Quod Iudaicæ traditiones eſſent foramina draconum. 515.2

Iſta foramina excauata fuiſſe in legis petra à diabolo. 352.2

Quod humanus reſpectus, & lex mundi ſit maceria, & cauerna maceriæ, atque cauerna reguli. ibid.2.& ſeq.

De diuerſitate legis Dei à legibus, & traditionibus mundi plura habes 917.1

Poſſes hic quoque agere de virtute obedientiæ, de qua plura habes in Indice rerum, verb. *Obedientia.*

*Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.*

De neceſſitate bonitatis tuæ internæ, tum etiam externæ ad animæ pulchritudinem conſtituendam. 190. 1. & ſeq.

Qualis eſſe debeat bonitas interna. 646.1. qualis externa. ibid.

Quæ ſint interna piæ animæ. 486.1. & 630.2

Quod cultus Dei, & oratio interiorem deuotionem, & bonitatem adiunctam, habere debeant. 606.1

Quod cultus legis Dei, & lex ipſa & intrinſecus in corde, & extrinſecus in operatione exhibenda ſit. 916. 2. vbi agitur & quomodo ipſa lex in corde habenda ſit inſtar typorum, & characterum Typographiæ. & quomodo ab ijſdem characteribus ſit diuerſa. ibid.2. & ſeq.

Iuſti, eorumq; cor ſunt pyxis, ſeu tabella eburnea, in quibus ſeruatur, & ſcripta eſt diuina lex. 779.2

*Non quod intrat per os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, &c.* Quomodo per peccatum coinquinetur homo. 329.1

Quod verba, & ſermones ſunt hominum emiſſiones, atque adeo quæ iuſtorum ſunt, eſſe Paradiſum. 626.1

*Omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cæleſtis eradicabitur.* Quam rectè animæ ſanctæ dicantur plantationes, & agricultura Dei. 618.2

In arboribus ſpiritualibus vitam iunctam eſſe cum floribus, & fructibus. 368.1

Plantationem Dei in cordibus noſtris eſſe Chriſtũ. 256.2

*Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent.*
Quod Prælati ſint oculi eccleſiæ. 485. 2. & oculi Chriſti. 764. 1. & 765. 2
Sunt vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. 403. 1. Curve dicantur potius vigiles, quam vigilantes. 401. 1
*Ediſſere nobis parabolam iſtam.*
Quod pro intellectione Sacrarum ſcripturarum operæ pretium fuit, vt Chriſtus diſcipulos in eas introduceret. Vide feria 2. Paſchæ.
*Quæ procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.* Quanto ſtudio cuſtodire debeamus os noſtrũ. 509. 1
Vbi eſt ſilentium, ibi Chriſtum reclinare. 212. 1
Idem quam ornet mentem. 511. 1
Quamue in primis deceat virgines. 515. 2
Idem cum modeſtia commendatum. 520. 2
Cor eſſe os, & vbera animæ. 889. 1
Cor eſſe velut promptuarium oris, & linguæ. 601. 1
Cor, caput, & mentem in anima ſumi pro eodem. 491. 2
Idem eſſe ventrem, & vterum animæ. 841. 2
Inſtrumentum eſſe ventrem Chriſti. 780. 2
De cordis cuſtodia. 619. 2
Cor humanum eſſe ſimile ſpeculo. 362. 2. & 364. 2
Cor prauum eſſe deſertum. 426. 2
Terrenum eſſe currum Pharaonis. 455. 2
Cor peccatoris quomodo obſeretur Deo. 735. 2
Cor purum, & mundum quale ſit. 841. 2
Idem vulnerat cor Chriſti. 588. 1. Eſſe ferculum Salomonis. 455. 2
Iſta cordis puritas quam ſit neceſſaria. 42. 2. 227. 1
Eamdem exhibere delicias cœleſtis patriæ. 901. 2
*De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c.*
De malis cogitationibus, & quomodo ſint compeſcendæ, ne damna inferant animæ. 368. 1. & ſeq.
Cur cogitationes potius à corde, quam à mente prouenire dicantur. 491. 1. & ſeq. Vbi plura habes de ſanctis cogitationibus deſignatis per capillos ſponſæ. Vide de ijſdem 854. 1
Et in Indice rerum, verb. *Cogitationes.*

## 39 In Euangelium feriæ 5. poſt Dominicam tertiam Quadrag.

*Surgens Ieſus de Synagoga, introiuit in domum Simonis.*
Potes hoc loco agere de excellentia eccleſiæ Romanæ, domus Simonis Petri, in quam ita introiuit Ieſus, vt in ea iugiter perſiſtat, atque reclinet, qua de re plurima in Indice rerum, verb. *Romana Eccleſia.* vide ibi. Quod ſit domus, vide 411, 1
Potes hic quoque agere de ingreſſu Chriſti in domum ſacrarum ſcripturarum, quo illas ſua illuſtrat aſſiſtentia. Vide quam recte Sacræ ſcripturæ dicantur domus Eccleſiæ 214. 1. & ſeq.
Quomodo Sacræ ſcripturæ abſque Chriſti aſſiſtentia viliſſimæ videantur domus. ibid. 2. & ſeq. & è contra. 215. 1. & ſeq.
Quod eædem hæreticis ſint domus iniquitatum, quia in illis Chriſtum non habent ingreſſum, atque præſentem. 214. 2
Quod domus Sacr. ſcripturarum à parte ſuperiori potiſſimum commendandæ ſint, quia deſuper fundamentũ habent, cui innituntur. 215. 1
Tigna iſtius domus eſſe fidei dogmata, præcepta vero eſſe eiuſdem laquearia, quæ inter ſe debent eſſe connexa. ibid. 2. & ſeq.
Quod ſcripta ſapientum mundi ſint viliſſimæ domus, & maxime fragiles. ibid. 1
Quod Eccleſiarum particularium, vt ſunt & ipſæ domus Petri, tigna ſint prælati, laquearia vero, Clerus. 216. 2
Quod ex commendatione Prælatorum, & cleri reſultet laus etiam aliorum ordinum, qui ſunt in Eccleſia. ibid.
Quod, ſi per domum ſocrus Simonis ſumere velis mentem, aut cor vniuſcuiuſque animæ domum, vt habes 715. 2. & ſeq. pluribus explicatum videre potes, quomodo, quove ex oſtio Chriſtus ingrediatur in iſtiuſmodi domum. 416. 2. quomodo in eam introducatur. ibid.
Mentem eſſe domum propriam humanæ naturæ. 894. 2. eſſe domum, & cubiculum ſapientiæ Dei. 416. 2
Cordis oſtia nunquam Deo eſſe claudenda. 705. 2. & ſeq.
Cor peccatoris quomodo obſeretur Deo. 735. 2
*Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.*
Potes hic agere quomodo in domo Simonis, ſiue per eam ſanctam accipias eccleſiam, ſiue animam piam, nunquã deſint tribulationes, quibus tamen opem fert Ieſus præſentia ſua. vide Dominica 4. poſt Epiphan. & in Indice rerum, verb. *Tribulationes*, vbi plurima, & 179. 1. & ſeq.
Quod eccleſiæ perturbationes, ac tribulationes ſint maximæ illius febres, & æſtus. 110. 2
De magnis animæ febribus concupiſcentiæ, & paſſionũ, deque earum æſtibus. 87. 2
Quod febres iſtæ ſint cum frigore, & algore, quatenus peccatum frigidiſſimum, ſuſcitat flammas concupiſcentiæ. 654. 2
Quomodo febribus hiſce Chriſtus ſua opem ferat præſentia, rore gratiæ, & Spiritus ſancti illas expellens. 655. 1. & ſeq.
Quod Eccleſia languens febre amoris cum deliquijs, mortali dicatur ægrotare languore. 275. 1. Et quomodo ei ſuccurratur. ibid. 2
Charitatis febris, qua ratione deliquium afferat, & mortem. 275. 2
Quod febris iſta ſit à calore, & igne perficiente. 248. 1
Qua ratione hac febri langueat pia anima in ſpiritualibus exercitijs, quæve ſint illius remedia. ibid. 2. & ſeq.
Ea languens anima ſimilis phrenetico. 751. 1
*Et rogauerunt illum pro ea.*
Quod aliorum orationibus nos commendare debeamus. 750. 2. 751. 2
*Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit illam, & continuo ſurgens miniſtrabat illis.*
Ad Chriſti imperium factum illico miraculum expulſionis febris, quia in Deo labia, & manus idem ſunt. 775. 1. & quia Chriſti miracula diuinitatis poteſtatem præ ſe ferebant. 776. 1
Continuo autem ſanata mulier ſurrexit, & miniſtrabat, quia Chriſti opera & miracula fuere perfectiſſima. ibid.
Quod anima per Spiritus ſancti gratiam ſanata à peccato illico ſurgat ad bona opera, & ad Chriſti obſequiũ. 655. 1
*Cum autem Sol occidiſſet, omnes, qui habebant infirmos, ducebãt illos ad Ieſum.*
Quod intellectus, menſque noſtra infirma tunc ducenda ad Ieſum ſit, vt roboretur in fide, cum occiderit Sol noſtri ſenſus. 208. 1
Quod bene poſt Solis occaſum curati à Ieſu dicuntur ægroti, quia antequam à Chriſto expellatur febris concupiſcentiæ, operæpretium eſt, vt occidat Sol eiuſdem concupiſcentiæ, quatenus lucida apparet. 87. 1. alias enim non duceretur quis ad Chriſtum.
*Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum, & turbæ quærebant eum.* Quomodo in deſerto, & in ſolitudine in ſtudio orationis, & contemplationis ſit Deus, ibique inueniatur, deque progreſſu piæ animæ in tali deſerto. 422. 1
*Et detinebant illum ne diſcederet ab eis.*
Quomodo teneatur Deus ab anima. 411. 1. 412. 1. 415. 2. & ſeq.

## 40 In Euangelium feriæ 6. poſt Dominicam tertiam Quadrag.

*Venit Ieſus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.*
Qualia fuerint Chriſti itinera, 780. 2. Prælati quomodo obuiam eant ſubditis. 401. 1
*Ieſus ergo fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſuper fontem.*
Quod Chriſti itinera fundata eſſent in charitate. 782. 2
Quod fatigatus ſit ſicve fatigatus ſederit, vt vnam Samaritanæ animam lucraretur, quo loco perpendere potes ingentem Chriſti erga vnamquamque animam dilectionem, quæ talis eſt, ac ſi ſingulas ſolas earum diligeret. Vide 377. 1. & 871. 1
*Hora erat quaſi ſexta.*
id eſt, Meridies. Quod bene ab Euangeliſta notata ſit hæc hora, qua Chriſtus ſedebat ſic ſuper fontem, quia id potiſſimum ignoraretur, vbi is in meridie ſederet, vt habes Cant. 1. *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, id eſt, in æſtibus præſentis ſæculi. Vide 114. 3. & ſeq. vſque ad finem expoſitionis tertiæ.
*Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dixit ei Ieſus; Da mihi bibere.* Quod Deus quamlibet vel minimam occaſionem accipit, vt nobis bene faciat. 728. 2
Quomodo in conuerſione peccatoris Deus diſponat omnia ſuauiter. 704. 1
Quomodo Deus trahat animam funiculis amoris, auferens ab ea, quæ illam impediebant. 47. 2
Quod & boni Prælati, vt animas ad rectum deducant tramitem, conforment ſe inclinationibus earum. 401. 2
*Dixit ei mulier illa. Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ, &c.* Potes hic agere de materia ſcrupulorum, deque illis eijciendis, vt habes 354. 1. & ſeq.
*Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.*
Hæreticorum conſortia deuitanda. 505. 1


SER

Cum tota hæc Samaritanæ oratio ſit exprobatio, & per aquas, quas eadem venerat haurire, deſignentur ſæculi voluptates, habes hoc loco, quod tractes, quomodo voluptates ex iurgia cauſent, & contentiones, qua de re vide 20. 1

*Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi da mihi bibere.*

Quod Chriſtus ſit præcipuum donum Dei, factum in illius Incarnatione. 26.2.& 54.2. & 270.2

Quod idem Chriſtus poſt Incarnationem odorem emiſerit notitiæ Dei. 39.1

Spiritum ſanctum eſſe præcipuum donum Dei. 8.2

Iuſtificationem pariter eſſe præſtantiſſimum donum Dei. 45. 2. Cum in ea Deus ſe exhibeat nobis in ſponſum. 250.2

*Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.*

Quod Deus nedum in medijs precibus exaudit, cum patitur ſalus, & gratia ſed & preces ipſas præueniat. 23. 2 & 305. 2

Aquas viuas Eccleſiæ eſſe ſapientiam, & ſcientiam diuinorum. 640.2

Spiritum ſanctum eſſe impetum aquarum viuentium. 643.2.& 648.2

Quomodo has aquas viuas petat anima. 655. 2

Quod aquæ viuæ ſint diuinarum gratiarum fluenta, quibus non irrigantur duntaxat, ſed & incrementum datur hortis virtutum. 645.2

Quod fælicitas ſit tantum in vno Deo. 467.2

*Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt.*

Quod puteus humanæ ſcientiæ altus ſit, nec habet homo in quo hauriat, cum intellectus, quo haurienda eſſet, ſit maxime inſtabilis. 205.2

Quod diuinorum ſapientia ſit puteus altiſſimus ſimul, ac profundiſſimus. 642.1.& Sacra ſcriptura etiam ob profunditatem ſit puteus aquarum viuentium. 648.1

Quod puteus altus ſit baptiſmi ſacramentum, & in quo baptizandus hauriat ex ipſo. 642. 1

Diuinas gratias in humili anima eſſe puteum altum & aquarum viuentium. 645.1

Necnon & internam eiuſdem animæ ſanctitatem eſſe pariter puteum altum. 646.1

*Omnis, qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego*, &c.

De excellentia aquæ ſapientiæ diuinorum ſuper aquam ſapientiæ humanæ. 640.2.& 642.1

De multiplici quoque excellentia aquarum conſolationum gratiæ ſuper aquas voluptatum ſæculi. 19.1.vſque ad 22.& 64.2.& 99.1

*Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.*

Ad aquas diuinæ doctrinæ, per quas Chriſtus ſalit in multiplici earum ſenſu refert hæc Origenes, vt habes 306.2

Quomodo aqua diuinæ gratiæ fiat in anima fons aquæ ſalientis. 644.2.& ſeq.

Eccleſiam ob aquas gratiarum, & doctrinæ eſſe fontem, & fontem ſignatum. 618.1. ob eaſdem aquas quomodo ſit fons hortorum. 643.1

Animam quoque ob gratiarum copiam eſſe fontem, curve ſit dicta fons ſignatus. 620.1

Quomodo eadem pia anima ob communicationem gratiarum dicatur fons hortorum. 644.2

Quomodo ex exercitio, & bono vſu gratiæ in profectu virtutum eadem dicatur fons hortorum. 645. 1. vide ibid.& ſeq.& 648.1

*Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate adorare oportet.*

Quod perfecta adoratio Dei, & oratio deuotionem interiorem & vitæ bonitatem habere debeat. 606.1

Quod vera vita ſpiritualis ſit perfecta oratio, & adoratio Dei. 610.1

*Reliquit ergo hydriam mulier, & abijt in Ciuitatem, & dixit, Venite*, &c.

Quod hic ſit præcipuus charitatis effectus, vt agnitum bonum alijs impertire faciat. 49.2

*Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, & perficiam opus eius.*

Quod à primo inſtanti ſuæ conceptionis Chriſtus concedere cœperit opus ſalutis noſtræ, cibum ſuum peculiarem. 667.1.& 685.2

Quod opera noſtra bona ſint cibus Chriſti. 664. 1. & 668.1

Chriſto comedendi proponuntur iuſti, vt poma dulcia. 662.2.vide & 681.1.& ſeq.

Quod & tribulationes iuſtorum ſint dulces cibi eorumdem, & Chriſti. 681.2

Quod & ſuæ paſſiones ſint illius cibi prædulces, quibus opipare conuiuium inſtituit animæ contemplatiuæ. 683.2

Quos cibos comederit in vtero B. Mariæ. 684.2

## 41 In Euangelium Sabbathi poſt Dominicam tertiam Quadrag.

*Ieſus perrexit in montem Oliueti.*

Quod in montes, & colles libenter pergeret Ieſus, dū hāc degeret vitam, vt intelligeremus & nobis frequentandi montes mortificationis, deuotionis, orationis, ac ſtudij vitæ ſpiritualis, in quibus eum habeamus comitem. 554.1.& ſeq.& 558.2

De Chriſto ſaliente in variis virtutum montibus. 306.1

Quod Ieſus frequentaret in primis montem Oliuarum, quæ miſericordiam, pacemque deſignat, quia in miſericordia ſuam omnem ſtatuerat gloriam, & exaltationem. 63.1.vt intelligeremus, ex contemplatione miſericordiæ Dei oriri exaltationem noſtram. 62.2

Cum miſericordia ipſa Dei candore pacem præſeferat, atque lætitiam. 779.2

*Et diluculo venit in templum.*

Quod Chriſtus in animam veniens templum ſuum, tanta celeritate veniat, vt aſſimiletur celeritati diluculi. 303.1

Quod Chriſtus diluculo venit in templum tractus vel miſeratione earum turbarum, quæ ad eum venturæ eo erant. 47.2.vel earumdem dilectione. 49.2

*Et omnis populus venit ad eum.* Quod populus trahebatur à Chriſto vt ferrum à magnete. 47.1

*Et ſedens docebat eos.* Quod Chriſtus doceret ſedens, quia regiam in magiſterio ſuo exhiberet maieſtatem. 55.1

*In lege autem Moyſes mandauit huiuſmodi lapidare.*

Quod lex Moyſis eſſet aſperrima, & ſummi timoris. 17.1. & 725.2.& 652.1

*Tu ergo quid dicis?* Quod è contra doctrina, & lex Chriſti ſit amoris, & miſericordiæ. 652.2.& 284.1.& 17.2

*Nec ego te condemnabo.* Iuſtitiæ opera quomodo Deus ſibi reputet aliena. 63.1.& 755.2

Quando iuſtitia exercenda eſt, erubeſcit quodammodo Deus. 956.1

Quin doloribus inferni quodammodo affici dicitur. 920.1

Vide plura de miſericordia Dei in Indice rerum verb. *Miſericordia Dei.*

## 42 In Euangelium Dominicæ quartæ Quadrageſ.

*Abijt Ieſus trans mare Galilææ, & ſequebatur eum multitudo magna, quia*, &c.

Quod Chriſtus carnem ſumpſit, vt geſtis corpore is traheret homines ad Dei cognitionem. 46.2

Quando idem velociſſime traxerit ſecum homines. ibid. & ſeq.

Quod ſequi quidem poſſumus Chriſtum imitantes illum in virtutis ſtudio, currere tamen cum illo, & æquales illi eſſe nequimus. 49.2.Vide & 52.1

Quod Chriſtum ſequi haud ſit omnibus datum. 52.1

*Subijt ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.*

Quomodo cum Ieſu aſcendant animæ deuotæ per deſertum, ſimulque cum eodem ſedeant. 422.1.& ſeq.

*Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum.*

Diuinam prouidentiam eſſe oculos, quibus Deus proſpicit vniuerſis. 764.1

De ſpeciali eiuſdem prouidentia erga iuſtos. 303.2.663. 1.& 681. 1.& ſeq.

Quod Dei prouidentia circuit quærens eum, qui ipſum Deum quærit. 401.2

Quod tanta hominum multitudo veniebat ad Chriſtum attracta ab illo voluptate, & conſolationibus. 48.2

De Chriſti pulchritudine, qua populi ad eum trahebantur. 200.1

De eiuſdem verborum gratia, qua maxime alliciebantur quoque. 209.2

*Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Quod dum nos toti intendimus Chriſto, viciſſim totus intendit nobis. 379. 1

Quod dum nil temporalium curæ habentes in Chriſti nos proijcimus manus, is largiter nobis prouideat, & de terrenis, & de cæleſtibus. 286.2.& 287.2

De immenſa Chriſti charitate erga homines. 460.2

*Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt modicum quis vnuſquiſque accipiat.*

Quam modica, & exigua ſint mundana omnia hominibus. 21.2

Cum mundus vniuerſus non ſit proportionatum obiectum amoris noſtri. 376.2

*Accepit Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus.* Cur Chriſtus in præcipuis operibus oculis in cælum ſublatis gratias egiſſe dicatur. 464.2

De diſpenſatione fideli in eccleſia facienda. 774.1.& ſeq.


Quales

Quales eſſe debeant miniſtri facultatum eccleſiæ in operibus miſericordiæ. 832.2.836.1.& 854.1
*Similiter & ex piſcibus quantum volebant.*
In conſolationibus ſpiritualibus exhibendis quam promptus, & largus ſit Deus. 22.1
Quod illum, cuius anima Deum diligit, Deus quodammodo tenetur paſcere conſolationibus ſpiritualibus. 115.1
*Vt autem impleti ſunt.* Quod adeo plerumque conſolationibus ſpiritualibus impleta ſit pia anima, vt plus earum nequeat ferre. 803.2
Quomodo dulcedine ſpirituali duntaxat ſatietatem aſſequi poſſimus. 245.1
Poſſes hic agere de vera, & omnimoda ſaturitate, quam hoc miraculo Chriſtus deſignare viſus eſt. Vide 691.2. vbi pluribus oſtenduntur congruentiæ comeſtionis, & potus cum cæleſti beatitudine.
*Illi ergo homines cum vidiſſent, quod fecerat Ieſus ſignum, dicebant, quia hic eſt, &c.* Si illi propter panem corporeum ita Chriſtum celebrarunt, quid faciendum eſſet nobis pro ſacratiſſimæ Euchariſtiæ pane ab eodem itidem opipare elargitum? Vide in Indice rerum, verb. *Euchariſtia.*
Quod miſericordiæ opera boni nominis odorem cauſant. 549.1

## 43 In Euangelium feriæ 2. poſt Dominicam quartam Quadrag.

*Et cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* Magna ex charitate flagellat peccatorem Deus in hac vita. 724.2
Flagella iſta præſentis vitæ ſunt ita tenuia, vt recte dicantur quaſi flagella in comparatione flagellorum alterius vitæ. 725.2
Quia iuſtitiæ operibus ſemper admixtam habent eiuſdē Dei miſericordiam. 755.2.& 768.1
Cum peccata ipſa noſtra ſint funiculi, & funes, vt habes 737.1. recte tunc de funiculis dices facta à Chriſto flagella, quando per illa nos flagellat, per quæ ipſum offendimus, qua de re habes 725.2.& ſeq.
Quod corpori Chriſti communicatum ſit quiddam maieſtatis, & magnificentiæ diuinæ. 200.1
Quod Prælati debeant eſſe fortes, quave fortitudine, 429.2
De reformatione Eccleſiæ. 791.1. Quæ elucet maxime in reformatione Cleri. 791.2
*Recordati ſunt diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt. Zelus domus tuæ comedit me.*
Quid ſit zelus Dei. 81.2. Quomodo comburere, & comedere dicatur. ibid. & ſeq. Vide plurima de eodem zelo honoris Dei, vt comparatur Soli, 80.2
*Soluite templum hoc.* De humanitate Chriſti, quam ille ſibi feciſſe dicitur in ferculum, lectum, ac templum, plurima habes 449.1.& ſeq.
Chriſtus aſſimilatus templo Salomonis. 783.1
*Multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis.*
De triplici modo credendi, & quod Ieſus non credat ſe illis, qui non credunt in illum, & illi. 410.2
*Ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.*
De intima, & perfectiſſima Chriſti viſione internorum noſtrorum. 303.1

## 44 In Euangelium feriæ 3. poſt Dominicam quartam Quadrag.

*Aſcendit Ieſus in templum, & docebat, & mirabantur Iudæi.*
Quod admiratio proueniat ex ignorantia. 899.2
Quod ipſamet verborum Chriſti gratia cauſabat admirationem. 200.2
*Reſpondit eis Ieſus, Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me.* Doctrinam Chriſti eſſe diuinam, & cæleſtem. 17.1
Eſſe totam de amore. 5.2.& 17.2
Illuſtrare intellectum, & mouere affectum. 14.2. & 849.1
Exhiberi tantum humilibus. 15.2
Fuiſſe redolentem per exempla virtutis. 27.1
Et fragrantem vnguentis gratiæ, gratiamque conferre. 27.1
Abſtuliſſe à mundo tenebras, feras, & ſilentium à Dei laudibus. 241.1
Fuiſſe amariſſimam ſimul, atque dulciſſimam. 784.1
Exhibitam cum Chriſti ſpiritu. 867.1
Vide plurima de hac materia in Indice rerum verb. *Doctrina, & Euangelium, & Sapientia Dei, & Scriptura ſacra.*
*Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrum ex Deo ſit.* Si iuxta Auguſtini ſententiam is intelligatur voluntatem Patris facere, qui in Chriſtum credit, potes hic agere, quod fidei myſteria id habeant, vt prius credantur quam cognoſcantur, qua de re vide 61.1.& ſeq.
*Qui à ſemetipſo loquitur gloriam propriam quærit.*
Quod ſapientum mundi ſcientia excitet ſuperbiam. 18.1
Eadem facit proferre deliria. ibid.
Turbat intellectus aciem. ibid.2
Refrigeſcere facit à charitate. ibid.
Eſt inſtar Idoli. 14.2
Eſt fragilis inſtar maceriæ. 348.1.& ſeq.
Eſt inſtar aquarum pluuiæ. 642.2
*Qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.*
Quod boni prædicatores debeant quærere gloriam Chriſti, à quo mittuntur. 364.1.& 350.1
*Dicebant ergo quidam: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere? & ecce palam loquitur.*
Quod à prædicatione veritatis haud deterrere debeat timor perſecutionum, & mortis. 325.1.& 653.2

## 45 In Euangelium feriæ 4. Dominicæ quartæ Quadrag.

*Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate.*
Quod proprium ſit Chriſti, vt præteriens, & currens videat, & attente intueatur. 303.2
Intuetur enim inſtar ſolis, quem nouimus tunc aſpicere, cum præterit & currit. 84.2
Cum per cæcitatem à natiuitate ex aliquorum Patrum ſententia originale deſignetur peccatum, quo natura humana priuata fuit perfectiſſima, qua prædita fuerat, cognitione & ſcientia, iuſtitiaque originali, & gratia, vt colligere potes ex dictis 97.1
Potes hic agere, quomodo ab ipſo cæco tractus ſit Chriſtus, nempe ab hominum peccatis tractus ſit Deus, vt carnem ſumeret, qua de re habes 710.2. Et quod factus homo recte dictus ſit præteriens, cum id ſit epithetum hominis, habes 763.2
*Et interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit? hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?*
Per cæcitatem ſumendo tribulationes in genere, cum cæcitas ſit maxima tribulationum, potes hic agere de triplici ſcandalo, quod cauſari ſolet per tribulationes iuſtorum, vt habes 72.2
Quod tribulationes haud ſemper arguant peccata præcedentia. 74.1
*Reſpondit Ieſus: neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo.*
Propone hic dubium allatum à Chryſoſtomo hom. 55. qua iuſtitia id fieri queat, vt tam ingens tribulatio, tantaque pœna alicui infligatur, & non propter peccatum. Ad quod reſponde in hoc nullam eſſe iniuſtitiam, quia licet neque ea cæcitas habuerit cauſam peccati cæci, aut parentum eius loquendo de peccato actuali, habuit tamen cauſam peccatum originale, quod eſt prima cauſa ægritudinum, & tribulationum omnium, vt habes 100.2
Secundo nec argui exinde poſſe iniuſtitiam in Deo, quia tribulationum noſtrarum propria cauſa haud eſt Deus, ſed corpus ipſum noſtrum. 84.1
Tertio, quia etſi dicamus Chriſtum, Deumque ipſum eas immittere, id fit, quia dum ſumus in hac vita aſpicit quidem nos inſtar Solis, at non directe, ſed oblique, ibid.2
Quod vero id non prouenit ex defectu Dei, ſed ex defectu noſtri, vide probatum ex Origene 90.2
Quarto non fuiſſe id iniuſtitiam, quin imo ſummam eſſe Dei gratiam cum tribulationes immittit non propter peccata, ſed vt manifeſtentur in iuſto opera, quæ in illo is facit: Quæ vero ſint iſta opera habes 85.2.& ſeq.
Quod autem iſtiuſmodi tribulationes ſint præſtantiſſimum inter Dei beneficia, vide 279.1. Vide & de iſta materia in Indice rerum verb. *Tribulationes.*
*Venit nox, quando nemo poteſt operari.*
Quod nox eſt tempus mortis, & futuræ vitæ. 377.2. In quo non licet amplius operari, cum non ſit locus meriti. 674.1.& ſeq.
*Quamdiu in mundo ſum, lux ſum mundi.*
Quod Chriſtus ab ortu ſuo fuerit lux mundi. 109.1
*Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius.*
Si cum Auguſtino, & alijs per lutum iſtum accipias deſignatum Incarnationis myſterium, quo ablata eſt cæcitas ab humana natura, vide de eius neceſſitate & congruentia 44.2
Si per eumdem lutum intelligas potius myſterium Paſſionis,

ſi onis, ſeu Chriſtum ipſum, in ea factum opprobrium hominum, & abiectionem plebis, oſtende; hic ſignificatum cuicunque tribulato, vt ex tribulationibus ipſis fructum faciat, ponendum ſibi ſuper mentis oculos Chriſtum crucifixum, qua de re vide 482.2. & 478.1

*Vade, & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miſſus.*

Si per natatoriam iſtam cum Patribus intelligas baptiſmi ſacramentum, vide de eius ablutione 765.1. vide & 644.1. quod ad baptiſmum eundum à baptizando ſit, quave ratione haurire ex eo debeat aquam, qua lauetur.

Potes & per iſtam ipſam natatoriam, ſeu piſcinam Siloe, id eſt, miſſi, & Chriſti intelligere vulnus lateris illius, ad quod confugere debet tribulatus quiſque, de quo vide 355.2

*Abijt ergo, & lauit, & venit videns.*

Quod obedientia lucerna ſit, & lumen exhibeat. 462.2

Quod obediendum ſit prompte, & ſimpliciter, quave ratione. 155.2. & 536.2

Quomodo per obedientiam iſtam ſimplicem abripiatur cor Chriſti. 585.1

*Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conſpirauerant, &c.*

Quod timor mundani opprobrij pro Dei honore ſit expellendus. 352.1

Quod Iudaicus populus ſemper perſecutus ſit ſanctos. 745.1

Quod perſecutiones non debeant impedire, ne Chriſtum ſequamur. ibid.

*Scimus autem, quia peccatores Deus non exaudit. Sed ſi quis Dei cultor eſt, &c.*

Quod cum oratione debeat eſſe vitæ probitas. 606.1

*Tu credis in filium Dei?* id eſt, vis credere, quod in fidei rebus voluntas debeat præcedere intellectum. 131.1

## 46 In Euangelium feriæ 5. poſt Dominicam quartam Quadrag.

*Ecce defunctus efferebatur.* Quod mortis ſententia excitet animam ad bonum, eiuſque meditatio ſit optima philoſophia. 906.2

Quod mors ex Dei miſericordia proueniat. ibid.

Eadem quam apte dicatur putatio. 331.2

In ea metitur anima à Deo, quia colligitur cum radice totius meriti. 674.2

Ea quam metuenda ſit in peccato. 334.1

Iuſtus tunc mori vult, quando ſcit Dei beneplacitum. 296.2

Mortis etiam tempore eſt ſub vmbra Chriſti. 212.2

Atque adeo eam frequenter optans Chriſtum ipſum precatur, vt eum ad ſe colligat. 668.2

Quidni vero non moriatur libenter. 321.1. & 322.2. & 334.1. cum in eius articulo ab eodem Chriſto vocetur ad cælum. ibid.

Et ei exhibeantur quædam cæleſtis fœlicitatis initia. 343.1

*Filius vnicus matris ſuæ.* Quod filij ſint ornamenta matrū. 156.2

Cum filius iſte eſſet adoleſcens, agere potes de iuuenili ætate, quam ſit ſubiecta paſſionum tribulationibus, vide 247.1. & 822.2

Quod affectus in vno tantum Deo collocandi ſint. 35.2. & 376.1

Non in filijs, aut qualibet alia re mundi huius. Cum filij ſicut vniuerſi homines inſtar aquarum tranſeant. 763.2. & mundana omnia inſtar vmbrarum fugiant. 557.2. & inſtar velociſſimarum quadrigarum. 821.1. Quin & inſtar rapidi torrentis. 818.1

*Quam cum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam.*

Quomodo Chriſtus plenus eſſet miſericordia. 710.2

Quod miſericordia affixa ſit ſuper cor charitatis. 548.1

Vide ibi multa de operibus miſericordiæ, nec non & in Indice rerum, verb. *Miſericordia.*

*Dixit illi, Nol. flere.* Quod lacrymæ noſtræ implent Dei capillos, quatenus is eſt particeps tribulationum noſtrarum. 712.1

Quod lacrymæ, quæ non proueniunt ex charitate recte prohibeantur, cum nedum haud ſint proficuæ, ſed ſint inſtar imbris animam deuaſtantis. 332.1

Quod Chriſtus prohibuit viduæ, ne fleret, haud ferre valens, vt lacrymæ in vanum effundantur, quas norat eſſe precioſiſſimum, ac ſingulare collyrium aduerſus peccata, vt habes 845.2

*Et acceſſit.* Quod Chriſtus æque ac Sol per acceſſum ſuum omnia viuificet. 328.1

*Et tetigit loculum.* Manibus loculum tetigit, quibus omnipotentiam Dei deſignantibus nihil obſiſtit. Vide de hoc tactu 724.1

Tetigit quoque lignum manibus, ſignans ex ijſdem ligno affixis in Cruce bona omnia prouentura, vt habes 777.2

*Et ait: Adoleſcens tibi dico ſurge.*

Cum per mortuum iſtum, qui efferebatur, ex Patrum ſententia deſignetur peccator ille, qui in opus peccati prodijt; recte per has Chriſti voces intelligere potes internas illius voces ſanctarum inſpirationum, de qua materia plura habes in Indice rerum verb. *Inſpirationes.*

Quod in Deo idem ſint labia, & manus, cum dicendo is operetur. 775.1

Quod Chriſti miracula diuinitatis poteſtatem indicabant. ibid.

*Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.*

Adoleſcens, qui peccato mortuus erat, iugi circuitu oberrans, vt habes 395.2. & ſeq.

Et qui cum voluntati propriæ inhæreret, inquietiſſimus fuerat, vt habes 394.1

A peccati morte ſurgens per obedientiam Chriſti verbis exhibitam, qua facilis redditur moleſtiſſima vita iſta, vt habes 144.2. ſed iſte dicitur, propter internam, quam ex iuſtificatione adeptus eſt, pacem, cœpiſſe loqui, ſimilia verbis illis, *Sub vmbra illius, quem deſiderauerām ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo:* iuxta expoſitionem allatam 251.2. cuius breuiorem ſenſum habes ibid.1

*Et dedit illum matri ſuæ.* Non ſolum verbis afflictam matrem conſolatus eſt Ieſus, ſed & re ipſa. Nam miſericordiæ opera ſpiritualia, & corporalia æqualiter exhibenda, vt habes 549.2

*Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum.*

Quod timor ſanctus ſit baſis aurea, ſuper quam firmatur columna fidei. 783.1

*Dicentes. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis.*

Quam magnus Propheta ſurrexerit in mundo Chriſtus. 37.2

*Et quia Deus viſitauit plebem ſuam.*

De interna Chriſti viſitatione 382.2. & 384.2

## 47 In Euangelium feriæ 6 poſt Dominicam quartam Quadrag.

*Ecce quem amas, infirmatur.*

Ex breuitate nuncij iſtius collige orationes noſtras ad Deum modicis verbis conſtare debere, cum vota, & deſideria diligentium Deus exaudiat in medijs precibus, & antequam voces ipſæ exprimantur, vt habes 23.2. & 889.1

Quam validæ idcirco ſint breuiſſimæ orationes iaculatoriæ, cum è turribus vberum, & charitatis mittantur in Deum. 947.1

Quod oratio ſit funis & catena, qua Deum trahimus & trahimur ad Deum. 50.1

Quod orationes noſtræ non debeant niti in meritis noſtris ſed tantum in meritis Chriſti, ideo enim hic dicitur, *quem amas tu*, non, *quem amamus nos.* 88.2. & 606.2

Si dictio, *Ecce*, ſumatur vt indicans quid præſens: oſtende quomodo Lazarus infirmus fuerit præſens Chriſto, à quo amabatur, quamuis longe abeſſet, ex eo quod amans ibi animo, & corde eſt, vbi eſt eius amatum, qua de re vide 111.2. & ſeq.

Ex eo quod id moris ſit Dei, vt tribulationibus veluti ſuis legatis, & præcurſoribus præmiſſis adſit & ipſe cuique tribulato. 674.1

Quod ſi eadem dictio *Ecce*, ſumatur potius, vt ſignificans admirationem, vt habes 187.2

Et quid magnum, & admirabile, vt habes 189.2. Potes hic tractare, quam magnum ſit, & admirabile, vt is, quem Deus amat, infirmitatibus, & tribulationibus concutiatur, cum flagella ſint nocentum potius, quam innocentum, ita vt etſi quæ iuſto debeantur aliquando, & impium potius attingant, vt habes 237.1. quin & propter iſtum frequenter peccatores ab illis eruantur, vt habes ibid.

Quin potius ob id iſtud ipſum dic, magnum id eſſe, & admirandum, quod amor Dei eo perueniat, vt tribulationes immittendo participem opum filij ſui eum faciat, quem diligit. 673.1. nec non & regni eiuſdem. 473.1

Quod in hoc nuncio cum dicitur, *Ecce quem amat*, dicitur quoque implicite, *Ecce qui te amat*, cum amor ſit potiſſima cauſa amoris. 926.1

Quod ſi ita eſt, expone quam recte infirmitas iungatur cum amore ex illo ſponſæ. *Quia amore langueo.* vt habes 278.2

Quomodo languor iſte dicatur vulneratio, & vulnus. ibi. & ſeq. vide de vulnere iſto plura 575.1

Quomodo cum languore, & vulnere iſto amoris ſtet & ſumma fortitudo. 275.2. & 922.2

*Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur*

*cetur filius Dei per eam.* Quod glorificetur Chriſtus per tribulationes noſtras, cum pati ſit Deo gratius, quam operari pro ipſo. 531.1. vide & 473.2
Et cum per tribulationes Deus excitare ſoleat ad charitatem, vt habes 906.1. fuſiuſque in loco ſæpius citato. 84.2. & ſeq.
Glorificatum oſtende filiũ Dei, quatenus charitate ipſa noſtra coronam quodammodo glorioſi regni illi imponimus, vt habes 474.1
*Diligebat autem eſus*, &c. *Vt ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.*
Quod Deus ſæpe ex fiducia, quam habet in iis, quos diligit, differt audire preces eorum. 644.2. & ſeq.
*Eamus in Iudæam iterum*, &c. *Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare.* Quod dilectionis ſit vt trahat Deum. 49.2. & 460.2
*Lazarus amicus noſter dormit.* De iuſtorum morte, eiuſve ſuauitate, vide in Indice rerum verb. *Mors.*
*Si dormit, ſaluus eſt.* De ſalubri ſomno, & dormitione contemplationis plura habes 293.2. & 896.2. De contemplationis autem ſtudio in genere plurima habes in Indice rerum verb. *Contemplatio*, & *Contemplatiui.*
*Eamus & nos & moriamur cum illo.* Verbis hiſce nos inuicē excitare debemus ad imitationem paſſionis, & mortis Chriſti in ſtudio mortificationis. Vide 915.2
*Ieſus infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum.* Id effecit ſuper morte Lazari, quatenus deſignabat mortem peccati, indicans idipſum & nobis faciendum, cum tale in nobis aduertimus peccatum. Vide de hac ſalubri tribulatione 727.2
*Vbi poſuiſtis eum?* Potes hæc ſumere vt dicta à Chriſto ad primos parentes noſtros, ſeu ad Dæmones filios matris noſtræ, & exponere ad quanta mala deduxerint homines per peccatum, qua de re vide 98.1
*Et lacrymatus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eum.* Bene intuliſſe Iudæos ex Chriſti lacrymis amorem eius; cum lacrymæ, & gemitus ſint propriiſſima amoris loquela. 483.1
*Tollite lapidem.* Vide quomodo aperiatur cor peccatoris amouendo id, quo concludebatur. 735.2
*Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit, Pater*, &c.
Cur Chriſtus in præcipuis operibus ſuis oculos ad Patrem leuaret. 464.2

## 48 In Euangelium Sabbathi poſt Dominicam quartam Quadrag.

*Ego ſum lux mundi.* Quod ab ortu ſuo Chriſtus fuerit lux mundi. 109.1. & 925.1
Eundem ſolis appellatione deſignatum habes 83.2. & 99.2. & 756.2
Carne coronatus eſt Chriſtus, æque ac Sol coronatur fulgore nubis, quæ ſub ipſo ſit. 468.2
Comparatur quoque Soli, cum aduenit in animam ſanctis inſpirationibus. 303.1
Illius doctrina adeo clara, & perſpicua, vt propterea dicta ſit meridies. 117.2. & 119.1
Eius lex haud atramento, ſed luce impreſſa eſt in cordibus noſtris. 916.2. & ſeq.
Paſſionis tempore idem quomodo ſe exhibuerit vt lampadem accenſam ſuper candelabrum crucis. 926.2
*Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Sequi debemus Chriſtum vt noſtrum vexillum. 46.2. & 755.1
Eumdem ſequi debemus ſub vexillo charitatis. 265.2
Sequi illum debemus per imitationem, & quomodo. 134.2. & 135.1
Sequi eum debemus vt doctorem & ducem tutiſſimum. 46.2. & 110.2
Sequi eum debemus vt famuli eius ſeruitio addicti. 115.1
Sequimur Chriſtum, vt famuli, eius ſyntheſi & liurea induti, quæ eſt modeſta conuerſatio. 517.1
Quibus notis nos Chriſti exhibere debeamus ſeruos, 915.2
Sequi denique debemus Chriſtum vt exemplar obedientiæ. 537.1
Obedientia celerrime ducit ad brauium æternæ felicitatis. 145.1
Eius ſtudiũ quam vtile, & neceſſariũ ſit piæ animæ. 136.1
Quam congrue Dei præcepta, quibus cum obedimus ſequimur Chriſtum, dicantur eiuſdem Chriſti currus. 144.2
*Non ambulat in tenebris.* Qui ſequitur Chriſtum per viam obedientiæ: quia obedientia ipſam habet lucernam pedibus ſuis. 406.1. Vide plura, ſi velis, in Indice rerum verb. *Obediens*, & *Obedientia.* Per acceſſum ad Deum fugantur tenebræ omnes. 564.1
In ignorantiæ tenebris ambulare nequit Chriſtum ſequens, vt doctorem, cum ab illo trahatur, & eleuetur ad tutam Dei cognitionem. 46.2. Vide de lumine huius cognitionis petitæ per oſculum 12.2. Vide & de tutiſſimo fidei lumine 132.1. & ſeq. & 67.1
Peccata eſſe tenebras. 74.2. in quibus ambulare nequit, qui Chriſtum ſequitur veram rectitudinem. 68.2. ſequens illum in ſemita charitatis, quæ eſt regula omnis rectitudinis, vt habes 67.2. & 69.2
Ambulare tamen in dictis tenebris, qui ſecundum carnem ambulant ad mendacem concupiſcentiæ lucem, de qua habes 87.1
Sicut & in ignorantiæ diuinorum tenebris ij ambulant, qui ad inanem ambulant ſenſuum lucem, de qua 208.1

## 49 In Euangelium Dominicæ Paſſionis.

*Quis ex vobis arguet me de hoc peccato?* Implacabilitas quam ſingulari ratione competat Chriſto. 88.2. Vide & 314.1. & ſeq. & 756.2
De omnimoda eiuſdem Chriſti rectitudine, puritate ac ſanctitate, 67.1. & ſeq. & 200.1. & 143.1. & 246.1. & 246.2
De virtutum ac gratiarum Chriſti excellentia. 30.1
Quomodo Chriſtus etiam vt homo dici potuerit ipſamet virtus, & ſanctitas. 35.1. 68.2. & 174.1
Qua ratione dici potuerit peccatum vna cum omnimoda iſta puritate, & ſanctitate fuiſſe in Chriſto. 755.1
*Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Quod Chriſti verba etſi ob puritatem lilia eſſent, amara tamen erant, quatenus myrrham proferrent veritatis. 772.1
Quod veritas ſit baſis aurea totius Euangelicæ prædicationis. 688.2. & 783.1
Veritas eſt vnum fidei obiectum. 206.2
*Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* Ex dilectione Dei prouenire, vt illius verba libenter audiantur. 960.2. & 42.2
Ex eadem Chriſti dilectione fieri, vt dulciſſimum nobis ſit commentari de iis, quæ illius ſunt. 64.2
De verbi Dei vtilitate, efficacia, atque vſu plurima habes in Indice rerum in voce, *Verbum Dei.*
*Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes?* Blaſphemias fuiſſe ſicut ros ſuper caput Chriſti, & quomodo. 708.1
Quod mali Chriſtiani ſunt in cauſa, vt blaſphemetur nomen Domini. 708.1
*Ego non quæro gloriam meam.* Quod Prædicatores non debeant propriam quærere gloriam, ſed fructum duntaxat in auditoribus. 603.1. Vide in Indice rerum verb. *Vana gloria.*
*Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit, ſeu, nõ guſtabit in æternum.* Explicatur hæc ſententia 101.1
De Obſeruantia diuinorum præceptorum plura habes in Indice rerum verb. *Præcepta Dei*, & verb. *Obedientia.* Vide & 379.1
*Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Explicatam habes ſententiam iſtam 200.2
*Amen, amen dico vobis, Antequam Abraham fieret ego ſum.* Quomodo Chriſtus, vt Verbum Patris, fuerit ab æterno. 92.2

## 50 In Euangelium feriæ 2. Dominicæ Paſſionis.

*Miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.* Quomodo fideles apprehendere debeant Ieſum, eumque tenere vtiliter. 411.1. 412.2. 414.2. 415.2. & 894.2. & ſeq.
*Quæretis me, & non inuenietis.* Vide plurima ſuper his verbis collecta in Euangelium feriæ 2. poſt Domin. 2. Quadrag.
*Quo ego vado, vos non poteſtis venire.* Vide eadē feria ſecunda.
*Nunquid in diſperſionem gentium iturus eſt, & docturus gentes?* Quanti fecerit Dominus Iudaicum populum, & Apoſtolos haud iuiſſe in diſperſionem gentium, niſi à Iudæis ipſis compulſos. 93.2
Quod Synagoga, quæ Chriſtum à ſe repulit, aliquando petet admitti inter illius mercenarios. 127.2
Quæ tantum abhorrebat diſperſionem gentium, tunc erit ſalua, quando vna cum Chriſto illi ſe adiunxerit. 138.2. & ſeq.
Æmulationi Iudæorum contra diſperſionem gentium, ipſa gentium Eccleſia tanta reſpondebit charitate, vt eorum Synagoga & Chriſtum communicatura ſit & nomen ſponſæ. 416.1
Quantum autem Synagoga inuideat ſaluti gentium, habes 925.1
*Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Quod neceſſario vniuerſi ad Chriſtum venire debeant, cum ille ſit totus deſiderabilis. 785.1. & ſeq.
Quid ſit animæ ſitis. 253.2
De quadruplici ſiti, ſeu deſiderio animæ ad Deum. 251.1

Quod

Quod Chriſtus ſit fons, vnde omnium gratiarum fluenta dimanant. 31.1. & 181.1
De copia iſtarum gratiæ aquarum, vide quæ notata ſunt in Euang. feriæ 6. poſt Dom. 3. Quadrag.
Delectationis ſitim maximam eſſe, cum ſine delectationibus homines viuere nequeant. 9.1
De ardentiſſima ſiti, & deſiderio conſolationum ſpiritualium, qua æſtuant pij quique. 10. 1. & 48. 1. & ſeq.
De aquis hiſce plura videre potes in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.*
Quam magnus homini inſitus ſit appetitus ſciendi. 14. 1
De aquis ſapientiæ diuinæ plura notata habes in Euang. feriæ 6. poſt Domin. 3. Quadrag. Vide & in Indice rerum verb. *Sapientia diuinorum.*
*Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, &c.*
Explicatur locus iſte 846.1
Quod ob Spiritus ſancti exhibitionem eccleſia dicatur fluenta de Libano. 643.2
Quod Eccleſia ſit fons gratiarum, & doctrinæ aquis redundans. 618.1. & 640.2. & 643. 1
Idipſum & de pia anima. 619.1. & 644.2

## 51 In Euangelium feriæ 3. poſt Domin. Paſſionis.

*Ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum interficere.*
Potes hic admirari primum Ieſum quaſi metuentem fugiſſe, cum tamen alioquin fortiſſimus eſſet. Vide, quam ille fuerit fortis, & prælatus tribus generibus fortium 241.1. appellatus per antonomaſiam fortis. 37.2. fortitudine indutus, & præcinctus. 612.2. de fragili eius humanitate deſignata per illius ventrem. 780.1
Dic tamen eum non fugiſſe propter metum. Cum venter ipſe eius, fragiliorque humanitas, diſtinctus dicatur ſapphyris, id eſt cæleſtibus virtutibus, vt habes vbi ſupra.. Quin potius admirare Dei occulta conſilia, vt habes 761.1
Quod Deus ambulet in iuſtis, vt in ambulacris Eccleſiaſtici horti ſui. 616.2
Quomodo idem ambulet in pia anima, vt in precioſo horto. 618.1. & ſeq.
Quomodo Chriſtus fugiat ab improbis tendens ad iuſtos. 963.1
Quod Chriſtus fugiat perſecutiones, vt doceat infirmiores Eccleſiæ. ibid. & ſeq.
Quomodo non omnis, qui quærit Ieſum, illum inuenit, cum potius is inuentum ſe dicat à non quærentibus ipſum. 408.1
Quod male quæratur Ieſus, ni prius fuerit inuentus. 408.2
*Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum Scenopegia.*
Dies feſtos inſtitutos à Deo, vt in illis beneficia ipſius memoria verſaremus. 65.2
Quod & nos quotidie hoc feſtum Scenopegiæ, & tabernaculorum facere deberemus in memoriam reducentes, & conſiderantes, quod in tabernaculo corporis noſtri peregrinamur à Domino. 73.2
Quod in hac peregrinatione erut: à Deo ſumus, vt non amplius eſſemus tabernacula Dæmonum. 85. facti tabernacula Chriſti. ibid. locati in eccleſia tutiſſimo, ac pulcherrimo tabernaculo veri Salomonis. 72.1
*Dixerunt autem ad eum fratres eius, Tranſi hinc,* &c. *Si hæc facis, manifeſta te ipſum mundo.* Mundi gloriam fugiendam ad Chriſti exemplum. Vide in Indice rerum verb. *Vana gloria, &* 229. 1
*Tempus meum nondum aduenit.* Quod Chriſtus illud peculiariter ſuum exiſtimauit tempus in quo paſſus eſt, maioraque exhibuit amoris indicia. 243.2
*Tempus autem noſtrum ſemper eſt paratum.* Mundanorum hominum tempus eſt ſemper paratum, quia à Dæmonibus atque à proprijs ſenſibus conſtituti ſunt cuſtodes vinearum mundi. 98.2. & 101.1
*Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego non aſcendam.* Aſcendunt mundani ad diem feſtum hunc cum delicijs, & ſæculi voluptatibus ſe dedunt, ac circa illas vagantur. Vide quid patiantur 125.1. & ſeq.
In mundi rebus percipiendis quomodo diſcrepent ſpirituales, atque mundani. 396.1. Vide quomodo ſpiritualis renuat omnem ſæculi voluptatem. 19. 1
*Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit, non manifeſte, ſed quaſi in occulto.*
Quod Chriſtus cum hominibus mundi aſcendit ad diem feſtum, licet non manifeſte, ſed quaſi in occulto, quatenus ipſe eſt, qui illos paſcit voluptatibus ijs, tametſi cum illis minime cubet. 115.2
*Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.*
Mundi metum omnem abijciendum, & palam de Chriſto loquendum. 348.2

## 52 In Euangelium feriæ 4. poſt Dominicam Paſſionis.

*Facta ſunt Ieroſolymis Encænia.* Quod pia quæque anima dici poſſit Ieroſolyma, cum ſit pulchra ſicut Ieruſalem. 798.1. & 880.2
Quod quæ talis eſt anima habens intra ſe templum Dei, vt Ieruſalem, facit feſtum Encæniorum, & renouationis, cum renouationem ipſam ſuam recolens, ait: *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* 75. 1
Vide quæ notata ſunt in Euangelium dedicationis Eccleſiæ, in communi Sanctorum.
*Et hyems erat.* Quod è contra animæ quæque reproborum frigidæ, & obſcuræ ſunt, cum in illis ſit hyems peccati. Quam congrue peccatum ipſum dicatur hyẽs. 327.2. 328.2. 334.1
Quomodo ob ſummam frigiditatem ſuam idem peccatum dicatur Aquilo, faciatque damna eadem animæ, quæ arboribus, & terræ fiunt ab Aquilone. 654.1
*Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.*
Quod etſi in reprobis, & hypocritis, qui Dei videntur templa, Chriſtus non habitet, ambuletque, niſi in externo porticu, quatenus illi extrinſecus duntaxat eius implent legem. In prædeſtinatis tamen, & in pia quaque anima, quæ vere, & extrinſecus, & intrinſecus pulchra & ſancta eſt, vt habes 190.1. in intimis commoratur, & in medio cordis. 174. 1. ſicut illa in medio quoque cordis ſui diuinam legem ſeruare ſtudet. 916.2
*Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.* Sicut in ſimplici fide ſumma eſt quies, ita & cum in fide hæſitatur, vel quæritur euidentia, maxima habetur inquietudo. 205.2
Cum Chriſti doctrina eſſet clariſſima, vt habes 117. 2. & 119. 1. Obſcuriſſima tamen videbatur ijs, qui non habebant puros fidei oculos, de quibus vide 194. 1. ſicut & obſcuriſſima eſt, & imperceptibilis reprobis illis, qui actu ſunt tabernacula cedar, de quibus vide 75. 1. & nota, quod in modicis hiſce verbis. *Quouſque,* &c. tanguntur tria reprobationis ſigna, inquietudo intellectus, impuritas fidei, & tenebræ iniquitatis, de quibus habes in locis prællegatis. Quamquam ex primis illis verbis, *Quouſque animam noſtram tollis,* & quartum colligere poſſimus ſignum, nempe alteram impiorum inquietudinem in inſtabilitate ſtudiorum, & in iugi cordis perturbatione, de qua vide 209. 1. & ſeq. Quam multo magis indicat verbum, quo de illis loquens vſus eſt Euangeliſta. *Circundederunt eum.* Vide de perenni circuitu reproborum 394.1. & 395.2
*Loquar vobis, & non creditis mihi.* Quod verbis hiſce ſignificetur quintum reprobationis ſignum, quod eſt dimittere Deum, & Ieſum Chriſtum eius filium, qua de re vide 410.2. & 411.1
*Opera, quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me.*
Quod Chriſti opera conſona fuerint eius doctrinæ, illamve confirmarint. 775. 2. & ſeq. Vide & 526.1
*Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.* Indicantur in verbis hiſce ſextum, ac ſeptimum reprobationis ſignum. Sextum quidem, quod eſt inobedientiæ ad Chriſti voces, atque doctrinam; ſi eſſent enim illius oues ita ei crederent, vt & ipſius doctrinam facto implerent, qua de re vide 66.2
Septimum autem ſignum eſt, quod non ſunt è Chriſti grege, ſed è gregibus mundi, de quibus habes 125.1. & Dæmonum, quos etiam paſtores, ac ſodales Chriſti nuncupatos habes 124.1
Quia Diabolus, mundus, & caro ita paſcunt iſtos reproborum greges, vt ſemetipſos paſcant animabus illorum. 115.2. & ſeq.
*Oues meæ vocem meam audiunt.* Hic incipit Dominus enumerare è veſtigio ſigna prædeſtinationis, atque electionis iuſtorum. Affert autem primum ſignum, quod eſt dilectionis erga ipſum, per quam prædeſtinati vocem eius tum internam inſpirationum, tum externam doctrinæ, vt amicam audiunt, atque dignoſcunt, vt habes 275. 1. Quomodo vero eam audiant, & diligant habes 67.1. vide in Indice rerum verb. *Obedientia.*
*Et ego cognoſco eas.* Quod prædicta electorum charitas ortum habeat à charitate Dei. 67.2

Quodve ab æterno præcognita ea ſit cum ſancta eorundem conuerſatione à Deo per prędeſtinationem. 165.2
Quomodo cognitio Dei iſta ſit, fueritque cum charitate, quæve ea ſit dilęctio erga prædeſtinatos. 377.1. & 905.2
*Et ſequuntur me.* Hoc eſt ſecundum ſignum prædeſtinationis, cum fideles ſequuntur Chriſtum paſtorem ſuum in paſcuis nimirum illis, in quibus is ſuas paſcit oues, nēpe in fide catholica Eccleſiæ Romanæ, vt habes 111.1. & in paſcuis conſolationum ſpiritualium, de quibus 116.1. & ſeq. Atque in paſcuis ſanctæ conuerſationis, de quibus 375.1. & puritatis. 377.1
Quæ ſint Chriſti paſcua, in quibus eius oues illum ſequuntur, videre etiam potes 379.1
Qua ratione inſuper oues Chriſti, iuſtique illum ſequuntur, colligere inſuper potes ex ijs, quæ notata habes in Euang. Sabbathi poſt Domin. 4. Quadrag. ſuper verbis. *Qui ſequitur me, non ambulat,* &c.
*Et ego vitam æternam do eis.* Hoc eſt tertium prædeſtinationis ſignum cum guſtus percipitur ęternorum. Quomodo in hoc guſtu Chriſtus exhibeat vitam æternam. 785.1
Quod in hac vita exhibeantur quidam guſtus patriæ cæleſtis, & vitæ æternæ. 335.1. & 287.1
Quam neceſſariæ ſint conſolationes ſpirituales ad vitam ſpiritualem prorogandam. 21.2
Vide plura in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.*
*Et non peribunt in æternum.* Hoc eſt quartum prædeſtinationis ſignum, iugis, præcipuaque prouidentia, qua ſuis ouibus proſpicere videmus paſtorem bonum Ieſum ac Deum ipſum. Vide 108.1. & 111.1. & ſeq.
De ſpeciali hac Dei prouidentia erga iuſtos ſub metáphora comeſtionis deſignata plura habes 663.1
Quod Deus eoſdem inſtar muri ignei ambiat, ne quiſpiam inter eos pereat vnquam. 945.1. & 619.2
*Et non rapiet eas quiſquam de manu mea.* Hoc eſt quintum prædeſtinationis ſignum, perfectiſſima reſignatio in Dei manus, de qua 286.1
Quod prædeſtinatos ſeruet Deus in manu ſua vt faſciculum. 174.1
Quod eoſdem ſeruet vt coronam gloriæ item in manu ſua. 472.1
Quod ſcriptos in manibus ſuis illos ipſos ſeruet, quave ratione. 915.2

## 53 In Euangelium feriæ 5. poſt Domin. Paſſionis.

*Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo.* Quomodo pia anima, quæ diuiſa, & ſegregata eſt à mundo (Phariſæus enim diuiſum ſonat) inuitet Ieſum, vt manducet cum ea. 664.1. & 668.1
*Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit.* De antiquorum vſu diſcumbendi cum comederent. 164.1
Qua ratione Chriſtus ingrediatur in cor eius animæ, quæ de ſegregatis eſt, & diuiſis à mundo, quidve in illa efficiat. 672.1
Quid ingreſſus comedat ibi. 681.2
*Et ecce mulier, quæ erat in Ciuitate peccatrix.* Cum per dictionem *Ecce*, ſignari ſoleat admirandum quid, vt habes 187.2. notare potes hic poni tanquam quid prodigioſum, & admirabile, vt mulier eſſet in ciuitate, cum mulieribus proprium, & peculiare inditum à natura ſit, vt domi ſe contineant, prout habes 515.1
Apte autem mulier iſta, quæ non in domo, ſed in ciuitate erat, per quam vagabatur, nomen ſortita eſt peccatricis, quod tantundem eſt ac meretricis, cum id propriū ſit meretricis epithetum, vt vaga ſit, nec valens in domo conſiſtere, vt habes 119.1
*Vt cognouit, quod Ieſus accubuiſſet in domo Phariſæi.*
Quod per odorem, quo ſignificatur notitia, vt habes 29.1. vnguentorum, id eſt gratiarum, tracta à Deo fuerit Magdalena. 49.1. & 45.2
Quod fidei cognitione tracta ab eodē fuerit. 51.2. & ſeq.
Fidei cognitionem recte proponi in enarratione iuſtificationis Magdalenæ, cum fides ſit initium, & veluti fundamentum ipſius iuſtificationis. 41.1. & 251.2
*Attulit alabaſtrum vnguenti.* Agnito Chriſti accubitu eiuſve ingenti charitate, ob quā ibi is accumbebat, de qua habes 709.1. auditis internis eius inſpirationibus, atq; pulſationibus, prout habes 702.1. ſurrexit Magdalena recedens à peccatis, vt habes 737.1. attulit alabaſtrum vnguenti myrrhæ amariſſimæ contritionis, de qua habes 727.1. ſeu nardi humilitatis, vt habes 170.2
*Et ſtans retro.* Magdalena ſicut audacter ingreſſa eſt, nullam rationem habens prauę erubeſcentiæ coram conniuantibus, quæ maxime damnoſa eſt ſpiritui, vt habes 352.1
Ita & propter bonam erubeſcentiam haud ante Chriſti faciem, ſed retro ſtetit. vide de hac erubeſcentia bona 517.1. & ſeq.
Quod ea ſit ſyntheſis, & liurea Chriſti. 517.2
*Secus pedes eius.* Pedes adiuit ex humilitatis affectu, de quo plurima habes 530.1. Agnouit per Chriſtum victoriam ſe reuecturam ex Satana, excolere illum cœpit, vt palmam, de qua 865.1. ad eius pedes vt ad palmæ radices ſtercus adhibuit peccatorum ſuorum, de quo 224.1
Ad Chriſti item ſe proiecit pedes, quos aureos à ſponſa dictos recolebat, ad diuina eius conſilia auro decora charitatis, ſuper quæ vniuerſa illius fundata ſunt itinera, vt habes 782.2
*Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Quod Magdalenæ oculi euaſerint fontes. 843.2
Quos excolere cœpit pedes Chriſti vt palmæ radicem rigare cœpit lacrymis ipſis ſuis, quarum tanta extitit copia, vt aquis piſcinæ maximæ comparatæ ſint, prout habes 845.2. Fide etiam ob id effecit, vt lacrymis ipſis proiecta ad Chriſti pedes ſua contereret peccata. ibid.
Ad Chriſti inſuper pedes lacrymas ſuas effudit, quo vehementius aſcenderent, & ſalirent in cælum, prout colliges ex dictis 160.2. & ſeq.
*Et capillis capitis ſui tergebat.* Potes oſtendere, quod & hoc quoque actu Magdalena medicamentum exquiſierit peccatis ſuis, ſumens per capillos comparatos capris peccata ipſa, quibus tergantur pedes Chriſti deſignati per montem Galaad, in quo reſina, & medicamenta, vt colliges ex dictis 494.2
Et melius per capillos capitis Magdalenæ illius accipiens cogitationes, de quibus plurima habes 491.1. tracta quomodo actu iſto externo Magdalena ſignificauit vniuerſas ſuas cogitationes direxiſſe ad pedes diuinæ charitatis, ſuper quos Dei fundata ſunt crura, atque itinera, de quibus habes 782.1
*Et oſculabatur pedes eius.* Vide de hoc pedum Chriſti, id eſt, veritatis, & miſericordiæ eius oſculo, quod proprium eſt incipientium 12.2. & ſeq. vbi & de alijs duobus oſculis manus, & oris, ſicut & 828.2
*Et vnguento vngebat.* Hoc actu charitatis ſuæ in Chriſtum ſpecimen exhibuiſſe Magdalenam, cum id moris fuerit Palæſtinarum, vt vnguentis perfunderent amantes. 732.2
Eodem externo actu ſignificaſſe, quod ipſa eiuſdem Chriſti ope in pedibus affectuum ſuorum faciebat, vngens illos vnguento mortificationis pro eorum pedum vulneribus proprijſſimo, atque efficaciſſimo, vt habes 717.2
De triplici vnguento animæ. 33.1
Vnguento nardi, & deuotionis ſuæ Chriſtum vnxiſſe Mariam, indeque eiuſdem deuotionis deſumpſiſſe fragrantiam. 169.1
Per hoc deuotionis officium diuinam ſuſcepiſſe gratiam. ibid.2
Poſt actuum omnium Magdalenæ enumerationem pone difficultatem, cur nulla verborum, & locutionis eius fiat mentio; Cui reſpondebis, id factum, quia illa haud lingua, externoque ore locuta eſt, ſed ipſis oris actibus ſuis, cum opera os ſuum habeant, imo ſint os clamans. 526.1
Sed ipſomet gemitu ſuo, qui eſt proprijſſima amoris loquela. 483.2
*Quis ergo eam plus diligit? Reſpondens Simon dixit, æſtimo, quia is cui plus donauit. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*
Quomodo dilectio eadem poſſit eſſe cauſa, & effectus eiuſdem remiſſionis. 43.1
Qua ratione dilectioni adſcribatur remiſſio, & iuſtificatio, quam poſtmodum idem Chriſtus tribuit fidei, vbi ait, *Fides tua te ſaluam fecit.* 251.2
*Vade in pace.* Quam apte hæc adiecta ſint, cū pax ſit præcipuus iuſtificationis fructus. 253.1. vide & 943.2. & ſeq.
Vide quomodo Magdalenæ peccata haud amplius viſa ſunt à Chriſto 564.1

## 54 In Euangelium feriæ 6. Domin. Paſſionis.

*Collegerunt Pontifices, & Phariſæi Concilium.*
De neceſſitate bonæ conſultationis. 498.2
Quod eius defectus interitum prænunciet. 499.2
Quam abeſſe debeant Paſſiones in conſultatione. 500.1
Conſultationes bonorum quam magnum habeant robur. 499.2. & ſeq.
Quibus decoræ ſint conditionibus. ibid.
Ab oratione in primis illas dependere. ibid.
Potes hic pariter agere de œcumenicis Eccleſiæ Concilijs, in quibus errari nequit ob aſſiſtentiam Spiritus ſancti, vt habes 562.2

Et

Et dixerunt, quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Quòd cœtus iſte Pontificum, & Phariſæorum conturbarit vniuerſam Iudæorum Synagogam. 821.2.
Chriſtum ob ſigna mirabilia maiores ſuſtinuiſſe perſecutiones. 245.2
Quod Iudæorum æmulatio fuerit dura ſicut infernus, dum Chriſto mortem inferre ſtatuit. 923.1
Quod miſeri iſti Iudæi ex mala ſui diſpoſitione decolorati ſint per aſpectum, & ſigna veri Solis iuſtitiæ Chriſti. 90.1
Quanta mala eis prouenerint ex ignoratione collatarum ſibi gratiarum. 141.2
Quam male in hoc Concilio intulerint, inſurgendum quantocyus aduerſus Ieſum ex multitudine, & copia ſignorum, quæ ab eo fiebant. Cum potius inferre debuiſſent, credamus in illum, cum miracula illa vim haberent trahendi, vt habes 40.2. & 53.1. cumque per eadem veritas doctrinæ illius confirmaretur. 776.1. diuinitatis potentiam in eo eſſe conteſtarentur. ibid. & ſeq.
Nota quomodo inquiunt *hic homo*, odio non ſinente, vt illius proferant nomen, cùm è contra diligentibus eum iucundiſſimum ſit illud proferre. 336.1
Nota etiam, quomodo ingrati iſti in malum benefactoris commententur illius ſigna, & beneficia, cum commentari illa debuiſſent, vt maxima amoris eius indicia, prout ab ijs efficitur, qui eum diligunt, gratique ſunt, de quibus 65.2
*Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum.* Oſtende quàtum & in hoc quoque miſeri illi decepti ſunt, cum exinde potius omnes crediderunt in eum, quod ipſi non dimiſerunt eum ſic, ſed cruci affixerunt. 46.1
Ita vt per paſſionem, mortemque quam illi intulere poſſeſſionem is adierit Eccleſiæ vniuerſalis. 670.2. & ſeq.
*Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.*
Ab humanis reſpectibus, & ab ijs punctis, ſeu rationibus, quas vulgo appellant, Raggion di ſtato, quam cauendum. 352.2. & ſeq.
Quam deuitandus ſit & timor mundanus, quantave ſint illius damna. 325.1. & 553.1
Quam decepti fuerint Iudæi iſti, & in hoc quoque, cum potius exinde, quod Chriſtum non dimiſerant ſic, venerint Romani ad Chriſtum & tulerint Iudæis ipſis primatum, & quoad locum, & quoad gentem, ſicut apparet modo in Eccleſia Romana, vt colliges ex dictis 428.2. & 445.1
*Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Quam neceſſaria fuerit Chriſti paſſio pro reparatione totius humani generis. 45.1
Quomodo per vnius Chriſti mortem deuicta ſit mors ipſa, quæ in vniuerſos homines vires ſuas exercebat. 922.2
Quod expediebat, &c. vt per Chriſti mortem liberarentur omnes homines à violentia Diaboli, qua violentæ morti vniuerſi erant ſubiecti. 268.2. Vide de eiuſdem Chriſti triumpho aduerſus Diabolum, atque mortem, quo triumphauit in Cruce. 451.2. Vide & de tuto confugio crucis. 357.2. & 537.2
Quod per vnius item Chriſti mortem homines liberandi eſſent ab eo quoque mortis genere, quod ex corruptione carnis, & ex principijs prouenit internis, quam mortem naturalem nuncupare fas eſt, quæue ex nimio concupiſcentiæ æſtu cauſatur, de qua plura habes 87.1. & 101.1
Metens quippe Ieſus myrrham paſſionum ſuarum, vt habes 670.2. myrrham hominibus reliquit mortificationis pro tuto medicamine aduerſus prædictæ mortis pericula, de qua habes 735.1. Vide & 717.2
Quod compuncto Chriſto in cruce effuſum ex ipſo ſit vnguentum opobalſami. 187.1
Quod in cruce item effuſum ſit præcipuum vnguentum nominis Ieſu. 37.1
Quod expediens fuerit, vt vnus Chriſtus moreretur, ne tota gens periret ob periculum tertij generis mortis, quæ prouenit ex defectu alimentorum. Cum paſſionis tempore, atque in paſſionis, mortiſque ſuę memoriam ſanctiſſimum inſtituerit Euchariſtiæ ſacramentum, ad illiuſue conuiuium inuitarit vniuerſos, qua de re vide 678.2. 477.2. & 253.2
Cumque agnus tanquam occiſus aperiens ſacrarum ſcripturarum ſigilla eccleſiam in cellaria introduxit omni ciborum copia redundantia. 58.1. & 257.1
Vide de ingenti copia ſuauiſſimæ eſcæ, ac vini conſolationum ſpiritualium, quibus in meditatione eiuſdem paſſionis Chriſti reficimur. 201.1. 683.2. & ſeq. & 871.2. & ſeq.

## 55 In Euangelium Sabbathi ante Dominicam Palmarum.

*Cogitauerunt Principes ſacerdotũ, & vt Lazarum interficerent.* Quo perueniant, qualeſve ſint cogitationes iniquorum, qui deſtituti ſunt charitate. 491.2
Cogitationum malarum damna, & quomodo ijs occurrendum. 368.2. & 371.2
Pondera, quiſnam eſſet, qui audiens hæc prima verba, *Cogitauerunt Principes ſacerdotum*, non exiſtimaret hic agi de cogitationibus vſquequaque perfectis, quales eæ ſunt, quæ vt capilli è charitatis capite prodeuntes deſcribuntur in encomio animæ perfectæ. 491.1. & ſeq.
Cum Principes ſacerdotum, ſicut & prælati, quippe charitate inſignes quam maxime eſſe debeant, adeoque ſub vberum metaphora ſint deſignati. 543.2
Quis vnquam vel imaginari potuiſſet Principes ſacerdotum de patrando tam nefando homicidio cogitaſſe, vt Lazarum interficerent, cum bonorum prælatorum ea debeat eſſe in ſubditos charitas, vt pro illis ſeruandis ſemet Deo opponant, prout Moyſen feciſſe habes 946.1. & morti ſe exponere non vereantur, vt habes 592.1. & ſeq.
*Quia multi propter illũ abibant ex Iudæis, & credebãt in Ieſum.* Quam apte traxerit Ieſus ad veram fidem per ea, quę eorum oculis obiecit miracula à ſe facta. 46.2
*In craſtinum autem turba multa, quæ,* &c. Vide in Euangel. Dominicæ Palmarum.
*Venit hora, vt clarificetur filius hominis.* Quod hora iſta fuerit tempus paſſionis, quando manifeſtata eſt virtus nominis Ieſu. 37.1
Quando & medijs paſſionibus ipſis glorificatus eſt. 223.2. vide plurima de triumpho glorioſiſſimo, quem egit Chriſtus in cruce 451.2. & 463.1
Quod hora etiam iſta, de qua hic loquitur Ieſus, eſt illa, quando per infidelium conuerſionem clarificatus is eſt poſt mortem ſuam, de qua plura colliges 471.1
*Niſi granum frumenti,* &c. Vide notata in Euang. feſti ſancti Laurentij Martyris.
*Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps,* &c.
Vide quæ notata ſunt in Euang. feſti Exaltationis ſanctæ Crucis.

## 56 In Euangelium Dominicæ Palmarum.

*Cum appropinquaſſet Ieroſolymis, & veniſſet Betphage ad montem Oliueti: tunc Ieſus miſit duos diſcipulos dicens eis: Ite in Caſtellum,* &c.
Tendens Ieſus Ieroſolymam, vt paſſionis cruciatibus ſe exponeret, appropinquans illi ſolemniſſimum inſtruit feſtum ſummi ſui ſpecimen gaudij.
Vide de eximio iſto eius gaudio in paſſione 474.1. & 671.1
Feſtum autem inſtruxit, vt qui deſponſationem in paſſione ipſa eſſet celebraturus. 474.1
Vtve qui eo paſſionis tempore Eccleſiæ poſſeſſionem adiret. 671.1
Ideoque feſtum inſtar triumphi eſſe voluit, quia per paſſionem ipſam ſuam, vt triumphans ingreſſurus erat in animas, Dæmone expulſo. 268.1
Vide de hoc eius triumpho plurima 451.2. & 462.1. vbi plura de eodem triumphum charitatis agente in curru triumphali Crucis, qua de re habes & 463.2
De triumpho item eius agendo de morte. 922.1
*Ecce Rex tuus venit tibi.* Quod Chriſtus vt homo ſit Eccleſiæ caput, & Rex. 458.2
Quod idem natus ſit Rex, & ſponſus. 463.1
Quam diuerſum extiterit Chriſti Regnum, ſeu regia illius dignitas à regno mundi. 450.2
Quod regia hæc eius dignitas arguatur ex eius corpore conſperſo ſanguine, vulneribuſque confoſſo. 451.1. & ſeq.
Quod recte Chriſtus dicatur venire vt Rex noſter, quando venit ad paſſionem, quia in illa ſe exhibuit Regem omnium miſerorum, & tribulatorum. 473.2. & 450.1
Quam apte additum ſit, tuus, & tibi, cum regnum Chriſti, & ipſiuſmet Dei ſit regnum dilectionis, vt habes 760.1. Vide & 336.1. quæ pulcherrime dicuntur ex Bernardo.
Vide & 55.1. & 56.2
*Manſuetus.* De manſueta Chriſti conuerſatione. 768.2
*Et ſedens ſuper aſinam.* De præſtantiſſima Chriſti humilitate vero humilitatis exemplari. 533.1
De humilitate autem in genere videre potes plurima 529.1
*Euntes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus.*

obedientia, celeriter, prompte, ac ſimpliciter exhibenda, vide in Indice rerum verb. *Obedientia*, ſed in primis 575.1

*Et adduxerunt aſinam, & pullum, & eum deſuper ſedere fecerūt.*

Quod obedientes ſemetipſos adducant, vt iumenta, ad Chriſtum, eumque ſuper ſe faciant ſedere. 413.2. & 144.1

Quod iuſtus quiſque ſit Chriſti iumentum. 143.2

Quod iuſti anima ſit & currus Chriſti. 822.1

Quam recte eadem comparetur equitatui in curribus. 145.1

*Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via.*

Cum veſtimenta noſtra ſint virtutum habitus, & operationes, vt habes 605.2.608.2. & 614.1

Tunc ante Chriſtum equitantem ſuper nos, noſve dirigentem ſternimus veſtimenta, cum quicquid in nobis eſt bonarum operationum, vt ſuum illi proponimus, atque offerimus, qua de re habes 664.2. & 296.1. & 668.1

*Alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via.*

Si per arbores hic intelligas palmas, prout colligitur ex Euangelio Ioannis, potes hic oſtendere quod id ſit muneris noſtri, vniuerſum conuerſationis noſtræ progreſſum ante Chriſti pedes proſternere. Vide autem quam recte conuerſatio ipſa ſancta, eiuſve progreſſus aſſimiletur palmæ 860.2. vide etiam plura de hac ſimilitudine 862.1. & ſeq.

Quia vero nedum ramis Palmarum, ſed & ramis Oliuarum turbam obuiam Chriſto iuiſſe cantat eccleſia, & colligitur ex loco, vnde ij cædebantur, qui erat mons Oliuarum, cum per palmas deſignetur victoria, per Oliuas pax: vide quomodo in hiſce duobus eatur obuiam Chriſto 828.1

Si per Oliuas item ſumas deſignatam miſericordiam, poteris hic agere, quod miſericordiæ opera in primis Chriſto exhibenda ſint, qua de re vide in Indice rerum verb. *Miſericordiæ opera.*

*Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant Hoſanna filio Dauid,* &c. Quam bene victorias cum ramis palmarum Chriſto proclamantes, illum vt Saluatorem laudent turbæ. 831.2

Quam congruat Chriſto dicta laus, cum ille ſit ipſamet ſalus eiuſque proprium ſit ſaluare genus humanum, vnde & proprium accepit nomen Ieſu, de quo habes 36.1

Quomodo & nobis in oratione, & in Pſalmis, & Hymnis obuiam Chriſto procedendum ſit. 828.2

Potes pertractare de neceſſitate ſollicitudinis in Dei ſeruitio, vt habes 320.2. & quam vitanda tepiditas. 709.2. & ſeq. ponderans quomodo in hoc Chriſti triumpho omnes ſollicite aliquod exhibeant obſequium.

Per veſtimenta Apoſtolorum poſita ſuper iumenta, accipiens mortificationem corporis, tracta quomodo ea debeant præcedere alia obſequia Chriſto exhibita. 426

## 57 In Euangelium feriæ 2. Domin. Palmarum.

*Ante ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam.* Tunc Ieſus venit Bethaniam, quando vndequaque fugabatur, & exquirebatur ad mortem: quia in corde viri obedientis tutum ſemper nouit habere confugium, cum Bethania interpretetur domus obedientiæ. Vide quomodo is per obedientiam ipſam teneatur 412.1

Quod Ieſus fugiat ad improbis ad ſanctos. 963.1

*Vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.*

Chriſti enim præſentia vti faſciculo myrrhæ incorruptionem exhibentis ſuſcitatus à morte peccati, conſeruatur in vita gratiæ. Vide 174.2

*Fecerunt autem ei cœnam ibi.* Quam optandum & nobis, vt ad iſtorum ſanctorum exemplum vniuerſum mundi timorem arceamus. 653.1. & ſeq.

Qualem cœnam Chriſto faciant iuſti. 664.1

*Et Martha miniſtrabat.* Vide in feſto Aſſumptionis B. Mariæ de hoc Marthæ miniſterio, vt vitā actiuā ſignificat.

*Lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cum eo.*

Cum per Lazarum nuper reſuſcitatum denuo iuſtificati deſignentur, qui in gradu adhuc ſunt incipientium, potes hic agere Deum paſcere ſolitum hos incipientes conſolationibus ſenſibilibus. 9.1. & ſeq.

*Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici precioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis.*

potes hic agere de humili vnguento deuotionis, & orationis, quod pia anima reddit Deo in compenſationem murenularum aurearum, & gratiarum, quas ab illo accepit in iuſtificatione. 166.1. De murenularum dono habes 159.2. & ſeq.

De effuſione vnguenti ſuper Chriſti pedes, vide notata in Euang. feriæ 5. poſt Dom. Paſſionis in verbis: *Et vnguento vngebat.*

Quare nunc Magdalena non dicatur fletiſſe retro ſecus pedes Ieſu, ſicut dictum eſt feciſſe, quando acceſſit vt peccatrix. Reſponde, cum modo acceſſerit iuſtificata, & amica, formoſa, & columba Chriſti, obtemperaſſe illius præcepto. *Oſtende mihi faciem tuam,* &c. vt habes 361.1

## 58 Pro feria 3. Hebdomadæ pœnoſæ, de Chriſti Paſſione ſecundum hiſtoriam, in ijs, quæ in hoc opere explicantur ex quatuor Euangeliſtis.

*Cum dilexiſſet ſuos Ieſus, in finem dilexit eos.* 544.1

*Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* 679.1

*Non bibam de generatione vitis huius, quoaduſque,* &c. ibid.

*Ego diſpono vobis regnum, vt edatis, & bibatis,* &c. 470.2. & 690.2. & 931.2

*Factus in agonia prolixius orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis.* 234.1

*Apparuit illi Angelus confortans eum.* 683.2. 233.2

*Iuda oſculo filium hominis tradis.* 654.2

*Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* 690.2

*Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.* 243.2. & 923.2

*Si me quæritis, ſinite hos abire.* 291.2

*Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis, & fuſtibus comprehendere me.* 244.2

*Reſpexit Ieſus Petrum, & Petrus fleuit amare.* 84.1

*Regnum meum non eſt de hoc mundo.* 451.1

*Tu dicis, quia Rex ſum ego,* &c. 476.1

De ſpinea corona 472.1. & ſeq. & 477.1

Chriſtus portat crucem. 907.2

Crucifixus Chriſtus in medio latronum. 243.1

*Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* 36.2

*Sitio.* 691.2

De vino myrrhato, & cum felle mixto. 555.2. & 676.2

De Maria & Ioanne adſtantibus cruci. 234.1. & 452.1

*Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.* 244.1

*Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos,* &c. 244.2

*Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* ibidem: & 245.1

*Hodie mecum eris in Paradiſo.* ibid. & 626.2

*Conſummmatum eſt.* 18.1. & 344.2

*Inclinato capite tradidit ſpiritum.* 452.2. & 537.2

*Et velum templi ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum.* 482.1

*Et petræ ſciſſæ ſunt.* 348.1

De vulneratione lateris Chriſti. 589.1

*Et continuo exiuit ſanguis & aqua.* 462.2. 247.2. & 930.2

## 59 Pro feria 4. Hebdomadæ pœnoſæ. De vtilitatibus Paſſionis Chriſti in illud Pauli. *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu,* de quo habes 653.2

Contemplatiuis quanta ex Chriſti paſſione prouenerit vtilitas, ac ſuauitas. 201.1

Paſſionum ſuarum munus quomodo, & ad quid Chriſtus detulerit. 671.2

Quod per Paſſionem ipſam attulerit munus ſalutis atque redemptionis vna cum virtutum exemplis. ibidem.

Vide notata in Euang. feriæ 6. Dominicæ Paſſionis ſuper illis verbis, *Expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat.*

Agnus, & hœdus in ſolemnitate Paſchali ſumendus præcipitur, & mactandus, ad deſignandam plenam redemptionem populi tum Iudæi, tum etiam Gentilis faciendam per Chriſti mortem. 129.1

## 60 In Euangelium feriæ 5. in cœna Domini.

*Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* 544.1. De eximia Chriſti dilectione, & charitate, quam in Paſſione, & morte exhibuit, vide in feria ſexta Paraſceues.

De maxima eiuſdem charitate exhibita in inſtitutione ſanctiſſimi Sacramenti, vide in feſto Corporis Chriſti.

Domine,

*Domine, tu mihi lauas pedes?* Quod hiſce verbis maximam Petrus conteſtatus ſit ſui humilitatem, & indignitatem, eo modo, quo & ſponſa dixit, *Laui pedes meos.* Vide 719.1.& ſeq.
*Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet.* 719.1
*Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* De immenſa Chriſti humilitate, vero humilitatis exemplari. 533.1. De Humilitatis veritate, vide in Indice rerum verb. *Humilitas.*

## 61 In feria 6. Paraſceue de exuberanti charitate Dei in homines exhibita in Paſſione Chriſti.

Charitas morti ſubiecit Deum 920.2. Quomodo Deum occiderit, quod à morte ipſa fieri nequibat. 921.1. & 924.1. & ſeq.
Propter eamdem charitatem dolores Chriſtus ſuſtinuit tales, qui quoquo modo dici poſſunt duri ſicut infernus. 923.2
Quomodo ſuper cruce Chriſtus exhibuerit charitatem, vt lampadem habentem plures lampades. 925.1
Quod ſuper eadem cruce exhibuerit ſummum charitatis ſpecimen. 462.2
Curve ibi in ignem charitatis conuerſus dicatur. ibid. & ſeq.
Vnde colligatur, quod Chriſti cor ſuper Cruce fuerit coniunctum igni charitatis, ita vt dici quiuerit fornax ardentiſſima. 462.2
Quod exanime Chriſti corpus ſuper cruce fuerit ſimulacrum charitatis. 463.2
Quod vé tale fuerit ſimulacrum, vt & Deus quoque illud quodammodo venerari dicatur. 464.2
Quomodo ipſamet charitas à Chriſto delata fuerit pro pompa ſuper eadem cruce. 464.1
Et euecta ibid. in titulum glorioſiſſimum. ibid. & vt ipſiuſmet Dei ſimulacrum. ibid.
Quomodo Chriſtus crucifixus igne charitatis ſuæ trahat ipſum crucis currum. 452.2
Chriſtus crucifixus dictus arbor mali ob ingentem quā ibi exhibuit charitatem, cuius hieroglyphicum eſt malus. 244.2
Curne dictus ſit ſicut malus in medio lignorum ſyluestrium. 243.2
Ex ſpinea item Chriſti corona ingentem illius arguere licet charitatem, cum per eam intelligamus ipſam ſpinarum ſe ſubieciſſe aculeis, vt è medio improborum eligeret iuſtos. 331.2
De Paſſione Domini vide quæ notata ſunt in feria tertia, & feria quarta, hebdomadæ pœnoſæ, & in Indice rerum verb. *Chriſti paſſio.* & verbo *Paſſio Chriſti.*
De cruce vide in Indice rerum, verb. *Crux.*
De vulneribus Chriſti vide etiam in Indice rerum, verb. *Vulnera Chriſti.*

## 62 In Sabbatho ſancto de doloribus B. Virginis.

Quomodo Chriſtus fuerit matri ſuæ faſciculus myrrhæ, ſimulque & gladius pertranſiens illius animam. 176.2
Quod totam vitam in ærumnis tranſegerit & Maria ſicut & Chriſtus. 147.1
Qua ratione Chriſtus matri ſuæ ſummum exhiberet dolorem, cum alioqui ſuauiſſimus eſſet. 184.2
Deſideraſſe B. Virginem participem eſſe nedum exultationis, ſed & paſſionis filij ſui. 287.1
Quomodo eandem Chriſti paſſionem illa habuerit ſemper in corde. 357.2. & 279.1
Quanta fuerit dolorum communicatio inter Chriſtum ac matrem. 240.1.& 279.1
Non defeciſſe B. Virginem ob dolorem Paſſionis Chriſti, quia per eiuſdem paſſionis fructus recreabatur. 185.1
Cum Chriſto mente crucifixam & ſanctiſſimam eius matrem. 854.2

## 63 In Euangelium & feſtum Domin. Reſurrectionis.

*Emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum.*
De tribus aromatibus piarum animarum, contritionis, deuotionis, & pietatis. 33.1
*Et valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum.*
Quod amor & deſiderium vehementius impellant ad locum, vbi ſit res amata. 112.1
Quod amore liquefacta anima fluat, & currat ad quærendum Deum. 742.1. & ſeq.
Imitatæ ſunt ſanctæ iſtæ mulieres ſponſam charitate ſuccenſam per noctes quærentem dilectum ſuum, de qua habes 388.2.& ſeq.
Sedulitas quam neceſſaria ſit, cum quæritur Ieſus. 391.2
Id quam magnum ſit bonum. ibid. Vide 397.2
Quam magnæ ſint amoris, & charitatis vires, propter quas ſanctæ mulieres nullam vel cuſtodiarum monumenti, vel alterius rei habuerunt rationem. 399.1
*Orto iam Sole.* Quod in Chriſti reſurrectione ortus ſit Sol, cum alioqui quando Chriſtus ipſe ante mortem conuerſaretur in mundo, aurora potius fuiſſet, quam dies. 118.1
Quam bene in hoc reſurrectionis myſterio conueniant hæc duo, Eſſe *valde mane,* ſeu vt dicit alias euangeliſta, *cum adhuc tenebræ eſſent,* cum hoc quod hic ſubiicitur, *Orto iam Sole,* & quam recte hæc dicatur dies quam fecit Dominus. 109.1. vbi de myſterio natiuitatis eiuſdem. Cum & Reſurrectio ſit generatio, & natiuitas quædam, vt habes 244.1
*Et dixerunt ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem.*
Confidentibus in Deo tantum quam facilis euadat vita ſpiritualis. 897.1.& ſeq.
Quod vniuerſa, quæ à vitæ ſpiritualis ſtudio impedire nos poſſent, facile à Deo amoueantur. 302.2
Quod ſtudia, laboreſque virtutis ſint iuncta cum maxima quiete. 209.2
*Erat quippe magnus valde.*
Quam difficile ſit virtutis ſtudium. 239.2
*Viderunt iuuenem ſedentem in dextera coopertum ſtola candida.*
Quod angelicam conſolationem illis Deus impertiat ſæpe, quibus ſe inueniendum negat. 401.2. Vide & 403.1
*Surrexit, non eſt hic.*
Quod Chriſtus reſurgens non fuit amplius morti obnoxius. 722.1
Quam recte idem comparetur flori. 182.1
Quod Chriſtus ſemetipſum ſuſcitarit poſt paſſionem ac mortem. 560.1

## 64 In Euangelium feriæ 2. Paſchatis Reſurrectionis.

*Duo ex diſcipulis ibant ipſa die in caſtellum, quod, &c.*
Ex modica fide, quam Chriſti verbis, atque promiſſis exhibebant, redditi ſunt diſcipuli iſti inſtabiles, & inquieti, recedentes à Ieruſalem, quæ viſio pacis interpretatur. Vide quomodo per veram fidem duntaxat habeatur vera quies 105.2
*Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant.*
Quod ſermones boni ſint emiſſiones, ac paradiſus piorum. 635.1
Sanctorum ſermones eſſe de rebus bonis, eoſque perutiles. 805.1
Vide & 612.2
*Et factum eſt, dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis.*
Colloquiorum bonorum tantam eſſe dulcedinem, vt & Ieſum ipſum attrahant. 867.1
Quantum promoueant ad charitatem colloquia eorum, qui Deum diligunt. 752.2. & 788.1
*Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem.*
De peregrinatione noſtra à cæleſti Ieruſalem. 124.2
*Quibus ille dixit, Quæ?* Quod iuſti vix recordentur præcedentium laborum, & ærumnarum, quas pro dilectione Dei ſubierunt. 406.2
Quod Chriſto paſſiones omnes viſæ ſunt guttæ exiguæ. 708.2
Quod præſentis vitæ tribulationes vniuerſæ ſint inſtar vmbræ leuiſſimæ, & maxime fugaces. 84.1
Quod ſint leuis faſciculus myrrhæ, qui lætanter inter vbera feratur. 177.2
*De Ieſu Nazareno, qui fuit vir Propheta.*
Quam congrue Ieſus dicatur vir, cum ab inſtanti conceptionis ſuæ fuerit vir, & ſponſus animarum. 476.1
Qualis Propheta extiterit Ieſus. 37.2
Ieſus dictus potens in opere, & ſermone, tum quia illius verba, atque opera ſe inuicem confirmabant, vt habes 775.2. & ſeq. tum quia in Deo idem ſunt labia, & manus, vt habes 774.2
*O ſtulti, & tardi corde ad credendum.*
Quod terrena reddant animas inſtar dormientium ſtolidas, & tardas ad intelligendum diuina. 695.2
Quam delicata ſit fides. 61.2
*Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*

Quod tribulationibus expoſitus ſit oportet is, qui cum Chriſto florere velit, quandoquidem & Chriſtus medijs paſſionibus gloriam obtinuit reſurrectionis 223.2
Doctrina de neceſſitate tribulationum qualis ſit. 864.2
Oportuit pati Chriſtum, vt ita intraret in gloriam triũphi de morte. 922.2. & de tartareis poteſtatibus. 451.1. Vide etiam de hoc triumpho, & gloria 462.2
Per paſſionem item, mortemque ſuam intraſſe Chriſtum in gloriam eam, qua coronatus eſt diademate ſanctorum fidelium, de qua habes 470.2. & 478.1
Intraſſe quoque per eandem paſſionem in gloriam iuſtificationis eorumdem fidelium. 252.2. Amplificare potes hunc locum per ea, quæ de diademate charitatis habes 474.2
*Et incipiens à Moyſe, &c. interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.*
Vide de hac ſacrarum ſcripturarum illuſtratione, per Chriſtum factam in ſubſequenti feria 3. Paſchatis & in Indice rerum verb. *Scriptura ſacra.*
*Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum, quoniam adueſpeраſcit.*
Ad hoc Ieſus finxit ſe longius ire, vt ad exercitium talis miſericordiæ duos iſtos diſcipulos prouocaret. Summopere enim miſericordiæ, eiuſve operibus oblectatur, vtpote in qua diuinam ſuam inſpiciat pulchritudinem, & gloriam, vt habes 594.1. & ſeq. quæue ipſi præ reliquis omnibus fragret virtutibus. 596.1. Vide de hac materia in Indice rerum verb. *Miſericordiæ opera.*
*Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum in fractione panis.*
Quomodo in ſanctiſſimo Sacramento Chriſtus detinendus à nobis ſit. 894.2
Quem in eodem Sacramento foris agnouimus, vt habes 887.2. & 888.1
Quomodo in eodem Sacramento Chriſtus ſe manifeſtet. 310.1. A quibus ibi is videatur, & quomodo videatur. ibid.2
In eodem Sacramento cognoſcitur à nobis Chriſtus, cum in illo recreatos nos ſentimus ineffabilibus conſolationibus. 183.2. Vide de ebrietate animæ per iſtiuſmodi conſolationes 688.1
Cognoſcitur in eodem Sacramento Chriſtus ex æſtu, quem in nobis ſentimus charitatis, cum illud ſumimus de quo 458.2. & quia in illo intelligimus, exceſſum in nos diuinæ charitatis. 270.1. & 689.1
*Et ipſe euanuit ex oculis eorum.*
Quod Deus in manifeſtando, & occultando ſe videtur quodammodo ludere cum animabus piis. 742.2
Cur aliquando Deus ſe abſcondat à pia anima. 740.1
*Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?*
Quanta amoris incentiua inſint in Chriſti verbis, atque in ſacræ ſcripturæ ſtudio. 55.2
Quam recte charitati tribuantur effectus ignei ardoris, ipſumque ignis vocabulum quantum illi congruat. 927.1

## 65 In Euangelium feriæ 3. Paſchatis Reſurrectionis.

*Stetit Ieſus in medio diſcipulorum.*
Quam recte, & vere Ieſus poſt reſurrectionem dicatur ſtetiſſe, qui ſtetit etiam cum occumberet. 314.1. & ſeq.
Præſentem quibus, quaue ratione ſe exhibeat Deus. 705.2
Chriſtus quantum amet medium, cum & in medio Angelorum, atque hominum ſanctorum vt mali arbor emineat. 242.2. & ſeq. Et in medio duorum latronum dignoſci voluerit. 243.2. & ſeq. Et in medio humanitatis ſuæ ſe exhibuerit charitate ſuccenſum. 461.2. Sicut & media crucis ſemetipſo conſtrauit charitate item combuſto. 462.1. Et cum ſui medium, nempe cor charitate combuſtum effecerit, vt habes 462.2
Ideo præ omnibus medium noſtri cordis exquirens ait, *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum.* qua de re plurima habes 911.2. 916.2. & 918.2
Ideo boni prædicatores ipſum in medio cordis ſui reclinantem præ charitate in homines geſtare ſtudent. 460.1. Ideo & pia quæque anima illum inter vbera commorantem habere ſatagit, vt habes 175.2. 177.2. & 174.1
Potes hic etiam tractare, quomodo ſicut ipſe amat medium, ita & charitatem, eiuſve præceptum in Eccleſiæ, & legis medio poſuerit, vt habes 467.1
*Et dixit eis: Pax vobis, ego ſum, nolite timere.*
Quam ſuaue ſit iſtiuſmodi pacis alloquium. 785.1
Symbolum Chriſti vt ducis noſtri, iſtud eſt, *Pax vobis*, idéque & totius militiæ Chriſtianæ eſſe voluit. 797.2
Quam bene hæc iuncta ſint, *Ego ſum,* & *Nolite timere*, cum timor fiat, & deſinat ex elongatione, vel acceſſu, & præſentia veri iuſtitiæ Solis, ſicut hyems ex elongatione, & acceſſu Solis viſibilis. 325.1
Adde quod per allatam pacem vniuerſus abigitur metus, cum & Eccleſia ob pacis multitudinem ſit inſtar caſtrorum acies ordinata. 797.2. & pacifica anima pace ipſa ſua ſit terribilis item vt caſtrorum acies. 799.1
Vide plura de pace in Euang. Dominicæ in Albis.
*Et cogitationes aſcendunt in corda veſtra.*
Quam recte cogitationes bonæ dicantur aſcendere in cor æque ac capilli in caput. 491.2
*Videte manus meas, & pedes.*
Quam opportune Chriſtus diſcipulis, ignorantiæ tenebris offuſis, & timoris frigore tabeſcentibus ſua ſacra oſtenderit vulnera, quibus vt accenſis lampadibus, atque flammis & tenebræ fugantur, & frigus omne, vt habes 925.1. & ſeq. quæue vt accenſis item flammis ſigna exhibent ingentis lætitiæ reſurrectionis Chriſti. ibid.2
Ad quid in glorioſo Chriſti corpore ſacræ iſtæ ſeruatæ ſint vulnerum cicatrices?
Primo, vt eſſent iuges immenſæ charitatis illius teſtes. ibid. 1. & ſeq. Ijs enim vt ſtigmatibus charitatis ferro ſignari voluit Ieſus, ſicue in ſuis manibus nos deſcripſit. 915.2
Secundo, vt per ea ad Dei charitatem & nos excitaremur, cum ſint ſagittæ charitatis. 926.1
Tertio, vt in eis pateret tutum piis animabus confugium. 357.2. & 925.2
Quarto, vt iis glorioſum Chriſti corpus redderetur pulchrius: ſunt quippe in illo vt plures oculi in corpore, & cauda pauonis. 915.2. Immo ſunt quibuſlibet gemmis precioſiora. 463.1
Quinto, vt Patri illa oſtendat, qui aduocatus eſt noſter interpellans pro nobis. 550.1
Hæc verba, *Videte manus meas, & pedes meos*, ſumenda ſunt vt dicta cuilibet fideli, quandoquidem ijs ſacris Chriſti vulneribus purgantur animæ à peſte peccati. 925.1. ijs armamur, aduerſus omnes inſultus vt clypeis, & omni armatura. 537.2
Tantundem eſt autem hoc, *Videte*, &c. ac introduci in ea ſacra vulnera. quomodo autem in illa introducantur piæ animæ, habes 57.1
Quam apte cellaria dicta illa ſint, in quibus ingens ſit cibariorum copia, maximique theſauri, & omnis dulcedinis affluentia. ibid.
*Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur?*
Si quod dicitur, *adhuc illis non credentibus*, intelligatur aliquos diſcipulorum adhuc re vera non crediſſe; potes hic perpendere immenſam Chriſti charitatem erga illos, de qua plura habes 460.2
Si vero idipſum non tam ob eorundem obſtinatam incredulitatem dictum ſit, quam quia illi magis credere optabant, vt ſignificat eorum gaudium, gaudebãt enim mirantes, quia credebant eum, quem videbant eſſe Chriſtum, ac præ admiratione, & gaudio magis credere voluerunt. Potes hic agere, quomodo Chriſtus ingerat gaudium in opere ipſo, ad quod inſpirat, & promouet. 302.2
Quam congrue dicantur diſcipuli mirantes præ gaudio poſt viſa Chriſti vulnera, cum ex illorum contemplatione inexplicabilis deriuet gaudij dulcedo. 57.2
Quod manducare optet Ieſus in nobis. 665.2. & ſeq. & 685.1. & ſeq.
*Obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis, & cum manducaſſet*, &c.
Quemnam fauum mellis oblatũ à nobis comedat Chriſtus. 681.2
Quod mellis comeſtione deſignetur beatitudinis gloria. 683.1
Quod eodem fauo mellis ſignificentur ipſius Chriſti paſſiones redditas melleas contemplatiuis. ibid.2
*Quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me.*
Quomodo Chriſtus reſpexerit per legem, atque Prophetas. 315.2
Cur Prophetæ dicantur feneſtræ. ibid.
*Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.*
Quam congruo ordine Chriſtus poſtquam morte ſua Eccleſiam ſponſauit, poſtque allatum pacis fructum vltimo loco ſacras eidem reſerauit ſcripturas. 258.1
Vide, quomodo hæc ſcripturarum reſeratio per Chriſtũ ipſum facienda erat. 54.1. 940.1. 162.1. & 860.1
Aperiens ſenſus, vt intelligerentur ſcripturæ, vina multiplicium ſenſuum exhibuit Ieſus diſcipulis, totique Eccleſiæ. 258.1. Necnon & ingentem multorum ciborum copiam, maximoſque ſapientiæ theſauros. 55.1. & ſeq. & 781.1. vbi habes ſcripturas ipſas eſſe penu cogni-

cognitionis, quã de re plura videre potes 264.1
Potes, ſi tibi libuerit, hic tractare de materia ſacrarum ſcripturarum, diſtinguens illam in tria capita, de illius prærogatiuis, de commodis, deque earum ſtudio, & meditatione.
Prærogatiuas plurimas habes ſub varijs metaphoris in hoc libro explicatas, vt, quod ſit ſicut vinum optimum. 868.2. ſit Chriſti paſcua. 379.1. & 546.1
Quod aptiſſime ſit deſignata vocabulo ciuitatis. 393.2
Quod ſit ferculum Salomonis. 456.2
Quod Deum habeat auctorem. 215.1. & ſeq.
Quod ſit aceruus teſtimonij. 490.1
Quod ſit Eccleſia collum, & turris Dauid. 540.2
Quod ſit fons hortorum. 647.2. & puteus aquarum viuentium ob myſteriorum profunditatem. 648.1
Quod ſint genæ Chriſti. 769.2
Quod ſint alæ ignis in flamma. 929.2
Quod ſint domus communes Chriſto & Eccleſiæ. 214.1
Inter earum commoda annumerare hæc poteris. Quod in ipſis ſicut in lecto quieſcamus cum Chriſto. 211.2. & concipiamus. 433.1. & ſeq.
Quod ex illis dulcis extrahatur nucleus. 818.1. & ſeq. dulcis & guſtus, vt è botris palmæ, ſeu etiam vuarum. 860.1. eſt ſuauior quacunque delectatione humana. 24.2
Quod ex illis ſaluberrimas decerpamus herbas. 111.2
Quod per eas fulciamur. 280.1
Quod ex illis venari quoque poſſumus. 292.1.
Quod illis armemur vt clypeis. 527.1. vt gladijs. 442.1 vtque omni armatura fortium. 527.1. & muniamur vt muro præforti. 617.1. & ſeq. vtue præforti petra. 351.2
Quod illis demum & ornemur vt torque, & monili. 527.1. atque vt murenulis aureis vermiculatis argento. 163.1
Circa earundem ſacrarum ſcripturarum ſtudium, & meditationem ages, quomodo illud conſolationi ſit, & labori. 940.2
Quod earum meditationes ſunt deliciæ Eccleſiæ, & piæ animæ. 903.1
Quod earum verba ſunt ſtimuli amoris, & claui igniti. 55.2. Huic ſtudio quomodo ſit indulgendum. 352.1
Quod in illo anima vniatur cum Deo, eumque delectet. 877.2
Quod vacantibus eidem ſtudio oblectetur Deus. 685.2. haud prius dare ſe debet quis, quam in oratione verſatus ſit, & in contemplatione. 876.2. & ex illo colligimus, quantum in vita ſpirituali profecerimus. 877.1. In eo intelligimus Dei charitatem inſtructam ſuper nos. 264.2. & docemur quomodo charitas vniuerſa ordinanda ſit ad Deum. ibid. & quomodo in charitate, & ad charitatem vocati ſint fideles. 266.1
In eo iucunditas eſt maxima. 258.1
Quod qui ſcripturas ipſas penetrant ſint oculi Chriſti. 765.2. & qui illis indulgent ſint venter Eccleſiæ. 842.2
Qui ſint, qui eas ruminent. 867.1
Quod qui illas guſtat, reijciat omnem humanam ſapientiam. 244.1
Quod tres ſint illarum ſenſus. 119.1

## 66 In Euangelium Dominicæ in Albis.

*Cum eſſet ſero die illa vna Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus.*
Quod Chriſtus in nos tunc potiſſimum veniat, cum fores ſenſuum noſtrorum ſunt clauſæ, adeoque & ſero nobis eſt, vt in hortum concluſum, maximeque ſibi delicioſum. 619.2
Quod bene clauſis prædictis foribus dicatur eſſe ſero, cum nec luceat ſenſus ipſe, quem Solis metaphora deſignari habes 208.1. nec falſum, ac pernicioſum admittatur lumen concupiſcentiæ, quam & Solem, & lucidam dictam videre potes 99.1
Quomodo Deus in nobis adueniens, ſero exiſtens, & non apparens illuceſcat in cordibus noſtris. 230.1
Quomodo admittatur, & ingrediatur in nos Deus, pluribus explicatum habes 705.2
Quomodo reſpiciat, & ingrediatur per feneſtras ſenſuũ noſtrorum. 315.1
*Vbi erant diſcipuli congregati, venit Ieſus.* Vbi namque bona, & ſancta eſt conuerſatio prope eſt & Dominus, vt habes 517.1
Propter metum Iudæorum Apoſtoli concluſos ſe detinuerunt vſque ad aduentum Spiritus ſancti. 508.2
Diſtulit Ieſus vſque ad ſero apparere omnibus diſcipulis metu oppreſſis, cum tamen diluculo ſurrexiſſet, vt maius illis ſui excitaret deſiderium, prout ob eamdem rationem nec ſponſæ ſe exhibuit ab illa quæſitus, vt habes 389.2. & 391.2
Vtue magis charitate illos vulneraret, ac ad illas promoueret promendas ſponſæ preces: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*, ſeu, *Vulnerata ſum charitate*, qua de re vide 276.2. & 277.1
*Et ſtetit in medio.* Vide feria tertia Paſchatis ſuper iiſdem verbis.
Quod bonus Prælatus in medio ſtare debeat rectus; tum vt abſque vlla perſonarum acceptione ad ſubditos omnes æqualiter ſe habeat. 527.1. tum vt tanquã Pharus erectus in medio ex eius aſpectu ſubditus quiſque viam diſcat, qua ad cœleſtem tendat patriam. 525.2
Tum vt nouerit ſe medium inter Deum & ſubditos. 524.2
*Et dixit eis: Pax vobis.* Vide in feria 3. Paſchatis ſuper iiſdẽ verbis.
Quam congrue Chriſtus iſta vteretur ſalutatione, cum eſſet verus pacificus. 3.1. Cumque ad hoc carnem aſſumpſerit, vt pacem in terram deferret. 6.1. & ſeq. & pacis proferret doctrinam. 6.2
De prima pace, quam anima habet cum Deo per iuſtificationem. 251.2
De interna animæ pace, quam habet anima cum ſemetipſa, propter quam vere dicitur pacifica. 389.2
De pace externa cum proximo, propter quam participes quodammodo reddimur fœlicitatis æternæ. 235.2
Pacem neutiquam habendam cum carne. 441.1
Quod pacis dulcedo tanta ſit, vt iure optimo mannæ abſconditæ ei competat nomen. 253.1. quin & dulcedini regni cœleſtis aſſimiletur. 254.1
Quantum per eamdem pacem conferatur decoris, & maieſtatis. 798.1. & ſeq.
Pro pacis materia dilatanda multa colliges ex Indice rerum verb. *Amor*, & *Charitas*, & *Dilectio*, & *Quies*.
*Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus.*
Vt oſtenderet precium, quo pacem ipſam nobis comparauit; precium, inquam, paſſionum, ac vulnerum ſuorum. 252.2. & 258.1
Vide plurima de Chriſti vulneribus notata in Euang. feriæ tertiæ Paſchatis, & in feſto S. Thomæ Apoſtoli.
*Gauiſi ſunt ergo Diſcipuli viſo Domino.*
Quod proprium eſt Chriſti, vt aduentu ſuo gaudium afferat. 302.2
Quantum gaudij afferret eius præſentia. 200.1. & ſeq.
*Inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata*, &c.
Explicatur totus hic locus 7.2
Quod confeſſarij ſint labia Chriſti. 773.1
*Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei*, &c. vſque ad finem Euang.
Vide notata in Euang. feſti S. Thomæ Apoſtoli.

## 67 In Euangelium Dominicæ 2. post Paſcha.

*Ego ſum paſtor bonus.*
Quod hoc paſtoris nomen idcirco vſurparit Dominus, quia dilectionem ſignificet ad plures. 376.1
Ita autem iſtud dilectionis vſurpauit vocabulum, ſicut & cætera, quibus charitatem ipſam ſuam ſuper nos inſtructam exhibet in varijs ſcripturæ locis; vt habes 264.1. & ſeq.
Congruentiſſime paſtorem bonum ſe ait Chriſtus, cum ad hoc natus ſit, vt boni paſtoris exerceret munia etiã ab incunabulis. 106.2
Quomodo à primo ſui exortu Chriſtus in præſepio ipſo paſtor extiterit ouium, quaue ratione illas pauerit. 107.2
Quomodo ex tunc fuerit paſtor bonus, maximeque ſollicitus, etiam cum cubaret in præſepio. 108.1
Quod Chriſtus cubans vel in præſepio, vel in cruce, vel in ſepulchro melius, tutiuſue pauerit gregem ſuum, quam vllus alius paſtor vigilantiſſimus. ibid. & ſeq.
Quod Chriſtus ſolus dici queat paſtor bonus, quia ſolus verus paſtor. 115.2
Cum talem habeamus paſtorem, totos nos in eius manus reſignare debere: paſcere enim quodammodo tenetur illum, qui ipſum diligit, eique adhæret. 115.1
De paſcuis huius boni paſtoris plura notata habes in Euangelio feriæ 4. Dominicæ Paſſionis ſuper verb. *Et ſequuntur me.* Vide ibi.
Quæ ſint herbæ, quibus ab eo ſuæ paſcuntur oues. 107.2. & 111.2
Quod Chriſtus gregem ſuum ita habuit dilectum, vt ſororem paruam. 936.1. & ſeq.
*Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.*
Quod qui boni ſunt Prælatorum, ardentiſſima charitate præditi eſſe debeant, & eſſe ſicut vbera ſuper cor. 543.2

Quomodo ijdem quatenus charitate flagrãt, ſuper Deum eſſe dicantur, vt vbera ſuper cor. 544.1
Quomodo à Chriſto calefacti eundem recalefaciant itẽ charitate. ibid.
Quomodo ſint propugnacula diuinæ charitatis . ibid. & turres , ac propugnacula infirmiorum eo modo, quo & vbera ſunt turres, ac propugnacula infantium. 544.2
Quod ijdem dum ſubditos paſcunt infirmiores , paſcantur & ipſi, ſicut euenit vberib. 545. 1. & ſeq.
Eo autem paſcuntur lacte doctrinæ affectiuæ, quo paſcũt ſubditos ipſos. 544.2
Quod eorundem perfectio ſita ſit in charitate. 592.1
Quod gaudeant in tribulationibus , quas ſubeunt pro ſubditis. ibid.2
Dum autem ſic gaudent, inebriant & ſubditos ipſos , & Deum. ibid.
Promptitudine, qua morti ſe exponunt pro ſubditis quomodo inebrient Deum. 593.1
*Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor , cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues.*
Quod Prælati mali recte mercenarij dicantur, qui ſemetipſos potius, quam oues paſcant, imitantes malos illos paſtores, Diabolum, mundum, & carnem, qui dicuntur ſodales Chriſti. 115.2. & 124.1
Quod ijdem inſectentur potius oues, quam lupum, inſectantes ſubditos illos qui in ſimplicitate cordis indulgent vitæ ſpirituali. 747.2
De bonorum Prælatorum vigilantia, & ſollicitudine circa ſubditorum ſuorum gregem. 400.2.404.1.96.1.403.2.& 764.1
Etiam cum dormiunt, cogitant de ſubditis Prælati boni. 697.2
Quam fortes ijdem eſſe debeant. 429.2. & 436.1
*Et cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem.*
Cum cognoſcendi verbum adiunctam hic habeat dilectionem , potes hunc locum illuſtrare per ea, quæ de mutua dilectione inter Chriſtum, atque animam ſanctam habes 376.1
Quod charitas Dei in homines adæquetur diuinæ eſſentiæ. 464.1
Vide, quæ notata ſunt ſuper iis verbis, *Et ego cognoſco eas,* in Euang. feriæ 4. Dominicæ Paſſionis.
*Et animam meam pono pro ouibus meis.* Quod Dei charitas erga homines illum morti ſubiecerit. 920. 2. 921. 1. 923.1.929. 1. & 871.1
*Et fiet vnũm ouile, & vnus paſtor.* De vnitate Eccleſiæ. 807. 1. & 809. 2

## 68 In Euangelium Dominicæ 3. poſt Paſcha.

*Modicum, & iam non videbitis me.* Conſolationes ſenſibiles & ſpirituales eſſe inſtabiles in hac vita, cum modo dentur, modo auferantur, idcirco maximum ſui deſiderium in animabus cauſare. 9.1
Vide diſcrimen earumdem conſolationum à ſolidis iis, quibus fruemur in alia vita. 10.1
De inſtabilitate charitatis noſtræ erga Chriſtum in præſenti vita. 273.2
Quam debeamus ſuſpirare ad æternam Dei viſionem. 112.1. & ſeq. præſentis vitæ incolatum faſtidientes. 73. 2
Ad modicum tempus ſua nos Deum deſtituere præſentia, cum illum diligimus. 389.2
Quomodo iuſti quique hanc efflagitent Dei conuerſionem. 382.2
*Et iterum modicum, & videbitis me.*
Quod Deus occultans ſe, & manifeſtans piæ animæ ludere quodammodo videatur cum illa. 742.2
*Quia vado ad Patrem.*
Quod Chriſtus poſt Aſcenſionem , qua tetendit ad Patrem , requiri minime velit in præſentia corporea. 804.2
*Amen, Amen dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos.*
Optima ſane hæc eſt conſolatio poſt enarrationem diſceſſus Chriſti, quandoquidem tribulando pias animas Deus, communicat quodammodo illis ſuam beatitudinem, & participationem ſui ipſius. 771.2
Quod tribulationes præſtantiſſimum inter Dei beneficia obtineant locum. 279. 1. & 430.1
Quod omnes iuſti tribulationibus concutiantur. 71. 1. Quia Eccleſia nunc eſt in militia. ibid.
Quam ſit periculoſum eſſe abſque tribulationibus. 307.2
Earumdem neceſſitas tanta, quanta & hyems. 331.1
Illis expoſitum eſſe oportet eum omnem, qui cum Chriſto florere velit. 224.1
Immo eos potiſſimum eſſe Chriſti amicos, & chariſſimos, qui tribulationibus concutiuntur. 689.2. & ſeq.
*Mundus autem gaudebit.*
Qualia ſint mundi gaudia, qualiſve & vindemia. 100.1
Quanta, quaeue mala conſequantur iſtiuſmodi mundi gaudia. 125.1
Vide plura in Indice rerum verb. *Voluptates ſæculi.*
*Vos autem contriſtabimini , ſed triſtitia veſtra conuertetur in gaudium.* Quod amaritudinem tribulationum à ſe immiſſarum in dulcedinem iuſtis conuerterit Chriſtus. 681.2. & ſeq.
Quod eædem tribulationes ſint dulciſſimus fructus paſſionis Chriſti. 338.2
Sint & peculiares iuſtorum deliciæ. 857.1
Quale gaudium in illis ſentiant iuſti. 474.2
Sentiunt autem iuſti tale gaudium , quia in tribulationibus ipſis habent comitem Chriſtum glorioſum. 682.2
Triſtitia etiam iuſtorum conuertetur in gaudium, quatenus per tribulationes introducuntur in cæleſtem beatitudinem. 59.2
Ad beatitudinis enim requiem non peruenitur niſi per labores, & tribulationes. 455.1
Quia potiſſimum regni cælorum precium eſt patientia in tribulationibus. 931. 2
Si in tribulationibus ipſis iuſti ſentiunt Chriſti ſuauitatẽ in hac vita, quanto magis eamdem percipient in alia vita. 186.1
*Cum autem peperit, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia, &c. Et vos, &c.*
Quod quæ ex Deo percipitur dulcedo, obliuiſci faciat præcedentium laborum, ac ærumnarum. 406.2
Eiuſdemque dulcedinis magnitudo efficit , vt modicum videatur totum id tempus , quod in tribulationibus tranſactum ſit. ibid.
*Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.*
Quam apte per hæc explicetur exhibitio cœleſtis beatitudinis, quæ ſita eſt in viſione Dei, cum & Dauid dixerit, *Et videbor à facie Dei.* 209.1
Si per Chriſti aſpectum cauſantur plerumque tribulationes, vt habes 84.1. & 85.1. Admodum congruenter hic dici, *Et gaudebit cor veſtrum,* vt colliges ex iis, quæ dicta reperies 474.1
*Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*
Quia erit perfectum , vtpote in dilectione Dei ſuper omnia. 67.2

## 69 In Euangelium Dominicæ 4. poſt Paſcha.

*Vade ad eum, qui miſit me.* Duplicem hoc loco pertractare potes materiam. Vel enim in dictis verbis Domin. Ieſus prædicit Apoſtolis proximam, ad quam iturus erat, mortem , prout iiſdem fere verbis ſignificauit in cap. 13. Ioan. & tunc de eximia illius ages obedientia, prout habes 537.1
Vel in iiſdem ſuam prædicit aſcenſionem ad cælos, qua iturus erat ad Patrem , vt ab illo , qui ipſum miſerat, præmium ſuæ perfectiſſimæ acciperet obedientiæ, ſicue de eo ages præmio, & glorificatione, de quo habes 36.1.224. Vide & 114.2
*Et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?*
Si per hoc, quod dicitur, *Quo vadis?* non tam terminus ad quem, quam ratio, & modus ſignificetur, quo iturus Ieſus erat ad Patrem: nempe per paſſionem; tracta, quomodo per hæc verba Chriſtus prouocauit Apoſtolos, vt ab ipſo doctrinam extorquerent neceſſitatis, & vtilitatis tribulationum, de qua habes 864.2. Vide & quæ notata ſunt ſuper illis verbis , *Oportebat Chriſtum pati,* &c. in Euangel. feriæ 2 Paſchatis.
Potes hic pariter tractare , quod etſi Deo gratiſſimum ſit ſilentium , placeat tamen illi permaxime opportuna locutio : vnde in ſponſa vtrumque celebrat , vt habes 503.2. & 504.1
*Sed quia hæc locutus ſum vobis , triſtitia impleuit cor veſtrum.* De languore charitatis cauſato ex deſtitutione conſolationis præſentiæ Chriſti. 278. 1. & 277. 1. Triſtati enim ſunt Apoſtoli audito Chriſti diſceſſu.
*Sed ego veritatem dico vobis.* Quam proprium Chriſti ſit, vt veritatem dicat, & quam illius verba veritatem , ac mortificationem prædicent. 772.1
*Expedit vobis , vt ego vadam.* Potes huc referre quæ notata ſunt ſuper illis verbis, *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat ,* in Euang. feriæ 6. Dom. Paſſionis.
*Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.*
Potes hoc loco pertractare rationes, ob quas frequenter Deus elongat ſe à pijs animabus, ſinens illas deſtitutas eſſe dulcedine conſolationum. 389.2

Et quo-

Et quomodo incipientes magis paſcere Deus ſoleat cõſolationibus ſenſibilibus, quales eæ erant, quas percipiebant Apoſtoli ex ſenſibili præſentia Chriſti. 9.2
Quod veras conſolationes, verumque gaudium exhibuerit Ieſus Apoſtolis per Spiritus ſancti miſſionem. 332.
*Et cum venerit ille arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.*
Quod per Spiritus ſancti aduentum fugetur ab anima omne peccatum, quaue ratione. 654.2
Quod infidelitas recte dicatur peccatum per antonomaſiam, quia ſine fide impoſſibile ſit placere Deo. 251. 2
De grauitate, & damnis peccati huius infidelitatis agere ſi velis, congruent quæ dicuntur de peccato Idololatriæ 92.1
*De iuſtitia vero, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.*
Quod per Spiritus ſancti aduentum argutus, & conuictus ſit mundus de iuſtitia legis, quæ oſtenſa eſt inſufficiens ad iuſtificationem, adeoque & fugata inſtar Aquilonis. 654.1. Vide & 193.2. de inſufficientia iuſtitiæ legis.
Arguet quoque mundum Spiritus ſanctus de iuſtitia, quam adeo facile potuit exercere per auxilium gratię, quam Chriſtus ei meruit, vadens ad Patrem per paſſionem, ac mortem ſuam, prout habes 181.2
Quomodo per Chriſti gratiam, & aduentum Spiritus ſancti in nos reddamur idonei ad omnem iuſtitiam, atque adeo ſi eam non exerceamus, merito de iuſtitia ipſa arguamur. 684.2
*De iudicio arguet mundum, quia Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.* Per Spiritus ſancti aduentum tolli excuſationem, qua animæ peccatorum lapſus in Diaboli referunt violentiam. 657.2. & 267.2. & ſeq.
*Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.*
Quod diuina myſteria haud ſemper vniuerſis exponenda ſint. 623.1
Quod Chriſtus in docendo condeſcenderit infirmioribus. 804.1. & ſeq. Idcirco illius verba diſtillata dicuntur iuxta arctum os vaſorum ſuſcipientium. 772.2
Sicut boni prædicatores pro temporis opportunitate & mittunt imbres ſapientiæ, & ſtillant mel verbi Dei. 603.2
*Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: Non enim, &c.* vſque ad finem Euang. Vide totum hunc locum explicatum 300. 1

## 70 In Euangelium Dominicæ 5. poſt Paſcha.

*Amen, amen dico vobis, ſi quid petieritis Patrem.* Ingenti cum hac efficacia perſuadere diſcipulis nititur Ieſus, vt ad orationem confugiant, qua Deum ad ſe attrahant, quo illi potius ad Deum traherentur per orationem ipſam. 50.2
*Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*
Tres conditiones tractare potes in verbis hiſce inſinuatas, vt neceſſarias ad orationem, vt efficax ſit.
Primam, vt quod in oratione ipſa petitur, ſit aliquid, quale neutiquam re vera eſt, quidquid ad mundum & carnem ſpectans eſt tranſitorium, & vanum, prout habes 557.2. quale nec eſt peccatum, quod propterea recte tenebrarum nomine nuncupatur, vt habes 75.1. & ſeq. Nec illud omne, quod concupiſcentia ſuis exhibet præſtigiis, vt habes 871
Secundam eiuſdem orationis conditionem, vt qui eam promunt, per affectuum ſuorum moderationem facti iam ſunt filij Dei, qua de re habes 833. 2. Necnon & per diuinæ gratiæ adoptionem, atque ſanctificationẽ, vt habes 581.1. & 232.1
Ea quippe eſt Dei excellentia, vt à nullo ſibi bene miniſtrari patiatur, qui filius eius non ſit. ibid. vide & 66.1
Tertiam, vt ſint factæ in nomine Chriſti, illius nimirum ſignaculo obſignatæ, prout habes 912.2. Chriſti merita, & ſanguinem Patri repræſentantes. 508.1. & 560.1. vbi habes efficaciſſimam ſponſæ orationem innixam totam in iiſdem Chriſti meritis.
*Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo, Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.*
Quod tunc gaudium animæ orantis eſt plenum, quando anima delectatur in oratione, delectanſque eadem oratione Deum, perfectiori ab ipſo Deo perfunditur dulcedinis gaudio, dum ab illo exauditur. Pro qua re vide primum 483.2. vbi habes quam magnam vim habeant delectationes contemplatiuorum, & quomodo ſint oratio efficaciſſima. Vide & 889.2
Quomodo inter animam orantem, & Deum fiat mutua iſtiuſmodi dulcedinis exhibitio, per effuſionem ſui, quam facit in oratione anima, perque oſculum, & vberum porrectionem. 851.2. vbi idipſum ſub gutturis, & vini prædulcis metaphoris ſignificatur.
Vide etiam 507. 2. vbi habes orationis excellentiam ſitam potiſſimum in modo, quo fit humiliter, & quomodo eadem dulcis dicatur tam Deo quam ipſimet oranti.
Demum vide 606. 2. & ſeq. vbi habes plura de hac ipſa orationis dulcedine ſub mellis, lactiſue metaphora deſignata, tum ea, qua perfunditur anima orans, tum ea, qua oblectatur & Deus.
Et quomodo illa duntaxat oratio grata, dulciſue ſit Deo, quæ facta ſit in nomine Chriſti, & ab anima operiente ſe Ieſu Chriſto.
*Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui.*
De maxima vi charitatis Dei, ob quam Pater noſter dici non dedignatur. 371.2. & ſeq.
Cum noſtra potius charitas ſit à charitate Dei, vt habes 42.1. & 67.1. cur hic Ieſus contrarium aſſerat. 43.1. & 50. 2. vbi habes, quomodo Deus trahi dicatur a dilectione noſtra.
Quod charitatem in nobis præcedere debeat fides. 273.1. & 251.2
*Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.*
Quod Chriſtus exiſſe ſe dicat à Patre per Incarnationis exinanitionem. 586.2
Quomodo ab æterno idem exierit à Patre, procedens ex illius ore, & per intellectum. 6. 2

## 71 In Euangelium Rogationum, ſeu Litaniarum.

*Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illum, &c.*
Quod prima, ac potiſſima orantis conditio ſit eſſe amicũ Dei abſque vlla nimirum iniquitate, vt eius orationes exaudiantur. 606.1. puritate decorum, & eiuſdem Dei charitate ſuccenſum. 588.2
*Et ille de intus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt.*
Quod Deus aliquando ob amicitiam, & fiduciam, quam habet cum amico orante, differt audire illius preces. 686.1
*Pueri mei mecum ſunt in cubili.*
Vide huius loci allegoriam ex Nyſſeno allatam 442.2
*Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens, eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi.*
Aſſiduitas orationis adeo eſt valida, vt vel propter importunitatem teneat Deum. 416.1
In orationis aſſiduitate pia anima in murum ſeſe opponit iræ Dei. 945.2
Quod orationis ſtudium ſit prælium. 946. 2
In hoc orationis prælio quam fortiter anima deuota ſe opponat iræ Dei. 946. 1
Quod iſtud orationis prælium gratiſſimum ſit Deo, tametſi cum ipſo, & in ipſum committatur. 362.2
Quod idem non vnum duntaxat, ſed duplex ſit prælium, quaue ratione. ibid. & ſeq. & 363.1
Quod in iſtiuſmodi prælio haud alio pugnetur gladio, quam ipſamet oratione, gladio ſane peroptimo, de quo habes 431.1. & ſeq.
*Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.*
Cum petere proprie vocis ſignet emiſſionem, quærere autem Deum fiat corde, iuxta illud Pſalmi. *In toto corde meo exquiſiui te.* Et pulſare ſoleat fieri manibus, quę operationum & ſymbolum ſunt, & inſtrumentum: Poteris hoc loco agere de triplici ſpecie orationis, vocali, mentali, & quæ per ipſa fit opera bona, de quibus plurima habes 607. 1
De oratione vocali, quæ prima eſt. ibid. 2
De oratione mentali, eiuſue excellentia ſuper vocali. ibid.
De tertia demum orationis ſpecie, quæ fit per bona opera. 608.1
De efficacia iſtius tertiæ ſpeciei orationis. ibid. & ſeq.
*Omnis enim, qui petit, accipit.* Id verificari, quia oratio habet vim conſtringendi inſtar vittæ, atque funiculi. 506.1. & ſeq.
Conſtringit enim creata omnia, trahitue illa ad voluntatem animæ orantis. ibid. 2
Quinimo eodem fere modo conſtringit, trahitue & Deũ, nedum veluti catena, vt habes 50. 1. ſed etiam vt exiguus funiculus, & tenuis vitta. 507. 1
Quomodo oratio ſemper impetret effectum petitionum ſuarum. 507.2

Quanto

*Quanto magis Pater veſter de cælo dabit Spiritum bonum petentibus ſe?*
Quomodo ob deuotam orationem Deus conferat animæ Spiritum bonum gratiæ, ſanctitatis, atque perfectionis. 611.1. & 506.1
Vide de materia orationis plura, ſi velis, in Indice rerum verb. *Oratio*.

## 72 In Euangelium & feſtum Aſcenſionis Domini.

*Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, & increpauit*, &c.
Quod ſicut Eccleſia pollicita eſt Chriſto effuſuram ſe odorem nardi, & ſanctitatis ſuæ, poſtquam ille adſcendiſſet in cælum, cumque ibi is recumberet in accubitu ſuo, vt ex Gregorio Papa habes 170. 1. Ita viciſſim Chriſtus ipſe recumbentibus vndecim diſcipulis antequam in cælum aſcenderet, ſuauiſſime myrrhæ ſuæ illis, totique ſimul Eccleſiæ effudit odorem in amara quidem increpatione, ſed quæ ex maxima prouenerit charitate, & maxima animi puritate, quæue maximi facienda eſſet. Vide quæ dicuntur ſuper verſ. xiij. cap. v. *Labia eius lilia diſtillantia myrrham optimam*: ſed in primis in expoſitione quarta. 772.1
Vide 867.2. vnde colliges, apte recumbentibus, &c. allatum à Chriſto vinum optimum in increpatione, & correctione, quam fecit.
*Et duritiam cordis*. Quod Chriſtus poſitus ſuper cor quantumlibet durum, & molle illud reddat, & ſua obſignet imagine. 912.2
*Et dixit eis, Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.*
Vide iſtorum verborum explicationem 317.2. Vbi habes & quanta celeritate mundum vniuerſum peragrarint Apoſtoli volantes vt nubes, & vt columbæ.
Quod qui amici Dei ſunt, prompti ad Euangelij prædicationem eſſe debeant. 318.2
Quod Eccleſia publica ſit ex hoc, quod Apoſtoli velociſſime properauerunt ad Euangelij prædicationem. ibid. & ſeq. vbi habes ipſam Eccleſiæ pulchritudinem ſitam eſſe præcipue in pedibus Apoſtolorum, ac prædicantium.
Vide & 348. vnde colliges, quomodo in his ipſis verbis, *Euntes*, &c. excitata ſit Eccleſia ipſa ad pugnandum cum vniuerſo terrarum orbe. 348.2
Vide & 417. 2. de admirabili Eccleſiæ progreſſu in iſta Apoſtolorum prædicatione.
Quod in ſuo peragrationis motu iſto per orbem Apoſtoli fuerint inſtar columnarum fixarum, & ſtabilium. 781.2. & ſeq.
Quod Euangelium fuerit propoſitum vniuerſo mundo ad differentiam legis Moſaicæ. 384.2
Ideoque & dictum fontem hortorum. 647.2
Hanc Euangelij prædicationem cur Chriſtus appellet aromata Eccleſiæ. 653.2
Eandem Euangelij prædicationem ob celeritatem dictã quadrigas Chriſti. 821.2
In illius curru animam ad cælum vehi. 822.2
Euangelij eiuſdem curſum factum eſſe per impulſum Spiritus ſancti. 448.2
*Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.*
Quam congrue haud *Ieſus* ſimpliciter, ſed *Dominus Ieſus* dicatur quando de illius aſſumptione ſit ſermo, cum in hac Aſcenſionis ſuæ feſtiuitate is meſſuerit myrrham ſuam, cum aromatibus ſuis, colligens fructus paſſionis, ac virtutum ſuarum exultationem, & gloriam. 674.2
Qua celeritate Chriſtus aſcenderit ſuper omnes cælos, & ſuper omnes ſanctos. 384.1
Quomodo ſe habuerint Apoſtoli, cum viderent Chriſtũ in cælos eleuatum. 7.1. & 741.2
Quod petierint ab illo trahi, optantes illum ſequi. 52.1
Quod per Aſcenſionem ipſam ſuam Chriſtus declinauerit tantum, atque tranſiuerit ab Eccleſia. 740. 1
*Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*
Quod prædicantibus Apoſtolis Dominus cooperatus ſit & ſuggerens illis verba, & prædicata ab ipſis verba in ſuis auribus accipiens, ſimulque inde ea deferens in aures auditorum, ita vt diuini verbi prædicatio tunc fuerit duplex Echo. 350.1
Vide & 360.2. & ſeq. vbi habes quod Dominus cooperetur bonis prædicatoribus conſeruando in illis ſanctæ conuerſationis decorem, & prædicationis ſuauitatem, ac efficac[illegible]
Quod mira[illegible] doctrinam ſuam Chriſtus confirmarit. 776.1
Quod miraculorum poteſtatem Eccleſia acceperit à Chriſto vna cum verbi prædicatione, ideoque dictum, *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea.* 943.1
Vide etiam 160.2. vnde deduces facile, quod ſancti Apoſtoli ob id, quod iuxta Domini præceptum profecti ſunt ad prædicationem, in præmium ſuæ obedientiæ & id aſſecuti ſunt, vt miracula facerent.

## 73 In Euangelium Dominicæ infra octauam Aſcenſionis.

*Cum venerit Paraclitus.* Propoſiturus Apoſtolis, quæ illis imminerent, perſecutiones ante omnia, ob oculos eis ponit Ieſus conſolatorem Spiritum ſanctum, vocans illum Paraclitum, quia futurus is ſit & refrigerium in perſecutionibus, & feruor de frigore timoris. 653.2
Hinc eſt, quod & pia quęque anima tribulationibus probari, & Spiritus ſancti igne ſuccendi rogat. 657.1
Eſt quippe Spiritus ſanctus lætitia illa ſalutaris. 655.2
Affertque & gaudium. 299.2
Ac propterea in tribulationibus ipſis iuſti, in quibus inhabitat Spiritus ſanctus, vt in pacatiſſimo conquieſcunt lectulo. 430.2. & ſeq.
Illaſue vt ſibi maxime proprias æſtimant delicias. 857.1
Et hoc eſt præcipuum ſignum, quod Deus per Spiritum ſuum habitet in quopiam, quia cum gaudio perferuntur ab eo tribulationes. 673.1
Vide & 309.2
*Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis.*
Quomodo mitti dicatur Spiritus ſanctus in piam animã. 656.1. Cur Spiritus veritatis. 653.1
Iſta Spiritus ſancti miſſio cur petatur ſub metaphora deoſculationis. 7.2
Per eamdem miſſionem corripi omne genus intemperantiæ. 730.2. & ſeq.
Cum Spiritum ſanctum Paraclitum, & conſolatorem dicat Ieſus Spiritum veritatis, poſſes hic agere de veris conſolationibus, quibus ab illo perfundimur, præſertim in perſecutionibus. Vide in Indice verb. *Conſolationes Spirituales.*
*Ille teſtimonium perihibebit de me.*
Quomodo Spiritus ſanctus adueniens teſtimonium perhibuerit de Chriſto. 309.2. & 300.2
Quod per Spiritus ſancti apparitionem manifeſtatus ſit Chriſtus adueniens. 300.1
*Et vos teſtimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum eſtis.*
Quod virtutibus noſtris notas facimus incomprehenſibiles virtutes Dei. 169.2
Quod prædicatores tunc recte teſtimonium perhibet de Chriſto, quando prius cum illo verſati ſunt in contemplationis ſtudio. 350.2. & 352.1. & 734.2
Et quando mortificationis illius odorem ex ſe ſpirant. 771.1
Quam enim alijs prædicant, in ſuo oſtendere ſatagunt corpore. 735.1. 736.1. & 740.1
*Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque ſynagogis facient vos.*
De triplici ſcandalo, quod cauſatur ex perſecutionibus, & tribulationibus iuſtorum. 72.2
Quantas perſecutiones ſuſtinuerit Apoſtolorum Eccleſia à Iudæis. 104.1. & ſeq.
*Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.*
Cur Apoſtolorum Eccleſiæ non fuerit mota perſecutio ſtatim poſt mortem Chriſti. 291.1
De perſecutione, quam habituri erant Apoſtoli propter prædicationem. 348.2
Quibus quadrigis Eccleſiæ hoſtes militent contra eam. 821.1
Quod perſecutionibus, & tribulationibus Eccleſia illuſtrior ſit reddita. 70.2
*Hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiſcamini, quia ego dixi vobis.*
Quod prædicatori haud metuendæ ſint perſecutiones. 824.2
Quod ijdem non irruant contra perſecutores. 145.1

## 74 In feſto Pentecoſtes ſuper lectione Actuum Apoſtolorum.

*Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.*
Cur Apoſtoli poſt Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem tacuerint, & ſimul concluſi ſe detinuerint perſeuerantes in oratione vſque ad diem Pentecoſtes. 290.2. & 935.2

Quod

Quod in perſeueranti illa ſua oratione hoc vnum petierint, vt per miſsionem Spiritus ſancti diuinum ſuſciperent oſculum. 7.2

Oratio enim inſtar labiorum, quibus imprimitur oſculum, eſt oſtium, per quod admittitur Spiritus ſanctus, & ex præcordijs emittitur Spiritus ſanctorum affectuum. 505.2

Vnde nil mirum, ſi per orationem illam ijdem ſanctum ipſum aſſecuti ſint Spiritum, humili ea oratione deferente è cælis odorem diuinum, eundemque Spiritum. 170. 2

*Et factus eſt repente de cælo ſonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis.*

Spiritus ſanctus quanta celeritate venerit in Apoſtolos, quamue apte aſsimiletur vento. 299. 2

Quomodo ſaliiſſe dicatur in montibus. ibid.

In aduentu Spiritus ſancti prius auditam vocem, tum viſum ignem, vbi notatur differentia inter externos ſenſus, ac ſenſus ſpirituales. ibid. 2. & ſeq.

*Et repleuit totam domum, vbi erant ſedentes.*

Quod domus illa, illudue cœnaculum fuerit ea cella vinaria, illaue domus, in quam introductam ſe ait ſpōſa. 259.1

Quod in die Pentecoſtes deſcenderit Spiritus ſanctus ſecundum plenitudinem. 300.2. Vide & 268.1

*Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tamquam ignis.*

Cur Spiritus ſanctus in die Pentecoſtes apparuerit in ſpecie linguarum. 217.1.& 935.2

Quod Spiritus ſanctus in animabus exiſtens pene totus lingua eſſe videatur. 317.2

Quam congrue eæ Spiritus ſancti linguæ tamquam ignis apparuiſſe dicantur. 926.2

Cur Spiritus ſanctus ignis dicatur, & quomodo ignis proprietates æque competant Deo, & charitati. 927.1.

Quomodo idem dicatur Impetus aquarum. 644.1

*Seditque ſupra ſingulos eorum.*

Quod Spiritus ſanctus in diſpertitis linguis reſidens ſupra ſingulos Apoſtolorum, ſalierit in montibus. 300.1. Vbi habes & quod ſingulis eorumdem collata tunc fuerit tota Spiritus plenitudo.

Quomodo eidem Spiritui ſancto tribuantur linguæ alæue ignis, & ſeſſio. 926.2

Quomodo per Spiritum ſanctum amota ſint impedimēta omnia, quæ retardare potuiſſent Apoſtolos à curſu prædicationis. 300.2

*Et repleti ſunt omnes Spiritu ſancto.* De diuerſitate plenitudinis Spiritus ſancti, qua repleti hic dicuntur Apoſtoli ab ea, quæ in Chriſtum veniſſe dicitur in Euangelio. 764. 2

Quod Spiritus ſanctus reſederit ſuper Chriſtum, vt ſuper fluenta pleniſſima. 766.1

Ad quid ſuper eumdem venerit idem Spiritus. 891.2

Quomodo idem Spiritus ſanctus in Chriſto requieuiſſe dicatur. 450.1

Spiritus ſancti dona quomodo à Chriſto erecta dicantur vt columnæ argenteæ in ferculo humanitatis ſuæ, ibid. 1. & ſeq.

*Alij autem irridentes dicebant: Quia muſto pleni ſunt.*

Quo muſto, & vino pleni fuerint Apoſtoli, cum in die Pentecoſtes in cellam vinariam introducti fuere. 259. 1. & 308.2

*Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper ancillas meas effundam de ſpiritu meo*, explicatur 472.1. Vbi notandum habes, cum potius dictum ſit, *ſuper ſeruos, & ancillas*, quam ſuper filios.

Quod in die Pentecoſtes Chriſtus coronatus ſit à matre ſua Sion corona, & diademate fidelium, quando ad vnam Petri prædicationem conuerſi ſunt ad tria millia animarum. 470.2. & ſeq. ſed præcipue, 471.1. cum tamē Eccleſia ante hanc diem eſſet parua. 438.1

Quod in die Pentecoſtes facta ſit Eccleſiæ deſponſatio per allocutionem quandam. 935.2

Quod poſt Spiritus ſancti aduentum cœperit Eccleſiæ progreſſus. 951.1

Quod in die Pentecoſtes ſuper Eccleſiam eleuatum ſit vexillum charitatis. 268.1. Tametſi ſpiritus ipſe præſens haud agnitus ſit ab adſtante populo. 309.1

Quod in hoc item die adueniente Spiritu ſancto Deus factus ſit Eccleſiæ murus ignis, illam ambiens. 945.1

Eodem die collatum Eccleſiæ eundem Spiritum vt indumentum, cum ipſa in Apoſtolis ſe haberet vt oſtium. 941.1

Collatum item vt donum, & vt plura dona. 8.2

Et vt oſculum oris diuini. 8.1

Vide plura in Indice rerum verb. *Spiritus ſanctus.*

75 In Euangelium Dominicæ Pentecoſtes.

*Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Quod dilectio noſtra in Deum dignoſcitur ex illius legis obſeruatione. 843.2. & 917.2

Quod Spiritus ſanctus manifeſtetur in nobis per externa opera. 309.2

De duplici charitate, actuali, & affectuali, quarum oppoſitus eſt ordo. 273.1

De excellentia charitatis in Deum ſuper dilectionē omnem, qua diliguntur creaturæ. 65.2

*Et pater meus diliget eum.* Quod tanta charitate iuſtos diligat pater cæleſtis, cum ab illis diligi ſe animaduertit, vt ad ſingulos eorum peculiari ratione ſit eius conuerſio. 871.2

Quomodo propter obedientiam & obſeruantiam diuinæ legis cæleſtis Pater diligat vnumquemque eorum, à quibus vulneratur crine colli. 584. 2

Vulnerum charitatis concertationem peregregie factam inter Deum & animam habes 583.2

Vide plura de immenſa Dei dilectione in homines notata in Euang. ſequentis feriæ 2. Pentecoſtes.

*Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

Quod itinera Dei in animas ſint fundata ſuper dilectione, & charitate, quaue ratione. 781.2

Quod iſta Dei itinera ſint multiplicia, cum veniat in illā vt Deus, vt Rex, vt anima, vt ſponſus, &c. 782.2

Quod aduentus Spiritus ſancti in die Pentec. dicatur & aduentus Chriſti ſpiritualis. 299.1. & 663.2

Aduenit Deus in animam iuſti per nouam ſui communicationem, eaque communicatio eſt triplex. 664.1

Spiritualis Chriſti aduentus in Eccleſiam duo effectus. 663.1

De modo, quo Chriſtus venit in pias animas per Spiritus ſancti gratiam, deque eiuſdem gratiæ effectibus duobus. 384.2

Quomodo Chriſtus per ſpiritalem aduentum ſalire, ac tranſilire dicatur ſuper iuſtos, ſimulque manſionem apud eos facere. 357.2

Qui manſionem apud iſtos facit per ſpiritus ſancti inhabitationem, quomodo petatur, vt reuertatur, cum non diſceſſerit. 382.2

Quod per fidem, & obedientiam ac obſeruantiam diuinorum ſermonum excitetur cor Dei ad conferendum animæ augmentum diuinæ gratiæ, ſicque noua communicatione in illam veniendum. 585.1. & ſeq.

Quod per eandem obedientiam potiſſimum dignoſcitur Deum manere in anima detētum ab ipſa per eam obedientiam. 412.2

Quomodo pia anima ſit ædificium, in quo habitat Deus. 569.2

*Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat.*

Quod ſine dilectione Dei illius lex ſeruari minime queat, cum charitas ipſa ſit vexillum in acie virtutum, vtpote ſine qua virtutes conſiſtere nequeant. 265.2

Cumque in charitate, & ad charitatem vocati ſimus quādo nobis diuina propoſita eſt lex, quæ tota in amore ſita eſt. ibid. & ſeq. vbi plura, vide & 267.1

Abſque charitate nil roboris quidquam habere apud Deum. 751.1. & 933.1

*Et ſermonem, quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius, qui miſit me, Patris.*

Exemplum ad Prædicatores diuini verbi, vt nil boni ſibi adſcribant, & quæ prædicant, haud ſua cenſeant, ſed Dei, cuius ipſi ſunt labia. 504.1

Quorum & eloquium, eloquium Dei dictum habes 505. 1. Vide & 350.1. vbi habes illos ex Dei aſſiſtentia habere & verba, quæ prædicant, & fructum prædicationis.

*Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, &c.*

Ponderans iſtud Paracliti nomen potes agere de Spiritualibus conſolationibus, vt notatum eſt ſupra in Euang. Domin. infra octauam Aſcenſ. quatenus illud ſumitur pro ſignificatione conſolatoris; cumque Apoſtoli in hoc die Pentecoſtes per Spiritus ſancti ſuſceptionem vino ebrij dicti ſint, tracta de ebrietate ſpirituali, quæ ex dictis eſt conſolationibus, de qua habes 693. 2

Quod ſi idem Paracliti vocabulum ſumas in ſignificatu altero aduocati, vide 507.2. quomodo Spiritus ſanctus interpellet pro nobis.

*Quem mittet Pater in nomine meo.*

Quod miſſus ſit Spiritus ſanctus à Patre, vt teneat locum Chriſti, ſicut vexillum in acie tenet locum Ducis. 267.2

Quod Spiritus ſanctus miſſus item ſit pro perſona Chriſti, vt media gratia, quam Chriſtus mundo meruit, peccata à nobis fugaret. 655.1

De iſtiuſmodi miſſionis hiſtoria vide notata ſuper lectionem Act. Apoſtolorum.


In

*Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.*
Quod Spiritus ſanctus doceat illuſtrando intellectum noſtrum. 194.2
Quod ſuggerat nobis omnia inflammans affectum per charitatem. 292.2.& 656.1
*Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Vide notata de pace in feria 3. Paſchatis Reſurrect. & in Dominica in Albis.
*Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.* Quod per Spiritus ſancti aduentum arceatur ab Eccleſia omnis timor mundanus. 653.1. & ſeq.
*Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.*
De amore amicitiæ, quo ita quempiam diligimus, vt illi velimus bonum. 66.1.& 268.2
*Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.*
De immunitate Chriſti ab omni peccato. Vide in Dominica Paſſionis.
*Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio.*
De perfectiſſima Chriſti obedientia, qua ad mortem tetendit. 537.1

## 76 In Euangelium feriæ ſecundæ Pentecoſt.

*Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro eo.*
Quam congrue in diebus hiſce Spiritus ſancti immenſa Dei in nos proponatur charitas, vt ipſe celebretur Spiritus ſanctus, per quem in nobis excitatur charitas omnis. 292.2. Neque enim humanis artibus, aut violentijs ſuſcitari ea poteſt, vt habes ibid. 1.& ſeq.
Curandum nobis, vt illam excitemus memoria beneficiorum Dei ſicut ignem oleo. 295.2. nam & propterea ſponſa eadem Dei beneficia amorum inſigniuit appellatione. 65.1
Quamuis in creaturis ſingulis agnoſcamus fragrantiam diuinæ charitatis, vt habes 66.2. Maxime tamen eadem charitas ſit nobis perſpicua per hoc, quod in Incarnatione nobis dedit filium ſuum, quod fuit maximum amoris ſignum æque ac oſculum. 6. 2. 26. 1. Vide & 270.2. vbi amplificatur hæc exhibitio diuinæ charitatis, cum nobis dedit eundem filium ſuum in ſacramento Euchariſtiæ.
Quod per Incarnationem filij traxerit Deus homines ad ſui dilectionem. 47.1
Ponderans ſingula huius ſententiæ verba circa dictionem, *Sic*, præter immenſitatem, & exceſſum diuinæ charitatis, quem ex notatis habes, & ex ijs, quæ habentur 336.1
Potes, vt tantundem eſt, *ſic* ac in tanta perfectione, agere de perfectione eiuſdem diuinæ charitatis, prout habes 768.1.& 67.2
Sumendo *ſic*, pro tam fortiter, tracta de fortitudine eiuſdem, vt habes 920.1
Circa verbum, *dilexit*, pondera quomodo non dicitur, *Sic Deus diligit*. Vt intelligeremus dilexiſſe illum nos, priuſquam a nobis diligeretur. Vt habes 67.1.& 462.1
Quod iſta Dei dilectio fuerit noſtra dilectione prior in æternitate. 165.2. ſed præcipue 166.1
Circa vocem, *Mundum*, expende amplificationem maximam charitatis Dei, cum mundum ſceleribus plenum pro obiecto habuerit, quando hominum peccatis, eorumdemque miſerijs tractus eſt, vt habes 48.1.& 710.2
Circa id, quod ſubijcitur, *Vt filium ſuum Vnigenitum*. Quam charum, atque dilectum habuerit hunc filium Pater, vide 45.1
*Daret pro eo.* Quod dando nobis filium talem cæleſtis Pater multa, quin & omnia contulit dona. 7.1. Vide 460 2
Quod ita illum tradiderit pro mundo, vt eum ſubiecerit poteſtati Eccleſiæ. 870.2
Quod pro eo redimendo eumdem dederit morti. 913.1
Poſſent ad hunc locum ſpectare quæ dicuntur 460.2. vbi affertur ratio, ob quam potiſſimum Deus ſortitus ſit nomen charitatis apud homines. Et quæ dicuntur 461. 1.& ſeq. & 463. 2. vbi plura de eadem Dei in nos charitate exhibita in morte vnigeniti filij eius ſuper cruce.
*Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*
De triplici modo credendi, Deum, Deo, & in Deum. 410 2
Quod credere in Chriſtum vnigenitum filium Dei tantundem ſit, ac fide, quæ per dilectionem operatur, illum complecti, charitatiſue vinculis eum arcte ſibi vnitum tenere. ibid.
De fide viua, ex qua viuere dicitur iuſtus. 194.2
De eadem fide nedum informata charitate, ſed & transformata in charitatem ipſam, & quomodo operetur vitam æternam. 484.2
Huius fidei oculo qua ratione anima feriat cor Dei, à Deo prius vulnerata, & quomodo inuicem hoc pacto renouent ſibi vulnera. 584.1
Quod pro vmbroſo fidei lectulo promittantur à Deo domus æternæ fælicitatis. 217.1
*Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.*
Adeo hoc verum eſſe, vt & in die ipſo extremi iudicij Chriſtus futurus ſit maxime ſollicitus pro hominum ſalute. 935.1
Iudicij, atque damnationis opera quomodo Deus ſibi aliena reputet. 62.2
Immo cum quempiam iudicare, & dãnare cogitur, quodammodo inferni doloribus affici dicitur. 920.2
Cum ſaluare ſit totius Trinitatis, cur approprietur Chriſto filio, ita vt inde proprium ſortitus ſit nomen Ieſus, ac Saluatoris. 36.1
Quod Chriſtus deſcenderit in homines miſſus à Patre in mundum, vt homines ipſos efficeret paradiſos. 76.1
*Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.* Si per credere in Chriſtum intelligas viua fide illum diligere, potes explicare primam partem huius ſententiæ per id, quod dicitur: *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum.* Secundam vero per id: *Qui non diligit, manet in morte*; vt habes 839.1. Vide & 547.1
Quod recte iam iudicatus, & damnatus ad mortem is dicatur, qui Deum non diligit, quiue per fidem charitate informatam illum non tenet, ſicut corpus illud morte damnatum eſt, quod non teneat animam, cum Deus ipſe ſit anima animarum noſtrarum. 112.2
*Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt*, &c.
Potes hæc intelligere de luce, & tenebris doctrinæ, vt habes 71.1
Vel de luce puritatis diuinæ, de qua 28.1. ac de tenebris peccati, de quibus 75.1
Vide 917.1. quomodo lux, & lex Dei tollatur à corde hominum per tenebras peccatorum.

## 77 In Euangelium feriæ 3. Pentecoſtes.

*Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. Qui autem*, &c.
Vide 704.1. explicatum totum hunc locum de violenta irruptione hoſtium noſtrorum intra cor noſtrum, & è veſtigio de ſuauitate, qua Deus diſponit omnia in conuerſione peccatoris.
Quod hæretici ſint, qui non intrant in Eccleſiam per oſtium Chriſtum, ſed aſcendunt in illam aliunde per ſuos hæreſiarchas, quibus innituntur, atque adeo fures ſunt, & latrones. 900.2 & 911.2. & fuſius 94.2. & 123.1. Vide autem ibid. 2. quomodo latrones exiſtentes, ſodales ſe iactent Chriſti.
*Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt, quia*, &c.
Quod hæretici fugiendi ſint, nulloue modo cum illis ſit ſtandum. 405.1
*Ego ſum oſtium ouium: Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones.*
Oſtende, quàm congruenter hoc Euangelium ab Eccleſia proponatur diebus hiſce Spiritus ſancti, certam nobis proponens regulam cognoſcendi, quando Spiritu ſancto agamur in cogitationibus & operibus noſtris, & quando agamur Spiritu Satanæ, ſuperbiæ, aliorumque vitiorum. Et omnino ad diſcretionem ſpirituum, quã inter præcipua Spiritus ſancti dona enumerat Apoſtolus, vt habes 848.1. & ſeq. Vide autem de hac ſpirituum diſcretione ibid. & 856.1
Præter tria ſigna allata 302.2. Quartum ex hiſce Euangelij verbis collige ſignum, quo diſcerni queat, An à Spiritu ſancto agamur, necne, nimirum ſi inſpirationes, & propoſita ingrediantur per Chriſtum vnicum, ac tutiſſimum oſtium in ſua ſanctiſſima lege; quando agimur iuxta legem Dei, quam oſtium cordis noſtri eſſe habes 706.1
Sic in ijs, quæ ad fidem ſpectant, Spiritus exinde diſcernere licet, ſi quæ nobis ſuggeruntur ingrediantur per Eccleſiam Catholicam, quæ oſtium eſt in Chriſto capite ſuo, vt habes 943.1
Quomodo ſpectantia ad Spiritum ſenſualitatis ingredientia potius per feneſtras noſtras, fures ſint, & latrones mactantes, atque perdentes. 101.1. & ſeq.
*Ego ſum oſtium: Per me ſi quis introierit, ſaluabitur.*
Quod per ea duntaxat opera bona ſaluemur, quæ aggredimur per Chriſtum, eiuſue gratiam. 585.1
Quod Chriſtus ſit oſtium, vnde egreditur gratia omnis,
omnis

omne meritum, vniuerſaque ſalus. 181.1
Quod eæ ſolæ orationes, eaque ſola opera ſint ad ęternam ſalutem, quæ ad oſtium, qui Chriſtus eſt, ipſo ſignata ſint Chriſto. 915.2
*Et ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.*
Vide 743.2. Nyſſeni explicationem de iugi animæ progreſſu in hac vita.
Quod per Chriſtum oſtium vnum in vitam ſpiritualem ingredi per contemplationem contemplatiui & egredi per actionem debeant actiui, vt in illa inueniant paſcua conſolationum Chriſto innitentes. 901.2
Quod ſancti Prædicatores per oſtium vulneris Chriſti ingrediuntur in illius cor charitate ſuccenſum, & ex eodem egrediuntur, cum ad prædicationem ſe conferunt. 272.1. Quanta autem, & qualia ab ijs inueniantur paſcua habes 57.1. & ſeq.
De Chriſti paſcuis, quæ ſunt in facris litteris. 111.2
De iiſdem, vt ſunt inter lilia, ſeu in lilijs. 375.2. & ſeq. & 377.1. & 378.2
De Chriſti paſcuis Spiritualium conſolationum. 115.2
Vide & in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.*
*Fur non venit, niſi vt mactet, & perdat.* Quia Diabolus, mundus, & caro dum voluptatibus ſæculi paſcunt animas, illas mactantes, atque perdentes paſcunt ſemet. ibid.
*Ego veni, vt vitam habeant:* per paſtum ſpiritualium conſolationum, de quibus iam notatum eſt. *Et abundantius habeant,* poſtmodum ſcilicet in paſcuis cæleſtis patriæ, de quibus habes 113.2

## 78 In Euangelium feſti Sanctiſſimæ Trinitatis.

*Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.*
De Chriſti exaltatione & gloria poſt Paſſionem, & mortem à Patre illi exhibitam. 36.1. & 224.2
Quod poteſtatem regiam in eo præſertim exercuerit Chriſtus, vt hominum procuraret ſalutem per eruditionem diuinorum. 55.1
*Euntes ergo docete omnes gentes.* Vide quæ notata ſunt in feſto Aſcenſionis ſuper illa Euang. verb. *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate,* &c.
Ponderans dictionem, *ergo,* ex collata Chriſto poteſtate, inferentem congruens præceptum prædicationis, vide 724.1. vbi habes eum, qui omnipotentiam Dei conſideret, nullum expaueſcere opus, ad quod vocatus à Deo ſit.
*Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*
De Baptiſmo vide in Indice rerum verb. *Baptiſmus.*
De perſonarum diſtinctione in diuinis, deque generatione filij à Patre vt oſculi ab ore. 6.2. vide & 40.1
De proceſſione Spiritus ſancti per modum oſculi oris diuini à Patre, & à filio. 8.1. & ſeq. & ex Bernardo. ibid. 2
Ad tam ſublimia, diuinaque myſteria contemplanda quomodo tendendum. 358.1. & ſeq.
Ad eorundem cognitionem Anima deducitur per cognitionem ſui ipſius. 136.2
Myſteriorum reuelationem dici introductionem in cellaria Dei. 59.1
De incomprehenſibilitate Dei. 391.1
De æternitate Dei. 165.1
Quod Deus ſit actus purus. 28.2
Quod illius puritas, atque ſimplicitas non tollant, quin ſit & pulcherrimus. 201.2
Cum iſtud ſanctiſſimæ Trinitatis feſtum ob id in primis ab Eccleſia inſtitutum ſit, vt Trinitatem ipſam totam celebremus, gratias illi agentes de beneficijs, quibus ab ea cumulati ſumus, aptiſſime de hac beneficiorum Dei commemoratione agere poteris, pro quo vide in Indice rerum verb. *Beneficia Dei.*
Poteris & agere de fide, quæ maxime ad Trinitatis myſterium percipiendum eſt neceſſaria. Vide 61.1
*Docentes eos ſeruare omnia, quæcunque mandaui vobis.*
Quod per obſeruantiam diuinorum præceptorum tendendum nobis ſit ad fruitionem Sanctiſſimæ Trinitatis. 145.1. Vide autem 144.2. congruentias, propter quas diuina præcepta dicantur currus.
Quod obedientia, & impletione mandatorum Dei anima inſtar equi portans Deum, introducit illum in cælum, vbi eſt fruitio eiuſdem Trinitatis. 413.2
*Et ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Si perpetuam Chriſtus Eccleſiæ pollicitus eſt aſſiſtentiam, quomodo ab illa diſcedere dicatur, & remeare. 301.1
Hæc eiuſdem aſſiſtentia perpetua in Eccleſia vnde præcipue arguatur. 134.1. & 138.2
Quod anima ſeruando Dei mandata teneat illum ſecum adſtrictum. 413.1
Quod Chriſtus perpetuo commoretur in Eccleſia Romana. 429.1. & ſeq.

## 79 In Euangelium Dominicæ 1. poſt Pentecoſtem.

*Eſtote miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt.*
Quod in miſericordia, & beneficentia ſita ſit perfectio. 63.1
Si per miſericordem intelligas beneficum, prout literæ ſeries indicat, & benignum: potes hortari ad beneficia conferenda vniuerſis, cum illa amoris, & alæ ſint, & ſagittæ. 926.2. accendantque ad amorem etiam inimicos. ibid. 1
Si vere, & proprie miſericordem intelligas, plurima, quibus ad exercenda miſericordiæ opera horteris, habes in Indice rerum verb. *Miſericordia.*
*Date, & dabitur vobis: Menſuram bonam,* &c.
Quod miſericordes per elargitionem beneficiorum, & eleemoſynarum paſcant ſimul, & paſcantur. Dumque aliis dant, pleniorem à Deo recipiant menſuram. 548.2
*Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadent?*
Quod docentes praua obſeruandi ſint velut proximi hæreſi, ne & alios cadere faciant. 367.2
*Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut,* &c.
Vide quæ notata ſunt in Euang. fer. 3. Dominicæ 2. Quadrageſimæ ſuper ea verba, *Secundum autem opera eorum nolite facere.*

## 80 In Euangelium & feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti.

*Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.*
Quod in hoc Sacramento Chriſtus ſe reliquit Eccleſiæ in cibum, ac potum triplicem præſertim ob cauſam. Primo, quia prius cibo item Diabolus hominem ſubiecerat. 686.2. Secundo, vt Sacramenti neceſſitas per hoc innoteſceret. 687.1. & tertio vt arctiſſimam cum communicātibus perficeret vnionem. ibid. 2
Quod cibus huius Sacramenti differt à cibis corporeis, tum quia non tranſmutatur, ſicut illi, in ſubſtantiam aliti, ſed potius tranſmutat in ſe. 666.1. Tum quia iſte augmento ſemper inſeruit, cum illi, licet nutritioni ſemper inſeruiant, augmento tamen non item. 688.1
Quod Sacramentalis iſte cibus, ac potus, dicatur verus cibus, & verus potus, cum veram conferant vitam, quod non faciunt alij cibi. 679.2. Id autem efficit propter vnitam ſibi diuinitatem. 680.1
Quod cibus iſte triplici ſatisfaciat appetitui famis, ſitis, atque vitæ, 254.2
Quod idem habeat in ſe omnis ſaporis ſuauitatem. ibid.
De eiuſdem cibi effectibus. 183.1
De primo effectu collationis gratiæ pro nutrienda, & augenda charitate. ibid. & ſeq.
Vide & 688.1. vbi & apertius explicatur, charitatem iſtā ſitam in ſumma communicatione, & vnione communicantis cum Chriſto ipſo iuxta id:
*Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Sicut miſit me viuens Pater & ego,* &c.
De quibus verbis habes 458. 2. & ſeq. & 270. 2. & 680. 1
De ſecundo effectu collationis ſanitatis, & puritatis. Quomodo conferat ſanitatem vulnerib. 183.2
Quod in eo, & per ipſum ſit omnis puritas. 379.1
De tertio effectu delectationis, quo ineffabili dulcedine mentem recreat. 184.1
Quod in illo ſit omnis ſaporis ſuauitas. 684.2. Quod per illius maximam dulcedinem inebriari dicantur, & quomodo. 689.1. Quod idem ſacramentum inebriet cauſando exceſſum animæ ad meliora. 693.2
De quarto effectu vitæ, & incorruptionis, atque immortalitatis tum animæ, tum corporis. Quod cauſet vitam, notatum habes ſupra. Quomodo autem cauſet incorruptionem & immortalitatem habes 183.2. Quod idoneos reddat ad æternam requiem. 118.2
De quinto eiuſdem ſacramenti effectu collationis ornamenti, & pulchritudinis. 184.2. Quod idem faciat amicos, & proximos Deo. 703.2
*Hic eſt panis de cælo deſcendens.* Quod è cælo exhibitus ſit panis iſte ſacramentalis, cum in illo ſit Chriſtus corpore, anima, atque diuinitate. 679.2. In eo diuinitas conuerſa in lac. 680.1
Quomodo idem ipſe, qui in cælis ſtat paratus ad opem ferendam hominibus, ſtet in hoc pane partim ſe manifeſtans, & partim ſe occultans. 310.1

Quod idem ipſe intra hunc panem reſideat in Eccleſia, vt eſt charitas. 458.2. & vt excitet ad charitatem. 908.2
Quod in huius panis exhibitione Chriſtus erexerit amoris vexillum ſuper nos. 270.1. Quia amorem ſuum in eo multo perfectius, quam in vlla alia re patefecit. 270.2
Quod in hoc ſacramento habeantur vnita ſimul omnia indicia amoris Chriſti. 689.1. & ſeq.
Quod in eodem amor Chriſtum ſubiecerit poteſtati Eccleſiæ. 870.2
De quibuſdam tanti ſacramenti prærogatiuis. Quod ſit melius quacunque re mundi. 13.1
Quod in illo Chriſtus nos introducat in cellaria ſua. 59.2. & ſeq. & in cellam vinariam. 269.2
Quod in illo Chriſtus ſit in accubitu ſuo. 130.1
Quod communicantes ſimul ſint pauperes, & Reges. 688.2
Vbi habes & quod illud humiliter ſumere ſit maximum omnium donorum, quæ Deo offerre poſſumus.
Quod illud accipiens largiatur. 689.1. & eo paſta anima paſcat Chriſtum. 176.1. & 666.1. Et in eo potetur idem Chriſtus vino condito. 897.2
An Chriſtus vere illud comederit. 678.2. & ſeq.
Quod in eiuſdem ſacramenti ſumptione pia anima nitatur vicem rependere Deo pro omnibus, quæ ab ipſo accepit. 665.1. & 888.1
Quod in illo Chriſtus ſugat vbera communicantium, iiſdemque vberibus illos paſcat. 167.2. Quomodo ab eadem anima in illo oſculetur. 168.1
Vide notata in Euang. Dominicæ infra octauam, & in Indice rerum verb. *Euchariſtia.*

## 81 In Euangelium Dominicæ 2. poſt Pentecoſtem. De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacram.

*Homo quidam fecit cœnam magnam.*
Quod bene Chriſtus inſtituens Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, inſtruenſque conuiuium regium dicatur *homo*, qui alias apud Matthæum in eiuſdem Sacramenti inſtitutione dictus eſt Rex, quia vt homo, eſt Eccleſiæ Rex & caput. 458.1
*Si cœnæ* nomine intelligitur comeſtio, & conuiuiū inſtructum pro nocturno tempore, quando viſibilis haud lucet Sol, ſed ignis vtimur lumine, vide 470.1. & ſeq. quod hoc Sacramentum contemplandum ſit lumine fidei ſuccenſæ charitatis igne; non autem lumine ſenſuum, quod Solis metaphora ſignatum habes 208.1. & 231.1
Recte *magna* dicitur cœna iſta tanti Sacramenti, cum ſit regia, & in ea exhibeatur regnum. 470.2. Vide & 669.2. ſenſum literæ, quem facile applicabis, & 678.2. magis tamen ad rem, vide 679.2
Cum talis, tantaque ſit iſta cœna, haud mirum ſi pij quique ardentiſſime illam inhient, vt inhiat ſponſa. 13.1. & 276.2. & 887.2
*Et vocauit multos.* De hoc potius mirandum, quod eo vſque proceſſerit Dei noſtri bonitas, vt ad eam cænam vocet, inuitetque multos, vide de hac inuitatione 690.1. Et de eadem vt largiori. 686.2. & 687.1. & 689.2. Vbi inuitari dicitur anima, vt magis in charitate proficiat.
*Et miſit ſeruos ſuos dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia.*
Quod parata eſſe omnia ſignificatur ijs, qui inuitantur ad communionem Sacramentalem eo modo, quo ſponſus antequam inuitaret ad conuiuium, ſignificauit ſe meſſuiſſe myrrham paſſionum cum aromatibus virtutum ſuarum, vide 671.2
Si parata proponuntur omnia ex parte Chriſti, congruum eſt & nos omne adhibere ſtudium, vt præparemus quæ ex parte noſtra ſunt neceſſaria ad dignam tanti ſacramenti ſuſceptionem: fit autem hæc præparatio triplici conſideratione, vtilitatis propriæ, magnitudinis Chriſti, quem ſuſcepturus es, & immenſæ charitatis Dei, vt habes 168.1
His adde quartam conſiderationem Paſſionis eiuſdem Chriſti. 140.1. cum propterea Sacramentū iſtud dicatur monumentum eiuſdē paſſionis, vt habes 174.2. & 678.2
Vide de hac præparatione, & conſideratione Paſſionis Chriſti, quàm ve vtilis, & neceſſaria ſit, ex loco Oſeæ Prophetæ. 254.1
Quod vera præparatio ad idem ſacramentum ſita ſit in contritione, & deuotione. 675.2. vide 276.2
Quod veræ præparationis, & diſpoſitionis huius formam à Chriſto ipſo exhibitam habeamus. 679.1
Quinque potiſſimum ad eandem præparationem eſſe neceſſaria, pœnitentiam, fragrantiam virtutum, oratione, feruorem ſpiritus, & eximiū puritatis candorem. 682.2
Quod pro tali præparatione Spiritus ſanctus implorandus ſit. 665.1. & ſeq.
*Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit, villam emi, &c.*
Quod terrena ſint quæ alienant animas à dulciſſimi ſacramenti perceptione, friuolaſque cauſant excuſationes. 19.1
Quod hæ ipſæ excuſationes proueniant à ſenſibus ipſis noſtris pugnantibus in nobis, & contra nos, prout habes 100.2. facile enim aptabis ad rē ea, quæ ibi ad aliud propoſitum dicuntur.
Quod ſi per tres excuſationes allatas, tres deſumere velis concupiſcentias, ſuperbiæ vitæ, oculorum, & carnis: ex iis, quæ habes 568.1. facile colliges, quam periculoſæ eæ ſint, poteriſque aptare ea, quæ in dicto verſ. 8. cap. 4. dicuntur iuxta literam. 566.2. ſuppoſitis iis, quæ habes 470.2. quod in hoc ſacramento conferatur regnum, & fiat deſponſatio Chriſti cum anima.
Vide de materia huius Sanctiſſimi Sacramenti in Indice rerum verb. *Euchariſtia*, & in feſto Corporis Chriſti.

## 82 In Euangelium Dominicæ 3. poſt Pentecoſtem.

*Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani, & peccatores.*
Quod ſummo iure peccatores appropinquarent ad Ieſum, quem vnicum ſuum agnoſcebant medicū, vt illius teſtatur nomen Ieſus, quod ob ſalutis, & miſericordiæ, & medicinæ ſignificationem vnguentum effuſum dicitur. 36.1
Ad hæc facile aptabis ſenſum allatum in litera. 41.1. ſumendo adoleſcentularum nomen pro imperfectis, & peccatoribus, prout ſumptum illud habes 809.2. Quibus addes quod iuxta lect. Sept. dicitur 52.2. *Traxerunt te.* ex ipſo nimirum Ieſu trahentes id, quod effundebatur vnguentum, & oleum miſericordiæ, de quo ex Auguſt. habes 39.2
*Vt audirent eum.* Quod Chriſti doctrina conferret medelam, & vires. 27.2
Quod verborum gratia tanta eſſet in Chriſto, vt per illam allicerentur quique ad ea audienda. 260.1
Quod Chriſtus traheret ad ſe peccatores, vt magnes trahit ferrum. 47.1. Idque in funiculis Adam, & in vinculis charitatis. 47.2
*Et murmurabant Phariſæi, & Scribæ; Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.*
Quod murmurantium lingua dicatur gladius, & cur. 330.1
Quod murmurantes iſti comburerentur lapidibus ignis præ inuidia. 929.1
Quod plebe peccatorum ornatum ſe cenſeat Chriſtus, æque ac caput capillis. 494.2. Quinimo per eorundem conuerſionem coronetur. 572.2
*Et ſi perdiderit vnam ex illis.* Quod peccatoris animam perdit Deus, quando illa elongatur ab ipſo auertens ſe, & ſinens ſe trahi ab herbis terrenarum voluptatum. 125.1. vbi & damna pertractata habes, quæ iſtiuſmodi anima ſubire cogetur vadens poſt dictas voluptates ſicut ouis, quæ perijt.
De inani circuitu iſtiuſmodi ouis, & peccatoris errantis poſt mundana iſta inania. 395.2. & ſeq.
*Nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec, &c.*
Totius huius loci explicationem habes 109.1
*Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat.*
Quod ex diuinæ miſericordiæ conſideratione oriatur exultatio, & gaudium noſtrum. 62.2. vbi plura de hac miſericordia Dei.
Vide quæ notata ſunt in Euang. Sabbathi poſt Domin. 2. Quadrag. de filio prodigo.

## 83 In Euangelium Dominicæ 4. poſt Pentecoſtem.

*Cum turbæ multæ irruerent in Ieſum, vt audirent verbum Dei.*
Quod funiculis amoris Ieſus abſtulerit ab hominibus impedimenta omnia, vt facile poſt ipſum currere poſſent. 47.1
Ponderans verb. *Irruerent*, tracta quam ſit neceſſaria ſollicitudo, & feruor in ſtudio vitæ ſpiritualis. 320.2
Cum charitatis impetus maximi ſunt, vt habes 928.2. haud mirum, quod turbæ iſtæ irruerent in Ieſum, quandoquidem ex ipſa charitate proueniat, vt illius verba libenter audiantur, vt habes 42.1. & 67.1. & 961.2
Quam congrue ſimplices turbæ irruiſſe dicantur, vt & ceteræ, cum ſimplicitas in diuinæ gratiæ vſu ſit maxime grata Deo. Vnde ob eam commendata anima ab ſponſo dicitur. *Impetus deſcendens de Libano.* 646.1

*Piſcatores*

*Piſcatores autem deſcenderant, & lauabant retia.*

Quod Prædicatores ante, & poſt prædicationem deſcendere debeant ad mare Paſſionis Chriſti, demittentes ſe ad contemplationem vulnerum eius, ibique lauare, & purificare ſuam in prædicando intentionem, ſuamque & vitam, hiſce enim vt retibus vtuntur ad piſcandas animas, prædicatione, ſeu doctrina, & exemplis. 351.1. & idcirco oculi dicuntur ſicut columbæ, vt habes 198.2. prout & pura intentio, vt habes 195.2. oculi ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima, vt habes 765.1

Et aſſimilantur gregibus tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro, vt habes 502.2

Vide & 734.2

*Aſcendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis.*

De iugi aſſiſtentia Chriſti in Eccleſia Romana, quæ eſt nauis Simonis Petri. 111.1. & 429.1. Vide plura in Indice rerum verb. *Romana Eccleſia.*

*Rogauit eum à terra reducere puſillum.*

Ponderans verbum, *Rogauit*, cum potuiſſet dici, *Imperauit*, ſeu, *Iuſsit illi*, collige, bonos Prælatos debere eſſe benignos atque amabiles ſubditis, vt habes 545.1

Quod ijdem Prælati ſupereminentiam ſuam ex ſubiectione ad onera ferenda ſibi prouenire debent arbitrari, & conformare ſe proximis. 524.2. & ſeq.

Quod progreſſus vitæ ſpiritualis paulatim ab imis ſit ad ſuperiora: quodve nimius feruor in principio conuerſionis ſit periculoſus. 860.2. & ſeq.

*Et ſedens docebat de nauicula turbas.* Quod Chriſtus ſedens doceret, quia regiam in docendo teneret maieſtatem. 55.1

Quod Prædicatores tunc ſedentes doceant, cum requiẽ, & quietem prædicant. In eorum enim lingua etſi durum quid ſit, ſub lingua tamen habent requiem. Vide ex Bernardo 614.1

Quod boni Prædicatores de nauicula Petri docere debeant, & explicare verbum Dei iuxta ſenſum Romanæ Eccleſiæ, atque ſanctorum Patrum. 351.1

*Dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam.*

Ex Chriſti aſſiſtentia, quam ſublimes, atque efficaces ſint ſcripturæ ſacræ, & è contra. 214.1

In vita ſpirituali tendendum ad culmen perfectionis: conuerſatio namque iuſti excelſa inſtar palmæ. 861.1

*Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Quod Prædicatores Deum ſibi adſtantem, noctiſque tenebras expellentem habere debeant: in vanum enim laborant, ni Deus prædicatum verbum deferat ad corda audientium. 350.1

Quantum laborent mundani in nocte huius ſæculi. 99.2. Quamve inaniter. 395.2. & 92.1. & 19.1

Quomodo pia anima tribulationibus per totam noctem laboret, & nihil capiat, vel aliquid capiat, Deum inueniens, aut non inueniens. 388.2

*In verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſet, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam.*

Quod Prædicatores a Deo miſſi, & ex obedientia prædicantes, ſecurum, magnumque ex concionibus ſuis referunt fructum. 700.2

Vide & 349.2

Quod obedientia perfecta fiat conſpicua omnibus promptitudine, & hilaritate. 536.1. Hæc promptitudo eſt ad ſimplicem nutum. 406.1

Illius gradus, propter quos comparatur monilibus. 155.2

Per eandem fiunt proficua, quia alioquin eſſent inutilia. 406.1

Quod eidem plerumque concedatur facultas faciendi miracula. 160.1. & ſeq.

Vide plura in Indice rerum verb. *Obedientia.*

*Rumpebatur autem rete eorum.* De ſchiſmate & perturbatione maxima in Eccleſia, quidue tunc faciendum. 110.2

*Et annuerunt Socijs, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, &c.*

Quanta ſit inter ſanctos Prædicatores vnio, & charitas, & quod propterea ſint vna tantum vitta coccinea conſtringens fideles. 504.2

Quomodo Eccleſiæ Doctores vnum quid ſint, diuerſi atque æquales. 497.2

Quodve illorum diſſenſio ſignum ſit ruinæ Eccleſiaſticæ. ibid.

*Quod cum vidiſſet Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu dicens: Exi à me, quia homo peccator ſum.* Quod in profectu ſpirituali pia anima ſemper ſit pauida, ne in Dei obſequio negligens ſit, neue immunda ante Deum progrediatur. 718.2

## 84 In Euangelium Dominicæ 5. poſt Pentecoſtem.

*Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis*, &c.

Cum per hæc Chriſtus deterrere velit, & auertere fideles à falſa Scribarum, & Phariſæorum iuſtitia, quæ ex duplici capite praua erat. Primo, quia tota erat in externo duntaxat, nulla habita ratione interni. Secundo, quia prauæ nitebatur intentioni, cum illi in omnibus eum ſibi præfinirent finem, vt humanam captarent gloriam. Contra vtramque harum prauitatum agere poteris. Et quidem contra primam vide, quæ notata ſunt in Euang. feriæ 4. Dominicæ 3. Quadrag. ſuper ijs verbis: *Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me.* Contra ſecundam vero, vide notata in Euang. feriæ 3. Dominicæ 2. Quadrag. ſuper verbis, *Omnia vero opera ſua faciunt, vt.* &c.

*Niſi abundauerit*, &c. Potes hanc ipſam ſententiam ſumere, vt ſpeciatim dictam à Domino Monachis, & Religioſis, vt per iuſtitiam Scribarum, & Phariſæorum intelligatur iuſtitia, & probitas ſæcularium.

Quod autem ſummo iure multo perfectior in illis neceſſaria ſit iuſtitia, & bonitas ex triplici probabis capite: Primum ex dignitate ſtatus, tum ex obligatione votorum, & tertio ex gratitudine maioris gratiæ, & plurium commoditatum.

Quoad duo prima, dignitatem, & perfectionem ſtatus, quæ ex ipſa votorum obligatione augeatur, plura habes 145.1. per totam expoſitionem illam ſecundam.

Vide multo plura 487.2. itẽ per totã expoſitionẽ ſecundã.

Quod ijdem ſemper progredi debeant in clauſtris. 354.1

Quod ſint Reges. 853.1

Quod ſint comæ Chriſti. 837.2

Quin & guttur item Chriſti. 788.1

Quod in Eccleſia ſint inſtar operis topiarij pulcherrimi. 616.2

Quomodo dici queãt eminẽtiores ipſomet Chriſto. ibid.

Eorum perfectionem ſitam in amore, & charitate, cum & eorum habitus amorem præſeferat. 259.2

Quoad gratitudinem, tracta quam ingens beneficium ſit, admiſſio ad ſtatum Religionis. 27.1

Quomodo Religio ſit domus charitatis. 260.1. Quomodo ſit ſcala. 393.1

Quod ſit optimum exemplar cæleſtis Patriæ. 354.2

Quomodo, & quales montes ſint illius clauſtra. 381.2

Quod in ijs non ſint grauium peccatorum occaſiones, atque adeo grauia peccata ſupponantur ab illis abeſſe. 368.2. Quod eadem ſint hortus, in quo Chriſtus paſcit fideles. 792.1. Vide plura in Indice verb. *Religio*, & *Religioſus.*

*Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Non occides. Ego autem*, &c.

Vide quæ notata ſunt in Euang. feriæ 6. Cinerum in initio, de perfectione Euangelij, ac doctrinæ Chriſti ſuper lege Moyſi, & de Hebræorum traditionibus.

*Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.* Quod per affectuum moderationem filij Dei ſimus, & per conſequens fratres. 833.2. Vide de hac affectuum moderatione ibid. & ſeq.

Poteris hic quoque agere de charitate fraterna, ſeu etiam de pace. vide in Indice rerum verb. *Charitas*, & verb. *Pax.*

*Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod*, &c.

Ad dignam Sanctiſſimi Sacramenti præparationem maxime procuranda in primis pax, cum illud ſit ſymbolum pacis, vt habes 253.2. & charitas, cum idem ſit amor, & charitas. 458.2. Quod qui indigne ad illud acceſſerit, amarum id ſibi faciat atque mortiferum. 254.2

Si de digna ad tantum Sacramentum præparatione agere velis, vide quæ notata ſunt in Euang. Dominicæ infra octauam corporis Chriſti, ſuper verbis. *Quia omnia parata ſunt.*

## 85 In Euangelium Dominicæ 6. poſt Pentecoſtem.

*Cum turba plurima eſſet cum Ieſu, nec haberet quod manducarẽt.*

Quod proprius paſtus Spiritualium, & eorum, qui ſunt cum Ieſu, ſint conſolationes ſpirituales. 115.2

Mirandum quomodo qui ſunt cum Ieſu, careant prædicto conſolationum paſtu, curue id aliquando permittat Ieſus ipſe. 389.2

*Quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent.*

Quod tempus expreſſum in Dei obſequium etſi diuturnum ſit, vix modicum videatur. 406.2

Quod in Dei obſequio, & in vita ſpirituali ſit maxime neceſſaria perſeuerantia. 217.2.& ſeq.

*Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via*. Quod conſolationes ſpirituales ſint neceſſariæ ad vitam ſpiritualem prorogandam. 21.2. Cum ſine delectatione homo viuere nequeat. 9.1.& 278.1

Quantæ ſint moleſtiæ, quæ angunt animas orbatas conſolationibus ſpiritualibus. 64.2. Eædem animæ quomodo præ languore deficiant. 9.2. & 276.2

*Vnde illos poterit quis ſaturare panibus hic in ſolitudine?* Si ſolitudinis nomine vitam ſumas ſpiritualem, qua mundus deſeritur, vt habes 423.2

Potes hic agere de ijs mundi hominibus, ſeu de falſa eorum hominum opinione, qui non credunt, reperiri poſſe in tali ſolitudine conſolationes ſpirituales, quibus vere noſtra reficiatur, & exſaturetur fames. Vide 901.2. Cum contrarium potius dicendum eſſe habeas 24. 2. & ex conſequentibus iſtius Euangelij deduces.

Oſtendere inſuper poteris prædicta diſcipulorum verba magis verificari de mundo iſto, qui eſt vera ſolitudo, veruſque deſertus, vt habes 420.1.& 426.2. deque panibus voluptatum illius, quibus nemo exſaturari in eo poteſt, vt habes 21.1

Plura, quæ ſuper præſens Euangelium notanda hic forent, colliges ex notatis in Euang. Dominicæ 4. Quadrag. vide ibid.

## 86 In Euangelium Dominicæ 7. poſt Pentecoſtem.

*Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

Cauendos, Diabolum, mundum, & carnem, ſic falſos Prophetas dictos, ſicut & ſodales Chriſti, cum ſint nihilominus & Chriſto, & nobis maxime infeſti. 124.1

De eorumdem deceptione, & falſitate, atque præſtigijs per concupiſcentiam 86.2

Quod veri, bonique fideles & extrinſecus, & intrinſecus inſigni pulchri ſunt ſanctitate. 190.1.& 192.1. Idue, quia ipſum induti ſunt Ieſum Chriſtum agnum illum verum, nedum in externis, at etiam in internis, non ſicut plerique, qui indutos quidem ſe exhibent extrinſecus in veſtimentis ouium, & Chriſti, non tamen Chriſtum, oueſque ipſas. 607.1.& 941.1

Hæreticos capiendos attendendo ad eorum falſitates, & obſeruando illorum fraudes, eoſue conuincendo. 367.1.& 371.1

Eorundem proprietates, & mala quatuor. 121.1. ſed in primis quomodo, & ad quid operiant vultum ſuum venientes in veſtimentis ouium. 123.1. Quomodo eorum ſinguli catholicos ſe aſſerant. 293.2.& 95.1

Ipſorum quoque naturam explicatam habes 399.2

In duritie illos ſimiles eſſe Diabolo. 925.1

*A fructibus eorum cognoſcetis eos.* Quod opera bona ſint flores, & fructus. 210.2.& 708.1.& ſeq. quodue teſtificentur ore ſuo. 526.1

*Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus?*

Quod Deus colligat dulces vuas, ac ficus conſolationum ex ſpinis tribulationum noſtrarum. 235. 1. & ſeq.

Quod peccatores ſint ſpinæ. 236.1. Quod mulieres ſint ſpinæ. 237.2

*Non poteſt arbor bona malos fructus facere: & omnis arbor bona bonos fructus facit.*

Quod Eccleſia ſit hortus nobiliſſimus Dei, quaſve habeat plantas & arbores cum floribus ac fructibus. 616.1. & 626.1.& ſeq.

Quod & quælibet pia anima ſit agricultura, & hortus eiuſdem Dei. 618.2

Quod humanum corpus, ipſeque homo recte exprimatur metaphora ficus. 341.1. & potentiæ animæ dicantur vineæ, atque vites. 342.1

Quod iuſtus ſit palma, & cur. 862.1.& ſeq.

Quod germinatio piæ animæ ſit diuina laus in verbis, & fructus in operationibus. 653.1

Germinationem, & fructificationem ſpiritualem eſſe diuerſam à terrena. 856.2

Quomodo flores ſanctorum deſideriorum dicantur parturire fructus. 877.1

Ad comedendos fructus operum ſuorum iuſtus quiſque inuitat Deum, idve in ſui ipſius commodum. 665.1. & 668.1

*Mala autem arbor malos fructus facit.* Quod hæretici ſint arbores Syluestres, atque malæ. 241.1.& ſeq.& 247.1

Qui fructus, quæve damna ab hæreticis prouenient. 651.2

*Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.*

Quod arbores ſpirituales, quæ non proferunt flores, ac fructus, vita deſtitutæ cenſeantur. 368.1

Quod arbores, atque vites mundi, & vitiorum eius eradicentur, atque in ignem mittantur, quave ratione. 99.1. & ſeq.

*Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum; ſed qui fecerit voluntatem Patris mei*, &c.

Quod oratio vocalis, abſque interna, & vera deuotione, quæ ſita eſt in promptitudine ad faciendam voluntatem, nullius ſit valoris ad vitam æternam. 606.1

Quod obediens diuinæ voluntati ita intrabit in regnum cælorum, vt in illud introducturus ſit ſecum & Chriſtum ipſum. 413.2

Quod eadem obedientia celerrime ducit ad regnum cælorum. 145.1

## 87 In Euangelium Dominicæ 8. poſt Pentecoſtem.

*Homo quidam erat diues.* Chriſti opes ingentes ex ditiſſimo corporis eius ornatu arguere, & probare potes, cum totus is eſſet aurum, precioſæque gemmæ. Nam & caput habuiſſe dicitur aurea redimitum corona. 757.2.& manus aureis plenas annulis, precioſiſve gemmis. 774.1. Et corpus thorace gemmis item vndique exornato. 778.2. & pedes aureis quoque calceamentis. 781.2

Multo magis illum diuitem gratiarum opibus intelliges exijs, quæ habes 30.1.& ſeq.

Quod vnuſquiſque fidelium dici queat villicus Chriſti ob exhibitionem dictarum opum illius, & ob creditas eis diuitias gratiæ ipſius. 26.1.& ſeq.

*Qui habebat villicum.* Quales eſſe debeant diſpenſatores rerum temporalium in Eccleſia. 774.1.& 776.2.& 832.2. vbi de iiſdem vt miniſtri ſunt facultatum Eccleſiæ miniſtrantes viduis.

*Et hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona illius.*

Quod peccator diffametur apud Chriſtum, quod diſſiparit gratias, & beneficia illius; idque per peccata ipſa, & mala opera ſua, cum opera voce prægrandi clament, ſintque os vociferans. 526. 1. & 608.2

Quod particula *quaſi*, aliquando ponatur ad ſtatuendam veritatem. 943.1

*Et vocauit illum, & ait illi. Quid hoc audio de te.* De multiplici ratione, qua Deus vocat peccatores, aliquando externa voce Prædicatorum. 700. 1. aliquando vocibus internis, quibus exhibita eis beneficia, eorumque viciſſim repræſentat ingratitudinem. 703. 1. Aliquando pulſatione per ærumnas, & tribulationes. 724. 2. Vide & 702.1. quatuor diuerſos vocationis modos.

*Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius villicare.* Quam metuenda ſint mors, atque iudicium peccatori. 334.1

Quod poſt mortem non relinquatur amplius meriti locus. 674.1

*Ait autem villicus intra ſe: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me*, &c.

De interno propriæ conſcientiæ examine. Quod ſit adſcenſio per deſertum. 426.2

Quod anima quando examinat propriam conſcientiam quærat Deum. 398.1

Quomodo eidem examini indulgēdum ſit etiam à iuſtis. 816.2

Quod peccata noſtra inſpicere debeamus nos ipſi, ne Deus acutiſſime illa inſpiciat. 564.1

Ponderans locutionis huius modum, quo non ait, *Quid dicam*, ſeu, *quid ſcribam*, ſed, *Quid faciam*, tractare potes: Quod opera ſint præparanda à nobis ante mortem, atque iudicium. 331.1. & 335.2. Vide & 931.1

*Fodere non valeo.* Hoc eſſe vnum ex præcipuis peccati damnis, vt propter illud nequeamus bene agere reddente eo potentias omnes ineptas ad operandum. 329.1

*Mendicare erubeſco.* Erubeſcentia praua quàm ſit damnoſa ſtudio orationis, quæ eſt mendicatio ſpiritualis, alijſve exercitijs ſpiritualibus. 352.1

*Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.*

Quod amici ſemper debeant eſſe prompti ad opem ferendam amico ſuo, ita vt tuto ad illos confugere is queat, quandocunque opus fuerit. 622.1

*Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet.*

Quid ſit prudentia, quæve ſint prudentiæ veræ, ac bonæ conditiones, atque proprietates. 499.2

Vide poſt illas marginales totius eius expoſitionis.

*Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos*, &c.

Quod

Quod diuites adiuuantes pauperes adiuuentur à pauperibus. 63[illegible].2

Vide id fuſius probatum 548.2

Quod pauperes ſint Reges, eorumque ſint æterna tabernacula. 853.1

## 88 In Euangelium Dominicæ 9. poſt Pentecoſtem.

*Cum appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns ciuitatem, fleuit ſuper illam,* &c.

Fletu exiſtente loquelâ amoris, vt habes 483. 1. fleuiſſe Ieſum tunc potiſſimum cum triumphum agens Ieroſolymam adiret mortem ibi ſubiturus: vt conteſtatum faceret triumphum ipſum ſuum eſſe triumphum amoris, & charitatis, quam ſibi in ferculo, ac veluti in geſtamine pompatico præferri voluit in titulum, pro qua re vide 444.1.& *463.2.* Ex hiſce enim locis facile plurimam colliges materiam.

Fleuiſſe inſuper Chriſtum, cum præuideret vaſtationem Ieruſalem, vt ſuum exprimeret dolorem. Deus enim cũ punit, quodammodo inferni doloribus affici dicitur, vt habes *921.1.* quandoquidem iſtiuſmodi opus punitionis alienum eſt ab ipſius natura, cuius proprium eſt, vt miſereatur, & parcat. 755.2

Quod & Prælati quique charitatem erga ſubditos exhibere debeant. *592. 2.* Idcirco enim tunc fleuiſſe ſuper Ieruſalem dicitur Ieſus, cum proclamatus eſt Rex.

Quod & vnicuique animæ flendum ſit, quando præuiderit mala imminentia. 846.2. Deque tribus lacrymarum vtilitatibus. 845.2

*Si cognouiſſes & tu.* Ex occaſione iſtorum verborum potes hic agere de vtilitatibus cognitionis ſui ipſius: qua de re plura *136*.1.& ſeq. & 13*9*.2.& de damnis ignorationis ſui. 140.1

*Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Quod dies & tempus Incarnationis, quam Chriſtus appellauit diem lætitiæ cordis ſui, vt habes *469*.1.& ſeq. dies Iudææ dici potuerit, cum ab eius patribus fuerit maxime deſiderata. 248.1.& *667.2*

Quod per eã mũdo allata ſit pax. 12.1. omnibus felicitas, cum bona plurima illam conſecuta ſint. 334.2.& ſeq.& 258.2

*Quia veniẽt dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo,* &c. De ſenſibus miſeram animam opprimentibus. 101.1

## 89 In Euangelium Dominicæ 10. poſt Pentecoſtem.

*Duo homines aſcendebant in templum, vt orarent.* Quam bene aſcendendi apponatur verbum, cum ſit mentio orationis, quæ aſcenſio quædam eſt, & eleuatio mentis in Deum. 422.1

Quomodo anima orans aſcendat, ſimul ac ſedeat eodem tempore. 422.2

Quomodo quæ bene ita aſcendit in oratione, nunquam effundat ſemetipſam, niſi cum diuinum attigerit thronum. 423.1

Quod miro modo iſta fiat aſcenſio in oratione per deſcenſum, & demiſſionem humilitatis. 166.2

Vbi plura de oratione humili.

*Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat.*

Quod oratio ſuperbi cum ſtante ſtet, nec diſcedat ab illo, qui eam profert, cum omnis oratio ex Spiritu habeat & charitate, vt aſcendat. 423.2

Tametſi ex Spiritu ſuperbiæ eadem habeat, vt deſcendat. 166.1

*Gratias tibi ago Domine.* Quod iſtud debet eſſe præcipuum cuiuſque ſtudium, vt iugiter Deo gratias agat. 8*27. 2.* & 518.*1*

*Quia non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, velut etiam hic Publicanus.*

Quod oratio debeat habere adiunctam puritatem vitæ. 441.*1*

Quod iſta Phariſæi oratio mortuam exhibuerit prædictam puritatem, & vitæ innocentiam, cum caruerit humilitate, qua viuæ exhibentur, & conſeruantur virtutes, ipſa ſuſtentante Deum ſuper virtutes, & Deo eam ſuſtentante cum virtutibus reliquis. 519.2

*Ieiuno bis in ſabbatho, decimas do omnium, quæ poſſideo.*

Quod oratio reddatur indecora, & inefficax, tam per liuorem iniquitatis, quam per oſtenſionem cãdoris propriæ iuſtitiæ. 507.2. & ſeq.

*Et Publicanus à longe ſtans nolebat nec oculos ad cælum leuare.*

Quod duplex ſit humilitas, ſpeculatiua, & practica: quodue humilitas iſta publicani fuerit practica ſimul, atque ſpeculatiua. 532.1

Quod humilitas publicani in altum erexit ſuæ demiſſionis cauſam, vt omnibus fieret conſpicuum ipſum indignum eſſe, qui ad Deum accederet. ibid. & ſeq.

Quod iſtiuſmodi humilitas cum erubeſcentia de peccatis ſit ſimilis fragmini mali punici. 520. 2

*Sed percutiebat pectus ſuum dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori.*

Quod contritio cauſet confeſſionem peccatorum. 739.2

Quod per humilitatem impetretur diuina gratia, ardenteſue ex intimis emittantur affectus, & preces. 531. 1

*Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo, id eſt*, præ illo, vt habes 752.*1*

Quod bene poſt expoſitam Publicani contritionem in eo, quod ſtetit à longe, nec auſus eſt oculos ad cælum leuare; confeſſionem in eo, quod peccatorem ſe faſſus eſt; & ſatisfactionem in eo, quod pectus ſuum percuſſit, iuſtificatus idem dicatur: cum & ſponſus hos tres pœnitentiæ actus cum ipſa iunxerit iuſtificatione. *330*.1

Quod humilitas ſit prima radix profectus ſpiritualis, & augmenti gratiæ. *645*.2

Quod eadem humilitas Deum inuenire faciat. 406.2

Quod recte præ Phariſæo ſuperbo, qui in ſe ſuiſque fidebat operibus, Publicanus, qui in Deo tantum confidebat, iuſtificatus dicitur, cum è turri humilitatis Deus pendeat pro clypeis, omnique armatura fortium. 534. 1.& ſeq. Cumque humilitate perficiantur virtutes vniuerſæ. 427.2

*Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* Quomodo exaltans ſe per ſuperbiam, deiiciatur. 489.1

Quod humilitas celſiſſimum obtineat locum. 519.1. & qua ratione in humilitate ſint ſimul demiſſio, & aſcenſio: humiliatio, & exaltatio. 489. 1. Quoue maior eſt humiliatio, eo & maior ſit exaltatio. 519.1

Humilitatem tantam eſſe debere, quanta eſt & magnitudo, quam quiſque habet. 168.2. & ſeq.

Quantis ictibus turrim iſtam celſiſſimam humilitatis impugnent animæ habes 534.1

## 90 In Euangelium Dominicæ 11. poſt Pentecoſtem.

*Exiens Ieſus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ.* De Chriſti itineribus, qualia & ad quid directa. 782.2

Quod Chriſtus è terris Gentilium tetenderit in Ciuitates Iudææ, vt oſtenderet quanti faceret vineam Iudaici populi: qua de re vide 93.2

*Et adducunt ei ſurdum, & mutum.* Quod opera miſericordiæ tam corporalia, quam ſpiritualia ſint æqualiter exhibenda. 549. 2

*Et deprecabantur eum, vt imponeret illi manum.*

De orationibus aliorum, quam ſint proficuæ, & quomodo exquirendæ. 750. 2

*Et apprehendens eum de turba ſeorſum.* De amputandis peccatorum occaſionibus. 331. 2

Seorſum tam grande miraculum facere voluit Chriſtus, cum nobis eſſet humilitatis exemplar, vt habes 533.1

A mundanis, & carnalibus hominibus ſegregandum, qui bene facere velit. 295.1

*Miſit digitos ſuos in auriculas eius.* Quod Prædicatores in vanum laborent, niſi Deus in auditorum corda prædicatum deferat verbum aperiens illis aures immiſſione Spiritus ſancti. 350.1

*Et expuens tetigit linguam eius.* Quod Prædicatores boni non tam aures delinire, quam guſtum audientium reficere debeant. 604. 1

Sicue eſſe fauum ſtillantem mel etiam cum prædicant, quæ amara ſunt ſenſualitati. ibid.

Quanta ſit iſta verbi Dei dulcedo, quam exhibere ſatagunt. 605.1

Quod ea ſita ſit in eo, quod affectus mouent. 505. 1

Quod Chriſti doctrina nedum erudiat intellectum, ſed & afficiat guſtu. 772.2. De illius guſtu, atque dulcedine eximia, vide 785. 1

*Et ſuſpiciens in cælum ingemuit.* Cur in præcipuis operibus Chriſt. oculos ad cæſum leuaret. 464.2. Vide etiam ad hoc propoſitum 777.2. cur manus eius dictæ plenæ hyacinthis.

Ingemuit Chriſtus, quia prædicatores, qui alios afficere velint, debent ipſi prius affici, vt habes 604.2

*Et ait illi: Epheta, quod eſt adaperire, & ſtatim,* &c.

Quod labia, & manus in Deo eadem ſint. 775.1
Quam celeriter fierent Chriſti miracula. 777.1.& ſeq.
Quod fierent poteſtate diuina. 776.1. & 777.1
*Et apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè.* Quod boni prædicatores prius debent auditu percipere verbum Dei, tum ſoluta lingua illud ipſum rectè loqui. 505.1
*Et præcepit illis, ne cui dicerent.* Inanem gloriam fugiendam in bonis operibus noſtris. 534.1
Quanto eis præcipiebat, tanto magis prædicabant, & admirabantur. Quod dum nos occultare ſtudemus bona, quæ facimus, manifeſta ea fiunt à Deo. 748.1
*Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.*
Opera Chriſti omnia extitiſſe perfectiſſima. 776. 1. vbi explicatum habes hunc locum.

## 91 In Euangelium Dominicæ 12. poſt Pentecoſtem.

*Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.* Quam dulcis, quamve ſuauis eſſet corporea Chriſti præſentia. 200. 2. & 784. 1
Quam pulcher idem eſſet nedum virtutis pulchritudine, ſed & quoad ſpeciem extrinſecam. 199. 2. & ſeq. & 204. 2
In Chriſto quanta eſſet verborum gratia. 200.1
Quantus in eodem fuerit decor, atque venuſtas. 200.2
Quod in Chriſto habebatur quicquid recreare poterat. 782.1. & ſeq.
Se odore duntaxat Verbi tactam dicit ſponſa cum adoleſcentulis. Et ſi per eiuſdem ſolummodo nomen magna facta aſſerit, quanto maiora fieri credendum per illius ſubſtantiam, & exhibitionem ſenſibus omnibus. 52.2
Quod beatiſſima prædicetur pia quæque anima, quæ ſpōſa eiuſdem ſit Chriſti. 810.1.& ſeq.
Si Chriſti præſentia cum miſeram hanc, & mortalem hic degeret vitam, beatos reddidit diſcipulos, qui illum videre, quanto maiorem conferet beatitudinem ijs, qui eum viderint in gloria. 113.2. & 646.2
De oculis contemplationis, deque contemplatiuis. 481.1
*Multi Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ,* &c. Patriarcharum & Prophetarum Eccleſia, quanto Chriſti deſiderio flagrarit. 12. 1. & 248.2.& 365.1
Quod & Angeli quoquo modo deſiderent proſpicere Chriſtum, eiuſve paſſiones, ac poſteriores glorias. 201.1
*Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo?*
Quod qui cæleſtem poſſeſſionem adire velit, operæpretium eſt, vt faciat bona opera. 629.2. Vide & 931.1
*In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis.* Quod Sacra ſcriptura ſit hortus nucis. 818.1. & ſeq. Quod ſit penu cognitionis, & quibuſdam ſit obſcura, quibuſdam vero perſpicua. 780.2
Quam apte eadem vocata ſit vocabulo ciuitatis, quam circuit anima, dum illius ſtudio indulget. 393.2.& ſeq.
Quomodo tractanda. 436. 2. Quod ad illius intellectum aſcendatur per fidem. 456.2.& per humilitatem. 648.1
Quod eiuſdem præcepta, & dogmata debeant inter ſe eſſe connexa. 215.2
Quod illius verba ſint ſtimuli amoris, & claui igniti. 55.2
Quod in illa exhibeantur theſauri iudiciorum, & mandata Dei. ibid.1
Quod in illa diſcamus quomodo in charitate, & ad charitatem vocati ſimus. 266.1
Dicamus pariter inſtructam ſuper nos Dei charitatem inſtar aciei. 264.2
*Ille reſpondens dixit, Diliges Dominum,* &c. *& proximum tuum ſicut teipſum.* Vide quæ notata ſunt in Euang. Dominicæ 17. poſt Pentecoſtem.
Quod charitas ſit regula omnis rectitudinis. 67.2. & ſeq. & 69.1
Quod ſit ornamentum omnium virtutum. 479. 1
*Dixitque illi: Rectè reſpondiſti. Hoc fac, & viues.*
Qua ratione charitas dicenda ſit cauſa vitæ æternæ, & beatitudinis. 265.1.& ſeq.
Quod eidem ſeruetur merces plena bonorum operum. 267.1
Ideoque pro ea ſeruanda omnibus neruis eſſe pugnandum. 266.2
Quod in charitate proximi potiſſimum ſit ſitus animæ decor. 788.1
Cum tamen charitas vniuerſa ſit directa in Deum. 546.2
Si materiam ipſius charitatis tractare volueris, vide Indicem rerum verb. *Charitas*, & verb. *Amor*, & verb. *Dilectio.*
*Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.*
Quod vino aſperæ correctionis admiſcendum ſit oleum benignitatis. 613.2
Quod propter idipſum eadem correctio dicatur ſicut vinum optimum. 867. 2
*Quis horum tibi videtur proximus fuiſſe illi? At ille dixit, Qui fecit Miſericordiam.* Quod præceptum dilectionis proximi impleatur per exhibitionem operum miſericordiæ. 548. 1. & ſeq. vbi & plura habes de iiſdem miſericordiæ operibus. Vide & Indicem rerum verb. *Miſericordia.*

## 92 In Euangelium Dominicæ 13. poſt Pentecoſtem.

*Dum iret Ieſus in Ieruſalem, tranſibat per mediam Samariam, & Galilæam.* Quod ſicut Sol nunquam quieſcit ab itineribus ſuis, vt lucem, caloremque ſuum impertiat: ita & Chriſtus nunquam à ſuo deſtiterit curſu, vt lucem cognitionis exhiberet, & ardorem charitatis. 46.2
*Et cum ingrederetur quoddam Caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi.* Quod ægritudines, & tribulationes excitent ad quærendum Deum. 389.1
Non expectarunt leproſi, vt Chriſtus ingrederetur Caſtellum, à quo ipſi per legem arcebantur, neque enim ſegniter operanda eſt noſtra ſalus, ne nobis contingat, quod contigit ſponſæ. Vide 718.1.& 737.1
Quinimmo iuſti deſiderant, & quærunt occaſiones benefaciendi. 868.2
*Qui ſteterunt à longè.* Quia leproſi arcebantur à conſortio hominum, cum peccatum, cuius typus eſt lepra, ſit maxime noxium charitati, vt habes 654. 1. & fuget Spiritum ſanctum. ibid.2
Steterunt quoque à longè per humilitatis affectum, per quem allicitur Dei aſpectus, vt habes 530.1. & ſeq.
*Et leuauerunt vocem.* Quam rectè qui erat in ſpiritu contribulato dicatur eleuare vocem, cum oratio illa ſit ex intimis affectibus. 531.1
Cumque proferatur ab anima leuante ſe ſuper ſe. 423.1. Et cum ad celſiſſimum directa ſit Deū, prout is à ſponſa popoſcit. 362. 1
*Dicentes, Ieſu præceptor miſerere nobis.* Pondera vim breuis huius orationis. Cum enim lepra peccati triplici egeat medicamine, vnguento diuinæ miſericordiæ, vt habes 63. 1. inquiūt, *Miſerere nobis.* Vnguento ſalutis, ideo appellant illū nomine Ieſu, de quo dicitur: *Vnguētum effuſum nomen tuum,* vt habes 36.2. Et vnguentis doctrinæ ac gratiæ, de quibus habes 27.1. Ideo non dicunt, *Ieſu medice,* ſed potius, *Ieſu præceptor.* Quod enim vt præceptor illos ſanarit doctrina patet ex conſequentibus, vbi Chriſtus illos erudiens ait: *Ite oſtendite vos ſacerdotibus.*
*Quos vt vidit, dixit: Ite.* Ponderans quod non dicitur. *Quos vt audiuit,* tracta, quomodo tunc dicatur Deus videre orantes, quando illi in ſua oratione oſtendunt ei cor ſuum gemens, vt habes 361.1
Quam cito accurrat Deus ad eos, qui bene orent. 305.2. & 55.2
*Dum autem irent, mundati ſunt.* Quomodo per actum obedientiæ abripiatur à Chriſto cor miſericordiæ eius. 585.1.& 584.2. vbi habes & explicationem huius loci.
Quod obedientia vim inferat ipſimet Deo. 412.2
Quod Deum teneat ſibi adſtrictum vir obediens. 413.1. & ſeq.
Quam proxima Deo ſit eadem obedientia. 535.2
Quod obedientia ſit cauſa multiplicium victoriarum etiam de Deo. ibid.
*Vnus autem ex illis vt vidit, quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum.*
Quam vtilis ſit beneficiorum Dei cognitio, atque memoria. 65.2
Quod ad hanc cognitionem, atque memoriam neceſſarium ſit, vt adſit charitas. 26.1. Vide ibid. 2. plura de excellentia diuinorum beneficiorum, & quomodo propter illa magnificandus ſit Deus.
*Nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt?* Cum iſti nouem cœperint quidem bene agere obedientes præcepto Chriſti, non tamen in bono perſeuerauerint, vt decimus: tractare hic potes de neceſſitate perſeuerantiæ, quæ perfectionem exhibet ſtructuræ domus æternæ beatitudinis, vt habes 217.2. Vide & 878.1

## 93 In Euangelium Dominicæ 14. poſt Pentecoſtem.

*Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire.* Quod fieri nequeat, vt ſimul in aliquo regnet peccatum, & Deus, cum mutuo ſeſe expellant. 654.1 .& ſeq.
Idcirco abigitur ab Eccleſia, & ab anima Diabolus, & aduoca-

aduocatur Spiritus ſanctus. 658.1
De diuerſitate modi, quo in homines exercuere dominium Deus, atque Diabolus. 98.1
Quod fieri nequeat, vt eodem tempore quis à Dæmone, mundo, & carne paſcatur voluptatibus ſæculi, ac carnis, & à Deo reficiatur conſolationibus ſpiritualibus. 19.1.& 124.2
Quomodo Diabolus vſurparit dominium animę, & quomodo illum expulerit Chriſtus. 268.1
Quod anima quæque aut Dei ſit, aut Diaboli iuxta vexillum, quod ſuper ſe habuerit. 270.1
*Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut alterum ſuſtinebit, & alterum contemnet.*
Quod nec diabolus, nec mundus totus ſint proportionatum obiectum amoris noſtri. 376.2
Quod Diabolus, mundus, & caro odio habendi ſint ab vnaquaque anima, cum ſint illius hoſtes immites. 97.2. & 83.2. Vide idipſum & de carne, eiuſve ſenſibus 100.2
Quod recte qui Diabolum pro Domino habet, aut mundum, & carnem, haud dicitur illum, ſeu illos diligere, ſed potius ſuſtinere, quia grauiſſimum ſit tyrannidis eorum onus, grauiſſima & onera, & detrimenta, quæ ſubire cogitur in eorum ſeruitio. Vide 704.2. quomodo ij irrumpant miſeramque furentur animam. Vide & 101.1. de damnis illatis à ſenſibus. 87.1. & de damnis, quæ ſuſtinere cogimur per carnis concupiſcentiã. & 131.2. Quomodo Diabolus, mundus, & caro etiam dum voluptatibus ſæculi paſcunt animas, ſummũ illis inferant damnum, cum ſemet paſcant animabus ipſis.
Quod Deus odio haberi nequit, ſed contemni dicitur à peccatore, dum is ab illo deficiens auertitur ad Diabolum, mundum, &c. Cum ſit vnum, & proprium obiectum amoris noſtri. 265. 1. Cumque immenſis ab eo cumulati ſimus beneficiis. 264.1. Et cum illius in nos amorem immenſum aduertere fas ſit. ibid.2
Quomodo anima Deum contemnat ab illo deficiens facta ſimilis meretrici. 127.1
De eiuſdem auerſione à Deo. 327.2
Quod qui Deum pro domino habent, illum diligant operæprecium eſt, cum eius regnum ſit regnum dilectionis. 760.1
Quod iugum ſeruitutis Dei ſit iucundum, atque ſuaue. 917.2.& 901.2
Quod Dei ſeruitus ſit quædam participatio cæleſtis patriæ. 259.1
Quod eadem tota ſit in charitate. 260.1
Quod eadem adhibenda à nobis ſit & coram Deo, & coram proximis. 915.2
Proteſtamur illam notis dilectionis, & charitatis. ibid.
Quod eidem ſeruituti addicti, ita ſint Reges, vt & regnũ ipſimet Deo conferant vna cum regia corona. 471.2
*Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ.* Quomodo amor piæ animæ eleuetur totus in Deum, & ad illum vnum directus ſit. 376.1
Quod qui Deo ſeruit debet eſſe liber ab omni alia re. 915.2. 514.1
*Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neque corpori veſtro, quid induamini. Reſpicite,* &c.
Quod fideles proijcere ſe debeant totos in Dei manus, per quem abundanter illis de omnibus prouideatur. 286.1.& 287.2.& 379.1.& 871.1
De exactiſſima Dei prouidentia erga homines. 764.1
*Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? conſiderate lilia agri,* &c.
Quod externa ſanctitatis pulchritudine inſtar liliorum decora reddatur pia anima. 226.1
Quod veſtimentum, de quo par eſt, vt ſolliciti ſimus, ſit Ieſus Chriſtus. 607.1. ſintque, & virtutum opera, & in primis ſubiectio, & obedientia. 608.1
Virtutes quam congruentiam habeant cum veſtimentis. 614.1
*Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Vide huius loci explicationem 631. 1. & ſeq.

### 93 In Euangelium Dominicæ 15. poſt Pentecoſtem.

Vide in feria quinta poſt Dominicam 4. Quadrag. in qua hoc ipſum legitur Euangelium.

### 94 In Euangelium Dominicæ 16. poſt Pentecoſtem.

*Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum Sabbatho manducare panem.* Quod Ieſus, qui ab æterno erat in accubitu, & conuiuio ſuæ felicitatis, vt habes 165. 1. Inuitatus veniat in vnamquamque animam ad manducandum, quidve ibi manducet. 664.1
Quod quando diebus feſtiuis accedimus ad communionem, ingreditur Ieſus in domum noſtram, manducare panem, quave ratione. 666.1
Quod panis vocabulo deſignetur cibus quilibet. 677.1
*Et ipſi obſeruabant eum.* Inter alias rationes, ob quas Chriſtus venit in mundum ea eſt præcipua, vt haberemus, cuius geſta obſeruaremus. 46.2
Ita vt illius humanitas propterea dicta ſit turris Dauid, & tanquam Pharus quædam, quam obſeruaremus viatores. 533.1
Quomodo anima religioſa obſeruare dicatur Chriſtum in fratribus religionis ſuæ. 891.1
Quomodo quamcumque in tali obſeruatione viderit in alijs monaſterijs obſeruantiam, apprehenſam in ſuum deferat monaſterium. 896.2
Peſſimam extitiſſe obſeruantiam Phariſæorum, qua hic Chriſtum obſeruaſſe dicuntur, cum per prauam intentionem prauum reddatur & quodcumque opus. 196.1
Vt bonum ſit opus aliquod faciendum ex charitate. 467.1
Quomodo Angeli obſeruent Deum aſſiſtentes diuinæ menſæ. 232.1
*Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*
Quod peccator eatenus peccati decoloretur nigredine, & morbo, quatenus non eſt ante Chriſtum. 89.2
Quod is, qui oblique ambulat corã Deo, efficiat, vt Deus pariter cum illo oblique procedat. 90.1
*Et reſpondens Ieſus dixit ad legis peritos, & Phariſæos.*
Reſpondendi verbum dupliciter ſumi. 316.2
*Si licet Sabbatho curare?* Quod dies feſtos conſtituerit Dominus, vt in illis quiete beneficiorum eius indulgeretur meditationi. 65.1
*Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco.*
Quam diuerſimode ſe habeant ſtulti ac ſapientes in prælaturis ambiendis. 95.2. & 105.1
Supereminentiam vnde, & in quo ſibi cenſere debeant Prælati. 524.2.& ſeq.
*Quia omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat,* &c. Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. Dominicæ x. poſt Pentecoſtem & ferię 3. poſt Domin. ſecundã Quadrag.

### 95 In Euangelium Dominicæ 17. poſt Pentecoſtem.

*Interrogauit Ieſum vnus ex eis legis doctor tentans eum.*
Quam bene ab Apoſtolo dictum ſit, ſcientia inflat, charitas autem ædificat. 348. 2. & 569.2
*Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege.*
Quod Chriſtus ſit vnus Eccleſiæ magiſter, quia per illum ſolum ſcripturarum intelligentia exhibeatur. 54.2
Quod idem ita magiſter ſit noſter, vt ſit ſimul & Rex. 55.1
*Ait illi Ieſus, Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo,* &c. De hoc pręcepto, quiue ſit illius intellectus habes 265.2
Qua ratione diligere debeamus Deum. 112.2
*Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile huic.*
*Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Quod charitas in Deum atque in proximum æqualis in nobis eſſe debeat inſtar duorum gemellorum. 547.2
Quamquam vniuerſi piæ animæ amores ſint in vnum Deum directi. 548.1
Quod ad perfectam animæ pulchritudinem neceſſarij ſint iſti duo amores. 798.1
*In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ.*
Quam apte ſub duorum vberum metaphora duo deſignentur amores, in Deum, atque in proximum. 546.2
Quod duo iſta charitatis præcepta ſint duo crura, & duæ columnæ marmoreæ fundatę ſuper baſes aureas. 781.2
Quod charitatis præceptum ſit compendium totius legis, quia charitas eſt ornamentum omnium virtutum. 467. 2. abſque illa nil roboris quidquam habet apud Deum. 750.2
Quod tota Scriptura ſacra excitet ad charitatem. 55. 2
Qua ratione charitas ſit vexillum in acie virtutum. 265.2
Vide notata ſuper Euang. Dominicæ 12. poſt Pentecoſt.
*Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? dicunt ei, Dauid.*
Quod Chriſtus vt filius Dauid fuerit Rex, & caput Eccleſiæ. 458.1
*Et nemo poterat ei reſpondere verbum.* Ex occaſione iſtius ſententiæ poteris hoc loco agere de eximia Chriſti ſapientia, deque ſapientia diuinorum in genere, de qua plura habes 640.2

## 96 In Euangelium Dominicæ 18. poſt Pentecoſtem.

*Venit Ieſus in Ciuitatem ſuam.* Quod eos, qui nobis proximiores ſint, maiori proſequi debeamus charitate. 272. 2
Sicuti & Apoſtolum Beatum Paulum feciſſe legimus. 459.2
Et glorioſiſſimam quoque Virginem maximè ſedulam pro conuerſione Iudaici populi. 738.1
Cum Capharnarum dictum ſit Ciuitas Ieſu, non quia eius dominium habuerit terrenum, ſed quia frequentius in illa degerit, miraque operatus ſit, exaggerare potes primam hanc appellationem, prout aliam appellationē ſimilem à Bernardo exaggeratam habes 336.1
Tum oſtende quomodo & pia quæque anima eiuſdem Ieſu, & Dei ciuitas dici queat, vt habes 798.1
*Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto.*
Nouum ac admirabile proponi, vt reperti ſint, qui præ charitate adiuuerint hunc paralyticum, cum paralyticus ille alter dixerit: *Hominem non habeo, qui,* &c. proba ex ſignificatu dictionis, *Ecce,* de quo habes 189.2
Quod per peccatum, æque ac per paralyſim anima reddatur inepta ad bene operandum. 329.1
Quomodo anima per peccatum iacere dicatur. 737.1
Quod lectus, in quo peccator iacet, ſit terrenorum copia, atque voluptas. 389.1
*Et videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico.*
Quod ad aliorum orationes confugiendum ſit. 750. 2. Quamve illæ ſint proficuæ. 751.2
Quod fides ſit oratio efficaciſſima. 609.1
Quod iſtam orationem vidiſſe potius, quam audiſſe dicitur Ieſus, quia fides eſt facies Eccleſiæ, & animarum, vt habes 361.1. & quia eorum fides erat transformata in charitatem, vt habes 484.1. Et quia fides illa operans per dilectionem erat funiculus coccineus aſpectui obiectus. 510.2.& ſeq.
Quam apte orationes ad Deum emiſſæ pro peccatoribus dicantur aromata, & incenſum directum in conſpectu illius. 598.1
*Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Quod ægritudines, & tribulationes ſæpe eueniant propter peccata, tametſi id haud ſemper ita ſit. 73. 1. & 74.1
Quod optime hæc duo iungantur, confidentia, id eſt, excluſio ac effugatio humani, ſeruiliſue timoris, & remiſſio peccatorum, cum & timor hyems quædam ſit, vt habes 325.1. & peccata pariter ſint hyems, vt habes 329.1.& ambo ad Chriſti veri Solis conuerſionem, atque intuitum deficiant, vt habes 325.2.& 328.1
*Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala,* &c. De acutiſſimo Chriſti intuitu, propter quem dictus eſt ſimilis capreæ. 307.2
De malis cogitationibus capiendis, atque fugandis. 368. 1 .& 371.2
Quomodo cogitationes dicantur fieri in corde, & à corde potius quam a mente. 491.2
*Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge.*
Quod Chriſti opera diuinitatis poteſtatem in illo indicarent. 776.1
Ex eo, quod Ieſus magis reſpiciens fidem eorum, qui ei obtulerunt paralyticum, quam malitiam eorum, qui aduerſus ſe murmurabant, haud indignatus eſt, ſed miſericordiam pleniorem in paralyticum ipſum exhibuit, tractare potes, quantum is ad miſericordiam propenſior ſit, quam ad indignationem, qua de re habes. 63.1

## 97 In Euangelium Dominicæ 19. poſt Pentecoſtem.

*Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.* Quam apte cœleſtis fælicitas explicetur metaphora comeſtionis, ac potus, lautique conuiuij. 142.2. vbi octo afferuntur rationes, & congruentiæ talis metaphoræ.
Quomodo in Incarnatione cœleſtis pater fecerit nuptias filio ſuo, quando verbum caro factum eſt, & humanitatem ſibi vniuit in ſponſam, carnis diademate coronatum. 469.2.& 249.1
Quomodo & in die Natiuitatis Domini eædem celebratæ ſint Chriſti nuptiæ. 475.2
Quod in Cruce eædem cum Eccleſia celebratæ ſint Chriſti nuptiæ. 474.1. & 906.2.& 671.1
Quod nuptias item celebrarit Chriſtus cum Eccleſia, & cum deuotis animabus in ſanctiſſimo Euchariſtiæ conuiuio. 470.2
De nuptiali autem conuiuio iſto vide, quæ notata ſunt in Euang. Dominicæ 2. poſt Pentecoſtem.
Quod nuptiæ pariter cum Eccleſia celebratæ ſint in die Pentecoſtes. 471.2
De matrimonio ſpirituali inter Chriſtum, & Eccleſiam. 374.1.& ſeq. Inſigne diſcrimen iſtius matrimonij à matrimonio carnali. 871.1
Quod matrimonium iſtud ſit indiuiſibile, & inſeparabile. 375.2
De nuptijs, & deſponſatione animæ cum Deo. 250.2
Quomodo hæc deſponſatio dicatur fieri per fidem, cum videatur fieri potius per charitatem. 251.2
Quomodo vno charitatis actu anima fiat & mater, & ſponſa Chriſti. 475.2
Quod cum eadem pia anima Chriſtus ſponſetur in tribulationibus. 474.1. De conuiuio iſtarum nuptiarum. 682.2
Quod Chriſtus ſponſæ ſuæ tradat ſemetipſum pro annulo. 911.1
*Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias.* Quod tempore nuptiarum Incarnationis Verbi miſſi à cæleſti Rege fuerint Patriarchæ, & Prophetæ, vt vocarent Iudæos ad dictas nuptias. 346.1. Vide & 319.2. & 104.2
Iudaicum populum quam frequenter Deus enixus ſit reducere ad rectum tramitem. 698.2
*Et nolebant venire.* Quanta peruicacia Iudæi obſtiterint diuinis vocationibus, & Prophetarum vocibus abiicientes verum Dei cultum. 741.1
De reſiſtentia vocatorum, qua obſiſtunt diuinis vocationibus ad nuptias gratiæ, & Euchariſtiæ, atque æternæ fælicitatis. 716.1
Quod mundani renuunt venire ad nuptias veræ beatitudinis, dum illam male quærunt in voluptatibus ſæculi. 390.1
*Iterum miſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui.* De miſſione Apoſtolorum ad prædicandum Euangelium, inuitandumque vniuerſos ad nuptias gratiæ. 317.2
Quod prandium paratum in nuptijs Incarnati Verbi fuere dicta, factaque Chriſti, ſeu potius virtus, atque potentia, quæ in illis elucebat. 46. 2
*Tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.* Quod Chriſtus gratiam nobis meruerit, gratiæve conuiuium inſtruxerit per Paſſionem ſuam. 181. 1. & 37. 1. quod virtus nominis Ieſu exhibita ſit in illius Paſſione, & morte, vide 187.1.& ex Chriſto lancea compuncto gratia præfluxerit.
Quomodo Chriſtus in Paſſione ſua meſſuerit myrrham afflictiouum lætiſſimum agens epulum. 670. 2
Quod in eadem Paſſione triplex Eccleſiæ exhibuerit munus, triplexque eidem parauerit conuiuium nuptiale. 671.2
Quod Paſſiones ſuas Chriſtus melleas reddidit contemplatiuis. 683.2
Quod Paſſione ſua parauerit nuptiale beatitudinis conuiuium. ibid.
*Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in villam ſuã, & alius,* &c. Mundana relinquenda vna cum propria voluntate, vt ad Chriſti nuptias accedamus. 394.1. & ſeq.
Quod Iudaicus populus Chriſti nuptias neglexerit totus terrenus exiſtens. 389.1
*Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt.* Iudæorum populus quam male ſanctos tractarit Prophetas. 745.1
*Ite ad exitus viarum, & quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi,* &c.
Vide iſtud explicatum 687.1
*Amice quomodo huc intraſti abſque veſte nuptiali?*
Quod charitas ſit veſtis, ac ornatus nuptialis Chriſti, atque piarum animarum. 474.2.& 798.1

## 98 In Euangelium Dominicæ 20. poſt Pentecoſtem.

*Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.*
Quam præſtantior quocumque mundi Rege ſit Chriſtus non tantum vt Deus, ſed etiam vt homo. 241.1
De diuerſa regnandi ratione, qua Chriſtus regnat, quaue Reges mundi. 476.1
Filius reguli infirmabatur propter bonum tum patris, cuius totum cor in illum erat filium, tum ipſiuſmet filij, qui iuuenili robore, & ſanitate abutebatur. Eſt namque in more Deo, vt peccatorem conuertat, plerumque in ijs eum flagellans, iiſve eum priuans, per quæ is peccare ſolet. 726.1
De ſingulari ratione, qua per flagella etiam Principes cœpit Deus inſtar venatoris. 725.2
Infirmabatur reguli filius Capharnaum, quod (vt ait Hieronymus in lib. de nominib. Heb.) interpretatur

ager,

ager,ſeu villa conſolationis:quia voluptates,& deliciæ diuitum ſæculi cauſant infirmitates,& dolores etiam in corporibus. 20. 1

Cum infirmitas iſta fuerit febris, vt colligitur ex ſubſequentibus, tracta de magnis animæ febribus concupiſcentiæ, & paſſionum, deque earum æſtibus. 87. 1. & ſeq.

Quod febres iſtæ ſint cum frigore, & algore, quatenus peccatum frigidiſſimum ſuſcitat concupiſcentiæ flammas. 652.1. & 654.1

Poſſes etiam hic agere de bona charitatis febre, quam optare debeant fideles quique. Quod ea febris fit à calore,& igne perficiente. 276.2. & ſeq.

Quod hac languens vera cum deliquio Eccleſia dicatur ægrotare languore mortali. 275.1. Et quomodo illi ſuccurratur. ibid.2. Qua ratione eadem afferat ipſum deliquium,& mortem. ibid. 2

Quod hac febri languens ſit ſimilis phrenetico. 751.1

*Hic cum audiſſet, quod Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum.*

Quod in itinere noſtro ob ſtudium orationis habeamus Ieſum præeuntem. 558.2

Quod tribulationibus, & ærumnis Deus excitet plerumque animas ad charitatem. 906.1

*Rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filium eius.*

Cum exiguam ſuam fidem in hac oratione indicaret Regulus, haud credens Ieſum poſſe ſanare verbo ſolo, potes agere de conditionibus fidei perfectæ, vt habes 409.2

*Incipiebat enim mori.* Quod haud expectanda mors ſit ad pœnitentiam. 359.2

Quod anima languens febre concupiſcentiæ incipiat mori,quave ratione. 76.1. & fuſius 87.1

*Niſi ſigna, & prodigia videritis,non creditis.*

Signorum euidentiam in credendis quærere, quam ſit malum. 388.2. & 392.1

*Credidit homo ſermoni,quem dixit ei Ieſus, & ibat.*

Qua ratione eundum ſit per fidei iter. 131.2

Quod in rebus fidei voluntas præcedere debeat intellectum. ibid.

Fidem debere habere adiuncta opera. 194.2

*Cognouit ergo pater quia illa hora erat, in qua dixit*, &c.

Quod verbum,& vox Dei ita ſint operatoria, vt identificentur cum illius manibus. 775.1

*Et credidit ipſe, & domus eius tota.* Bona Prælatorum exempla quantum valeant. 525.2

## 99 In Euangelium Dominicæ 21. poſt Pentecoſtem.

*Simile eſt regnum cælorum homini regi,qui voluit*, &c.

Regni cælorum nomen optime competere Eccleſiæ, tum quia eſt ſponſa Chriſti,eſtque voluptati Deo. 627. 1. & ſeq.tum quia ſummam habet concordem fidelium participationem. ibid.tum quia in medio ſui Deum habet vnientem multas Eccleſias particulares. 609. 2. & ſeq. tum quia è cælis deſcendit, & in cælis ſuum habet fundamentum. 523.2. tum quia eſt cellarium cibariorum, theſaurorum,& myſteriorum Dei, locuſque in quo diuino vacatur amori. 552.1. tum quia terrenam omnem ſuperat pulchritudinem. 188.1

Vnde & dicitur pulcherrima mulierum, & inter omnes gentium collectiones. 130. 2. Tum quia, vna eſt ex diuerſis ſanctorum generib. 427. 2. Tum quia vt eſt in iſtis ſanctis, nihil in ſe habet, quod non ſit pulchrum, concinnum, res delectabilis. 629. 2. Tum quia eſt tabernaculum, in quo fideles commorantur cum Deo. 72. 1

Vide,& quomodo ſimilis eadem ſit Ieruſalem cæleſti, cæleſtibuſve ſpiritibus 780.1. & 76.1

*Qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.* Quanti facere debeamus Dei beneficia, cum eorum reddituri ſimus rationem. Vide 64.2. & ſeq. vbi de eorum memoria, indeque aliqua colliges.

*Oblatus eſt ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.* Si de debito, quod cum Deo habemus, pro illius beneficiis agere velis, vide 263.2. quam ingens ſit eorum numerus pene immenſus.

Quod ſi agere velis de debito peccatorum, vide de peccatorum grauitate. 709.2. vbi habes, illa ex natura ſua eo tendere,vt ſi fieri poſſit,Deum eiuſve charitatem è medio tollant. Vide 654.1. Quomodo eadem ſint maxime noxia charitati.

Quod per peccatum anima priuatur omni bono, quod habebat. 329.1

Quam grandem maculam idem inferat animæ. 75. 1

Quod tanta ſit vniuſcuiuſque mortiferi peccati vis, vt murum rumpat diuinæ protectionis, quem nec totius mundi atque Inferni vires dirumpere poſſunt. 946.1

*Cum autem non haberet vnde redderet.* Quod humana natura nullatenus Deo ſatisfacere poterat per ſemetipſam, atque adeo per Chriſtum à peccatis extrahi efflagitabat. 46.1

*Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.*

Quam opportune ad patientiam Dei confugiat peccator, atque ad miſericordiam,quam ſæpius expertus eſt, eſſe quam maximam,vt habes 846.2

Quod peccator omnia redditurum Deo ſe polliceri libere queat,confidens in meritis Chriſti,cum omnis Chriſti actus offerri ab illo poſſit pro ſacrificio acceptiſſimo. 783.2. cumque per eiuſdem Chriſti ſanguinem Regem ſe nouerit conſtitutum,vt habes 855.1. & ſeq.

*Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei* De prompta, & immenſa Dei erga nos miſericordia agere ſi velis, vide in Indice rerum verb. *Miſericordia Dei.*

Quod oratio habeat vim immutandi ſermones Dei,prout ex hoc loco colligitur. 868.1. & 579.1

Quod orationem humilem adeo liberaliter exaudiat Deus, vt concedat pluſquam petatur, vt fecit debitori huic. 305.2

*Egreſſus autem ſeruus ille:inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui*, &c. Quod inde anima habeat, vt in peccata decidat, ac præcipuè, in ſcelus crudelitatis, & immiſericordiæ, quia egreditur,& auertit ſe à facie Dei. 328.1

Sicut è contra inde perfectionem contrahit,quod ambulet coram Deo, atque cum Deo. 360.1

*Ille autem noluit,ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec*, &c. Tantam is admiſit inhumanitatem, quia expers erat charitatis,qua ſuperantur vitia omnia,hocve in primis, vt habes 465.1

## 100 In Euangelium Dominicæ 22. poſt Pentecoſtem.

*Abeuntes Phariſæi, conſilium inierunt.* Qua ratione peccatores Deum offendentes abire dicantur egredientes à conſortio Dei. 140.1. & ſeq.

Quomodo & hæretici adhærentes abeant egredientes,& diſcedentes à Chriſto. ibid.& ſeq.

In conſilijs, & conſultationibus quam abeſſe debeant paſſiones. 500.1

Quibus deſtitutæ ſunt conditionibus,quæ prauæ fiunt cōſultationes & conſilia. 499.2

Quod defectus bonæ conſultationis interitum prænunciet. ibid.

De eiuſdem bonæ conſultationis neceſſitate. 498.2

Quod per peccata deprauetur,& corrumpatur quodlibet conſilium. 500.1

*Vt caperent Ieſum in ſermone.* Quantum cauere debeamus, ne capiamur in ſermone. 509.1. & 619.2

Capiendi verbum ſumi pro obſeruare. 367.1

*Magiſter, ſcimus, quia verax es.* Quomodo capiendi detractores, & adulatores, qui ſunt vulpes paruulæ. 571.2

Quod Chriſtus ſingulari ratione fuerit Magiſter, vtpote cuius verbis obtemperandum eſſet vt Regi. 55.1

Quam recte idem Chriſtus verax dicatur, qui lilium eſt verum, ipſaque veritas, quam & eius verba ſonant. 772.1

*Et viam Dei in veritate doces.* Quod Chriſti humilitas inſtar turris eleuata ſit, & vt pharus veram edocens viam Dei. 531.1

De excellentia doctrinæ Chriſti,vide in Indice rerū verb. *Doctrina Chriſti.*

Quod bonus quiſque Eccleſiæ Doctor, ac Prædicator viā Dei docere debeat in veritate,exemplo, & ſancta ſua conuerſatione, comprobans verum eſſe quod docet. 738.2. & 504.2. & ſeq. & 605.1

*Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio?* Quod quælibet anima fidelis in baptiſmo ſignata ſit imagine Dei,quave ratione. 915. 2

Quod cor animæ fidelis debeat eſſe vt nummus impreſſus imagine Chriſti crucifixi. 912.2. Eaſve ſolas dictæ animæ orationes,atque opera pro cæleſti emporio aliquid habere valoris,quæ eadem obſignata ſint imagine. ibid. & ſeq. Vide & 941.2

Quod idem cor debeat eſſe obſignatum ſuperſcriptione Dei per impreſſionem legis illius. 916.1. & ſeq.

Quodve ipſa Dei lex ſit inſtar characterum typographiæ, ibid.2. Deſcriptio, & impreſſio iſta quomodo tollatur. ibid.

Quod pia anima in ſe veluti in ſpeculo habeat Dei imaginem. 201.2. & 364.2

Quod Deus eam intueatur, vt ipſam perficiat. 364.1

Quod eamdem habeat intentione recta in ſe ſuſceptam. 196.1. Quin per eam ipſam rectam intentionem deprædetur illam quodammodo à Deo. 196. 2

Quod

Quod eamdem habeat per dilectionem, qua in contemplatione in Deum ipſum transformatur. 576.2
De imagine Dei in anima noſtra quoad ſubſtantiam. 151.2
De eadem Dei imagine in anima per perfectionis ſimilitudinem exhibita. 808.1. Quod perfectio iſta ſita ſit potiſſimum in charitate. 266.1. Atque in miſericordia. 63.1
Quod iſta Dei ſimilitudo, & imago tollatur per peccati maculam, quæ eſt ipſiſmet nigredo, & tenebræ. 75.1. Idque vi Solis concupiſcentiæ animam ipſam decolorante. 86.2. Necnon & vi ſenſuum. 100.2
*Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.*
Quod anima iuſti reddenda ſit Deo, tum quia illo ſolo ſit digna. 872.1. Tum quia & illius formoſa, & amica. 319.2. Tum quia eſt illius domus. 220.1. & tabernaculum Chriſti. 79.1. Tũ quia eſt illius lectulus. 433.1. Tũ quia eſt illius ferculum. 455.1. Tum quia eſt eius currus. 822.1. Tum quia eſt illius vnica, & ſola dilecta. 377.1. Tum quia illius vexillum habet ſuper ſe eleuatum, vt ſuper propriam illius arcem. 270.1. Tum præcipuè, quia eſt illius ſponſa. 569.2
Quod quæ corpori ſunt neceſſaria, haud illi deneganda ſint, ſicut nec omittenda ſunt quæ neceſſaria ſunt ad curam domeſticam ob orationis ſtudium. 803.1

## 101 In Euangelium Dominicæ 23. poſt Pentecoſtem.

*Filia mea modo defuncta eſt.* Qua ratione anima noſtra ſit filia Principis, atque Dei. 833.1
Quod anima noſtra eatenus viuere cenſenda eſt, quatenus Deum ſibi habet vnitum, qui eum in ipſa habet locum, quem anima ipſa habet in corpore. 113.1. quęve habet & cor. 543.2
Quod per iſtiuſmodi Dei præſentiam ita viuat anima noſtra vita gratiæ, vt idonea reddatur ad omnia. 752.2. Habeat motum, quo velociſſimè currat ad bene agendum. 54.2
Habeatque & ſenſationem omnium ſenſuum, vt patet in anima illa, quæ ſponſa eſt Chriſti, cuius viſum acutiſſimum habes 302.1. Cuius viuos fidei oculos commendatos habes 194.2. Cuius auditum habes 701.2. Cuius odoratum habes 66.2. Cuius guſtum habes 252.2. Cuius demum & tactum habes 413.1. & 414.2. & 890.1
Quin per eumdem Deum habet & reſpirationem ipſam. 531.1. & omnimodam lætitiam in omnibus potentiis. 203.2
Quod à ſenſibus morte afficiatur hæc anima. 101.2
Iſtam animæ mortem eſſe ex peccato, quo Deus ipſe fugatur ab anima, vt habes 654. Quodve eſt maximè noxium charitati, in qua vita ipſa eſt ſita. ibid.1
Quamobrem haud mirum, ſi per illud & ineptæ reddi dicantur omnes animæ potentiæ. 329.1. Et anima priuari omni bono, quod habebat. ibid.
*Sed veni, impone manum tuam ſuper eam, & viuet.*
De impoſitione & extenſione manus Dei per flagella, quibus anima ad pœnitentiam reuocatur, atque ad gratiam plura habes 725.1. & ſeq.
*Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum.* Quam cito Deus accurrat ad orantem animam. 305.2. & 673.1
*Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit, &c.* Quomodo hæc mulier non minus traxerit Chriſtum, ac Princeps prædictus. 51.1. & ſeq. Qua ratione eadem per ſuam viuam fidem à Chriſto ſanitatis virtutem ſit deprædata. 195.1
Necnon & eumdem vulnerauit, tangens duntaxat fimbriam veſtimenti eius. 582.1. vide ibi, & ſeq. de hoc vulnere Dei.
*Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.*
Si de fide agere velis, vide in Indice rerum verb. *Fides.*
*Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit.*
De dormitione, & ſomno contemplationis, plura habes 696.2
Quod à Chriſto arceantur, qui hunc ſomnum impedire ſatagunt. 293.2. & 297.1
*Et tenuit manum eius, & ſurrexit puella.* Quod ad tactum diuinæ manus ſurgat per pœnitentiam anima, quæ per peccatum defuncta erat. 727.1. & 736.2

## 102 In Euangelium Dominicæ 24. poſt Pentecoſtem.

*Cum videritis abominationem deſolationis ſtatem in loco ſancto. Tunc, &c.* Quod abominationis huius nomine ſignificetur peccatum, quo deſolatur anima ab omni bono, vt habes 329.1. Tũ quia abominatur illud Deus, haudquaquam cum illo ſtare ferens in anima. 318.2. & 654.2
Tum quia abominantur illud & Angeli, ita vt & ipſi ad illius aſpectum diffugiant. 232.2
Tum quia abominantur illud & homines, cum quibus nos viuere contingit, agnoſcentes id maximè noxium charitati. 654.1
Tum quia abominantur illud etiam irrationales, inſenſibiles, nec non & inanimatæ creaturæ omnes, ita vt vix cum illo ſtare queant. 726.2
Tum demum quia ipſum in ſemet vndequaque eſt abominabile ob turpiſſimam, quam infert ſummæ nigredinis maculam, de qua 75.1. & 79.1
Ob conſpurcationem, qua æquè ac fœdum lutum omnia deturpat. 328.2. & ſeq.
Ob fœtorem, cum fimo rectè comparetur, ac ſtercori. 224.2
Et denique ob innumera, quæ ex ipſo proueniunt in animam damna, quorum aliqua habes 654.2
Quidni abominabile non ſit peccatum, quod iugibus tentationibus animam concutit? 329.2
Quod inſtar parietis ſeparat eamdem à Deo ſuo. 311.1
Quod flagellorum Dei obiectum quaſi peculiare nos reddit. 237.1
Quod vel impetrabilem diuinæ protectionis dirumpit murum. 945.2
Quod denique & Deum, ſi fieri poſſet, è medio tollere vellet. 709.2
Quidni veram illud non dixerimus abominationem, cuius ſordes, putredinem, ſummumque dolorem toti exhibent Eccleſiæ? 497.2
Fœtidumque ac putridum, vel prudentiſſimi cuiuſque iudicium reddunt? 499.2
Cuius & corruptio tanta eſt, vt iure optimo mors ipſa dicatur. 101.2
*Stantem in loco Sancto.* Quod peccatum in iis, qui ſanctiorem profitentur vitam, firmius, altiuſve ſtet, atque inſideat. 654.2. & 124.2. & 126.2
*Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.* Quod videntes caſus ſanctorum in peccata, fugere debeamus ad clauſtra religionum, Montes Bather, & Bethel, aromatum, atque conuallium. 381.1
Necnon & ad ſtudia mortificationis, & deuotionis, Montem myrrhæ, & collem thuris, de quibus 554.1
Atque ad ſtudia meditationis Paſſionis Chriſti aliarumque meditationum, de quibus 559.1
*Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.*
Vide 710.1
*Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme.* 329.1
Quam congruè hyemis metaphora deſignetur peccatum 328.2
*Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret, &c. Ita, &c.* Iudicium finale quanta celeritate ſit faciendum. 959.1
*Tunc apparebit ſignum filij hominis in cælo.* 338.2
*Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cum iam ramus, &c.* ibid.
Vide notata in Euang. Dominicæ primæ Aduentus.

## PROPRIVM SANCTORVM,

## 103 In Euangelium & feſtum S. Andreæ Apoſt.

*Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ.* Quomodo iuxta mare huius mundi ambulandum nobis ſit in noſtra conuerſatione. 360.1
*Vidit duos fratres.* Quod Chriſtus viſu, aſpectuque ſuo animam perficiat. 875.1. cum ſit ſimilis aſpectui Solis. ibid.
Quam diuerſa per eumdem Chriſti intuitum perficiantur. 83.2
Quod intuitu iſto Chriſti internæ immittantur in animã Dei inſpirationes. 303.1
Æque enim ac Sol Chriſtus per ſanctas inſpirationes, vti per radios à ſe emiſſos ingreditur in ipſam animam. 311.1
Quicquid mali in anima extiterit, id omne exinde prouenire quod vel non admittitur Chriſti intuitus. 89.2. Vel malè idem admittitur. 90.1
Quæ ſint quæ aditum præcludunt huic Chriſti aſpectui. 311.2
*Duo fratres.* Super fraternam dilectionem in hac Apoſtolorum electione intuitum ſuum in primis direxit Chriſtus, quia vocandi ij eſſent ad prædicationem Euangelij, quod lex eſt amoris, & fraternæ item dilectionis, qui in charitate fundati eſſent, vt habes 17.1. & 266.1. & 284.1
*Et ait illis, Venite poſt me.* De Apoſtolorum vocatione ad iter prædicationis Euangelij plura habes 317.2. Vide notata in illud Euangelij Aſcenſionis Domini, *Euntes in mundum vniuerſum prædicate, &c.*
Quod poſt Chriſtum ire, & currere nequeat quiſpiam, ni ab

ni ab illo trahatur. 51.2.& ſeq.
Quam bene adiectum ſit, *Poſt me*, cum imitari quidem Chriſtum poſſimus, æquales tamen illi eſſe nequeamus. 49.2. & 320.2
*Faciam vos fieri piſcatores hominum.* Quod vocationes Dei vt plurimum ſint ſecundum cuiuſque inclinationem. 310.1. Vide & 728.2. vbi habes quomodo Deus quamlibet vel minimam occaſionem accipiat, vt nobis benefaciat.
*At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum.*
Quod Deus dum efficaciter vocat quem, det ſimul & vocationis effectum. 322.1
Quomodo Chriſtus velociſſime traxerit homines veniens in mundum. 46.2
Quod tracti à Chriſto ſequimur eum libere. ibid.
Quod obedientia perfecta fiat conſpicua omnibus promptitudine, & hilaritate. 536.1
De obedientiæ gradibus ſeptem. 156.1
Quod obediens verus ad ſimplicem nutum intelligat prælatum. 406.1
Quod idem iure optimo à Deo præficitur alijs. 160.1
Vide in Indice rerum verb. *Obediens, & Obedientia.*
Quod mundi, ac mundanorum contemptus cauſetur animæ per Chriſti intuitum. 804.2
Quod ſpernens mundum ſeruet intrinſecus ſpem cæleſtium præmiorum. 486.1
De retibus & laqueis huius mundi, ſuper quæ eminere debeamus ad Chriſti incitationem. 315.2
O *bona Crux diu deſiderata*, &c. Quod per Chriſtum facta ſit metamorphoſis amariſſimæ myrrhæ paſſionum in dulciſſimum & optatiſſimum quodque. 681.2
Quod ærumnæ, quæ tolerantur pro Chriſto, ſint leuis faſciculus portandus inter vbera. 177.1
Quod eædem ſint lectulus pacatiſſimus. 430.2
Quod ſint præcipuæ iuſtorum deliciæ. 857.1
In iis quale gaudium percipiatur. 474.2. & 946.2
Quod Crux fuerit currus triumphalis Chriſti, & quomodo is tractus ſit. 452.2

FESTA DECEMBRIS.

Pro feſto S. Ambroſij Epiſcopi vide notata ſuper Euang. *Vos eſtis ſal terræ.* In communi Doctorum.

## 104 In Euangelium & feſtum Conceptionis B. Mariæ.

*Liber generationis Ieſu Chriſti.* Quod Chriſtus ſaliens in montibus veniſſe dicatur, quatenus in Mariæ vterum venit, quæ ortum duxit à Patribus, montium nomine deſignatis. 304.1. Vide & ex Ruperto Abb. Mariam ob idipſum dictam fuiſſe lectulum Salomonis, quem ambierint ſexaginta fortes. 434.1
*Filij Dauid.* Cui facta eſt promiſſio Chriſti, quando decreuit ædificare templum Domino.
Quod Maria fuerit formoſa ficut templum Dei. 79.2
*Filij Abraham.* Cui item promiſſio à Deo facta eſt Chriſti ob triplicem virtutis actum, quem prompſit in immolatione filij ſui Iſaac: fidei, expropriationis eius, quem habebat in mundo chariſſimum, vnigeniti filij, è corpore ſuo emortuo oriundi, & perfectiſſimæ obedientiæ. Quibus tribus actibus & Maria tres alios etiã in primo inſtanti ſuæ conceptionis prompſit ſimiles, & multo perfectiores, atque adeo hic agere potes de hoc triplici actu.
De fide illius, vide in Indice rerum verb. *Mariæ fides.*
De eiuſdem expropriatione ſui ipſius per propoſitum virginitatis, vide in Indice rerum verb. *Mariæ Virginitas.*
De obedientia quoque eius, vide in Indice rerum verb. *Mariæ obedientia.*
*Iudas autem genuit Phares, & Zaran de Thamar.*
Mariæ collationem egregiam cum reliquis mulieribus habes 238.2
*De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.*
De Mariæ maternitate plura notata habes in Indice rerum verb. *Mariæ maternitas*, & verb. *Mariæ Virginitas.*
Quod Maria fuerit Ciuitas Regia, in qua Deus ſuam cõſtituit ſedem, ſuumque vexillum. 271.2
Quod Maria fuerit Paradiſus ſecundi Adam, quin & Paradiſus paradiſorum, ſimiliſque Paradiſo cæleſti. 634.2
De voluptate, quæ percipitur ex ea, vt Paradiſo. 867.1
De eximia illius ſanctitate, immunitate ab omni peccato, & gratiarum copia, vide plurima in Indice rerum verb. *Mariæ gratia, & ſanctitas.*
Quod Maria vulnerata ſit charitate. Vide in Indice rerum verb. *Mariæ charitas.*

Pro feſto S. Luciæ Virgin. & Martyris vide notata ſuper Euangel. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito.*

IN COMM. SS. VIRG. ET MART.

## 105 In feſtum Expectationis B. MARIÆ Virginis.

Quo ad Euangelium, vide quæ notata ſunt ſuper illud in feſto Annunciationis eiuſdem B. Virginis.
Quod Eccleſia Verbi Incarnationem à mundi exordio deſiderarit. 905.2. Vide & 5.1. & ſeq. & 12.1
Quam ardenter eamdem deſiderarint Patres antiqui. 891.2. 667.2
Quod eadem fuerit maxime omnium deſiderabilis, & deſiderata. 246.2. & ſeq.
B. Mariam ſuper omnes illãm ipſam deſideraſſe. 11.1
Quomodo, quamuis hæc Incarnatio fuerit neceſſaria. 45.1. & 343.2. & 248.2
Quomodo illam meruerint ſancti Patres. 586.2. atque in primis B. Virgo Maria. ibid. & ſeq.
Quod Maria accelerarit ipſam Incarnationem abſtrahẽdo Verbum quodammodo à Patre, idque ſua charitate, fide, & humilitate. ibid. & ſeq.
Quodve tunc & dementatum quodammodo reddiderit Deum. 587.2
Quod Maria vacans contemplationi mente verſabat Incarnationis myſterium. 697.1
Quodve qui idem contemplari velit, neceſſe ſit, vt egrediatur. 470.1
Mariam per Incarnationem ſponſatam cæleſti Patri. 255.1
Sponſam Chriſti eamdem eſſe tripliciter. 571.1
Quomodo eadem ſoror, & ſponſa Dei. 587.1. & 588.1
Quam congrue eadem Incarnatio dicta ſit Chriſti deſponſatio. 471.1
Cum per illam ſponſarit Eccleſiam. 4.2
Quod ex eius opere intelligamus Deum factum ſponſum animarum. 775.2
Illius motiuum, & cauſam extitiſſe Dei bonitatem, hominumque miſerias. 710.2
In eius quippe opere exhibitum eſt cor Trinitatis vulneratum ex amoris vehementia. 589.1
Illiuſve beneficium eſt optimum diuinæ bonitatis indicium. 26.2
Ac præſtantiſſimum amoris ſignum. 6.1
Quod hominum peccata impedire illam nequirent. 18.2
Eam quanta conſecuta ſint bona. 39.1. 315.1. & 332.1
Vide plura circa hanc Incarnationis materiam in Indice rerum verb. *Chriſtus*, & verb. *Incarnatio*, & quæ notata ſunt in feſto Annunciat. B. Mariæ.

## 106 In Euangelium & feſtum S. Thomæ Apoſtoli.

*Thomas vnus ex duodecim non erat cum eis, quando venit Ieſus.*
Quod ſingularitas haud Deo ſit placita, qui delectatur adeſſe conſortio iuſtorum. 379.2
Quod iuſti ob arctam vnionem aptiſſime dicti ſint ſpinæ. 236.1
*Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus Dominum.*
Quod iuſti in diuinis gratiis fratrum ſocietatem maxime ament. 49.2
Vide & 644.2
Vt Dominum videre poſſimus, quænam ſint neceſſaria. 481.2
*Ille autem dixit eis, niſi videro in manibus eius fixuras clauorum*, &c.
Euidentiam humani ſenſus, humanæque ratiocinationis quærere in rebus fidei, quam magnum ſit malum. 208.1
*Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.*
Vide quæ notata ſunt ſuper ſimilia in Euang. Dominicæ in Albis.
*Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide, &c. & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Quomodo per hæc Chriſtus vocarit Thomam ad fidei ianuam ſibi aperiendam. 706.2
In hac Thomæ conuerſione Chriſtum proceſſiſſe vt benigniſſimum patrem, prout moris eſt Dei in conuerſione peccatoris. 702.1. & diſpoſuiſſe omnia ſuauiter. 704.1
Per hæc ipſa Thomam vocatum fuiſſe vt columbam ad foramina petræ, & ad cauernam maceriæ. 351.1. & 357.2
Vide quæ de Chriſti vulneribus notata ſunt in Euangel. feriæ 3. Paſchæ, & in Indice rerum verb. *Vulnera Chriſti.*

*Reſpondit*

*Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus.* Quod Thomas tangendo vulnus lateris Chriſti aſſcenderit ſcalam fidei, cum vulneratum eiuſdem Chriſti cor ſit ſecretum ſcalæ. 355. 2

Quomodo tangendo intremuerit anima. 731. 2

Et manus eius ſtillarint myrrham. 739. 2

*Quia vidiſti me Thoma, & credidiſti, Beati qui*, &c.

Quomodo vulnus lateris Chriſti ſit ſimul ſcala cognitionis, & obſcura cauerna. 356. 1. vbi tractatur locus iſte.

Fides quàm ſit delicata. 91. 2

Quam aptè eadem ſignificetur ſub oculorum metaphora. 194. 2

Vide de fide plurima in Indice rerum, verb. *Fides.*

De feſto Natiuitatis Domini habes ſupra cum Dominicis Aduentus.

## 107 In Euangelium & feſtum S. Stephani Protomartyris.

*Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas.*

De miſſione Apoſtolorum. 317. 2

De Prophetarum doctrina. 17. 1. & 33. 2. Ijdem quomodo pugnarint contra Synagogam, vt tollerent ab ea malum. 104. 2

De miſſione Sapientum Prædicatorũ. 325. 1. & ſeq. & 348. 2. Motiua, quibus ijdem promouentur. 708. 1. & ſeq.

*Et ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis*, &c. Iudaicus populus quomodo ſanctos tractarit Prophetas. 747. 1

Quod Eccleſia perſecutiones ſuſtineat in ſuis Prædicatoribus. ibid. & ſeq.

Cur illico poſt Chriſti mortem non fuerit mota perſecutio Apoſtolis. 219. 2

Sanctis Doctoribus haud metuendas perſecutiones. 824. 2

Ijdem quomodo ſimiles eſſe debeant palmæ in perſecutionibus. 861. 1. vide & 866. 2

*Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis Prophetas, lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare*, &c.

Quod Iudæi perſequentes ſanctos atque Prophetas pugnauerunt contra Eccleſiam & contra Synagogam ipſam. 104. 1

Iudaicum populum vt vineam Dei quanti fecerit Chriſtus, atque Apoſtoli. 93. 2

Cum eo in peſſimum ſtatum delapſo quomodo ſe geſſerit Deus. 699. 1. & 734. 1

*Quoties volui congregare filios tuos*, &c. De duplici Dei voluntate ſigni & beneplaciti, deque multiplici voluntate ſigni, & quomodo ea mutari dicantur. 580. 1

Quam optandum, vt ſub Dei alis ſimus, quidve exinde prouenit commodi. 282. 2

*Et noluiſti.* De reſiſtentia, qua peccator obſiſtit diuinis inſpirationibus, & vocationibus, diuinæque gratiæ. 716. 1

Quod voluntas propria ſit paries occludens aditum Deo. 311. 1

*Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*

Quod cor prauum ſit deſertus quidam. 426. 2

Sicut & mundus quoque. 420. 1. & 426. 1

Quod populus ille, qui virtutes à ſe abijcit diuinæ obſiſtens gratiæ, diuinum pariter à ſe abijcit cultum, ac veram religionem. 714. 1

## 108 Ex lectione Actuum Apoſtolorum.

*Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo*, &c. *Et elegerunt Stephanum*, &c.

Quod tam miniſtri verbi Dei, quam miniſtri rerum temporalium debeant eſſe boni, ne Eccleſia claudicet. 836. 1

Miniſtrantium viduis, & pupillis in Eccleſia qualis eſſe debeat probitas. 832. 2

*Et elegerunt Stephanum plenum fide, & Spiritu ſancto.* Quam aptè Stephani, id eſt coronæ nomen ei competat, qui extitit coronatus de iniquis, ac de dæmonibus. 573. 2. Quin & corona compuncta ex virtutum floribus. 571. 2. Et corona in primis charitatis. 474. 2. Ac demum corona ſpinea ærumnarum, atque martyrij. 472. 2. & 473. 1

Quam bene Stephanus quando electus eſt in diſpenſatorem rerum temporalium dictus eſt, *plenus fide*, cum id peculiarius competat bono Eccleſiæ diſpenſatori, vt ſit fidelis. 774. 1

Dicitur inſuper idem plenus Spiritu ſanct. tum quia in die Pentecoſtes nedum Apoſtolis, ſed & diſcipulis vniuerſis datus eſt Spiritus ſanctus ſecundum plenitudinem. 300. 2. Tum quia robur id habuit ſpiritus, quod erat neceſſarium ad munus ſuum. 774. 2

*Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ*, &c. *diſputantes cum Stephano, & non poterant reſiſtere ſapientiæ, & ſpiritui, qui*, &c.

Æmulationem impiorum, & hæreticorum contra pios eſſe duram ſicut infernus. 100. 1

Sapientiam diuinorum comitari Spiritum ſanctum, quia ingens ſit illius vis. 642. 2. 282. 2. 505. 1. 346. 1. & 351. 2

*Cum autem eſſet plenus Spiritu ſancto intendens in cælum induit gloriam Dei.* Spiritus ſancti, ac gratiæ plenitudinem eſſe duplicem. 32. 1

*Et video Cælos apertos, & Ieſum ſtantem.* Quod Chriſtus in Cælo ſtans paratus ad nos adiuuandos dicitur ſtare poſt parietem noſtrum. 310. 1

*Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Charitatis actibus efficaciſſimam reddi orationem. 506. 1. & 630. 2

## 109 In Euangelium & feſtum S. Ioannis Apoſt. & Euang.

*Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem.*

Quod præſtantiſſimus titulus *Dilecti Ieſu* neceſſario adiunctum habere debuit & alterum titulum *ſequentis Ieſum*, cum dilectione ſua id peculiariter efficiat Ieſus, vt dilectos poſt ſe trahat. 47. 1

Quod Ioannes ipſe congruentiſſime *dilectus Ieſu* eſt dictus, cum eſſet ſequens Ieſum. 68. 2

Quod Ioannes ſequens Ieſum dilectione ipſa ſua traxit Ieſum ad ipſum diligendum, & quomodo. 49. 2. 376. 1. & ſeq. per totam expoſitionem tertiam.

Ob virginitatem dilectum à Chriſto præ cæteris Apoſtolis Ioannem, cum virginitatis oculo vulneretur eiuſdẽ Chriſti cor, vt habes 588. 1

Cumque virgines id vnum ſtudeant, vt præter Chriſtum nullum admittant amatorem. 150. 2

Cumque adeo ſit eximius virginitatis decor, vt angelicum potius decorem referat, & diuinum. 146. 2. 517. 1. & 151. 1

Eiuſdem ve fructum Chriſtus ipſe delibarit ex tunc, quando proceſſit ex virgine. 668. 1

Adde & ſimilitudinem: Virgines enim Chriſto ob puritatis candorem quam maxime aſſimilantur. 783. 1

Quod bene Ioannes, quem ſic ob virginitatem dilexit Ieſus, ob idipſum dictus ſit ſequens Ieſum, cum id peculiare ſit virginum, vt ſequantur, & iugiter comitentur Chriſtum, vt genæ caput ſuum. 512. 2

Quam congrue prius dictum ſit, Ioannem fuiſſe à Chriſto dilectum, tum ſubiectum, quod idem ſequeretur Chriſtum, cum diuerſus ſit Dei vſus ab vſu hominum in amicitiis eligendis. 189. 1

Quam ingens fuerit dilectio Ieſu in Ioannem. 871. 1. & 184. 2

*Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius.* Quod ſignum eximiæ Chriſti in Ioannem dilectionis id extitit, vt ſuper pectus, & inter vbera ſua Chriſtus recumbentem eum tenuerit, vt colligitur ex dicto ſponſæ, de quo 172. 1. Vide eadem de re clarius 281. 2.

Quantum hoc ipſum amoris ſpecimen optarit Ioannes, colliges ex dictis in expoſit. 3. illorum verb. *Diligemus vbera tua ſuper vinum.* 67. 2. & magis explicite. 68. 2. ex Nyſſeno habes, Ioannis cor in hoc recubitu effectum quaſi ſpongiam, qua exprimerentur diuina myſteria.

Quam apte diuinorum myſteriorum exhibitio & ſapientia bonorum Dei vberum nomine deſignetur. 14. 2. Vide & 24. 1. Quod duo Ioannes ſunt duo vbera Chriſti. ibid.

Quod Ioannes recumbens ſuper pectus Ieſu hauſerit hãc ſapientiam, introductus in cellaria Dei. 59. 1

Qualia extiterint fluenta Euangelij & ſapientiæ, quæ è Chriſti pectore hauſit Ioannes. 640. 2

Quod in celſiſſimam contemplationem in hoc ipſo recubitu ſuo Ioannes eleuatus ſit, introductus in cellam vinariam. 259. 1. Eleuato ſuper ipſum à Ieſu vexillo charitatis. 270. 1

Quod Ioannes in hoc recubitu ſederit in vmbra Chriſti, ad diuinam eleuatus contemplationem. 256. 1

Quomodo recumbens ſederit ſimul, ac eleuatus ſit. 422. 2

Quod contemplationis ſtudium ſint oculi piæ animæ. 845. 1

Quales oculi ſint contemplatiui ipſi. 480. 2

Quod Ioannes recumbens ſuper pectus Ieſu in pia contemplatione ſua ſummis repletus ſit conſolationibus, atque deliciis. 901. 1. & ſeq.

Quod in Deo exhibitio vberum, oſculi, & diuinarum cõſolationum ſint idem. 610. 2. Sicut idem pariter ſunt vbera, & guttur, atque ſuauitas. 867. 1

Quod

Quod per has ipſas ſpirituales conſolationes Ioannes habuerit cognitionem Dei maiorem. 64.2
Erecto eius animo ad ſublimia. 48.2
Quanta earum conſolationum extiterit vis. 803.2
Quod Ioannes in cœna adinſtar pueruli ſomno oppreſſi veluti in matris ſinum ſeſe proiecerit in ſinum Chriſti. 285.2
A dulci iſto eius ſomno illũ perturbari acerrime vetuiſſe Dominum. 297.1 & 248.1
Amor, quam cõgrue dicitur dulcis ſomnus. 291.1 Vide & *696.2.* & *699.1.* vbi ſomno vigilanti comparata habes contemplationem, & tranquillitatem ſanctorum.
Quod ex amore, & charitate Ioanni tantæ extiterint deliciæ, vt cum recumberet ſuper pectus Ieſu, chariſſimi & charitatis nomen ſortitus ſit. 858.1
Inter Ieſum atque Ioannem factam vulnerum charitatis concertationem, qualiſve ea fuerit. 583.2
*Et dixit, Domine, quis eſt qui tradet te?*
Congruentiſſime adiectum hoc tertium Ioãnis encomiũ: reuelatio enim ſecretorum illi peculiariter congruebat, vt amico & dilecto Chriſti, vt colliges ex dictis 318.2. Atque vt recumbenti ad eiuſdem Chriſti vbera inſtar paruuli, vt colliges ex dictis 61.2 & ſeq. & 530.2
*Filioli diligite alterutrum. Hec enim præceptum Domini eſt, etſi ſolum fiet, ſufficit.*
Ex occaſione iſtorum verborum, quæ iugiter Ioannes habebat in ore, latiſſimum ſeſe offert argumentum charitatis, de quo tractare ſi velis, plurima colliges ex Indice rerũ verb. *Charitas*, verb. *Amor* & verb. *Dilectio*. Vide & quæ notata ſunt ſuper Euangelia feriæ 6. Cinerum, & Dominicarum 12. & 17. poſt Pentecoſtem.

## 110. In Euangel. & feſtum SS. Innocentium.

*Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius.*
Quod de hac Herodis perſecutione, & Innocentium cæde Maria cælitus inſtructa ante iſtud Angeli monitum reuelarit illam ſanctis Magis. 369.2
Quod Angeli inſtar ſepis cuſtodierint Mariam, & paruulum filium eius, vt ſpinæ lilium, colliges ex dictis 232.2
Ambientes tamen, & cuſtodientes haud amouerint ab illis ærumnas, quibus Deus eos concuti voluit. 233.1
Mariam vitam in tribulationibus trãſegiſſe, ſicut & Chriſtus. 147.1
Particeps enim extitit ærumnarum, & perſecutionum Chriſti. 240.1
Quin Chriſtus ipſe illi fuit faſciculus myrrhæ, & gladius pertranſiens animam eius. 176.2. & 185.1
*Futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eũ.*
Quod Herodes non habuerit poteſtatem contra Chriſtũ infantem. 893.1. & 372.1
*Qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius nocte.*
Quam neceſſaria ſit ſollicitudo in Dei ſeruitio. 320.2
Quod obediens verus ad ſimplicem nutum prõptiſſime obediat. 406.1
Obedientia vero perfecta promptitudine, & hilaritate ſit omnib. conſpicua. 536.1
Quam bene, & efficaciter adijciatur, *Et matrem eius*. Quãdoquidem Maria ſine paruulo ſuo permanere minime potuiſſet, quem vnum triplici deperibat amore. 377.2
Cuius & præſentia, & aſpectu ſummo perfundebatur gaudio. 782.2
Atque adeo illum è collo ſuo pendentem inſtar precioſiſſimi monilis geſtabat. 156.1
Habebatque illum, & ſeruabat ſuper cor & ſuper brachium, vt ſignaculum. 917.2
Baiulans autem illum in hac fuga ſuſtentabatur ab ipſo. 287.2.
*Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui,* &c.
Quod ſancti Innocentes fuerint flores illi, qui poſt Chriſti incarnationem illico apparuerunt in terra. 335.1

## 111 Super Lectionem Libri Apocalypſis.

*Ecce agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.*
Quod ſanctis Innocentibus, vt virginibus in Eccleſiæ corpore tribuatur ſublimis genarum locus ob ipſorũ eminentiam. 329.2
Vbi expenditur locus iſte.
*Habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.* Quod ſancti Innocentes vt virgines inſignes ſint decore, quo & illuſtrem reddunt Eccleſiam, 513.2
*Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem,* &c. Quod ſancti Innocentes vt virgines inſtar turturum gemitu cantarint canticum nouum collige ex dictis 151.1
*Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.*
Quod ſancti Innocentes vt virgines fuerint primus fructus ſanguinis Chriſti. 150.2. Vide & 515.2. quam eximius ſit fructus iſte atque *primitiæ*.

## FESTA IANVARII.

De feſtis Cricunciſionis, & Epiphaniæ habes ſupra cum Dominicis Aduentus.

## In feſtum Cathedræ Sancti Petri Romæ.

Pro hac ſolemnitate plurima notata habes in Indice rerum verb. *Roman. Eccleſia*. Vide ibi. Colliges etiam aliqua ex eodem Indice verb. *Eccleſia*.
Quoad Euangelium vide in feſto Sanctorum Apoſto. Petri, & Pauli.

## 112 In feſtum SS. Martyrum Fabiani, & Sebaſtiani.

Vide quæ notata ſunt in Euang. *Deſcendens Ieſus de monte, ſtetit in loco campeſtri.* In communi plurimorum Mart.
De ſagittis diuinæ charitatis, quæve eæ ſint. 926.2
Quod Chriſtus ipſe ſit ſagitta charitatis. 281.1
Quodve vna cum ſagitta in charitatis vulnere anima ſãcta ſuſcipiat & ſagittarium Deum. ibid.
Quale ſit ipſum charitatis vulnus. 343.2
Quomodo idem vulnus fiat in corde amantis. 575.2.
Quod anima ſancta ſit ſimul & ſagitta, & ſcopus ſagittæ in manibus Dei. 288.2
Quod eadem anima ſit ſimul & ſagitta, & ſponſa in manibus eiuſdem Dei. ibid.
Et quomodo vt ſagitta à Deo iaciatur ſurſum, & tamen ſimul requieſcat in iiſdem Dei manibus. ibidem.
Quomodo differant vulnera inflicta cordi carneo à vulneribus ſagittaruum charitatis penetrantium corda ſpiritualia. 583.2
Qualis ſit concertatio vulnerum charitatis inter Deum, & animam. ibid.
Quod iaculis in corpore confoſſus Sebaſtianus duo in ſua oratione iecerit ſpiculorũ, & ſagittarum genera. 946.2
Quod eiuſdem anima vulnerarit Chriſti cor vulnere charitatis per actualem deuotionem, ac per conformationem ad illius humilitatem, & tolerantiam paſſionum. 581.2
Necnon & in vna fide, & in vna perfecta obedientia, ac reſignatione. 581.1
Quave ratione id effecerit. 584.2
Quod nedum charitas, ſed & virtutes ſingulæ ſint ſagittę, quibus vulnerantur ſancti. 281.1

## 113 In feſtum S. Agnetis Virginis, & Martyris.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus.* In communi Virg.
*Ingreſſa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini præparatum inuenit.*
Quod ab Angelis vt lilium in medio ſpinarum cuſtodita ſit B. Agnes, colliges ex ijs, quæ dicuntur 231.2.
Cum ad angelicam ſimilitudinem euecta illa eſſet per virginitatem. 151.2
*Diſcede à me pabulũ mortis, quia iam ab alio amatore præuenta ſum.*
De initiis, & præuentione amoris Chriſti in Agnetem. 826.2. & ſeq.
Quod electio Agnetis in amicam, & ſponſam Chriſti fuerit vere ex gratia. 189.1
*Ipſi ſum deſponſata, ipſi ſoli ſeruo fidem.*
De deſponſatione Agnetis cum Deo. 2[illegible].1
Deſponſationis, & matrimonij huius ſpiritualis eſſentiã, cauſam, effectum, & bona colliges ex dictis 372.2
Deque illius indiuiſibilitate habes 375.2
Matrimonij huius ſpiritualis inſigne diſcrimen à matrimonio carnali. 870.2
Quanta pudicitia hæc conſtet deſponſatio. 555.2
Quam bene, & vere dicere quiuerit S. Agnes. *Ipſi ſoli ſeruo fidem.* 376.1
*Poſuit ſignum in faciem meã, vt nullum præter eũ amatorem admittam.*
Quodnam iſtud extiterit ſignum, & ornamentum. 158.2
Quod id proprium ſanctæ cuiuſque ſit Virginis, vt præter Chriſtum nullum admittant amatorem. 158.1

*Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus precioſis, tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas.*

Quod dexteram S. Agnetis Chriſtus eius ſponſus annulo exornarit precioſiſſimo, quive is ſit. 908.2. & ſeq. & 251.2

Quodnam eiuſdem collum, quibuſve monilibus cinctũ, ac exornatum ſit. 155.1

Quod eiuſdem animæ virtutibus tanquam monilibus exornata ſit. 157.1

Quod eius fides, quæ collum eſt animæ, monilibus ornata dicatur propter bona opera, quæ habuit annexa. 157.2

Quibus margaritis ornatæ ſint aures eiuſdem. 164.1

*Induit me Dominus cyclade auro ſtrata, & immenſis monilibus ornauit me.* Charitate indutam à Chriſto B. Agnetem, vt clyclade aurea. 189.2

Quod immenſa monilia, quibus ornatam ſe aſſerit à ſpõſo, ſit charitas ipſa, atque humilitas. 159.2

*Induit me veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ circundedit me, & tanquam ſponſam decorauit me corona.*

Quod indumentum ſalutis ſit Ieſus ipſe, eiuſve vita, & puritas. 565.1. quomodo eo induamur. 942.1

Quod indumenta lætitię ſint virtutum opera, & in primis ſubiectio animæ ad Deum ſponſum ſuum. 608.2

Qua ratione B. Agnes coronam acceperit ſponſalitiæ dignitatis â Chriſto crucifixo. 570. 2. Vide & 473.2

Quod & corona charitatis decorata item ſit, colliges ex dictis 474.2

De aureola, & corona virginitatis plura habes 158.2

*Mel, & lac ex eius ore ſuſcepi, & ſanguis eius ornauit genas meas.*

Quod B. Agnes in deuota oratione ſua mel, & lac ex Chriſti ore ſuſceperit, fuſius pertractatum habes 610.1

Vbi peregregie de mutua communicatione ſpiritus inter Deum, & animam deuote orantem.

Sanguine Chriſti ornatas B. Agnetis genas in rubore virginalis pudoris. 517.1. & 2

*Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur.*

Quomodo Angeli Deo aſſiſtant, & ſeruiant. 232.1

Quanta ſit Dei pulchritudo. 201.1

Quanta ſit pulchritudo Chriſti, vt hominis. 199.2

*Ecce quod concupiui, iam video, quod ſperaui, iam teneo.*

Quomodo B. Agnes concupiuerit videre Deum ſponſum ſuum. 251.1

Qua vnione vnita ſit Deo Agnes, quando illum inuenit. 407.1

Quomodo B. Agnes tenuerit Deum, illi obſequens. 413.1. & ſequen. Vide & 415.1


## 114 In feſtum Conuerſionis S. Pauli Apoſtoli ex lectione Actuum.


*Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini acceſsit.*

Pauli crimina prius proponi, quo magis elucerent poſtmodum eius conuerſio, atque virtutes. 71.1

Quod præ ſuperbia Paulus ante conuerſionem eſſet vt celſiſſima cedrus. 446.2

Quanta fuerit illius obſtinatio aduerſus Ieſum. 702.1

*Et ſubito circunfulſit eum lux de cælo, & cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi, Saule Saule, quid me perſequeris?*

In conuerſione ſua Paulus pulſatus primo, tum & vocatus. 702.2

Quod Pauli ſuperbia pulſatione, voceque Dei depreſſa fuerit. 446.2

*Vas electionis eſt mihi, vt portet nomen meum coram gentibus,* &c.

Quod Paulus fuerit currus triumphalis, & ferculum Chriſti poſt conuerſionem. 446.2. Taliſve effectus ab ipſomet Chriſto. ibid. & ſeq.

In hoc curru triumphaſſe Chriſtum ipſum per charitatẽ. 459.2

Eiuſdem currus reclinatorium, nempe Pauli animum, quomodo ob eximiã ſapientiã factum ſit aureum. 447.1

Aſcenſum nempe illius gloriationem effectum purpureum, quia eſſet in Chriſti cruce. ibid. 2. & ſeq.

Quomodo aſcenſus, & gloriatio iſta Pauli in duabus crucibus, vti in duabus columnis fulciretur. 447.2

Quomodo Paulus vt triumphalis Chriſti currus diuina moueretur gratia. 448.1

*Et continuo ingreſſus Synagogas prædicabat Ieſum, quoniã hic eſt Chriſtus.* Pauli prædicationem iſtam poſt couerſionem, fuiſſe vocem turturis. 335.2

Quod poſt conuerſionem Paulus dici potuerit naſus Eccleſiæ. 849.2

Quomodo dici potuerit & collum Eccleſię portans Chriſtum caput illius. 539.1

Circa Euangelium vide in Communi Abbatum.


## FESTA FEBRVARII.

## 115 In Euangelium & feſtum Purificationis B. Mariæ.


*Poſtquam impleti ſunt dies purificationis Mariæ ſecundum legẽ Moyſi.* Quod Maria etſi nihil haberet, quod purgaret, cũ eſſet tota pulchra, & ſine macula, vt habes 565.1

Cumque ita & in partu pura eſſet, vt ob virginalem puritatem cælis ipſis aſſimiletur, vt habes 77.2

Satisfacere nihilominus voluerit, vel falſæ hominum opinioni, qua nigra cenſebatur, & immunda per partum ipſum, de qua opinione habes ibid. 2. & ſeq.

Quamquam ob eximiam quoque humilitatem hac ſua purgatione ſe inſtar aliarum mulierum peperiſſe, purgationeque indigere perſuadere ſtuduerit. 532.2

Chriſtum filium ſuum in hoc imitata, cui in humilitate præſertim, & obedientia ſimilem ſe exhibere contendit, vt habes 147.2

Humilitas quippe præſtantius in illa eluxit, quam reliquæ virtutes vniuerſæ. 425.1

Adeo vt humilitate ipſa ſua ipſiuſque humilitatis contẽtione, & cum Chriſto humilitatis magiſtro contenderit. 228.2

Nec mirum, cum humilitas adæquari debeat magnitudini, quam quiſque habet. 168.2

De excellenti autem tantæ virginis humilitate plura videre potes notata in Indice rerum verb. *Mariæ humilitas.*

Purgamur, & purificamur nos à peccatorum nigredine per pœnitentiam. 74.2. & 78.1

*Tulerunt Ieſum in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini.*

Quomodo Chriſtus perfecerit legem Domini. 283.2

Cum illam alioquin abrogaſſe dicatur, vt habes ibid. & 380. 1

*Sanctum Domino vocabitur.* Quid ſit eſſe ſanctum, & quod ſolus Dominus vere ſit ſanctus. 28.1

Ita vt in comparatione Chriſti Sancti omnes ſint arbores infructiferæ. 246.1. & ſeq.

*Et vt darent ſecundum quod dictum eſt in lege Domini.*

Cur Deus antiquo populo carnalia vt offerrent ſibi ſacrificia iuſſerit, qui adoratur in ſpiritu, & veritate. 389.1

Quod omnis Chriſti actus eſſet ſacrificium Patri acceptiſſimum. 783.1

*Par turturum aut duos pullos columbarum.*

Virgines duos Chriſtum, & Mariam deſignatos per duos turtures, quos toties Deus offerendos mandabat. 152.1

Quam decuerit, vt pro Chriſto offerrentur turtures, at nõ columbę quælibet, ſed pulli columbarum. 335.2. & ſeq.

Quod tam turturis, quam columbæ appellatione deſignetur Spiritus ſanctus, & cur. 335.2

Quod & nobis pariter hodie ſimilia offerenda ſunt ſacrificia, idque exhibeat nos coram Deo ſimiles turturi in tribus, quæ habes 158.2

Necnon & columbæ ſtudendo habere columbarum oculos, tum fidei, de quibus 194.1. & ſeq.

Tum puræ ac ſanctæ intentionis, de quibus 196.1

Tum notitiæ ac intellectus, de quibus 197.2. & 844.2

Tum puritatis vitæ, de quibus ibid.

Tum contemplationis, de quibus 843. 2. & fuſius 480.2

Curando denique nos exhibere columbas Dei in puritate, & ſanctitate. 319.2

Atque in iis proprietatibus vniuerſis, quas ex Anſelmo enumeratas habes 198.2

*Et ecce homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon.*

Quam recte ante reliquas ſancti huius laudes dicatur extitiſſe *homo.* neque enim quis ſanctus eſſe poteſt, ita vt Deum in ſe habere intelligat, qui ſemet non agnoſcat hominem, vt habes 136.1. quive ſe non gerat vt hominem. 140.1

Quam congrue *Simeonis* nomen, quod obedientem ſonat, iſti tributum ſit ſancto ſeni, qui idcirco re vera dici potuit homo, qui in obedientiæ tabernaculis ſuos pauerit appetitus. 136.1

Cum qui ſine obedientia viuũt, homines nequaquam dici debeant. 155.1

*Et homo iſte erat iuſtus, & timoratus.*

Quod qui vere homo eſt, iuſtus dici debeat, quia per virtutum actus, qui ſunt rationi conformes, aſſimilatur diuinæ naturæ. 614.1. quæ eſt ipſa & iuſtitia ac rectitudo. 68.2

Vt iuſtus quis dici queat, debere in ipſo eſſe connexionẽ virtutum omnium. 951.1. Vide & 635.1

Quod bene ad *iuſti* epithetum adiunctum ſit, *Et timoratus:* cum timor ſit baſis aurea, ſuper quam fundatur iuſtitia omnis. 860. 1. & ſeqq.

Timor autem iſte non ſit is, quem ſeruilem dicunt Theologi, qui comparatur hyemi. 325.1. & 332.1. Eſtve cauſa omnium peccatorum. 325.2

Sed eſt filialis, quo iuſtus ipſe metuit, ne quid in ipſius cõſcientiam irrepat mali, de quo 820.2. & ſeq.

Quemve idem cuſtodire ſatagit vt theſaurum intra cor ſuum. 912.2

Cum re vera non diſtinguatur à charitate, quę eſt iuſtitię ac virtutis vniuerſæ perfectio, vt habes 64.1. & regula ac fundamenta. 67.2. ornamentum. 467.2

*Expectans conſolationem Iſrael.*

Quam ardenter ſanctus iſte ſenex cum omnibus Antiquis Patribus expectarit Chriſtum. 667.2. 365. 1. & 891.2

Quod aptiſſime Chriſtus expectaretur vt conſolaretur Iſrael, quia in illo id omne futurum erat, quod recreare poteſt. 791.1

Quam magna is fuerit conſolatio. 786.1

Quod ipſa diuini Verbi incarnatio rectè dicta ſit *conſolatio Iſrael:* cum poſt illam Eccleſia maximis cumulata ſit delicijs. 856.2. & 327.1

Quod qui vere Iſraelitæ ſunt nõ debeant expectare alias conſolationes, quam ſpirituales, quæ Chriſti ſunt. Vide in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.*

*Et ſpiritus ſanctus erat in eo.* Quod in vnoquoque iuſto ſit Spiritus ſanctus, licet is in illo appareat, & non appareat. 309.2. & 319.2

Manifeſtetque ſe per bona opera. 309.2. Vide & 655.2

Quod iuſti anima ſit fons ob inſignem gratiarum copiam. 620.1. Et puteus aquarum viuentium. 648.2

*Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, nõ viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini.*

Quod reſponſi vocabulum, ſicut & reſpondendi verbum præſupponat internas S. Simeonis voces mortem à Deo expoſcentes. 319.2

Deſideriis & orationibus iuſtorum quomodo ſatisfaciat Deus. 305.2. 673 2. & 889.1

Quod iuſti & videant, & non videant mortem. Videant, quia frequenter illam meditantur. 907.2

Non videant, nec guſtent illam (vt ait Dominus) quia non admittunt in ſe id, quod mortem afferat. 101.2

*Et venit in Spiritu in templum.*

Quod à Spiritu S. impellantur iuſti ad bona. 644.1

Quodve Spiritus ipſe ſit ductor ad bene operandum, quatenus inſtar Auſtri calefacit charitatis calore. 656.1

*Et cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo.*

Quod Chriſtus templum ſupernæ Ieruſalem inductus ſit in templum Ieruſalem terrenæ. 783.2

Quod diuina lex exhibenda ſit impreſſa ſuper brachium noſtrum per operum oſtenſionem. 917.2

Quod eadem ſit in ornamentum iuſtorum inſtar murenularum. 161.2

*Et ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum.*

Quod orationem præcedere, & comitari debeant opera, cum ſit gladius in gutture, & in manibus. 440.2

Quod ipſamet opera bona, præſertim quæ charitatis ſunt, miſericordiæ, humilitatis, ac fidei, ſint oratio efficaciſſima. 608.1. & ſeq.

*Nunc dimittis ſeruũ tuũ Domine ſecundũ verbum tuum in pace.*

Quod Chriſtus ſanctos quoſque ad ſe colligat per mortem, vt lilia. 744.1

Quod iuſtus ad libenter moriendum non indigeat ſollicitatione. 343.1

Quinimo illam optans precetur Chriſtum, vt ipſum ad ſe colligat. 666.2

Eſt enim ei mors in pace, & in deliciis. 858.1

*Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*

Ocularis viſio Chriſti quantum ſeni iſti attulerit dulcedinis, & gaudij. 200.2. & 117.1

Cur Chriſtus dictus ſit ſalutare Dei. 36.1. 45.1

De cognitione magna diuinorum, quæ Simeoni infuſa eſt, cum Chriſtum videret infantem. 173.2

Vide & 12.2

*Quod paraſti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium.*

Quod Chriſtus in Incarnatione paratus ſit vt Sol ante faciem omnium gentium. 468.2

Quinimo fuerit ipſamet lux, & lumen ad reuelationem gentium vniuerſarum. 109.1. & 756.2

## 116 In feſtum S. Matthiæ Apoſtoli ſuper lectionem Actuum Apoſtolorum.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euangel. *Reſpondens Ieſus dixit, Confiteor tibi Pater.* In feſto S. Franciſci.

*In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit.* De primatu Petri, vt Eccleſiæ capitis, & Pontificis reſidentis in Eccleſia Romana. 853.1. 445.2. & 429.1

*Viri fratres.* Quod rectè filij Eccleſiæ, ac præſertim qui erãt ex collegio diſcipulorum Chriſti, dicti ſint *viri* ad differentiam filiorum Synagogæ, quæ erat parua & ſine vberibus. 937.1

Cumque charitatis magnitudo, & paruitas arguat magnitudinem, & paruitatem ſpiritualem. 936.1

Quod ſtatura animæ ea ſit viri perfecti, quæ eſt ſimilis palmæ in iugi progreſſu. 860.1

Quod iidem diſcipuli, & *fratres,* congruenter appellati ſint, qui in charitate fundati eſſent in lege fraternæ dilectionis. 266.1. & 284.1

*Oportet impleri ſcripturam, quam prædixit Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui, &c.*

Quod Petrus auctoritatiue exponat Sacras ſcripturas, quia Chriſti Vicarius, cuius aſſiſtentia maxime neceſſaria eſt ad illarum intellectum. 214.1

Quod Scripturæ ſanctæ ſint dictatæ à Spiritu ſancto, atque adeo dum commẽdantur vt domus cõmunes Chriſto, & Eccleſiæ, commendentur potiſſimum à parte ſuperiori. 215.1. & 3.1

*De Iuda qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum, qui cõnumeratus erat in nobis.*

Quod peccatum aliquando in ſanctioribus firmius, ac fortius inſidet, pugnatque aduerſus Deum, vt patuit in Iuda Apoſtolo. 654.1

Iudam ipſum inter Apoſtolos, & impios cum iuſtis ad quid commixtos permiſerit Deus. 71.1. & 78.1

Vide & 82.2

*Oportet ergo ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo, &c. teſtem reſurrectionis eius fieri.*

In Prelatorum electione quanta ſit adhibenda diligentia, quidve potiſſimum ſit ſpectandum. 436.2. & 437.2

*Et orantes dixerunt.* Quod in prudẽtibus quibuſque actionibus ad orationem primo confugiendum ſit. 499.2

*Tu Domine, qui noſti corda hominum.*

De acutiſſimo Dei intuitu. 303.2. & 310.1

*Oſtende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatus.*

Miniſterium verbi Dei tam præcipuum, vt pro illo exercendo Deus ipſe carnem ſumere voluerit. 5.2. & 12.1

*De quo præuaricatus eſt Iudas.* Sine perſeuerantia nullius miniſterij, nulliuſve ſtudij habendam rationem. 217.2. & ſeq.

*Vt abiret in locum ſuum.* Quod qui præuaricatur non habẽs rationem dignitatis & gratiæ, quibus à Deo inſignitus eſt, abeat in locum infimum, factus brutis, ac beſtiis ipſis inferior, & deterior. 140.1

*Et cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis.*

San. Matthiam in hac Apoſtolatus ſorte pereximiis inſignitum fuiſſe prærogatiuis, quãdoquidem vna cum reliquis Apoſtolis fuit coma & corona Chriſti. 762.1

Sicut fuit & eiuſdem manus. 777.1

Et vbera ſicut turris. 948.1. & crura. 881.2. & ſeq. & currus. 147.1

Et equitatus in curribus. 148.2. & ferculum. 456.1. & fluuius aromatum. 658.1

## FESTA MARTII.

Pro feſtis S. Thomæ Aquinatis, & S. Gregorij Papæ, Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Vos eſtis ſal terræ.*

*In communi Sanctorum Doctorum.*

Pro feſto S. Benedicti Abbatis, Vide in communi Sanctorum Abbatum.

## 117 In Euang. & feſtum Annunciationis B. Mariæ.

De Incarnationis myſterio, eiuſque motiuis, neceſſitate, & effectibus plura notata habes in feſtum expectationis B. Virginis menſ. Decembr. Vide & in Indice rerũ verb. *Incarnatio.*

*Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.*

Quod Angelus Gabriel vt ventus Auſter deſtinatus à Deo ſit ad B. Virginem, cum illa indulgeret contemplationi, Incarnationis myſterium mente reuoluens. 657.1. 11.1. & 697.1

Quam bene adiectum ab Euangeliſta ſit nomen ciuitatis Nazareth, quod florem deſignat, cum illum nunciatus ibi fuerit, qui per incarnationem ipſam ſuam proferendus eſſet vt flos oriens in huius mundi campo, qui fimo peccati pinguiſſimus erat. 224.2
Necnon & è campo vteri viginalis abſque humano ſemine. 228.1. Vide plura de hoc flore 229.1
*Ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph.*
De Mariæ virginitate plurima videre potes notata in Indice rerum verb. *Mariæ virginitas*, & verb. *Virgines*, ſeu *Virginitas*.
*Et nomen Virginis Maria.* Sic appellatam B. Virginem, quia in illam, vt in proprium locum fluxerint aquæ diuinarũ gratiarum. 647.1
*Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue.*
Mariæ oppoſitiones. 323.2. & 365.1
Cum ex verbo Græco conſtet, per vocem *Aue* ſignificatum ab Angelo B. Virgini, vt gauderet, Potes hic agere de rationibus, quibus eidem gaudendum ob Angeli nũtium de incarnatione, in ipſa facienda nimirũ, quia electa eſſet, & conſtrata in lectulum Chriſti. 432.1
Necnon & in ferculum. 453 2
In Dei ſponſam. 254. 2. Atque in eiuſdem matrem. 23.2
*Gratia plena.* De gratiæ plenitudine, quæ extitit in Maria. 88.2. 273.2. 799.1. & 198.1
Quod Deus charitatem in illa ordiuauit, quando ei hanc contulit plenitudinem gratiarum. 271.2. Vide in Indice rerum verb. *Mariæ gratia.*
De ſignificatu participij Græci, quo Maria hoc loco dicta eſt vel grata, vel gratioſa, Vide 799.1. & ſeq.
*Dominus tecum.* Quomodo tunc temporis id dici potuerit, cum nondum facta eſſet incarnatio in Mariæ vtero. 306.2
*Benedicta tu in mulieribus.* Maria quam rationabiliter inter omnes mulieres, & ab omnibus virginibus benedicta, & beatiſſima prædicetur. 811.1
Rationes tres, ob quas eadem benedicta ſit in reliquis mulieribus. 237.2
*Et benedictus fructus ventris tui.*
Hunc fructum benedictum, qui & fructus Dei. 255.1
Chriſtum extitiſſe pomum pulcherrimum, & maxime fragrans. 247.2
*Quæ cum audiuiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.*
Quod B. Virgo turbata ſit ob eximias laudes, in ſe ab Angelo collatas, æque ac per vinum potens conturbari ſolet mens potantis. 23.1
Quod eadem Virgo cogitatione ſua quaſi dentibus quibuſdam ruminare ſtuduit quicquid ab Angelo accepit. 501.1
*Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria.*
B. Virgini nunquam timendum coram Domino, vel coram Angelis, quia armata fortitudine, & decore. 612.1
Et quia tanta munita eſt charitate, vt transfigere potuerit cor Sanctiſſimæ Trinitatis. 589.1
Et, quia armata fide atque obedientia, in iis potens extitit vulnerare cor Dei. 582.1
Neque vero vllatenus eidem timendum ab hominibus, quæ prædicata eſt terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata. 799.2
B. Mariæ orationem adeo fortem, vt turri Dauid fortiſſimæ comparata ſit, munitæ mille clypeis, & omni armatura fortium. 538.1
*Inueniſti enim gratiam apud Deum.* Tantumdem hoc eſſe, ac, Valde Deo placuiſti, & grata extitiſti. 799.1
*Ecce concipies in vtero, & paries filium.*
Quod & conceptio in vtero Mariæ & partus ex eodem puriſſimus futurus eſſet. 842.1. & ſeq.
Quod eiuſdem vterus futurus eſſet paries, & paries diaphanus, & quomodo. 313.1
Quanto ſtudio Angelus enitatur excitare B. Virginem ad præbendum aſſenſum myſterio Incarnationis in ſe conſummando. 705.1. & 706.1
De nomine Ieſu vide in feſto Circuncifionis.
*Hic erit magnus & filius Altiſsimi vocabitur.*
Quam magnus futurus eſſet Chriſtus nedum vt Deus, ſed & vt homo. 241.1
Eumdem veriſſime dictum Altiſſimi filium, cum eſſet oculus Verbi aſſumentis carnem, vt habes 6. 2 cumque in eo eſſet duplex natura, diuina, & humana. 52. 1. 756. 1. & 787.1
Quod Mariæ vterus fuerit lectulus verbi, cuius lectus eſt vterus Patris. 211.2
*Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius*, &c.
Chriſtum vt hominem reſidere ſuper ſolium Danid regnando in Eccleſia per ſuos Vicarios. 458. 1
*Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud?*
In verbis hiſce B. Virgo inſignem exhibens actum fidei modum ab Angelo exquiſiſſe, quo faciendam credebat incarnationem. 197.2
*Quoniam virum non cognoſco.*
Mariam admiratam eſſe de modo, quo conceptura eſſet, cum per votum virginitatis expoliauerit ſe tunica ſua, ſimulque lauerit pedes affectuum ſuorum. 719.1
*Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.*
Conceptio Chriſti quomodo tribuatur Spiritui ſancto. 11.2
Spiritus ſanctus quomodo obumbrarit Mariæ ſuperueniens in eam, facienſque vteri illius lectulum vmbroſum. 211.2
Eamque per ipſam deſponſans Incarnationem. 248.1. & ſeq. & 254.2
Quod miſſio Spiritus ſancti in Mariã tempore Incarnationis fuerit quaſi miſſio manus per foramen. 729.2
Quod per vmbram Altiſſimi obumbrantem intelligatur Chriſti caro, & humanitas. 249.1. & 211.2
*Ideoque quod ex te naſcetur ſanctũ, vocabitur filius Dei.* Quod in Chriſto fuerit gratiarum, ac virtutum omnium connexio, vt in filio Dei. 30.2
Quod Chriſtus ſolus dici quiuerit verus ſanctus, qui ſolus ſterit in vtero matris abſque omni peccato. 313.1
*Quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.*
Quod & intrinſecus B. Virgo à Deo tracta fuerit de diuina hac omnipotentia. 729.1
*Dixit autem Maria: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.*
Quam prompte, & cum quanta fide Maria ſe exhibuerit, vt Incarnationis myſterium in ſe expleretur. 947.1
Quantum in iiſdem verbis præ ſe tulerit humilitatis. 719.2
Quantum & reſignationis. 720.1. 11.1. & 51.1
Quomodo ita ſe reſignauit, vt ſimul quoque diuinum verbum in ſuum inuitarit vterum. 667.1
Præbendo in iiſdem verbis aſſenſum prædictum ſubiecit ſe mortificationi prauæ opinionis aliquorum. 738.2
Per eadem verba abſtraxit diuinum Verbum à Patre, charitate, fide, humilitate, ac reſignatione ipſa ſua. 586.2
Immo per eadem dementatum quodammodo reddidit Deum. 587.2
Per incarnationem quomodo in Maria factum ſit verbũ, & quomodo ea ſit allocuta. 937.2
Quid in primo illo ſuæ conceptionis inſtanti comederit Chriſtus in vtero tantæ Virginis. 684.2. Eumdem vterum fuiſſe vt mundam phialam aromatum. 794.1
In eo inſtanti collegit Chriſtus in corde ſuo omnes paſſiones ſuas cum futura ſalute hominum 676.1. Incipiẽs myſterium Redemptionis. 667.2. Et Maria ex tunc cõmunicare cœpit illius paſſionibus. 279.1. Vide & 287.1
Quam celeriter facta iſta incarnatio. 306.1. & ſeq.
Factam eſſe tempore verno, & cur. 334.2
Quomodò in eius inſtãti intremuerit Mariæ vterus. 729.2
Quomodo in eodem inſtanti Mariæ labia à Deo oſculata fuerint fauus diſtillans. 614.2
Quantam dulcedinem ſenſerit Maria in illo inſtanti. 255.1. Vide & 259.1
In eodem inſtanti Mariam donatam fuiſſe ſingulari perfectione Sanctitatis. 272.1. & 857.2
Quod Verbum diuinum in illam deſcenderit vt lapis in proprium centrum. 872.1
Quod in Mariam vnam collatus ſit totus Dei amor in ipſa Incarnatione. 807.2
Quod præſtito conſenſu à B. Virgine diſparuerit illico Angelus. 738.1

## FESTA APRILIS.

Pro feſto S. Marci Euangeliſtæ vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta.* In communi ſanctorum Euangeliſtarum.

## FESTA MAII.

### 118 In Euangelium & feſtum SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

*Non turbetur cor veſtrum.* De inteſtina cordis conturbatione, & bello, quale ſit, quamve contra illam nobis inuigilandum. 101.1
Cor, caput, ac mentem in anima pro eodem ſumi. 491.1
Quam turbari ſoleat animæ illius cor, quæ Dei præſentia orbatam ſe cenſet in ariditate ſpiritus. 64.1.
Quanta ſit internæ pacis dulcedo, & qualis eadem ſit. 252.2

Tantam illam eſſe,vt merito in ea veluti in lectulo quiete dormiant iuſti. 389.2
Idque nedum in proſperis, ſed multo magis in tribulationibus, in quibus iuſti quiete, & abſque vlla turbatione veluti in pacatiſſimo conquieſcunt lectulo. 430.2
*Creditis in Deum, & in me credite.* Hæc eſt prima ratio,quare non debeamus cõmittere, vt turbetur cor noſtrum, ſi crediderimus Chriſtũ eſſe Deum, cum cor,& voluntas hominis à ſolo Deo fulciri poſſit. 286.2
Quod credere in Deum, atque in Chriſtum idem ſit, ac tenere illum. 411.1
Quietem tantam nobis præſtari per fidem, vt propterea fides ipſa lectulus dicatur communis Deo, & homini, cum per eam quieſcat & homo in Deo & Deus in homine. 205.1.& ſeq.
Quod fides ſit pectus, & murus præfortis animæ. 941.1
Quomodo fides ipſa deſeruiat pro ſcuto,& omni armatura fortium aduerſus omnem conturbationem. 435.1.& 517.1
Quod fides ſit initium & fundamentum iuſtificationis noſtræ, per quam animæ Chriſto ſponſatæ dulciſſima perfruuntur cordis quiete, & pace interna. 251. 2. & 253.1
Quod bene inferatur à Chriſto nihil ei timendum, nec quippiam turbationis admittendum,qui credat ipſum eſſe Deum. Quia is per hanc fidem intelligit primo tãtum ſe ab illo amatum, vt pro ipſo mortem ſubire non dubitauerit. 460.2
Secũdo ſe in tribulationibus ipſis illum habere comitem. 555.1.& 474.1.comitemque glorioſum,atque adeo per illum eas ſibi reddendas glorioſas, & ſummi gaudij. 682.2
Et tertio totum ſe illi committere debere, ſuamque ſpẽ vniuerſam in illum conijcere. 286. & 379.1
*In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, &c.*
Hæc eſt ſecunda ratio, cur animabus fidelibus nil in præſenti ſæculo afferre debeant turbationis vel aduerſa ipſa:quia ſimul cum doloribus exhibeatur & ſpes cæleſtis gloriæ. 342.2.& ſeq.
Vide & 218.2
Quam dulcis in gloria illa futurus ſit Chriſtus, qui & in tribulationibus pro ipſo toleratis in hoc mundo dulciſſimus eſt. 186.1
Qua ratione in cæleſti patria ſint vna,& plures beatitudinis gloriæ. 342. 2. Vnaque & plures domus, ac manſiones. 217.1
*Ego ſum via, veritas, & vita.*
Quod Chriſtus recte ſe viam dixerit,per quam ad cæleſtẽ patriam tendere debeamus imitantes illum in itinere virtutis. 49.2
Quod per Chriſtum vt per viam ſtratam iuſti incedant nudis pedibus. 721.1
Quod Chriſtus veritas quoque ſit, quia vera via, quatenus eius humanitas & humilitas nobis inſtar tutiſſimæ pharus propoſita eſt in ipſo virtutis itinere. 533.1
Quod veritas quoque dicatur, quia verus Deus. 5.2. & quia reuelata doctrina eius veriſſima, ipſaque extitit veritas, quę vnicum eſt fidei obiectum.206.2. Vide & in Indice rerum verb. *Doctrina Chriſti.*
Quod Chriſtus recte vitam ſe dicat,quia per ipſum viuimus æque ac corpus per animam. 112.2. Et quia inſtar cordis eſt fons & principium vitæ omnis ſpiritualis, quæ in charitate ſita eſt. 543.2. & 579. 1. Et quia quicquid in ipſo factum eſt vitam nobis confert. 174.2
*Nemo venit ad Patrem niſi per me:* Ad Dei Patris cognitionem perueniri non poſſe niſi per Chriſtum. 315.2
Quod nemo poteſt venire ad Patrem,vt quidquam cæleſtis valoris apud eum mereatur, & impetret, niſi eius opera & orationes ſint obſignata Chriſto,vt ſignaculo. 912.2.& 507.2
Per Chriſtum nos habere acceſſum ad Deum in iuſtificatione. 252.2
*Dicit ei Philippus. Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.*
Quod in viſione Dei potiſſimum ſita ſit beatitudo, quæ ſola per ſe ſufficit nobis, quatenus per illam ſatiatur anima noſtra. 114.1
Quod viſio ipſa Dei,& ipſa, quæ exinde prouenit ſaturitas, cum deſideria in beatis ſint quodammodo vnus actus. 629.2
Quam inaniter, & inſipienter quæratur ab hominibus mundi per quod ſatietur eorum appetitus, & beatitudo in alio,quam in Deo. 395.2.& 396.2
*Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me?*
Cur homo ignoret Deum ſibi eſſe præſentem.136.1. & 138.2
Quomodo anima poſſit cognoſcere hanc Dei præſentiã in ipſa. 137.1
*Philippe,qui videt me,videt & Patrem.*
Quod qui bene cognoſcit Chriſtum, cognoſcit & Deum. 39.2
Ideo enim is carnem ſumpſit, vt corporea viſione geſtiſq; corporeis traheret homines ad cognitionem Dei. 46.2
*Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera,quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet.*
Quomodo id intelligendum,vt fideles efficiant maiora,& inſigniora opera, quam Chriſtus ipſe. 616.2

## 119 In Euangelium & feſtum Inuentionis Sanctæ Crucis.

*Erat homo ex Phariſæis Nicodemus nomine.*
Quod Nicodemus erat ex Phariſæis, qui iuſtiores apud Iudaicum cenſebantur populum, de quibus 343. 2. Quodve hic recte adnotetur Nicodemum venientem ad Ieſum fuiſſe ex Phariſæis, qui ſegregati quidem inſtar religioſorum dicebantur, ſed præ reliquis erant imperfectiores: quia magna res eſt,vt imperfectus, & malus religioſus veniat,& reducatur ad Ieſum,vt colliges ex dictis 654.2
*Hic venit ad Ieſum nocte.* Quomodo nox eſſe queat ei, qui accedit ad Ieſum veram lucem. 389.1
Cum Nicodemus vt adhuc imperfectus nocte, & in occulto ad Ieſum venerit,metuens,& erubeſcens ſi videretur: Potes hic agere, quam praua,atque damnoſa hæc duo ſint, præſertim hominibus bonis. Et quidem de erubeſcentia habes 352.1
De timore autem, 325.1
Cum per noctem quoque ſignificetur ignorantia, vt habes 392.1. Potes hic agere quam enitendum vnicuique ſit,vt ab ipſa recedat, præſertim in rebus fidei. 131.1
*Rabbi ſcimus,quia à Deo veniſti magiſter.*
Ob id in carne veniſſe Chriſtum in mundum, vt magiſtri exerceret munia. 6.1.& 896.1
Quod Chriſtus ita extiterit Magiſter, vt ſimul & Rex fuerit. 55.1
*Nemo enim poteſt hæc ſigna facere,quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.*
Quob ex Chriſti miraculis argueretur in illo eſſe diuinitatem. 730. 2.776.1
Quod in miraculis ipſis faciendis Chriſtus ſuperauit alios ſanctos. 305.2
*Reſpondit Ieſus, & dixit ei. Amen amen dico tibi. Niſi quis renatus fuerit denuo,non poteſt introire in regnum Dei.*
Quod Deus quamlibet, vel minimã accipit occaſionem nobis benefaciendi,& ſeſe inſinuandi. 728.2
In cæleſtem patriã introire neminẽ, qui per nouam reformationem vitæ denuo natus non fuerit: & quomodo hæc fiat noua natiuitas. 413.2
*Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto,non poteſt introire,&c.*
Quod in baptiſmo anima excitata & ſponſata ſit, vbi & genita. 908.2
Quod bene renaſci dicamur in baptiſmo, in quo vt in ſimilitudine mortis & ſepulturæ Chriſti, & nos mortui ſumus. 643.2
Nouam iſtam nauitatem dici fieri ex Spiritu ſancto, quia in baptiſmo exhibeatur Spiritus ſanctus, ibid.& ſeq.& 649.1
Dici pariter fieri ex aqua propter puriſſimam ablutionẽ, quæ ideo dicatur ablutio lactis. 764.2
Quod per baptiſmum introducamur in Eccleſiam domum vini, & regnum Dei. 299.1
*Quod natum eſt ex carne,caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt.*
Animam per intentionem rectam naſci ex ſpiritu transformatam in ipſum Spiritum ſanctum.196.1.& 197.2
*Spiritus vbi vult,ſpirat: & vocem eius audis,ſed neſcis vnde veniat,aut quo vadat.*
Quare Spiritus S. aſſimiletur vento ſpiranti. 299.2
Quomodo in anima, in qua voluerit ſpiret Spiritus ſanctus, audiaturque illius vox in ſanctis inſpirationibus. 302.2
*Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcẽdit de cælo filius hominis,qui eſt in cælo.*
Qua ratione Chriſtus in mundum veniens aſcenderit ſimul atque deſcenderit. 224.2
Quod idemmet Chriſtus in corpore ſuo myſtico adſcendat ſimul atque deſcendat,quando ſpirituales orationi vacant. 166.1.& contemplationi 422.1
*Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto:ita exaltari oportet filium hominis.*
Quod Chriſtus eatenus inſtar ſerpentis exaltatus ſit,quatenus ſuper crucis lignum maledicti,& peccatoris ſpeciem exhibuit nigram. 80.1

Quomodo idem exaltatus in cruce peccatum appellatus ſit. 663.1

Quod ſuper cruce fuerit quidem homo manifeſtus, ſed Deus abſconditus. 314.2

Immo in medio latronum crucifixus ſit,vt cenſeretur latro,& ſceleſtus æque ac illi,tametſi contrarium per illos manifeſtatum ſit. 244.1

In crucem vt in palmam aſcendiſſe Chriſtum. 866.2

Quomodo lignum Crucis congruat cum arbore ſcientiæ boni,& mali, in quo peccauerũt primi parentes.451. 2

Secundum aliquos Patres idem lignum extitiſſe ex arbore ipſa ſcientiæ. 908.1.& ſeq.

Quod in crucem ipſã iuſtus quiſque aſcendat per imitationem. 865.1

Quod ſicuti Iudæi liberabantur à morte dum in exaltatũ ſerpentem æneum oculos coniicerent: Ita & fideles quique in meditatione Chriſti ſuper crucem exaltati præſeruentur, & eruantur à morte peccati, excitati ad ſe crucifigendum cum Chriſto ipſo.907.1. & promoti ad charitatem. ibid.2

De hac autem meditatione plura videre potes notata in indice rerum verb. *Paſsionis Chriſti meditatio.*

Exaltatum Chriſtum ob id potiſſimum in cruce, vt ab omnibus conſpici poſſet,atque adeo exaltatum vt lampadem ſuper candelabrum. 925.2.& 913.1

Crucem Chriſti eſſe gladium ſanctorum.443.1.Immo eſſe omnem armaturam fortium,& mille clypeos.540.1

Si plura de ipſa crucis materia velis,vide quæ notata ſunt in feſto Exaltat. S. Crucis, & in Indice rerum verb. *Crux,& Chriſti paſsio,& Paſsio Chriſti.*

*Vt omnis,qui credit in ipſum non pereat,ſed habeat vitam æternam.*

Per fidem in Chriſtum crucifixum haberi vitam æternam,quatenus iuſtificationis fundamentum ipſa eſt fides.252.1. & per fidei munus Deo exhibitum acquiritur Spiritus ſancti gratia. 169.2

Vide in Indice rerum verb. *Fides.*

Pro feſto Apparitionis S. Michaelis Archangeli vide in feſto Dedicationis eiuſdem.

Pro feſto S.Ioannis ante portam latinam vide quæ notata ſunt ſuper Euang. feriæ 4. Domin.2. Quad.

## FESTA IVNII.

Pro feſto S. Barnabæ vide in communi Apoſtolorum ſuper Euangelium, *Hoc eſt præceptum meum.*

Pro feſto S.Baſilij Magni vide in communi vnius Martyris ſuper Euangelium, *Si quis venit ad me, & non odit.*

### 120 In Euangelium & feſtum S. Ioannis Baptiſtæ.

*Quis putas puer iſte erit?* Cum ad hanc interrogationem nemo,qui reſpondeat, reperiatur in Euangelio, tu primum ex Euangelio ipſo deſume hanc reſponſionem, *Ioannes eſt nomen eius.*

Vide de hoc nomine Ioannis,& quomodo eius recordatus ſit Dominus de ventre matris illius,ſicut & alterius pariter eiuſdem nominis lucernæ ardentis, & lucentis. 313.2

Secundo deſume reſponſum ex ipſiſmet Angeli verbis, *Iſte puer erit magnus coram Domino.* non magnus ſimpliciter, quia & apud ſeipſum, & coram hominibus humillimum ſe exiſtimari gaudebat; humilis enim celſiſſimum obtinet locum,vt habes 529.1

Quod ſi humilitas adæquari debet magnitudini, quam quiſque habet. 168. 2. Humillimum ſane Ioannem atque adeo & magnum coram Domino dicere operæpretium eſt, cum ſuper magnam virtutum molem ipſa eius humilitas fundata eſſet.531. 2. quandoquidem inter magnitudinem, & humilitatem perfectam præclarus exhibetur circulus à magnitudine ad humilitatem, & ab humilitate ad magnitudinem. 533.2

*Vinum,& ſiceram non bibet.*

En aliud, per quod Angelus propoſitæ ſatisfacit interrogationi. Puer iſte erit contemptor cuiuſcumque voluptatis ſenſibilis, quæ per vinum deſignatur,vt habes fuſius 19.2.& 64.2

Quod temperantiæ fructus conſeruentur per vitam auſteram,qualem tranſegit Ioannes Baptiſta. 520.1

*Et Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.*

En tertium Angeli reſponſum, Ioanni collatam in vtero copioſiſſimam Spiritus ſancti gratiam à Chriſto per Mariam, & quomodo id factum ſit. 312.1

Plenitudinem eam gratię & Spiritus ſancti,quę proportionata,& conueniens erat officio Præcurſoris Chriſti, illi fuiſſe exhibitam. 32.1

*Ee multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum.*

En quartam eiuſdem Angeli reſponſionem, Iſte puer erit primus Euangelij,& gratiæ prædicator, filios Iſrael,ad gratiam ipſam, eiuſve datorem conuertens. Vide quæ dicuntur 333.1

Quod Ioannes conuerterit multos ad Dominum,cum eſſet vox Chriſti. 305.1. Cumque eſſet prædicator pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum.735.1.Atque adeo & vox turturis eius prædicatio dicta eſt ſecundum Nyſſenum.336.2.vox columbæ. 349.2

Iſtam Ioannis prædicationem pœnitentiæ ſecurim quidem ad radicem arborum poſitam, fuiſſe appellatam ob eius robur.349.2.attamen dulciſſimam extitiſſe nedum in Dei auribus, vt vocem columbæ.350. 1. ſed & in auribus Eccleſiæ,ideoque ſecundum Pſellum dictam guttur Chriſti ſuauiſſimum.786.1

*Eliſabeth impletũ eſt tempus pariendi, & peperit filium,& audierunt vicini, & cognati eius,quia magnificanit Dominus miſericordiam ſuam cum illa.*

Quam magnam exhibeat Deus miſericordiam ſuam quãdo inſignem quempiam in mundum prodire , & naſci facit iuſtum. Siquidem propter illum vnum, illoque conſpecto multis parcit peccatoribus, totique ſæpius populo. 237.1

Idque multo magis ad illius preces,quibus ille ſe eius iræ ſummo ſe opponit robore.945.2.& 946.2.Adde quod ad iuſtum ipſum vt ad tutiſſimum portum confugere vnicuique liceat in fluctuoſo huius ſæculi mari. 157.1

Magnificari quoque Dei miſericordiam, cum quis mundo exhibetur iuſtus , quia illũ intueri licet vt ſpectaculum quoddam ſanctitatis. 824.1

*Et congratulabantur ei.* Congratulationem & compaſſionẽ eſſe duo vbera iuſtorum. 25.1

*Apertum eſt autem illico os eius,& lingua eius,& loquebatur benedicens Deum.*

Vtinam & oſtium oris noſtri concluſum teneatur, vt habes 619.2. & lingua noſtra conſtricta vitta ſilentij, vt habes 509.1.Nec aperiantur labia, niſi ad benedicendũ Deum,& ad orationem, de qua habes 505.2.

### 121 In Euangelium & feſtum SS. Apoſt. Petri & Pauli.

Petrum,& Paulum eſſe duo vbera Eccleſiæ æqualia,& lacte redundantia. 543. 1. Vide ibid.& ſeq.eas, quæ circa vberum metaphoram, & duorum hinnulorum capreæ ſimilitudinem plures fiunt, ponderationes. facile enim quæ de Prælatis in genere ibi pertractantur, ad hos duos Prælatorum referes Principes. Sicut & ad eoſdẽ referes ea, quæ de Doctoribus Eccleſiæ circa eaſdem metaphoras tractantur. 551.1

Vide pariter in expoſitione ſecunda Verſ.x.cap.ix.591. 2 quæ de ſanctis Eccleſiæ vberibus dicuntur, ac de ſanctis eiuſdem Prælatis. Vide & 945.1.& 947.2

Quod iidem duo Apoſtoli ſint & comæ Chriſti capitis Eccleſiæ, habes ex Pſello 762. 2. Quomodo autem ſint ſicut elatæ palmarum, facile colliges ex iis, quæ dicuntur à Patribus. ibid.1

Quod ſint & duo Eccleſiæ oculi inſtar columbarum facile probabis ex iis , quæ habes 486.1. & 763. 1. & ſeq.& vbi explicatum reperies, Quomodo fuerint ſuper riuulos aquarum,& lacte loti,reſidentes iuxta fluẽta pleniſſima.Vide & 846.1. & ſequen. Quomodo iſti duo oculi fuerint ſicut piſcinæ in Heſebon,quæ ſunt in porta filiæ multitudinis: facile enim ea ad hos duos referes,præſertim ſi per portam filiæ multitudinis, Vrbẽ intelligas, quo maxima confluebat multitudo populorum ex toto mundo.

Quod ſint & duo Eccleſiæ myſtici Chriſti corporis crura duæque præfortes columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas colliges facillime ex iis, quæ dicuntur 781. 2.& 782.2

Petrum eſſe guttur Eccleſiæ ſicut vinum optimum, Paulũ vero eſſe eiuſdem os redolens mala, habes ex Aponio 867. 1

Quomodo iidem duo Apoſtoli ſint Eccleſiæ Catholicæ collum, Chriſtum illius caput in illa ſuſtentantes,facile item colliges ex iis, quæ habes 523.2

Quomodo ſicut turris Dauid. 525. 2. De armis denique eorumdem. 526.2

*Reſpondens Simon Petrus dixit, Tu es Chriſtus filius* Dei *viui.*

*Reſpondens*

*Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar-Iona,* &c. *Et ego*, &c.

Fidei oculo qua ratione Petrus vulnerarit cor Chriſti vulneratus ipſe prius à Deo. Et quomodo inuicem hoc pacto iſtiuſmodi renouata ſint vulnera, colliges facile ex iis, quæ dicuntur 584.1

Quam merito *Beatus* dictus ſit Petrus, cui Pater reuelauit, cum fidei infuſio, & iſtiuſmodi reuelatio ſit exhibitio diuinorum vberum, præſtantiſſimumque diuini amoris inidicium. 61.2

*Bar-Iona*, id eſt filium columbæ cõgruentiſſime nuncupatum fuiſſe Petrũ, cũ ob id beatus à Chriſto prædicatus eſt, *quia caro, & ſanguis non reuelauit ei, ſed cæleſtis Pater:* quandoquidem fides prædicta & ſimplicitate, & puritate decora eſt inſtar columbarũ. 195.1. & 61.2. Vide & 15.2

*Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.*

Quod Eccleſiæ Catholicæ ædificium factum ſit cæmentis charitatis. 569.2

Quod prima petra fundamentalis huius ædificij Eccleſiaſtici ſit Chriſtus, Deuſque ipſe, quæ fortiſſima quidem eſt, licet per hominis intellectum in ea excaueantur foramina attributorum. 354.1

Super hanc autem primam petram Chriſtum, iſtam aliam petram Petrum illius Vicarium innixam, quæ ædificiũ ipſum fulciret vniuerſum. 523.2. Vide & 110.1

Quam bene à Chriſto hic dictum ſit, *Et ego dico tibi*, &c, *Aedificabo Eccleſiam*: cum ipſa Petri ſedes, & Apoſtolica Eccleſia adeo ſit excellens, vt ab ipſo ſolo fieri, & ædificari potuerit Chriſto. 444.2

Quam firmum ac ſolidum ſit ædificium iſtud in Petro fundatum. 445.1. Vide & 429.1

*Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris, &c. & quodcunque ſolueris, &c.*

Qua ratione Petri ſedes ſit ipſomet inferno potentior, atque ipſis prætortibus inferni portis fortior in poteſtate clauium. 921.1

## Pro feſto commemorationis S. Pauli, Vide quæ ſunt in feſto Conuerſionis eiuſdem.

## 122 In Euangelium eiuſdem feſti Commemorationis S. Pauli.

*Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum.*

Apoſtolorum progreſſus quam admirabilis in agro, & deſerto huius mundi, cum inſtar ouium infirmi miſſi eſſent inter lupos, terrenos principes, atque tyrannos. 419.2

Eorundem Eccleſia quomodo ab iiſdem tyrãnis percuſſa & vulnerata ſit. 749.2. & 745.1

Per Spiritus ſancti aduentum ſublata impedimenta quatuor, quæ harum ouium, ſanctorumque Apoſtolorum impediebant progreſſum inter prædictos lupos. 300.1. & 325.2

*Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

Prudentia in quonam ſerpentem imitari debeat, & quomodo illam exornet ſimplicitas. 500.1

Vide 499.2. tractatum de conditiomb. bonæ, ſanctæque prudentiæ.

*Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini,* &c.

Quod eloquium Apoſtolorum, & cuiuſque ſancti prædicatoris, & Confeſſoris Chriſti ſuggeratur illis à Spiritu ſancto: ſitve eloquium ipſiuſmet Dei. 505.1. & 350.1. vbi habes hanc diuini verbi prædicationem, & confeſſionem eſſe duplicem Echo.

*Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.*

Odio ab omnibus hominibus habitam Apoſtolorum Eccleſiam, ærumnarumque nigrore infectam, ſed formoſam nihilominus, & pulchriorem in iiſdem Apoſtolis per odium illud redditam. 70.2

*Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

Perſeuerantiam conferre perfectionem ſtructuræ domus æternæ beatitudinis. 218.1

Quod qui perdurauerit vſque in finem in tolerandis ærũnis, & perſecutionibus propter Chriſtum tutus reddatur poſſeſſor ſalutis animæ ſuæ, regnique cælorum. 931.1

## FESTA IVLII.

## 123 In Euangelium & feſtum Viſitationis B. Mariæ.

*Exurgens Maria abiit in montana cum feſtinatione.*

Quod Maria feſtinans ad Eliſabeth tracta ſit à Chriſto, & cucurrerit in odorem vnguentorum illius. 52.2

Quod ſurrexiſſe dicatur Maria, quando abiit in montana ad Eliſabeth, quia charitatis affectus id habet proprij, vt ſuſcitet à quacumque ſocordia, vel etiam à reſpectu quocunque. 737.1

Ex eadem charitate animam quamlibet id habere, vt adſcendat. 423.2

Impulſui autem illius nil poſſe obſiſtere, cum impetus eius ſit impetus ignis, atque flammarum. 727.1

*Cum feſtinatione* abiiſſe dicitur Maria, dum ipſa impelleretur charitate, cuius & alæ dicuntur alæ ignis & flammæ Dei, vt habes 926.1

Quomodo autem hiſce eius alis voletur, habes 926.1. & ſeq.

Vnde fit, vt quo quiſque eſt ſanctior, eo ſit & magis ſollicitus in vita ſpirituali. 320.2

*Cum feſtinatione* item abiiſſe dicitur B. Maria, ne vagari cenſeretur, vt proprium eſſe ſolet prauarum mulierũ. 120.1. Cũ virgo alioquin eſſet pudiciſſima ipſamet virginitas, concluſam ſe ſeruare ſolita ſæpe, de qua 103.1

Id quippe peculiare eſt pudicarum quarumlibet virginũ, vt concluſas ſe ſeruent, ideoque & ſignificanti nomine apud Hebræos abſconditæ appellantur. 512.2. Et virginitas ipſa *Hortus concluſus*, reperitur nuncupata. 622.1

Quinimo apud Ægyptios ideo mulieribus interdictus vſus calceorum, ne foras prodirent. 515.1. vbi plura de hac materia. Ideo denique & mulieres quæque ſpecies domus appellantur. 410.1

Quam autem neceſſarium id eis ſit, vt domi ſe contineãt habes 749.2. & 932.1

*Abiit in montana* B. Virgo, nec ei iam graue fuit montes conſcendere arduos, tametſi puella eſſet tenella, quia Chriſto innitebatur, quem habebat in vtero. Sic & montana vitę Spiritualis iis facillima redduntur, qui eidem innituntur Chriſto. 901.1

Quæ ſint montana, ad quæ cum Chriſto nobis tendendũ eſt. 554.1

Cur mortificationis ſtudium dicatur mons, & ſtudium orationis dicatur collis. 556.2

Orationis & meditationis ſtudia eſſe montana Iudææ, id eſt confeſſionis, in quæ Chriſto ſociante abire debet anima deuota. 558.2

*Et intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.*

De Virginali pudore, quo B. Virgo intrauit in dictam domum. 514.2

De eiuſdem modeſtia, & humilitate, qua prior ipſa iunior ſalutaſſe dicitur ſeniorem. 517.1. & 518.2

*Et factum eſt, vt audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infãs in vtero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth.*

An Ioannes ſenſu, & cognitione exultauerit in vtero matris ad ſalutationem Mariæ. 312.2

Chriſtus in vtero Mariæ ſtetit ante Eliſabeth, & Ioannes tanquam poſt parietem diaphanum. ibid.

Per Mariam & Ioanni, & Eliſabeth matri eius collatã ab eodem Chriſto gratiam, & plenitudinem Spiritus Sãcti, quave ratione. 313.1

Perque hanc gratiæ exhibitionem Chriſtum ſemet proſpiciendum exhibuiſſe eidem Ioanni. ibid.

Bene exultatione expreſſam hanc gratiæ, & Spiritus ſancti ſuſceptionem, cum id peculiare ſit Spiritus ſancti, vt exultationem & gaudium ſuo adferat aduentu. 299.1

Exultatio Eliſabeth, & Ioannis in memoria vberum Mariæ. 69.1

*Et exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu,* &c. *& benedictus,* &c.

Quod Spiritus ſanctus in animabus exiſtens pene totus lingua eſſe videatur. 317.2

Quod à tempore repletionis huius Spiritus ſancti tum in Ioanne, tum in Eliſabeth cœperit Euangelij, & gratiæ prædicatio. 333.1

Ob coniunctionem virginitatis & partus Mariam benedictam iure prædicari nedum ab Eliſabeth, ſed & ab vniuerſis, & benedictam præ omnib. mulieribus, quia ei vni conceſſum eſt præſtantiſſimũ ornamẽtum iſtud, de quo plura habes 161.1. 156.1. 529.2. & 621.1. Inde enim benedicta inter mulieres, quia benedictus fructus ventris eius. Vide 203.1. & 211.1

*Et beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino.*

Quod Maria de congruo meruerit fide, & humilitate ſua vt fieret Dei mater, vnde beatam iure eam prædicant vniuerſi. 587.2

Atque adeo ex cognitione fidei, & humilitatis propriæ ipſa arguere potuerit præſentiam Dei in ſe, vnde eadẽ beatitudo. 140.1

Quod fides ipſa fuerit cauſa, vt eadem Virgo decoraretur & virginitatis & partus pulchritudine. 196.2. & ſeq.

Quam magna hæc Mariæ fides. 485.1

Mariam obtinuiſſe beatitudinem, qua hoc loco celebratur ab Eliſabeth, non tam ex Chriſti conceptione, & partu, quæ conſecuta ſunt, quam ex præſtantiſſima ipſius fide. 705.1.& 845.2

*Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum.*

Quod B. Virgo glorioſa iugiter ſit in Domino, & in humilitate propria. 67.2

Ideoque in illum retulit quicquid in ſe eſſet præclari. 168.2

Et beatitudinem illam, qua generationum omnium ore celebratur, eidem acceptam ferens Domino, ob id potiſſimum eum magnificauit, quia is humilitatem ſuam reſpiciens miſericordiæ ſuæ ipſi impertierit. 710.2

*Et exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.*

Mariæ exultationem in Deo fuiſſe ex memoria miſericordiæ illius. 62.2

Necnon & inſignium beneficiorum eiuſdem. 64. 2. & ſeq.

Exultationem Spiritus eſſe lætitiam in dilectione Dei ſuper omnia, quæ eſt perfectiſſimum gaudium. 67 2

## 124 In feſtum S. Mariæ Magdalenæ.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. feriæ quintæ, Dominicæ Paſſionis.

Duos inſignes, eoſque maxime ſibi inuicem aduerſos pertractare potes Magdalenæ titulos, ambos ex Euang. depromptos, Peccatricis vnum, *Mulier erat in Ciuitate peccatrix:* Et charitate ſuccenſæ alterum, *Quæ dilexit multum,* de quibus ipſamet gloriatur eo modo, quẽ habes 766.2

Cum amor nullam potiorem habeat cauſam, quam amorem ipſum, vt habes 926.2

Proba, Magdalenæ charitatem ex ipſo peccatricis titulo maxime auctam, cum per illum immenſam magis intelligeret Dei charitatem, quæ inſtar fornacis ardentiſſimæ peccatis mundi, quaſi aquæ guttis, & exiguo rore indies ſuas altius eleuat flammas, vt habes 709.2

Quam autem duo iſti tituli ſimul pugnent, proba ex eo, quod peccatum denuo adueniens charitatem fuget, & è veſtigo charitate ipſa arceantur peccata. 654.2

Sicut per amorem proprium radicem omnis peccati arcetur ab anima charitas, & per charitatem amor ipſe proprius tanquam inſtructo, validoque fugatur exercitu. 285.1

Quod ſi in Magdalena pugnam totam videre velis, audi ipſammet illam referentem. 270.1

Quod autem peculiarius ſecundus illi competat titulus, *Diligentis multum,* audi eamdem id referentem peregregie, cum primam ſuam exponit conuerſionem, ſeque inſtar ferociſſimæ feræ à Chriſto vulneratam aſſerit charitate, vt habes 278. & ſeq.

Vnde factum eſt, vt eum, quem diligebat anima ipſius eo modo, quem habes 112.2. iugiter docentem audire ſatagens dicat illi: Indica mihi, vbi paſcas, &c. vt colliges facile ex ſenſu allato ab Origene. 119.1 eodemque perfrui deſiderans, idipſum ſæpius repeteret. Indica mihi, &c. ſenſu explicato 115.1

Secundo, multam eiuſdem Magdalenę charitatem & dilectionem in Chriſtum ex vnico, & potiſſimo argues eius ſtudio contemplationis, quo ſedens ſecus pedes eiuſdem Chriſti audiebat illius verbum nedum externum, ſed & internum, prout ipſa fatetur 256. 1. 259.1. & 269.2

Tertio, ex ſingulari illo ſuſcitationis Lazari fratris eius, quo à Chriſto cumulata eſt beneficio, quandoquidem beneficiis quam maxime flammam accendi charitatis habes 65.1. & 926.2

Quarto, ex affectuoſiſſimo miniſterio illo, quo poſt prædictum beneficium ſuper Chriſtum recumbentem nardi effudit vnguentum, de quo 170.1

Quinto, ex eo quod ſine ipſo dilecto ſuo haud perſiſtere valens, ad eius abſentiam languens, animique deliquiũ patiens fulciri per illum expoſcit. 277. 2. Quale vero iſtud eius eſſet deliquium habes 275.2. Quodve hoc languens charitatis languore phrenetico ſimilis eſſet, habes 752.1

Sexto, ex eo quod etiam cum à diſcipulis Chriſtus derelictus fuiſſet Paſſionis tempore, ipſa animo infracto ſtetit iuxta illius crucem: vbi & dixit, *Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic, &c.* eo ſenſu, quem colliges ex dictis 243.2. & breuius, 244.2. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, &c.* iuxta ſenſum Theodoriti. 256.2

Et de eodem, *Botrus balſami dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* ſenſu Ambroſij. 187.1

Septimo, ex miniſterio aromatum, ſeu ex complexu exanimis corporis eiuſdem Chriſti à cruce depoſiti, aromatibuſve myrrhæ, & aloe delibuti, quando ad iſtiuſmodi complexus dicere potuit. *Alligamentum guttæ fraternus meus mihi inter vbera mea commorabitur,* ſenſu allato ex Origene. 176.2

Octauo, ex ſedulo ſtudio, quo Chriſtum ipſum in ſepulchro conditum quæſiuit, poſtquam ille reſurrexit, quod ſane ſtudium ipſamet enarrante diſces ex Beda citato. 416.2. & 399.1

Nono, ex ſeceſſu in ſolitudinem, in qua vni indulgens vnioni cum ipſo dilecto ſuo, dicebat: *Dilectus meus mihi, & ego illi, &c.* ſenſu allato. 376.1

Vnique vacans ſtudio contemplationis, frequentiſſimis aſcenſionibus eleuabatur, ita vt cœleſtes ſpiritus illam admirantes dicerent, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi, &c.* ſenſu quem colliges ex dictis 423 1. & breuius, 424. 2

Ex omnibus hiſce allatis ita probato, quod propoſitum eſt, vt præcipuus Magdalenæ titulus iſte fuerit, quo Ieſus eam inſigniuit, *Quia dilexit multum.*

Adde titulum prædictum ita eidem competere, vt merito illam vt talem Angeli admirarint, appellarintque eam charitatẽ in delicijs, *Quam pulchra & ſuauis facta es charitas in delicijs:* ſenſu, quẽ ex Theodorito, & Ambroſio habes 858.1

## 125 In Euangelium feſti Sancti Apollinaris Epiſcopi, & Mart.

*Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior.*

Inter Chriſti diſcipulos debere fieri contentionem potius de humilitate, qualis facta eſt inter Chriſtum ipſũ, & eius matrem, de qua 228. 2

Tanto vnumquemque debere eſſe humiliorem, quanto eſt maior. 168.2

Vide de humilitate plura in Indice rerum verb. *Humilitas,* & de ſuperbia vitanda in verb. *Superbia.*

*Dixit autem eis Ieſus: Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur: Ego autem in medio veſtri ſum, &c.*

Vide hunc locum explicatum 476.1

De humillimo, & celſiſſimo Chriſti regno. 450.2. & 473.2

De Chriſti humilitate præſtantiſſimo humilitatis omnis exemplari. 533.1

*Qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt ſicut miniſtrator.*

Quod ſuperiores, & Prælati debeant ſe cenſere miniſtros & inferiores ſubditorum obedientium, cum per illorum obedientiam ipſis ſubiiciantur. 579.1. & 412. 1

*Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis, &c.*

Quod anima tribulata ſit particeps regni Chriſti, quod illi in hac vita diſpoſitum fuit à Patre. 690.2

Quod tribulationes ipſæ ita coronent iuſtos, vt ſimul cõferant & regnum. 473.1

Quive illas pro Chriſto patiuntur, ſeſſuri ſint cum eo in die iudicij, vt iudices, & cœleſtis regni poſſeſſores. 931.2

Pro feſto S. Iacobi Apoſtoli, Vide Euang. feriæ 4 Dominicæ ſecundæ Quadrageſimæ.

Pro feſto S. Annæ matris B. Mariæ, Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro.* In communi SS. mulierum.

## FESTA AVGVSTI.

### 126 In feſtum S. Petri ad vincula.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. in feſto SS. Apoſtol. Petri & Pauli. Vide & in feſto Cathedræ S. Petri Romæ.

De vinculis peccatorum peſſimis, quibus conſtricti nil boni agere poſſumus, quod cœleſtis ſit valoris. 737.2.

Deque iiſdem vt Deum trahentibus è cœlo in terram. 47.2

De ſecundo vinculorum genere, deque humanis miſeriis, quæ per Oſeam Prophetam dicuntur *funiculi Adã.* 47.2.

De vinculis

De vinculis charitatis,quibus Deus traxit homines.47.1.
Et trahitur ab hominibus. 50.1
De quarto vinculorum genere, quibus Deum deuincimus, & Dæmones, & cuncta creata per orationem, quæ & catena eſt,& funis. 50.2. Et vitta, atque funiculus coccineus. 506.1.& ſeq.
De tribus religioſorum votis quinto vinculorum genere, quibus ita iidem deuinciuntur, vt magis reddantur liberi,& inſigni ornamento decori. 154.1
De obedientia ſexto vinculorum genere, quo ita deuincimur, vt quaſi precioſiſſimis potius honeſtemur torquibus,atque monilibus. Quove & magis reddimur liberi. 155.2. Vide & 157.1. Ambroſium legentem, *Ceruix tua ſicut redimicula.*
De Prælatura ſeptimo gnere vinculorum, quibus ita pariter deuinciuntur, qui per obedientiam myſticum repræſentant Eccleſiæ collum, vt quaſi inſignibus decorentur murenulis. 160.1
De virtutum omnium connexione, quæ & ipſa catena quædam eſt,non quidē ferrea,ſed aurea, & vincula inſtar moniliū fabrefactorū manu inſignis artificis. 836.2
Poſtquam his omnibus octo vinculorum generibus B. Apoſtolum Petrum inſtructum oſtenderis , adde & nonum,atque poſtremum illud,in cuius honorem hodiernum celebratur feſtum: Vincula ipſa ferrea, quibus pro nomine Ieſu Petrus ipſe in carcerib. deuinctus eſt, quæve & glorioſiora is cenſuit, quam monilia & ornamenta quantumlibet precioſa, & iucundiora quam deliciæ mundi vniuerſæ. 527.1. prout & de coapoſtolo eius Paulo habes expreſſius 857.1
Tum oſtende non immerito & B. Petrum tanti hæc feciſſe vincula, & Eccleſiam præſenti illa celebrare feſtiuitate potius , quam alia eiuſdem vinculorum genera: cum per ea is pro nomine Chriſti paſſus ſit,& pati pro Deo multo ſit ei gratius,quam operari item pro ipſo, vt habes 931.1. neque Dæmonibus quid operū noſtrorum tanti æſtimatum , quam nos aliquid pro Chriſto pati, quod & maxime formidant. 932.1. Vnde nil mirum, ſi & ſancti idipſum ſibi maxime putent glorioſum,vt habes 931.2. idque & aliis vniuerſis ſtudeat perſuadere, vt colliges ex dictis 279.1. 474.1. & 771.2.

Pro feſto S. Dominici Confeſſ. Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Sint lumbi veſtri præcincti.* In communi Confeſſ.non Pontificū.

## 127 In Euangelium & feſtum Dedicationis S.Mariæ ad Niues.

*Loquente Ieſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba,dixit ei:*
Quod bene mulier exclamaſſe dicatur, loquente Ieſu: quia ad id impulſa,& excitata fuit vi,& dulcedine verborum illius, quæ quanta eſſet habes 200. 2. & 277. 2
Quam congrue mulier iſta excitata ad Chriſti laudes, laudet potius eius matrem,cum & ipſa Dei genitrix Chriſtum ipſum laudari cenſuerit, quando ab illomet laudaretur, vt colliges ex dictis 203.1
Cum mulier eadem typum geſſerit Eccleſiæ, potes hoc loco tractare rationes,quibus illa iugiter cum ſuis fidelibus tantam Virginem celebrare conſueuit, eiue & templa,& baſilicas erigere,vt in ipſis frequentiori populorum collectione laudaretur; quarum prima eſt, quod eadem Virgo eſt aduocata peccatorum, ſicut & Chriſtus. 147.2.538.1.& 947.1
Secunda,quia mediatrix eſt inter Chriſtum, atque ipſam eius Eccleſiam conſtrata charitate. 465.1
Tertia, ob ſedulū eius ſtudium erga ipſam, ſuoſve fideles. 817.1.821.1.& 954.2
Quarta,quia dimicat pro ipſa. 821.2
Quinta, quia accurit in auxilium deuotis ſuis. 647. 1. & 828.2
Sexta,quia inuitat Chriſtum in ipſam, & in pias quaſque animas. 878.1
Septima, quia proponit Chriſto fructum conuerſionis etiam hominum mundi. 813.2
Octaua, quia eius precibus excitati ſumus ad Chriſtum ſub cruce. 824.2
*Beatus venter, qui te portauit.*
Nedum beatam, ſed & beatiſsimam iure ab vniuerſa Eccleſia dici Mariam ob virgineum partum. 811.2
B.Mariæ ventrem extitiſſe lectulum Verbi, cuius lectus eſt vterus Patris. 211. 1. quave ratione iſtiuſmodi lectulus dictus ſit vmbroſus. 212.2
Eumdem ventrem fuiſſe parietem diaphanum. 313.1. Et hortum Dei. 667.1
Curve is dictus ſit ſicut aceruus tritici. 842.2
*Et vbera quæ ſuxiſti.* Iſta Mariæ vbera quomodo dicantur de cœlo plena. 550.1
Quod laudentur ex hac virginei, & cœleſtis lactis plenitudine. ibid.
Et ob idipſum dicantur pulchriora vino luxuriæ, e qua vbera alia lac habent. 599.2
Quod eadem ſint miraculum pulchritudine. 698.1. & præcipuum ſpectaculum beatorum. 824.2
Quod ea filio oſtendat Maria, quando orat pro peccatoribus. 947.1
Et per illa flectat quodammodo violenter Deum ad miſericordiam. 597.1.& ſeq.
Sunt quippe oratio efficaciſſima. 598.1.& efficaciora orationibus ſanctorum omnium. ibid.2
Quomodo Chriſtum lætificent. 598.1.& inebrient. ibi.
Quomodo ſint vnguenta precioſiſſima. ibid.2
Quod dicta ſint lampades dilectionis eius in Deum. 928.2
Myſtica eiuſdem Virginis vbera eſſe virginitatem , atque fœcunditatem,ex Ruperto. 552.2
Eſſe geminam dilectionem, qua reis impetrat veniam & iuſtis gratiam. ibid. ex Richardo. eſſe & illius miſericordiam,& pietatem. ibid.
*At ille dixit: Quinimo beati,qui audiunt.*
Quid fuerit in Maria præſtantius, eſſe virtutibus decorā, & gratia plenam,an eſſe matrem Dei. 22.2
Maternitatem eatenus in illa extitiſſe præſtantiorem,quatenus iunctas habuit alias gratias vniuerſas. ibid.& ob virtutum omnium connexionem. 836.2
Tametſi ipſa virtutum ſtructura innixa ſit in maternitate Dei. 837.1. ex qua maternitatis gratia magis, quam ex vlla alia re diuini in ſe amoris notitiam habuit. 31.2
*Beati,qui audiunt verbum Dei,& cuſtodiunt illud.*
Verborum Dei quanta habenda ſit ratio. 772.2
Verbum Dei, eiuſdemque legem ita cuſtodiunt Sancti quique, vt quaſi digito Dei ſcriptam in ſe ipſis contineant. 779.2.& 780.2.& quaſi typis in corde,& in brachio ſuo ſeruent impreſſam. 916.2
Iuſtos eſſe ventrem Chriſti, & pyxidem eburneam ſacrarum ſcripturarum. 781.1

Pro feſto Transfigurationis Domin. Vide in Sabbatho poſt Domin. primam Quadrag. & in Domin.2. item Quadrageſimæ.

## 128 In feſtum S. Laurentij Martyris.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Amen amen dico vobis: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &c.* In communi vnius Mart.
Quod B. Laurentius triumpho cum Chriſto dilecto ſuo reuecturus de tyranno, deque dæmonibus ſuper ferrea craticula, vt ſuper reclinatorio aureo triumpharit, extenſo corpore ſuo,toto charitatis igne combuſto,ad Chriſti imitationem,qui ſuper crucis ferculo,ſuperque illius reclinatorio reſedit combuſtus, combuſtumque ſuum extendit & corpus, qua de re plura habes 462.2
Quod per dexteræ eiuſdem Chriſti complexum adſtricta anima ſua ad cor illius Laurentius cor ipſum ſuum totum charitatis igne ſuccenſum habuerit, igne ipſo deſumpto ex eodē Chriſti corde , quod ardentiſſimam ſe exhibuit fornacem. Vide 283.1. & 462.2
Charitas cur appelletur ignis in ſcriptura ſacra. 927.1
Ignis proprietates quindecim æque & Deo, & charitati competentes. ibid. 2
Quod ignis iſte charitatis in Laurentio nec terroribus & cruciatibus,nec blanditiis ſuperari,& extingui potuerit. 929.2.& 932.2
Pro qua charitate vniuerſam ſubſtantiam ſuam, & Eccleſiæ diſtribuit theſauros. 933.1
Tametſi propter eam diſtributionem à tyranno & fidei hoſtibus deſpectus alioquin ſit. ibid.
De hac theſaurorum diſtributione ex ipſa charitate prodeunte plura videre potes 548.1.& ſeq.
Quod charitatis ignis nedum extingui potuerit cruciatibus,atque blanditiis, ſed & ipſa fortior, validiorque extiterit morte, quandoquidem pro eo igne tuendo Laurentius mortem contempſit. 914.2
Rationes diuerſæ, ob quas charitas in genere fortior dicatur morte. 922.1
Verba Laurentij ad impiiſſimum Tyrannum extitiſſe ſcintillas, & flammas ex dicto igne charitatis eius erumpentes. 925.2
B.Laurentij animam ab ipſomet intra eam exiſtente charitatis igne in cœlum ſublatam facile probabis ſimilitudine allata. 453.1. Idve maximo impetu.cum impetus charitatis dictos habeat impetus ignis, atque flammarum. 425.2

## 129 In Euangelium & feſtum Aſſumptionis B.Mariæ Virginis.

*Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.* Si per caſtellum, & oppidum mundum accipias, Vide quam apte is oppidi, & Ciuitatis nomine ſignetur. 393.1
Ingreſſum autem Chriſti in hoc oppidum ſub alia horti metaphora explicatum ab ipſomet Ieſu habes 676.1
Si tamen magis ad rem noſtram per caſtellum illud B. intelligas Mariam.
Quod ea non caſtellum, & oppidum ſimplex extiterit, ſed ciuitas regia, in qua Deus ſuam conſtituit ſedem, ſuumque erexit vexillum, habes 271.2
Quod in hoc oppidum vti in hortum ſuum Ieſus ipſe ingreſſum ſe afferat, habes 675.1
Quod & in piam quamque animam vt in proprium caſtellum idem ingreſſus ſit, quãdo ea iuſtificata eſt. 270.1
Quod intrandi verbum ſignificet adire, & capere poſſeſſionem. 671.1
*Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam.*
Congruẽtiſſime adiectum ab Euangeliſta mulieris Chriſtum hoſpitantis nomen. Marthæ enim vocabulum prouocantem ſignificat, & excitantem, cum B. Virginem excitantem Ieſum, vt in ipſam ſicut in domum, hortumque ſuum veniret, habeamus 667.1.
Domum B. Virginis, in quam Chriſtum excepit, fuiſſe eius mentem: plures vero eiuſdem domus fuiſſe vniuerſas animæ illius potentias, qualeſve eæ extiterint. 219.1
Quod & anima pariter ſuſceptum Ieſum introducat in cor, & mentem ſuam domum matris ſuæ. 416.1
*Et huic erat ſoror nomine Maria.*
Quod duæ vitæ, actiua, & contemplatiua, tanquam duæ ſorores debeant ſimul eſſe, cum vita ex ambobus mixta ſit perfectiſſima. 294.1.& 322.2
Quod vita contemplatiua, & actiua vniformi vulneretur cor Dei. 588.2
Quod vitæ ſpiritualis perfectio ſita ſit in viciſſitudine curæ ſui ipſius, quod eſt vitæ contemplatiuæ, & curæ proximi, quod eſt vitæ actiuæ. 273.1.& 644.2
Contemplationem nonnunquam relinquendam, vt in vita actiua proximus inſtituatur. 824.2. Atque adeo ſæpius contemplatiui à Chriſto excitantur ad procurandam proximorum ſalutem. 705 2. ſurguntque à contemplatione ad prædicationis ſtudium. 734.2
Actiones enim perfectas pręcedere debet contemplatio. 294.1
Tametſi non deſint, qui metuentes per actiuam vitam redire ad ſæculi occupationes, diuinæ obnitantur excitationi, vt habes 722.1. Non intelligentes vitam actiuam, & occupationes eſſe inſtar tunicæ interulæ, quæ exuitur ſordida, & induitur munda: atque in eiuſdem vitæ itinere poſſe ambulari pedibus affectuum mundis. 710.2
*Quæ etiam ſedens ſecus pedes Domini.*
Quod in contemplationis ſtudio ſedeatur, tametſi & adſcendatur. 422.2. Quod ſedeatur ſub vmbra, & ſecus pedes Chriſti, guſteturque fructus illius. 250.1. & 255.2
Quod nedum ſedeatur, ſed & dormiatur, quamuis illius ſomnus bonus ſit cum vigilia. 696.2
Maxime autem illis, qui huic indulgeant contemplationis ſtudio iſtam eſſe neceſſariam tranquillitatis ſeſſionem, exinde probabis, quod contemplatiui ſunt myſtici Eccleſiæ oculi, atque adeo & delicatiſſimi, vt habes 481.1
Quamquam in hoc à corporeis diſcrepant oculis, quod vt magis in prędicta perſeuerent ſeſſione, intra velum abditos, atque ſecretos ſe ſeruantes acutius ſpeculantur. ibid 2. meliuſque ac tutius corpus vniuerſum deducũt Eccleſiæ. 482. 1. & micantiores de ſe ad Deũ emittunt radios. ibid. Transformati in Deum, quem vnum aſpiciunt. ibid.
*Audiebat verbum illius.* Quod in contemplatione pia anima ſit tota ſtupor. 801.1
Idque in perfruendo interno Dei alloquio. 785.1
Qua ratione ad idem alloquium liquefiat. 742.1. & 743.1.
*Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium.*
Comparatio vitæ actiuæ, & contemplatiuæ ſub metaphora vineæ. 953.1
Vbi & quomodo actiui ſatagant circa frequens miniſterium, vt coloni vineæ pacifici.
*Quæ ſtetit, & ait: Domine, non eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet.*
Proprium id eſſe ſolere Actiuorum, vt remouere nitantur contemplatiuos à ſua quiete: cum tamen id maxime à Deo prohibeatur, vt habes 293.2. & 297.1
Carnales percipere non poſſe guſtus contemplationis, ideoque ab ea auertere obniti quoſcunque poſſunt. 295.1
*Et reſpondens dixit illi Dominus: Martha, Martha ſollicita es & turbaris erga plurima.*
Quod vita actiua ex natura ſua iunctam habeat ſollicitudinem. 395.1
Actiui quantis tribulationibus concutiantur in Eccleſia. 71.1 .& 224.1
*Porro vnum eſt neceſſarium.* Contemplationis ſtudium eſſe vnum illud, quod eſt neceſſarium. Primo, quia in illo ſuſcitatur in anima charitas, quæ eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem. 848.1.& 269.1. Secundo, quia per illud aſſequimur perfectam cum Deo vnionem, quæ eſt ſimpliciter neceſſaria. 259.1
Tertio, quia in illo anima & ſe, & quidquid in ſe eſt Deo elargitur. 805.2.& 874.1
Quarto, quia in illo excitamur ad mortificationem omnium potentiarum noſtrarum. 739.2
Quinto, quia beatitudo ipſa cœleſtis in hoc potiſſimum ſita eſt, vt diuinam contemplemur eſſentiam, quæ eſt vltimus, ac neceſſarius finis noſter, vt colliges ex dictis 251. 1. & 114.1
Vnde contemplationem, & vitam contẽplatiuam Chriſti ſponſa vineam ſuam peculiarem appellat. 954.1
*Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*
Quomodo cum hac Saluatoris ſententia congruat ſentẽtia illa altera eiuſdem: *Pulchriora ſunt vbera tua vino.* qua vino contemplationis præferre videtur vbera miſericordiæ, quibus in vitæ actiuæ ſtudio lac funditur in proximorum vtilitatem. 594.2
Contemplatiuos eſſe præſtantiores quocunque alio fidelium ordine, quo decoratur Eccleſia. 483.2
Quam vere, & de glorioſiſſima Virgine Maria dicatur, quod hanc partem optimam elegerit contemplationis. 697.1.& 58.2
Quale extiterit eius ſtudium contemplationis, quamve perfectum. 501.1.

## 130 De Aſcenſione, & Aſſumptione eiuſdem Virginis ad cæleſtem beatitudinem, *optimã partem, quæ non auferetur ab ea in æternum.*

Quæ quamve eximiæ extiterint illius aſcenſiones in profectibus, cum præſentem adhuc degeret vitam. 424.2. & 834.1
Quam optarit Virgo beatiſſima transferri cum Chriſto ad cælum. 668.2
Prænunciatam illi à Chriſto fuiſſe gloriam reſurrectionis & immortalitatis eius. 560.1
Firmiſſimeque ipſam crediſſe ſe ad cœlos aſſumendam, & regnaturam cum eodem filio ſuo. 58.2
Ei morienti adſtitiſſe Chriſtum cum Angelorum choris. 963.1
Alio vero modo illam è mundo vocaſſe ad ſe, ac reliquas ſanctas vocet animas. 571.1
Poſt mortem aſſimilatam Chriſto in gloria etiam corporis. 147.2
Læuam eiuſdem Chriſti ſub capite Mariæ extitiſse, quando ipſa vidit illius gloriam in hoc ſæculo: Dexteram vero eius ipſum amplexatam eſse, cum ab illo aſumpta fuit. 288. 1
Quod aſcẽdens in cælum Chriſto innixa Maria illum habuerit vt ſignaculum aduerſus ſignacula, quibus paradiſi aditus erant obſignati. 917.2
Dum in cælum aſumeretur ſpectandos in illa choros, & acies Angelorum ipſam comitantium, & laudibus celebrantium. 828.2.& ſeq.
Congratulatos enim illi aſcendenti Angelos ipſos habes 906.1
Eamve in ipſo eius aſcenſu admirantes habes 834. 1.& 902.1.& 903.2.& 904.1.
Introductam denique eam fuiſse à Chriſto ſponſo ſuo in cælum vinariam cellam. 258.2
Quæ de mundo egreſsa per mortem coronata fuit de regnis mundi, vt habes 573.2. & de Diabolo, atque de iniquis, vt habes ibid.
Mariam in cælis coronatam fuiſse triplici aureola. 570. 2
Quibus deliciis eadem in cælo regnans exuberet. 857.2
Quotquot in cælo, vel in terra ſunt ſancti emiſſiones illius ſe eſse fatentur. 697.2. Et quantũ in ipſa eſt glorificationem ſuam toti impertit humanæ naturæ. 58.2. & ſeq.
Regnans in cælo propoſita eſt vt præmium victoriæ, ſicut & Chriſtus. 861.2
Eſtque maxime ſpectabilis, vt fons hortorum. 646.2
De illius interceſſione pro nobis in cælo. 538. 1.& 611.2. & ſeq. Vide & in feſto Dedicationis S. Mariæ ad Niues.

Pro feſto S. Bernardi Abb. Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Ecce nos reliquimus omnia.* In Communi SS. Abbatum.

## 131 In Euang. & feſtum S. Bartholomæi Apoſtoli.

*Exiit Ieſus in montem orare.*

Quod in præcipuis, & prudentibus quibuſque actionibus ad orationem confugiendum ſit. 499. 2

Quomodo nobis exeundum ſit, & cum ad orationem tẽdimus. 473. 2. & cum prudentem quampiam tacturi ſumus deliberationem, colliges ex dictis 500. 1.

Qua ratione Ieſus nobiſcum egrediatur, vt vadat, cum ad orationem eximus. 558. 2. quive ſit mons, & collis, in quos egredi ſe libentius idem ſignificet. ibid. & ſeq.

In montem pariter exiſſe Chriſtum ad orandum in ſolitudine. Quam autem iſtiuſmodi neceſſaria ſit ſolitudo, & iſte ſeceſſus, colliges ex dictis 422. 1. Vnde & ſponſa eumdemmet Ieſum inuitat, vt ſecum egrediatur in agrum meditationis. 874. 1

Prælatis quam neceſſarium ſit orationis & meditationis ſtudium. 526. 1

*Et erat pernoctans in oratione Dei.*

Nocturnum tempus aptius eſſe ad orationem. 391. 2

Atque adeo & ſponſam in ipſa oratione ſua Chriſtum dilectum inter vbera ſua pernoctaturum aſſerere, vt colliges ex dictis 172. 1. & 174. 1

Necnon & eumdem inuitare dilectum, vt ſimul cum ipſa in eodem orationis ſtudio pernoctet in villis, continuatam, & aſſiduam perficere cum vellet meditationẽ. 959. 2

*In oratione Dei.* Vocabulum *Dei*, adiectum orationi deſignare orationem perfectam, iuxta Hebraicam phraſim, de qua 925. 2

Quænam ſit hæc oratio perfecta. 606. 1

Eiuſdem orationis perfectionem ſitam in modo, quo illa ſit. 508. 1. Eam dicendam *orationem Dei*, quæ ipſi ſit Deo. Qualis eſt, quæ ſit ſine mentis euagatione, atque effuſione: qui enim orans mẽte euagatur, Deum orare minime cenſendus eſt. Vide 559. 2. & 605. 2. Effuſionem cordis in oratione coram Deo tantum faciendam. 423. 1

Hancque cordis, animæque effuſionem tunc idem eſſe ac oſculum Deo exhibitum. 889. 2

Non eſſe dicendam *orationem Dei* eam, quæ ſit corde ſuperbo, cum à Deo lõgiſſime abſit, qui & ab illa ſe auertit. 166. 2

Nec illam, propter quam ea omittũtur, quæ neceſſario facienda eſſent, cum Deus ab illa potius fugetur. 803. 1

Si *Dei* nomen non tam paſſiue, ſeu proprius terminatiue ſenſu iam explicato, quam actiue adiectum hoc loco ſit, vt per *orationem Dei* intelligatur oratio illa, quam Deus ipſe facit. Hoc ſenſu noſtra ea oratio perfecta, & *Dei* dicenda eſt, primo, quia in nobis orat, & pro nobis interpellat Spiritus ſanctus, qui & Deus ipſe, de qua ex Paulo. 507. 2

Secundo, & illa, quæ ſit operta veſtimentis Chriſti, de qua 606. 2. & ſignata eodem Chriſto vt ſignaculo. In qua Chriſtus ipſe Deus, & homo, eiuſve merita ſint, quæ orent, quæve idcirco ſit efficaciſſima, vt habes 904. 1

Tertio demum & oratio illa mentalis, in qua anima deuota ſuſceptum à Deo Spiritum in eiuſdem Dei ſtillat os per oſculum ſpirituale, de qua 610. 1

Per eam quippe anima ipſa vnitur Deo ſicut amans vnitur amato per labia, quibus oſculum imprimitur. 505. 2. Eademq; inſtar labiorum eſt oſtium, per quod admittitur Spiritus ſanctus, & ex præcordiis emittitur Spiritus affectuum. ibid.

*Et cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos.*

Quod bene dies dicatur factus, quando inſtituta eſt Euãgelij prædicatio, per vocationem diſcipulorum, & electionem Apoſtolorum, cum ex tunc lux Euangelij diffundi cœperit, cumque Euangelium ipſum dies illa ſit, quæ aſpirare tunc cœpit, vt colliges ex dictis 380. 1

*Et elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominauit, Simonem, &c.*

Quam congrue Apoſtolos, id eſt miſſos, & legatos hos nominauit, quos iam diu ἀποστόλας, Apoſtolas, & emiſſiones appellarat Eccleſiæ, vt habes ex Philone 636. 1. Cumque ad id illos elegerit, vt ipſos mitteret ad prædicandum Euangelium, prout habes 317. 2

Quantum amoris Chriſtus duodecim iis exhibuerit in hac electione: quandoquidem eligens illos in Apoſtolos, elegit & in amicos, & in proximos ſuos, & in vaſa Spiritus ſancti, & in præſtantiſſimos Euangelij miniſtros, vt colliges ex dictis 318. 2. & 322. 1.

In hac eorumdem electione diuerſiſſimo modo Chriſtũ ſe geſſiſſe ab electoribus Principium mundi, cum rudes elegerit, abiectos, & infimæ ſortis. 420. 1.

Sed tametſi ita ij eſſent abiecti, ac viles, ex ea Chriſti electione habuiſſe, vt potentiſſimi eſſent. 420. 2. Tantumve adeptos eſſe eloquentiæ, vt dici ab ſponſo meruerint *fluuij aromatum*. 657. 2. & tantũ honoris, ac præeminentiæ, vt in Eccleſia præcedant Prophetas. 220. 1. Et ſanctis veteris teſtamenti præferantur. 33. 1

*Et Iudã Iſcariotẽ, qui fuit proditor.* Plures ob rationes S. Euãgeliſtam hoc *Proditoris* adieciſſe epithetum, & notanter haud dixiſſe & Iudam *Proditorem*, ſeu, *qui erat proditor*: at, *qui fuit proditor*. Prima, vt intelligeremus illum in tempore electionis ad Apoſtolatũ haud relictum in ſua naturali malitia, ſeu vna cum aliis Apoſtolis præallatas recepiſſe ſanctificationis gratias. 322. 1

Secunda, vt per hoc conſpicuum fieret vniuerſis commixtione impiorum Eccleſiam præſentis ſæculi, & quancunque vel celſiſſimam illius collectionem ac collegiũ reddi illuſtriorem, vt habes 71. 1. & 78. 1. quamquam id, quod fuit mali in Iuda, non fuerit ab eligente Chriſto, ſed à diabolo, vt habes 82. 2

Quarta, vt notum nobis eſset peccatum aliquando in ſanctioribus firmius, ac fortius inſidere, & pugnare aduerſus Deum. 654. 1. & ſeq.

Quinta, vt diſceremus ſemper metuere caſum in aliquod crimen quantalibet præditi ſimus gratiæ prærogatiua. 820. 2

Sexta, vt nobis magis eſset perſpecta fornax diuinæ charitatis, cuius flammæ altius eleuantur ex tolerantia tã ingentium peccatorum, tantæque ingratitudinis. 709. 2

Septima demum, vt per hoc doceremur nullum in Eccleſia contemnendum, præſertim Prælatorum, quamdiu in ipſa perſeuerat Eccleſia, etiamſi malus ille ſit. 79. 2

Quoad martyrium Apoſtoli Bartholomæi, potes illi aptare, quod à ſponſa dicitur. 744. 2. vt ipſemet illud referat, pellem, quæ illi ablata fuit, deſignans nomine *pallij ſui*.

Sanctum iſtum virum propria potius pelle, carniſve tunica ob Dei amorem excoriari, & expoliari voluiſse, quã permittere vt à ſe auferretur pellicea illa mortificationis tunica, qua ſalubriter in primis parentibus poſt peccatũ à Deo coopertam norat humanam naturam: quave iam inſipienter expoliantur iniqui, vt habes 716. 1. ad mortemque ſuam excoriantur, vt habes 717. 1

Cum alioquin noſset nihil homini poſse cõtingere peius, quam vt à Deo tali nudetur pellicea tunica. 716. 2

Exhibitione propriæ pellis Bartholomæum effectum fuiſſe pulchrum ſicut pelles Salomonis. i. inſtar cæli. 75. 2. inſtar Angelorum. ibid.

Per pellis eiuſdem expoliationem Bartholomæũ ipſum ſe exhibuiſse indutum pellibus Salomonis, glorioſiſſimo indumento ſalutis, ipſoque & Chriſto. 79. 1. Cuius & tabernaculum, & pelles ac tentorium extitit. 77. 1. Cui & ſimilem ſe manifeſtauit in tantis perferendis cruciatibus. 80. 1

Pro feſto S. Auguſtini Epiſcopi, & Confeſſoris Vide Euang. *Vos eſtis ſal terræ.* In communi SS. Doctorum.

## 132 In Euangelium & feſtum Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.

*Miſit Herodes, ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem.*

Cum carceres pro delinquentibus inſtituti ſint, atque vincula, cur permiſerit Deus, vt Ioannes, qui nullum vmquam admiſit delictum, in carcerem ipſum vinciretur. Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Cæci nati.* in feria 4. poſt Domin. 4. Quadrag. & in 2. Domin. Aduentus ſuper iis Euangelij verbis. *Cum audiſſet Ioãnes in vinculis opera Chriſti.*

*Propter Herodiadem vxorem Philippi, quia duxerat eam.*

Mulieres eſse ſpinas, cum ſpinarum & ærumnarum mundo intulerint maledictionem. 265. 2. Eas vero quæ iniquæ ſint, eſse ſpinas ignem excitantes, quo conſumuntur. 237. 1

Mulieris pulchritudo quam damnoſa. 238. 1. quantumve damni, atque doloris inferat mulierum conuerſatio. 238. 1. Vel etiam recordatio. ibid. 2.

*Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui.*

Principibus iniquis licitum id videri omne, quod concupierint, quia concupiſcentia ipſa faſcinatione ſua lucidum illud & pulchrum, atque decorum oſtendit. 87. 1

Quam bene Ioannes per id ſolum prædictam concupiſcentiæ faſcinationem detegere ſtuduerit, quod legem Dei ei oppoſuerit, dicens, *Non licet tibi*, cum Dei lex ſit

vera

vera lux, qua deteguntur, & fugantur tenebræ, vt habes 916.2

Correctionem fraternam debere eſſe ſicut vinum optimum. 868.1. Aſperitati quippe interponẽdum quid benignitatis. 612.2

*Herodias autem inſidiabatur illi, & volebat occidere eum.*

Mulieris prauæ inuidiam, & odium dici durum ſicut infernum, quia placari nequeat, niſi per mortem, colliges ex dictis 915.1

*Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virum iuſtum, & ſanctum.*

Haud mirum, quod Herodes metuerit Ioannem, cum quilibet iuſtus iuſtitia ipſa ſua ſit terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, vt habes 798.2

Herodem nouiſſe Ioannem eſſe iuſtum, & ſanctum, quia vidit illum ſicut lilium inter ſpinas. 237.1. & ex verbis, ac operationibus illius, quæ ex interna eius ſanctitate emittebantur veluti indicia. 631.2

Ioannes vir iuſtus, & ſanctus, quia totus pulcher in mente, in anima, & in carne. 565. 2. Et quia pulcher totus per impletionem totius legis, & ſine macula per declinationem ab omni opere malo. 564.2

*Et cuſtodiebat eum.* Quod & iniqui cuſtodire ſatagant iuſtũ qui inter ipſos ſit, quia norunt propter vnum iuſtum conſueuiſſe Deum parcere multis peccatoribus. 237.1

Et quia ex ipſis eadem percipiunt commoda, quę ex gregibus ouium percipiuntur, ſi recte cuſtodiantur. 135.2

*Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.*

Vitæ probitas quam neceſſaria ſit docentibus. 504.2. exẽplo enim magis proficiunt, quã verbo. 605.1. & 736.1

Iidem ſunt fauus ſtillans mel, etiam cum docent ea, quæ amara ſunt ſenſualitati. 604.1

Quomodo percutiant, vulnerentque quos docent, dumque ab eis audiuntur, auferãt ab illis velum ignorantię, affectuſque rerum terrenarum. 748.2

*Herodes natalis ſui cœnã fecit Principibus, & tribunis.* Conuiuiũ ſæculi quam ſit diuerſum à conuiuio ſpirituali. 19.1

De vini, & voluptatis, quod in mundi conuiuio propinatur, amaritudinibns, & damnis. ibid.

*Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, & ſaltaßet, & placuiſſet Herodi, &c.*

Quod voluptatibus ſęculi indulgens ſit iocus dæmonum. 136.1

Quam validum inſtrumentum bellicum ſint ſæculi voluptates, & illi qui iis indulgent. ibid. 2. & ſeq.

*Ait illi, Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi, &c.*

Quanta adhibenda ſit cautela in aperiendo ad locutionẽ ore, & præſertim ad promiſſa facienda. 509.1. & ſeq.

*Quæ dixit matri ſuæ, Quid petam? at illa dixit, Caput Ioannis Baptiſtæ.*

In conſultationibus quantum detrimenti proueniat ex ſordibus libidinis & cuiuſcumque peccati. 500.2

Quod anima velut equus effrenibus rapiatur paſſionibus, & affectibus. 822.1

*Et contriſtatus eſt Rex. Propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam cõtriſtare, ſed miſſo ſpiculatore, &c.*

Humani reſpectus quantum obſint animabus: curve dicantur cauerna maceriæ. 353.1

Prauam quoque erubeſcentiam actionibus bonis, & diuinæ legis adimpletioni eſſe maxime infeſtam multaque cauſare mala decreta. 352.1

## FESTA SEPTEMBRIS.

### 133 In feſtum Natiuitatis B. Mariæ Virginis.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. In feſto Conceptionis eiuſdem.

*Natiuitas tua Dei genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerſo mundo, ex te, &c.*

Quod Maria in ſua natiuitate inſtar auroræ conſurrexerit, ideoque mœroris tenebras expellens gaudium attulerit mundo. 815.1. & ſeq.

Quod ſecundo annunciarit gaudium; quia ex tunc accelerauit Verbi incarnationem. 578.1. ſicve gaudium ex tũc prænunciatum illud eſt, quod cauſari ſolet in mundo ex Solis ortu. Inſtar ſolis enim oriturum Chriſtum habes 109.1. & 468. 2

Tertio, gaudium nunciatum eſt per eamdem natiuitatẽ, quia exinde prænunciatum fuit mundo ſubſidium ad neceſſitates vniuerſas, quod maxime deſiderabatur, vt habes 248.1

Per ipſam namque B. Virginem exhibita eſt mundo ſpes ſubſidij panis, viniq; illius viuifici, de quib. 679.2. Necnon & aquarum illarum, de quib 31.1. Et florum omnium in vno flore illo, de quo 225.1. Et omnium fructuũ in vna emiſſione illa, de qua 634.1. Et veſtimenti illiuſmet iuſtitiæ ſolis, quo & ipſa amicta eſt, Ieſu Chriſto, de quo 605.1. & 606.1. Et tutiſſimæ habitationis, cũ ipſa eſſet ciuitas regia, in qua Deus ſuam conſtituit ſedẽ ſuumque & vexillum, vt habes 271.2. Et exercitus defendentis nos aduerſus hoſtes noſtros, cum nata ſit terribilis vt caſtrorum acies ordinata. 799.2. & equitatus validiſſimi. 148.1. & 145.1. & inſtar virgæ Moyſis demergentis Ægyptios. 149.2. & confugij validiſſimæ turris cum omni armorum genere. 578.2

Quod ſi ad cumulum annunciationis gaudij in hac natiuitate ſpem requiras diuitiarum, eruditionis, ac ſapiẽtiæ, atque etiam cœleſtis fœlicitatis, gaudendum vtique & propter huiuſcemodi ſpem. Virgo enim benedicta domus erat diuitiarum, & theſaurorum Dei. 509.1. ſacculuſve pecuniæ, & ſcriptorum eiuſdem. ibid. & ſacrarium omnium ſcripturarum. 648. 1. & ſeq. Ipſa denique Paradiſus nedum terreſtis, ſed & cæleſtis, & paradiſus paradiſorum. 634.2

Haud mirum igitur, ſi dilectus noſter noſtri gaudii cupidiſſimus hanc B. huius Virginis natiuitatem accelerarit, vt habes 323.1

Quod ſi verni temporis initia, quando Sol iſte ſenſibilis noſtro proximior ſit hemiſphærio, gaudium afferre cõſpicimus vniuerſo mundo: quidni & per natiuitatem tantæ Virginis, ex qua ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, gaudia dicamus allata? Quando hyems tranſire cœpit timoris mundi, imberque Moſaicæ legis, floreſque apparere, &c. vt habes 325.1. & 326.2. & ſeq. ſeu hyems peccati, & imber tentationum, &c. vt habes 328.2

Vnicam tamen circa hoc, quod dicitur, *Natiuitatem Mariæ annuuciaſſe gaudium vniuerſo mundo,* proponere potes difficultatem, quod conſuetudo ipſa mundi huic dicto aduerſari videtur, cum in natiuitatibus fœminarum triſtari potius ſoleat. Tum propoſitæ difficulati reſponde: Iure optimo cum naſcitur filia fœmina excludi omne gaudium, & ingentem toti domui inferri mœrorẽ: E contra vero eueniſſe in natiuitate B. Mariæ, fœminæ quidem, ſed fœminæ illius, quæ circundedit virum, vt habes 476.1

Primo enim fœmina iſta benedicta ab ipſo ortu ſuo iucũdiſſimum, atque pulcherrimum apparuit lilium, cum fœminæ reliquæ etiam cum naſcuntur, ſpinæ ſint & aculeis ſuis corda ſuorum configunt parentum, vt habes 237.2

Pulchritudinem & ſuauitatem Mariæ clarius expreſſam habes 799.1

Secundo, ſi in aliarum fœminarum natiuitate eſt mœror, cum ex tunc exoriatur parentibus ſollicitudo illas cuſtodiendi, quod quam arduum ſit habes 938. 2. & ſeq. In Mariæ natiuitate gaudium extiterit operæpreciũ eſt, quæ haud tali indiguit cuſtodia, vt colliges ex dictis ibid. & 515. 2. Neque enim vel minima exoriri potuit ſuſpicio aduerſus tantæ Virginis honorem, quæ vulnera quidem accepit, non tamen quia quid cõtra pudicitiam in ea dubitatum ſit, prout cõtingere aliis ſolet fœminis: ſed quia pudiciſſima extitit vulnerata charitate, vt colliges ex dictis 580.2

Tertio, ſi in natiuitate aliarum fœminarum exoritur ſimul, & excitatur parentibus, ac conſanguineis anxia ſumptuum cura in prouidendo illis de dote, deque ornamentis monilium, & indumentorum, vt colliges ex dictis 940.1. & 158.2

In Mariæ natiuitate gaudium potius mundo collatum dicamus neceſſe eſt, cum haud eguerit adhibitorum ornamentis, cuius genæ ſicut turturis. 152.1. cuius collum ſicut monilia. 156.1. & ſequent. & in monilibus. ibid. & ſeq. Vide & 944.2

Dotis quoque cogitatio in ortu tantæ Virginis gaudium mundo auxit, cum ditiſſimas attulerit opes exoriens dotata è cœlo dote illa opulẽtiſſima vniuerſarum gratiarum, donorumque omnium, provt colliges ex Indice rerum verb. *Mariæ gratia.*

Quarto, ſi à die ortus fœminæ ſuſcitatur in cõſanguineis cura difficultatis reperiendi pro illa ſponſum bonum, nobilem, diuitem, cum quo quietam ea agere poſſit vitam, quando collocanda eſt in matrimonium, vt colliges ex eo, quod dicitur 935.2. Quis enim explicet, quibus ſollicitudinibus angantur pro viris ſuis, quæ nuptui dantur fœminæ? Vide 870.1. 871.1. & 919.1.

Certe ob idipſum in Natiuitate B. Mariæ gaudium toti excitari debuit humanæ naturæ, cum illa orta ſit iam deſponſata. 908.1. Sicve ex quo facta iam antiquitus in paradiſo terreſtri, coram Deo quaſi pacem reperiens, in natiuitate ipſa ſua murus nobis exhibita eſt, & vbera eius ſicut turris. 947.1

Deſponſata, inquam, cum dilecto præ dilectis omnibus, ſenſu allato 752.1. cum ſponſo, qui Deus & homo extitit, vt ipſa fatetur. 756.1. & 255.2

Quis vero melius, quantum in tali connubio habuerit quietis explicet, quam ipſa? vt colliges ex dictis 249. 1

Quis,

Quis, quantus mutuus in tali connubio eſſet amor? quem colliges ex iis, quæ habes 377.1

Quis, quantum à ſponſo ſuo, quamve vnice, & vehementius ea dilecta ſit quam ipſa, quæ id explicare contendit? 872. 1. Quamve idemmet cœleſtis ſponſus, qui id patefacere ſatagit? 808.2. & 920. 1

## 134. In Euangelium & feſtum Exaltationis S. Crucis.

*Nunc iudicium eſt mundi.* In cruce à Chriſto exhibitum iudicium mundi, primo, quia illum, qui totus in maligno poſitus erat, per id damnauit, quod maximum exhibuit charitatis ſpecimen, vt colliges ex dictis 472. 2

Secundo, quia illo condemnato morti, quę ei debebatur, ſententiam in ſemetipſum ob eamdem charitatem & ſuper ſe ſuſcepit, vt habes 910. 2

Tertio, quia in cruce mors ipſa debellata eſt. 922.2. & ſeq. & ſcimus eos, qui diligunt mundū, dici manere in morte, & mundum eſſe mortem quandam, vt habes 921.2

Quarto, quia eo ipſo tempore, quo Chriſtus in cruce mortuus pro mundo eſt, crux aſſignata eſt in eiuſdem mundi iudicium. Atque adeo illius ſignum in iudicio extremo apparebit, vt habes 338.2

*Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Regnū mundi, atq; animæ, quomodo ſibi vſurparit Diabolus, quave ratione foras eiectus is ſit à Chriſto ſuper cruce. 268.2. Vide & 270.1. ſumens pro vexillo Chriſti crucem.

*Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.*

Per crucem tanquam per trochleam à Chriſto erigendā humanam naturam. 46.1

Per eamdem tanquam per vexillum tractos fuiſſe homines inſtar aciei, & exercitus inſtructi. ibid. & ſeq.

Quamuis homines vniuerſos, ſeu omnia Chriſtus in cruce ad ſe traxerit, præ reliquis tamen vniuerſis duos, qui ſecum crucifixi erant, inſtar matris filios ad ſe, & ſecum traxiſſe latrones. 244. 1

De exaltatione, & triumpho crucis, quatenus in illa, vt in peculiari, & præſtantiſſimo curru triumphali Redemptor noſter triumphauit, regem ſe exhibens pacificum. 451.2

Qua ratione triumphalis iſte crucis currus tractus ſit, quibuſve trahatur animalibus. 452.2

Quod currus idem crucis pretioſiſſimis exornatus fuerit gemmis, eaſque extitiſſe ſacratiſſimi triumphantis in eo Chriſti vulnera. 463.1

Quod idem Chriſtus Ieſus, cum ad deuotos venit triumphans, crucem ipſam ſuam præmittat pro ſuo geſtamine pompatico. 463.2

Et in hoc geſtamine pompatico charitatem pro pompa detulerit inſtar opimorum ſpoliorum, quia vniuerſum hominis amorem in cruce exaltatus traxit ad ſe. 464. 1. Secundo pro ſuo pompatico & peculiari titulo. ibid. Tertio pro præſtantiſſimo ſimulacro & quaſi pro ſimulacro ipſiuſmet Dei. ibid. Vide ibid. 2. & ſequent. Et quarto per eādem charitatis pompam, quam in cruce proponit, charitatem in primis ab hominibus amplexandam indicet, qua victoriam de vitiis vniuerſis reueharit. ibid. & ſeq.

Quomodo Chriſtus triumphans in cruce, charitate ipſa ſua traxerit omnia, amouens vniuerſa quæ homines impedire potuiſſent, ne tracti ipſum ſequerentur. 47.1

*Quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? Et quis eſt filius hominis.*

Chriſtum ideo ſe appellaſſe *filium hominis*. Vt conteſtaretur, ſe humanas pro homine ſuſcepiſſe miſerias, dolores, & mortem, ſicve tunc potiſſimum, cum exaltatus eſſet in cruce, traxiſſe homines in funiculis Adam. 47.2

*Adhuc modicum lumen in vobis eſt.* Chriſti conuerſationem in hac vita fuiſſe auroram quamdam ex hiſce probat Bernardus. 118.1

*Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis.*

Chriſtum ſuper crucem, vt ſuper candelabrum ſe exhibuiſſe vt lampadem accenſam, & lucidam. 925.1

Cum tot in Chriſto crucifixo præfulgidæ luceant lampades, quot in illius corpore ſunt vulnera, vt habes ibid. congruentiſſime eos dices *filios lucis*, qui per contemplationis ſtudium ad eorum ambulant lumen.

Quamquam ex Apoſtoli ſententia *filij lucis* ii pariter dicendi ſint vniuerſi, qui ſancte, & pie in externa ambulant conuerſatione, vt habes 519.1

Facti nimirum & ipſi lux per propinquitatem ad Deum lucem veram. 564. 1. Vnde cum lucis vocabulo iuſtitia deſignetur & ſanctitas, vel etiam lex ipſa Dei, ex cuius obſeruatione ſancti reddimur, vt habes 915.2. recte inferes, quando in hoc Euangelio dictum eſt.

*Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant.* Significatum eos, qui iuſti ſunt, atque adeo & filij lucis debere iugiter ambulare, nunquam deſiſtentes à progreſſu ſpirituali in obſeruatione mandatorum & conſiliorum Dei, ne retrocedentes, vt habes 320.1. neceſſario decidant in peccata, quæ tenebrarum appellatione iure nuncupata habes 75. 1. Vide & 917.1

## 135 In Euangel. & feſtum S. Matthæi Apoſtoli.

*Vidit Ieſus hominem.* Vide quæ notata ſunt in feſto S. Andreæ Apoſtoli ſuper ea Euangelij verb. *Vidit duos fratres.*

*Sedentem in telonio.* Quod ſedere in peccato ſit maxima inquietudo, & perturbatio. 209. 1. Cum corporea ſeſſione quanta in mundanis, & peccatoribus ſit mentis inſtabilitas, quando ſtudiis indulgent ſæculi. ibid. 2. Et è contra quanta ſit iuſtorum quies in eorum mentibus, vel in laboribus ipſis exercitiorum ſpiritualium. ibid.

*Matthæum nomine.* Nomine proprio appoſito humilitatē, & vilitatem ſuam Euangeliſtam omnibus conſpicuam eſſe voluiſſe. Id enim peculiare eſt perfectæ humilitatis; vt in altum erigat ſuæ demiſſionis cauſam. 531.1

*Et ait illi, Sequere me.* Vide quæ notata ſunt in Euang. Sabbathi poſt Dominicam 4. Quadrageſi. ſuper ea verba; *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Vide & 53.1

Quod Chriſti reſpectum ſequatur eiuſdem vox, & amor. 323.2

*Et ſurgens ſecutus eſt eum.* Bene *ſurgens*, quia ſequi nemo poteſt Chriſtum, qui prius non ſurgat è malo. 322. 1. & 737. 1. vbi habes, quomodo peccator ſurgens ſe expediat ab omnibus, quibus per peccatum detentus retardabatur à conuerſione.

Sed notandum neque ſurgere, neque Chriſtum ſequi potuiſſe Matthæum, niſi ab ipſo erectus, tractuſve eſſet; iuſtificationis enim vſus eſt à Chriſto, & à nobis. 45.2. Vide & 742.1

*Et factum eſt diſcumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes, &c.*

Chriſti odorem efficere, vt peccatores auertant olfactum à peccatis, & conuertantur ad ipſum. 53.1

Peccatores circundaſſe Chriſtum, quo illum vt caput ſuū quaſi capilli decorarent. 494.2

Vide quæ notata ſunt ſuper Euangel. Dominicæ 3. poſt Pentecoſt.

*Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter?*

Vide quæ notata ſunt ſuper illud Euangelij feriæ 6. poſt Domin. 3. Quadrag.

*Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.*

*Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus.*

Quod Chriſtus pro peccatoribus ægrotantibus medicū ſe exhibuerit. 27.2

Ideoque & nomine Ieſus vocari voluerit, quod medicū ſonat. 36.1

*Miſericordiam volo, & non ſacrificium, id eſt magis quam ſacrificium.*

Qua ratione miſericordia præferatur actibus religionis. 594.2. & ſeq.

Miſericordiam ipſam eſſe Deo acceptam æque ac ſacrum thymiama illud, quod ex pluribus vnguentis compoſitū adolebatur in tabernaculo fœderis. 596. 1. eſſe & hoſtiam eidem maxime acceptabilem. ibid. Præſtantiorēque eſſe virtutibus vniuerſis. ibid.

Vide plura in Indice rerum verb. *Miſericordia.*

*Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores.*

Peccatores quomodo in cauſa extiterint, vt Chriſtus veniret in terras. 45. 1. Quomodo peccata ipſa traxerint eumdem. 47.2

Quomodo peccatorem dum vocat Ieſus, inſignibus eum compellat titulis iuſtorum. 322.1. & 703.1

## 136 In Euangel. & feſtum Dedicationis S. Michaelis Archangeli.

*Aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum.*

Quære ad quid paruulum cum Angelis comparet Eccleſia, proponens iſtud Euang. cum paruulus ſit maxime debilis, impotens, & è veſtigio Angelorum maxima ſit fortitudo, ſummaque & potentia, prout colliges ex dictis 414. 1. Adeo vt illis Deus vtatur vt proprio & inuincibili exercitu. 146.1

Dic hanc paruuli cum Angelis comparationem factam primum, vt traderetur nobis ratio, qua ad Angelorũ ſimilitudinem, & celſitudinem peruenire poſſimus. Secundo, vt & perſpicuum nobis fieret quantum Angelorum ope egeamus, quantumve iiſdem debeamus.
Quoad primum, oſtẽde plurimis quidem rationibus iuſti animam iure aſſimilatam Angelis, vt fuſius probabis ex dictis 76.1. 146.2. & 148.2
Duas tamen potiſſimas ſimilitudine paruuli nobis aſſignari rationes, quibus & nos iiſdem Angelis ſimiles fieri poſſimus; humilitatis alteram, alteram obedientiæ. De obedientia Angelorum ad quemlibet Dei nutum habes 438.2. & 299.2. & 145.2
De virtute autem obedientiæ, qua ſimpliciter, & inſtar paruulorum ſuperioribus parere debemus, plura habes 905.2
De humilitate Angelorum habes 720.2
Quod per humilitatem peruenire nobis liceat ad Angelorum ſimilitudinem etiam in celſitudine, proba ex iis Euangelij verbis.
*Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno cœlorum.*
In quorum explicationem plura habes 529.2
*Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, &c.*
Et verbis hiſce tertiam colligere potes rationem, qua paruuli effecti ſimiles reddamur Angelis: in pace nimirum, quiete, atque concordia, per quam habetur & quædam cæleſtis patriæ ſimilitudo, vt habes 235.2
Quomodo iſta inter Angelos ſit quieta pax, atque concordia, cum inter ipſos bellũ geri habeas 438.2. & ſeq.
Quibus pœnis expoſiti ſunt, qui ſcandalis ſuis puſillorũ, & ſpiritualium interturbant pacem. 295.1
*Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, &c.*
*Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, &c. Væ mundo à ſcandalis.*
Per tria cauſari in mundo ſcandalum, manu operationũ, vt habes 466.1
Pedibus affectuum, & potentiarum, vulnus extrinſecus in ſe exhibentibus, prout colliges ex dictis 717.2
Et oculo contemplationis, & orationis, quando propter illum ea omittuntur, quæ neceſſaria ſunt, vt habes 803.1

## 137 De Sanctis Angelis, vt cuſtodes Eccleſiæ ſunt, & Animarum.

*Aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eum in medio, &c.*
Proponitur in ſolennitate Angelorum hoc Euangeliũ, quo perſuademur, inſtar paruulorum nos habere, vt debilitatem, infirmitatemque noſtram agnoſcentes intelligamus, quantum eorumdem Angelorum egeamus ope, quantumve illis debeamus. Maxima enim Dei gratia eſt, cum illorum percipimus præſentiam, vt habes 403.1. & 407.1
*Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.*
Admirare Dei bonitatem, qui quos voluit continuos diuinæ eſſentiæ ſuæ ſpectatores, ſuoſve miniſtros, & filios chariſſimos: hos & nobis iuſtar paruulorum infirmis miniſtros pariter exhibuit. 232.1. & 431.1. & ſeq.
Quod Angeli nobis miniſtrent in pluribus. Primum nos cuſtodientes inſtar ſepis, ita vt propterea, quælibet anima, nedum Eccleſia, dici queat eſſe ſicut lilium inter ſpinas. 232.2. Et eſſe in cauerna maceriæ. 357.2
Secundo, defendentes & liberantes nos ab aduerſariis noſtris & viſibilibus. 439.2. & inuiſibilibus. 443.1. Dimicantes etiam cum Dæmonibus. 439.1. & 104.2
Tertio, præſeruantes nos à peccatis, capientes prauas cogitationes in earum initiis. 371.2. Vide & 367.2. plura, quæ in hanc rem faciunt.
Quarto, caſtigantes nos aliquando pro peccatis admiſſis. 439.1
Quinto, in tribulationibus opẽ nobis ferentes, ita tamen, vt illas à nobis nõ arceãt, ſed efficiãt eas proficuas. 233.1
Sexto, in iiſdem tribulationibus nos recreantes vmbra conſolationis. 234.1. Vide & 401.2
Septimo, tentantes, & probantes nos. 749.5
Octauo, excitantes ad opera bona. 163.1
Nono, opera ipſa bona, quæ facimus, deferentes ad Deum. 136.2
Decimo denique nos erudientes. 104. 2. 345.2. 711.2. & 749.1
Quam prompti iidem ſint Angeli ad hæc miniſteria nobis exhibenda. 439.2
Quomodo vt amici noſtri delectentur ſermonibus bonis. 960.2
*Væ mundo à ſcandalis: Neceſſe eſt enim, vt veniant ſcandala, væ autem, &c.*
Quomodo ſcandalum ſanctis ipſis Angelis, qui nos cuſtodiunt, à nobis ingeratur. 232.2
Plura ſi de Angelis velis, vide in Indice rerum verb. *Angeli.*

## Pro feſto S. Hieronymi, Vide in Communi SS. Doctorum.

## FESTA OCTOBRIS.

## 138 In Euang. & feſtum Sancti Franciſci Confeſſoris.

*Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.*
Quod nedum ob fidei infuſionem, in qua præſtantiſſimũ amoris ſpecimen paruulis, atq; ſimplicibus exhibitum eſt à cæleſti Patre, vt habes 61.2. & ſeq.
Sed etiam ob exhibitionẽ veræ ſapientiæ ſpiritus, cuius paruuli duntaxat, & humiles participes eſſe queunt, vna cum Chriſto immenſas Deo gratias agere potuerit B. Franciſcus, exultans in humilitate ſua. 530.2
Quantum diſcriminis ſit inter ſuperbam mundi ſapientiam, & ſapientiam Spiritus. 14.2. Et quomodo ſapientia iſta ſpiritus paruulis tantum exhibeatur, atque humilibus, cum alioquin per ſapientiam mundi ſuperbia excitetur. 15.2
*Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis.*
Quod mundani, & in primis mercatores, qualis ante cõuerſionem erat Franciſcus, iugibus conficiantur laboribus. 98.2 & 99.2
Quam inquieta ſit eorum mens in ſuis exercitiis. 209. 2.
Bene illis à Chriſto dici, vt venirent ad ipſum, quandoquidem ii alioquin vel iacerent peccatorum onere preſſi, vt habes 737.1
Vel inani labore circuirent Satanam incitantes. 395.2. & ſeq. pluresque circa quaſlibet mundi res laborioſiſſimos facerent circuitus. 396.1
Vocatio ad vitam ſpiritualem, ad contemptum mundi, atque ad Religionis ſtatum quam ingens ſit Dei beneficium. 271.2
*Et ego reficiam vos.* Vocatos & admiſſos in ſtatum religionis congruentiſſime dici à Chriſto refectos, quippe qui introducti ſint in domum vini. 259.1. & ſeq.
Quod & ſinguli, qui à laboribus & oneribus ſæculi ad vitã vocati ſunt ſpiritualem, refici iure dicantur, tũ propter quietẽ, quã in exercitiis ſpiritualibus reperiunt. 209.2. tum propter labores ipſos, quibus in virtutũ ſtudio reficiũtur, vt ſuauiſſimis paſti fructibus. 228.1. Tum deniq; ob prædulces, quibus à Deo paſcuntur, conſolationes ſpirituales. 115.1. cum quibus & quietem habent, & paſtum. 116.1
*Tollite iugum meum ſuper vos.* Benẽ iugum iis, qui paruuli effecti ſint, tolli ſuadetur, vt intelligamus tunc iugum, & labores vitæ ſpiritualis facile quemque ſubiturum, cum inſtar paruuli eos vti iugum vna cum Chriſto deferet. qua de re habes 900.2. Vide & 488.1. Quod iiſdem verbis anima quæque à Chriſto inuitetur ad ſpirituale ſecum ineundum connubium, quo per omnimodam conformationem ad eius humilitatem, ac paſſionem fiat ipſius ſponſa. 581.2
Vnde cum Chriſtus ipſe Rex ſit, neceſſario conſequi, vt quæ ſponſa eius in ſublatione talis iugi effecta eſt, per idem iugum facta ſit & regina: atque adeo per eadem verba vocari ad regiam dignitatem, de qua 916. 2
Quomodo Religioſi per iugum, quod ſubeunt trium votorum ſummam adipiſcantur libertatem, & dignitatẽ. 154.1. & ſeq.
Quod per iugum humilis obedientiæ inſigniantur corona & monilibus. 155.1
*Et diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*
Quomodo ſolus Chriſtus vere dicere potuit, *Diſcite à me,* qui cum doctrina exhibuit & exempla, & gratiam, & delectationem. 27.1
De Chriſti manſuetudine. 768.2
Quam apte Chriſtus vocans ad ſubeundum iugum Religionis, manſuetudinis potiſſimum, & humilitatis ſe proponat magiſtrum, cum hæ duæ virtutes in primis neceſſario in quolibet requirantur Religioſo, & vere ſpirituali. 488.2
De Chriſti humilitate propoſita pro exemplari humilitatis omnis, plura habes 442.1
Humilitatem cordis eſſe nedum veritatis, ſed & affectionis. 531.2. quæve nedum ſpeculatiua eſt, ſed & practica. 532.1
Multiplicem eſſe humilitatem, vnam tamen eſſe bonam, quæ & cordis. ibid. 2
*Et inuenietis requiem animabus veſtris.*

Qua

Qua ratione in iugo crucis Chriſti inueniatur requies animarum. 430.1.& ſeq.
Quietis ac pacis internæ quanta ſit dulcedo. 252.2
Aſſimilatur dulcedini regni cœleſtis. ibid.
Quod religioſi effecti propter Chriſtum, paruuli iugoq; Chriſti ſubiecti, in eiuſdem Chriſti manibus, atque cõplexu conquieſcant. 185.2
Quod in humili ſubiectione, ac per obedientiam celerrime deducantur ad brauium æternæ fœlicitatis. 145.1
*Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*
In iugo vitæ ſpiritualis eſſe ſimul & laborem, & voluptatem 556.1
Legem Chriſti eſſe iugum ſuaue, & onus leue. 917.1. & ſeq.
Subiectionem ad iugum Chriſti facilem reddere moleſtiſſimam vitam iſtam. 144.2
Aſſumentibus iugum Chriſti quam ſuauis reddatur vita ſpiritualis. 9.1
Onus legis Dei eſſe ſimile oneri roſarum, quo leuius curritur in curru. 822.2. & 820.1
Eamdem Dei legem dici onus, quomodo & amor dicitur pondus, vt habes 251.1
Atque adeo & dici onus leue, quia fit inſtar pennarum, quæ cuiuſpiam quidem oneris ſunt, leuiores nihilominus per eas redduntur aues. Vide 125.1.& ſeq.
Et ideo etiam vt aſpera, & petroſa ab illa præcipiuntur, & quo ad ſtudium mortificationis, amanti leuis eſt myrrhæ faſciculus. 177.2
De ardentiſſimo charitatis igne, quo combuſtus B. Franciſcus appellatus eſt Seraphicus. Vide quæ notata ſunt in feſto S. Laurentij martyris.
De ſpiculis & vulneribus item charitatis, cuius ſtigmata & extrinſecus in eiuſdem corpore exhibita ſunt, colliges aliqua ex iis, quæ notata ſunt in feſtum SS. Fabiani, & Sebaſtiani.
*De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo fero.* Quam congruant hæc B. Franciſco facile colliges ex dictis 925.2
Quomodo idem glorificauerit, & portauerit Chriſtum in corpore ſuo, colliges ex dictis 912.1.& ſequent.


Pro feſto S. Lucæ Euang. Vide notata ſuper Euang. *Deſignauit Ieſus*, &c. In communi SS. Euang.

139 In Euangelium & feſtum SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ.


*Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.*
Bene dici pluraliter hæc mando. Primo, quia in vno dilectionis præcepto includuntur omnia præcepta legis Euangelij, quam legem amoris, & totam dilectionis eſſe habes 266.1. & 17.2
Secundo, quia charitas præſupponit reliquas virtutes omnes, quæ reſultant ex obſeruatione præceptorum Dei. 506.2
Tertio, quia charitas virtutum omnium eſt ornamentum. 467.2
Quarto, quia ſine charitate nil roboris habet apud Deum vel totius legis obſeruatio, vel quicquam, quod virtutem alioquin ſapiat. 750.2.& 877.2. Eidemque vni charitati reſeruatur merces. 267.1
Quinto, quia charitas eſt veluti vexillum totius diuinæ legis, ſub quo vno continentur præcepta, & virtutes vniuerſæ. 266.1
Sexto, quia charitatis præceptum eſt medium, ac principale in Eccleſia, ferculo eiuſdem Chriſti. 467.1.
Dici autem potiſſimum, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem*; quia in charitate proximi ſitus ſit animarum decor, vt habes 798.1
Quære, cur in ſolemnitate iſtorum Apoſtolorum, iſtud præcepti huius dilectionis proponatur Euangelium: & quam congrue Apoſtolis idem præceptum hoc loco factum ſit. Et reſponde id effectum primo, quia nullo aptiori medio quam charitate promoueri ad prædicationem Apoſtoli poterant. 318.1
Vide 452.2. & apta allatam ſimilitudinem ad rem tuam. Vide & 576.2
Secundo, quia nec efficaciori medio, quam charitate ipſa infideles ad rectam fidem, & ad Deum trahere poterant, quomodo nec Chriſtus ipſe, vt habes 47.1.& ſeq.
Tertio, quia in charitate, & ad charitatem congregaturi in Eccleſia erant fideles, charitatisve vexillum in illa erant eleuaturi. 266.1
Quarto, quia cum ad pugnam in prædicatione ſua deuẽturi eſſent cum vitiis vniuerſis, potentiſſimo inſtrui debuerunt charitatis exercitu, de quo 269.1.& 465.1
Quinto, quia concitatum aduerſum ipſos ſuperaturi erãt totius mundi odium, ad quod nil aptius charitate, vt colliges ex dictis 926.2. Vnde bene ſubiicitur, *Si mundus vos odit, &c.*
Sexto, vt fortiores contra inſurgentes perſecutiones redderentur. Vnde ſubiicitur: *Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur*. Nouimus enim charitatem adeo fortem dictam, vt nec morti ipſi cedat. 922.1.& 914.2. Neque vllis ſuperari poſſe tentationibus, & perſecutionib. 932.2.& 256.2
Maxime autem ad rem facit, quod præceptum mutuæ proximorum charitatis potiſſimum ad hæc omnia ſignificanda hoc loco adhibuit Chriſtus Ieſus dicens; *Vt diligatis inuicem.* quia per mutuam Apoſtolorum fideliumque dilectionis connexionem, & vnionem, atque concordiam in vinculo pacis Eccleſia ſancta fortiſſima reddenda erat inſtar validiſſimi equitatus. 143.2. Et terribilis vt caſtrorum acies ordinata. 797.2
*Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit.*
Præſtantiſſimum in tribulationibus, & perſecutionibus remedium iſtud eſſe, vt Chriſtum odio habitum, & cruci affixum ob oculos habeamus, memoriaque verſemus. 477.2.& ſeq.& 911.2.& 915.2
*Quia de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*
Quam ingens Dei beneficium iuſtis ſint tribulationes, & perſecutiones, cum ad eas ſicut ad cœleſtem fœlicitatẽ eligi dicantur è mundo. 279.1.690.2.& ſeq. Vide & 857.1. vbi eædem dicuntur propriæ iuſtorum deliciæ.
Pati odia, & perſecutiones pro Chriſto, atque pro iuſtitia, quam & Deo gratum, & nobis debeat eſſe iucundũ. 931.1
*Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.*
Tribulationibus expoſitum eſſe oportere, qui cum Chriſto florere velit. 224.1
Eas in hæreditarium regnum filiis ſuis Chriſtum reliquiſſe. 474.1
Per eas admiſſas animas ad quieſcendum cum Chriſto in vno, eodemque lectulo. 430.2
De perſecutione commouenda Apoſtolis propter prædicationem. 348.2. & 745.1
Apoſtolorum Eccleſiam redditam illuſtriorem ob commotas in ſe perſecutiones. 70.2


## FESTA NOVEMBRIS.

140 In Euangel. & feſtum omnium Sanctor.


*Vidẽs Ieſus turbas.* Viſionem, & aſpectum Chriſti peccatorum turbas decolorare, & indurare, æque ac aſpectus Solis lutum. 90.1.& ſeq.
*Aſcendit in montem.* Seceſſit Ieſus à turbis ſublimem prolaturus Euangelij doctrinam. Primo, vt & nos doceret fontes eſſe ſignatos, ſenſu, quem habes 623.1. Secundo, vt eius exemplo intelligerent prædicatores Verbi Dei ſecedendum antequam prodeant ad prædicationem, & vacandum ſtudio contemplationis. 734.2.& 350.2
Vide 558.2. de monte orationis, & contemplationis, in quem libentiſſime vadit Ieſus, & 422.2
Quomodo in contemplatione aſcendatur, & ſedeatur, ſicut & hic pariter legimus. *Et cum ſediſſet.*
Tertio, per aſcenſum in montem, celſitudinem præſignare voluit Chriſtus doctrinæ, quam Apoſtolis tunc exhibiturus erat, celſiſſimæ nimirum, non ſolum, quia melior doctrina philoſophorum. 27.1. præſtantiorque quacunq; ſapientia humana. 24.1.& perfectior doctrina legis, ac Prophetarum. 17.2. & 23.2. ſed quia diuina & cæleſtis. 17.2
*Et cum ſediſſet.* Chriſtum, cum docturus eſſet Euangelium, ſediſſe nedum vt magiſtrum in cathedra, verum etiam vt Regem in throno. 54.2. & ſeq.
*Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.* Accedendum ad ſanctos Doctores, vt ex illorum contactu veluti ex tacto fauo in nos diſtillet mel cæleſtis doctrinæ. 603.2. Quomodo autem Doctores ſancti aptiſſime dicantur fauus, habes ibid.1
Ad Chriſtum acceſſiſſe diſcipulos, vt illius ſapientia & illuminarentur, & irrigarentur. 640.2.& ſeq.
*Et aperiens os ſuũ docebat eos.* Qui prius aperuerat ora Prophetarum, Incarnatus iuxta vehementiſſimum Eccleſiæ deſiderium aperiẽs os ſuum illam dum docet, oſculatur, vt habes 6.1. 12.1
De doctrina Chriſti plura colliges ex Indice rerum verb. *Doctrina Chriſti*, & verb. *Euangelium.*
Iſtam Chriſti doctrinam, vt ex illius ore profluxit eſſe ſuauiſſimam. 869.2. etiam dum aſpera, & amara commendat. 785.2. & ſeq. in ipſis namque amaris beatitudinem ſitam eſſe oſtendit.
Per hanc ipſam præſentis Euangelij doctrinam exploratum vnicuique fieri, quam inaniter beatitudo quæratur vel in voluptatibus ſæculi. 390.1. Vel in diuitiis, aut aliis mundi huius bonis. 395.2

*Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*
Quod pauperes Chriſti ſint actu Reges. 852.2
Diuites ſæculi, qui & regna, & principatus in hoc mundo poſſident, eſſe ſimiles miſeris iis hominibus, qui regiã perſonam agunt in comœdia. 959.2.
Et è contra poſſe eſſe diuites, qui tamen ſint pauperes ſpiritu, atque adeo & vere Reges, dum diuitias ipſas ſub ſuo ſeruant capite. 286.1
*Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*
Animæ, cuius mitis, atque modeſta ſit conuerſatio, iure promitti poſſeſſionem terræ cœleſtis promiſſionis, de qua 336.1. Cum ex syntheſi manſuetæ erubeſcentiæ ipſa eius conuerſatio indicet illam eſſe Dei ſponſam, atque adeo & Reginam. 517.1. & ſeq.
*Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.*
Cum gemitus ſit loquela amoris, vt habes 483.1. & ſeq. Beati profecto ij ſunt, qui lugent in oratione & contemplatione. Quis enim eorum explicet conſolationem, & delectationem? 484.1
Si per eos, qui lugent, intelligantur lugentes pro miſeriis præſentis vitæ, & pro deſiderio cæleſtis patriæ, & eos pariter beatos eſſe colliges ex dictis 73.2. & ſeq. Conſolabuntur autem, quatenus iis quidam etiam in hac vita exhibentur guſtus patriæ, vt flores præcedentes fructus. 335.1
Quod ſi dum in ærumnis lugent, conſolabantur ſuauitate Chriſti, quanto magis conſolabuntur in vita fœlici; 186. 1
*Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*
Qua ratione iuſtitiæ, & Dei deſiderio flagrantes regni cælorum participes eſſe dicantur ob dulcedinis ſaturitatem. 252.1. & 253.2
De hac fame, ſitique, ac deſiderio iuſtorum habes 251. 2.
*Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*
Propter miſericordiæ opera dari à Deo regnum cœlorũ ex miſericordia. 931.1
Miſericordes dum ex miſericordia paſcunt, ex Dei pariter miſericordia paſci. 548.2
*Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*
Mundos corde Deum videre, quem ſemper habent præſentem in campo Eccleſiæ, in qua florent. 227.1.
Puritatem, & ſimplicitatem maxime eſſe neceſſariam vt Deus videri à nobis queat. 534.1. & 198.1
Simplices, ac mundos corde magis Deum diligere, quia eum magis agnoſcunt. 42.2
Mundorum corde delicias aſſimilatas deliciis cœleſtis patriæ, quæ ſitæ ſunt in viſione Dei. 902.1
*Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*
Per affectuum moderationem, internamque pacem animam fieri Dei filiam, & beatam vel pacificam. 833.2
*Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*
Filiis ſuis Chriſtum reliquiſſe in hæreditarium regnum ærumnas, & perſecutiones, ſicut & pacem. 474.1
In ærumnis & perſecutionibus Deum iiſdem filiis ſuis communicare quodammodo beatitudinem, & participationem ſui ipſius. 771.2
Patientes perſecutiones propter iuſtitiam ſicut in ſapiẽtia poſſident animas proprias, ita eſſe & poſſeſſores regni cœlorum. 931.2
Vide in Indice rerum verb. *Tribulatio.*

## 141 In idem feſtum omnium Sanctorum de Sanctis ipſis.

Ex ſanctis quomodo adiici dicatur gloria Deo. 375.2
Deum illos geſtare in pectore vt faſciculum. 174.2
Dignos eſſe Dei amore ſuper omnia creata. 377.1
E quolibet eorum ordine Deum collegiſſe fructus pacis & charitatis. 634.2
Diuerſiſſimos protuliſſe fructus iuxta diſtincta eorum munia, licet in vno Chriſto inſtar plurium ramorum extiterint. ibid. 1
Varioſque illorum ordines eſſe emiſſiones Eccleſię. 635.2
In ſanctorum imitatione quomodo nos gerere debeamus. 134.2
Cur ſanctorum potius quam Chriſti imitatio nobis proponatur. 135.2
Illorum veſtigia eſſe & veſtigia Chriſti. ibid.
Quantum ex illis capere nobis liceat vtilitatis. ibid. & ſeq.
Illorum protectionem, & interceſſionem nobis eſſe cauernam maceriæ. 357.2
Plura ſi volueris in laudem ſanctorum, & quomodo ſe exercuerint in virtutũ ſtudio, ita vt hodierna die nobis propoſiti ſint in exemplum, Videas in Indice rerum verb. *Iuſtus*, ſeu *Iuſti*, nec non & verb. *Amor*, ceteraſque virtutes, prout ſigillatim in dicto reperies Indice.
De eorumdem autem fælicitate, & gloria, quæ & nobis repræſentatur in hac ipſa ſolemnitate, vt ad illam & nos nedum deſiderio, ſed & meritis tẽdere ſtudeamus, vide plurima in eodem Indice rerum verb. *Beati*, & *Beatitudo*, & *Cæleſtis patria*.

## Pro die Commemorationis Defunctorum, Vide quæ notata ſunt pro exequiis Mortuorum in fine huius Elenchi.

## 142 In Euang. & feſtum S. Martini Epiſc. & Confeſſ.

*Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper cãdelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant.*
Prælatum ſanctum poſitum ſuper Eccleſiæ corpus, vt celſum collum. 524.2
Vtque lucernam ſuper candelabrum, vt ex illius conſpectu ſubditi quique dirigantur per rectum tramitem ad cæleſtem patriam. 525. 2
Idque nedum prædicatione, ſed multo magis ſanctorum operum fulgore, & exemplo. 526.1
Eundem eſſe ſpectaculum pulchritudinis Eccleſiæ. 824.1
Verbi Dei lucernam haud abſcõdendam à Prælato. 405.2
*Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* Sanctum Prælatum eſſe oculum Eccleſiaſtici corporis. 485.2. 486. 1. & 763.2. & ſeq.
*Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.*
Quæ ſimplicitas ſit neceſſaria Prælatis. 764.1
Quod ex commendatione Prælatorum, & Cleri totius Eccleſiaſtici corporis reſultet laus. 216.2
Si Chriſtus ſit inter vbera Eccleſiæ, Prælatos, atque Doctores, neceſſe eſſe, vt ſit & in aliis pariter illius membris. 173. 1
Quam congrue autem Prælati in Eccleſiæ corpore vbera eſſe dicantur fuſius explicatum habes 543.2
De ſanctis Prelatis plurima ſunt, quę videas in Indice rerũ verb. *Prælati*, & *Doctores.*
De B. Martini reſignatione ad differendam mortem & prorogandos labores. 666.2
*Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit.*
Si Ioannem Caſſianum ſequi velis, congruenter hoc loco agere potes de ſagaci prudentia, & diſcretione, quę inter virtutes celſiſſimo collocatur loco, vt habes 848.1. ſub naſi metaphora.
*Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: Si oculus tuus ſimplex fuerit*, &c. Intentio quam apte deſignetur metaphora oculorum. 195.2. per totam expoſitionem tertiam, vbi plura habes de intentionis materia.
*Si oculus tuus ſimplex fuerit*, &c. Simplici ac pura intentione tãtum decoris noſtris exhiberi operibus, vt anima per illam Deum quodammodo faciat ſuperbire. 803.2
Eſt enim quid præſtantiſſimum, ſimplicem, & rectam eam habere, dum carne circundati ſumus. 484.2. & ſeq.
Qualis eſſe debeat ſimplicitas, quæ comes requiritur bonæ prudentiæ. 499.2
*Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.*
Quod intentione praua obtenebretur, & deturpetur vniuerſum virtutis corpus, & quicquid boni agitur. 196.1
Quia hoc feſtum S. Martini apud mundanos ſummæ ſolet eſſe lætitiæ, & conuiuiorum, ex eo quod in illo probẽtur, & deguſtentur vina, quæ bona ſint, quæve mala, poteris & tu hæc ipſa ad ſpiritualia trans ferre, oſtendens,
Quæ ſint vina mala, & reſpuenda à fidelibus, nempe vinũ voluptatum ſæculi, de quo 19. 2. & 64.2. Et vinum humanæ ſapientiæ, de quo 16.1
Quæve ſint vina bona, & optima, nempe vinum bonorũ ſermonum, de quo 866.2. & ſeq. & 869.2
Vinum orationis, de quo 867.2
Vinum contemplationis, de quo 594.2
Vinum amoris, ac Spiritus ſancti, de quo 259.2
De cella vinaria, ſtudioque contemplationis, quæve in illa deguſtentur vina. 258.2
De cella vinaria, vt deſignat ſtatum religionis, deque eius vinis. ibid. & ſeq.
De diuerſitate conuiuij ſæculi à conuiuio ſpirituali. 19.1
De conuiuio ſacramentali corporis, & ſanguinis Chriſti. 678.2. vſque ad 680.2.

Quinam potiſſimum ad iſtud inuitentur conuiuium. 687. 2. vſque ad 799. 2

Conuiuiũ iſtud ſacramentale præueniri debere à conuiuio ſpirituali. 683. 1

Quæ ſint neceſſaria ad dignam præparationem pro eodẽ conuiuio. 682. 2

Transigendum hunc S. Martini diem in ſtudio contemplationis, & deſiderij cæleſtis patriæ, anhelantes ad introductionem in illã, vt in pleniſſima bonorum omniũ cellaria Chriſti, de quibus 57. 2. & 59. 1

Vtve in cellam vinariam, omni conſolationum vino refertam, de qua 258. 2

Vtque in lautiſſimum voluptatum, & fœlicitatis conuiuiũ, de quo 683. 1. 691. 2. & 694. 2. & ſeq.

## 143 In Euangel. & feſtum S. Gregorij Thaumaturgi.

*Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, &c.*

Quod fidei actus ſit oratio efficaciſſima. 609. 1. & ſeq. Vbi habes totius huius Euangelij expoſitionem.

Quod ei, qui viua orauerit fide Deus quodãmodo ſe exhibeat ſubiectum. 871. 2

Fidei viuæ quantæ ſint vires in Chriſtum. 195. 2

Eadem fide animam quodammodo rapere cor Dei obtinendo ab illo quicquid voluerit. 584. 2. & 802. 2

Qua ratione anima feriat cor Dei oculo fidei vulnerata prius à Deo, & quomodo inuicem ita renouent vulnera. 584. 1

Virtutem faciendi miracula plerumque concedi à Deo ob virtutem obedientiæ. 160. 2

Sanctos aliquos feciſſe maiora miracula, quam fecerit Chriſtus, eodemmet id prædicente Chriſto, habes 616. 2

Quamquam miracula Chriſti diuinitatem indicabant in illo exiſtentem. 776. 1

Pro feſto ſanctæ Cæciliæ Virg. & Martyr. Vide notata ſuper Euangelium, *Simile eſt regnũ cælorum decem virginibus.* In communi ſanctarum Virginum & Martyrum.

## 144 In feſtum Præſentationis B. Mariæ Virginis.

Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Extollens vocem quædã mulier de turba,* &c. In feſto dedicationis S. Mariæ ad Niues.

Poteris inſuper pro huius diei feſtiuitate agere de duodecim virtutibus, quibus glorioſiſſima Virgo præſentata in templum inter alias templi virgines effulſit, vt ſtellis coronata duodecim, mulier profecto illa, de qua in Apocalypſi 12.

Primum, de illius charitate, quæ duplex extitit, actualis, & affectualis, iuxta id quod habes 273. 1

Qua ratione Virgo benedicta vulnerata ſit charitate. 278. 2.

De duplici eiuſdem charitate plurima colliges ex iis, quæ habentur 546. 2

Vide in Indice rerum verb. *Charitas,* & *Mariæ charitas.*

Secundo, quam extiterit humilis, deque illius præſtantiſſima humilitate, ad cuius pertractationem plurima colliges ex iis, quæ de humilitate in genere habes 529. 1

Vide & in Indice rerum verb. *Mariæ humilitas.*

Tertio, quam fuerit obediens templi præfectis; deque perfectiſſima illius obedientia, cuius deſcriptionem colligere poteris ex dictis 155. 2. & 575. 1

Vide & Indicem rerum verb. *Mariæ obedientia.*

Quarto, quam extiterit in miniſterio ſollicita, deque illius promptiſſima ſollicitudine, qua ſuas ſemper præueniebat ſocias; quo enim quis ſanctior, eo & magis eſſe ſollicitum colliges ex dictis 320. 2

Quinto, quam ſociabus aliis, quæ minus erant ſollicitæ, fuerit compatiens, deque illius compaſſione, Vide 157. 2. & 552. 2

Sexto, quam fuerit in ſua conuerſatione modeſta, colliges autem hac de re plura ex iis, quæ de modeſto conuerſationis habitu dicuntur 517. 1. per totam illam expoſitionem tertiam.

Quomodo in externa hac conuerſatione ſua non fuerit zotica, ſed dulcis, & iucunda ſororibus. 856. 2

Septimo, quam fuerit obſeruatrix ſilentij, quod maxime decet virgines, vt habes 608. 1. & 530. 2

Colliges autẽ plura de hoc Mariæ ſilentio ex dictis 509. 1.

Maximam extitiſſe illius cautelam in loquendo, quia eius collum ſicut monilia. 157. 2

Octauo, quam prudens fuerit in conſulendo ſororibus, quæ ipſam conſulebant, vt prudentiſſimam. Vide 499. 2. huiuſmodi prudentię materiam fuſius pertractatã.

Nono, quam ſe exhibuerit deuotam nedum coram Deo ſuo, ſed etiam coram ſororibus, deque ipſius deuotione, in cuius explicatione plura colliges ex dictis 422. 2

Vide & 607. 1. de triplici eius deuotionis, & orationis genere, vocali, mentali, & operum.

Decimo, quam ſe exercuerit in ſtudio mortificationis, pro quo colliges aliqua ex dictis 554. 2

Quamuis ipſi minime neceſſaria eſſet mortificationis myrrha, cui haud infeſti fuere cõcupiſcentiæ æſtus, pro quibus id neceſſarium eſſe mortificationis ſtudium habes 556. 2. Cumque moderatos, & ſanos haberet pedũ affectus, pro quorum pedum vulneribus mortificationis vnguentum deſeruire habes 717. 2. Et à peccatis eſſet libera, pro quibus operiendis tunicam à Deo datam eſſe mortificationis, & pœnitentiæ habes 716. 1

Ei vero mortificationis ſtudio B. Virginem indulſiſſe, vt voluptatem & Deo, & ſibimet in illo exhiberet, colliges ex dictis 554. 2

Vndecimo, quam in hiſce ipſis ſtudiis deuotionis, & mortificationis, necnon in tota conuerſatione ſua ſe exhibuit diſcretam, pro quo colliges nonnulla ex dictis 848. 1

Duodecimo, de illius perſeuerantia, qua nedum totum virtutis ædificium eſt maxime commendabile, vt habes 217. 2. Sed & eiuſdem virtutis monile concluditur per virtutum omnium connexionem, quam ſummopere neceſſariam eſſe habes 836. 2

Porro antiquitus pro corona & diademate regio monile ac murenulas circa caput inſeruiſſe habes 159. 1

Poſthæc agere poteris de eiuſdem B. Virginis eximio profectu, præcipue in actibus trium virtutũ, patientiæ, iugis deſiderij rerum cæleſtium, honoriſve diuini, & perpetuæ in virtutum omnium cumulo humilitatis, vt habes 425. 1

Conclude tandem orationem cum eo, quod ex Ruperto Abbate habes 636. 2. Bona omnia, virtutes vniuerſas, omneſque gratias, quæ ſunt in mundo, eſſe emiſſiones Mariæ, quibus efficitur Paradiſus.

Pro feſto S. Catharinæ Virg. & Mart. Vide quæ notata ſunt ſuper Euang. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus,* &c. In communi SS. Virginum.

# COMMVNE SANCTORVM.

## 145 In Communi S S. Apoſtolorum.

Vide in Indice rerum verb. *Apoſtoli,* & in ſingulorũ Apoſtolorum feſtiuitatibus. Non tam congregaſſe, quam inueniſſe Eccleſiam dicuntur. 403. 2

*Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.*

Vide quæ notata ſunt ſuper illa verba, *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* In feſto SS. Apoſt. Simonis & Iudæ.

*Sicut dilexi vos.* Nunc eſſe perfectiſſimum modum in dilectione poſitum in lege Euangelij atque adeo ipſum dilectionis pręceptum à Chriſto dictum, nouum. 266. 1

*Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*

Charitatis menſuram eam duntaxat eſſe, vt tantum Deus diligatur, quantum ipſe vult. 296. 1

Martyrium eſſe id ſummum charitatis, ad quod eam ſuſcitari vult Chriſtus. 296. 2. Ideoque charitatem ipſam dici fortem ſicut mortem, quia illius menſura ſit vſque ad mortem. 924. 1

Quamquam in Deo fortior eadem extiterit morte. 922. 1

*Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.*

Per obſeruantiam præceptorum diuinorum vnumquemque eatenus fieri amicum Dei, quatenus ſit immaculatus. 699. 2. & 319. 2

*Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius.*

Serui Dei nomen eſſe maxime glorioſum, cum ſeruitio Dei addicti Deum ipſum coronantes regnum illi quodammodo conferant. 472. 1

*Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo nota feci vobis.*

Quam ingens diuinæ amicitiæ ſignum ſit reuelatio diuinorum myſteriorum. 530. 2

*Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.* Vide 318. 2

In amicitiis eligendis admodum diuerſum eſſe vſum hominum ab vſu Dei: electio enim ad Dei amicitiam nõ tam eſt ex pulchritudine, quam ex mera ipſius Dei gratia. 189. 1

Vide & 50.1
Qui ſint Apoſtolorum, & SS. Prædicatorum fructus manentes. 881.2
*Vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo det vobis.*
Vide in Euang. Dominicæ quintæ poſt Paſcha.
*Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.*

## 146 In Communi SS. Euangeliſtarum.

De Euangelio, eiuſve doctrina plura habes in Indice rerum verb. *Euangelium*, & verb. *Doctrina Chriſti.*
De eiuſdem Euangelij prædicatione, & celerrima diuulgatione, Vide 317.1. & ſeq. & 821.2
Hunc Euangelij curſum factum per impulſum Spiritus ſancti. 448.2
De quatuor animalibus ab Ezechiele deſcriptis. 926.2
De ſanctis Euangeliſtis, vt compoſuere quatuor Euangelia, colliges aliqua ex ijs, quæ dicuntur de ſanctis Doctoribus ſacros tractatus componentibus. 497.1
*Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam.*
Quod Sancti Euangeliſtæ, & Prædicatores dicantur miſſi ante faciem Chriſti, ac ſi inuicem cum Chriſto ipſo facies mutuo oſtenſuri eſſent, & decertaturi. Vide 348.2. vbi plura circa hanc Euangelij prædicationem, à prædicatoribus ſimul cum Chriſto faciendam.
Quam ſit neceſſarium, vt illis Chriſtus adſit comes. 873.2
*In omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.*
Quod boni prædicatores nedum in magnis ciuitatibus, ſed & libentius in villis prædicent, & idiotis. 874.1
Neceſſarium eſſe, vt Chriſtus ſanctos ſequatur prædicatores, prædicatum verbum in audientium aures deferens. 350.1
*Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum meſſis, vt, &c.*
Quam congrue Euangelij prædicatio nuncupata ſit meſſis. 881.2
Bonorum prædicatorum inopiam maximam eſſe in Eccleſia. 722.1
Præſertim hiſce temporibus. 715.2
Prædicatores eatenus iure dici debere operarios, quatenus prædicatio iuncta eſſe debet cum operibus. 364.2. & ſeq. Nedum enim verbo, ſed & exemplo auditores trahunt. 605.1. & 505.1
Alioquin ſi reſpectus habeatur ad ipſius prædicatoris fructus, non tam operarij, & coloni, quam cuſtodes dicuntur. 953.2
Ideoque vt opus conuerſionis auditorum efficiant, opem Dei efflagitare debent. 385.1. & ſeq.
Et cum à Chriſto habeant, vt proficiant. 865.1
Propterea operæpretium eſt, vt illum rogent, opem vt ipſis ferat in meſſe. 881.2
*Ite: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos.*
Vide quæ notata ſunt in Euang. feſti Commemorationis S. Pauli Apoſt.
Ponderans verbum *Ite*, aliqua colliges ex ijs, quæ notata ſunt ſuper Euang. Aſcenſionis Domini, *Euntes in mundũ vniuerſum, &c.*
*Nolite portare ſacculum, neque peram.* Sollicitudinem rerum temporalium Prædicatori Euangelico abijciendam. Vide ſuper Euang. Domin. xiv. poſt Pentecoſtem. *Nolite ſolliciti eſſe quid manducetis, &c.*
*Neque calceamenta: & neminem per viam ſalutaueritis.*
Hæc omnia adiecta, ad deſignandam celeritatem, quæ talibus neceſſaria eſt prædicatoribus. 318.2
Ea abiicienda prædicatori Euangelico calceamenta, quæ viam de deceant ſanctam, quam ambulaturi ſunt, qualia ſunt peccata deſignata per pelles mortuas calceorum. 721.1
Eſſe tamen alia calceamenta, quibus ad Euangelij prædicationem incedentes pulcherrimi in greſſibus ſuis ſancti celebrantur prædicatores, quæve ea ſint. 834.2
Quid ſit eſſe calceatum in præparationem Euangelij pacis. 833.1. & 2
*In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui.*
A prædicatoribus Euangelij neceſſario dandam eſſe pacē, cum in hoc eorum ſita ſit pulchritudo, & excellentia, quod dent pacis nuntium. 318.2. & 832.2
Et quia Euangelium nunciat legem amoris, & benignitatis, vt habes 284.1
De pace eiuſve nuncio plura videre potes notata ſuper Chriſti ſalutationem illam, *Pax vobis*. In feria 3. Paſchæ, & in Dominica in Albis.
*Dicite, appropinquauit in vos regnum Dei.*
Per Euangelij prædicationem iure nunciatum eſſe infidelibus appropinquatum eſſe in illos regnũ gratiæ, quod eſt regnum Dei, vt habes 612.2
Idve vel quia illis nuntiatus eſt Chriſtus eis proximus effectus, quem & regnum cælorum nuncupatum habes 583.1. quiue eſt totius gratiæ princi pium, vt habes 31.1. & 180.2
Vel quia Euangelium ipſum ita eſt lex gratiæ, vt & ipſam conferat gratiam. 284.2
Appropinquatum & iuſtificationis, ac pacis regnum regno Dei ſimillimum, vt habes 253.2
Et regnum dilectionis, quod eſſe præſtantiſſimum regnũ Dei habes 760.1. 474.2. & 477.2
Appropinquatum & regnum ærumnarum, ac tribulationum pro Dei gloria tolerandarum, quæ & regnum Dei eatenus recte dicuntur, quatenus à Chriſto Rege ſpinea corona redimitum in hæreditarium ſuis relictæ ſunt filiis. 473.2
Vide & notata in Euang. feſti omnium Sanctorum.
Appropinquatum & illud Dei regnũ, quod qui ex infidelitate, & prauitate vitæ conuerſi ſeruitio ſe addicerent Dei, Reges item efficerentur, prout colliges ex dictis 472.1. & 853.1
Appropinquatum denique & regnum cæleſtis beatitudinis in patria, quod eſt potiſſimum Dei regnum: quandoquidem per prædicationem Paſſionis Chriſti, perq; illius fidem in illud introducendos ſeſe certo ſperaret, prout deduces ex dictis 57.2. 59.2. & 258.2

## 147 In Communi vnius Martyris Euangelium primum.

*Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus.*
Diſcipulum Chriſti illum duntaxat eſſe, qui moderatis ad eum venit affectibus erga ſuos, & erga ſeipſum. 833.2
Quomodo Chriſtus diſcipulis ſuis odia commendet, cum eius doctrina ſit tota amoris, & charitatis, vt habes 6.2. 266.1. & 270.1
Haud tam odia, quam ordinem commendare in ipſa charitate, de quo 264.2
Amor enim haud eſt vere amor, ni ordinate ametur. 272.2
Et vera virtutis, ac diſcipuli Chriſti definitio eſt ordo amantis amoris. ibid. & ſeq.
Quomodo doctrina Chriſti, iſtiuſmodi odia, & mortificationem affectuum præcipiens ſit ſimul amara, & dulciſſima. 785.2
In mortificatione abijcienda, quam ſtulte ſe gerat, qui intendit eſſe Chriſti diſcipulus. 717.1. & 718.1
*Et qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*
Diſcipuli Chriſti crucem ſuam baiulant indulgentes mortificationi, ideoque dicuntur eiuſdem Chriſti comæ. 759.2
Per martyrij & tribulationum crucem venitur poſt Chriſtum. 52.2
Crucem ſuam baiulans diſcipulus Chriſti is eſt, qui in tolerandis ærumnis Chriſtum crucifixum ſatagit imitari. 915.1
Eum, qui Chriſti diſcipulus eſſe vult, oportet, vt crucem baiulet ærumnarum. 224.1
Ærumnarum crucem renuens haud poteſt dici Chriſti diſcipulus veniens poſt eum. 390.2
Et è contra, qui eamdem baiulant, nedum diſcipuli, ſed & amici, & chariſſimi illius ſunt. 759.2
Non ante Chriſtum, ſed poſt Chriſtum venire debet, qui crucem ſuam baiulans, illius vult eſſe diſcipulus, habens illum ob oculos ſpinis coronatum, & diademate gloriæ. 477.2. & ſeq.
Vide quæ notata ſunt in ſeq. Euang. *Tollat crucem ſuam, & ſequatur me.*
*Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non ſedens prius cōputet ſumptus, qui, &c.*
Diſcipulatum Chriſti eſſe ſponſalitium, & ædificium cæmentis ædificatum charitatis. 569.2
Ædificium vitæ ſpiritualis conſtrui ſumptibus bonorum operum. 941.2
Quæ ſint iſtius ædificij fundamenta. 941.1
Turrim, quam in vita ſpirituali ædificare debet, qui Chriſti diſcipulus eſſe velit, eſſe humilitatem. 531.2
Quanti neceſſarij ſint ſumptus, quantumve ſtudium pro ædificatione huius humilitatis turris, ad exemplar humilitatis, & humanitatis Chriſti, quam turrim Dauid dictam habes 533.1
De obedientia vt altero item turris ædificio. 536.1
Quanti & ad hoc pariter ædificium neceſſarij ſint ſumptus vt ædificetur ad exemplar obedientiæ Chriſti myſticæ turris Dauid. 537.1
Quod & quique diſcipuli Chriſti ſemetipſos ædificare debeant in turrim cum propugnaculis, clypeis, omnique armatura fortium. 540.2
Quod & ipſa diſcretio ſpirituum ſit ædificium turris. 848.1. & 849.2

Aut

*Aut quis rex iturus committere bellum aduerſus alium regem nō ſedens prius, &c.*
Quod neceſſario nobis in hac vita militandum ſit, & belligerandum. 71.2
De bello, quod cōmittendum eſt cum ſenſibus ipſis noſtris. 101.1
De bello aduerſus Satanam. 270.1
Sumptibus ſtudij ſanctitatis vnaquæque anima inſtar validiſſimi equitatus vadit aduerſum Satanam, eiuſve exercitus. 145.1. Vide & 149.1
Charitatis infuſio quomodo comparetur ordinationi exercitus. 269.2
Quomodo eadem charitate, vt potentiſſimo exercitu prouocemur ad bellum. 266.2
*Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*
Si per Chriſti diſcipulum intelligamus generaliter bonū Chriſtianum, per hæc ſignificatur, illi neceſſariam renunciationem omnium quoad affectum, vt colliges ex dictis 735.2. & ſeq.
Si ſpecialiter bonum religioſum intelligamus, per eadē ſignificatur illi neceſſariam realem omnium renunciationem, ideo, & dentes ſicut greges tonſarum ipſos Religioſos nuncupatos habes ex Bernardo. 502.2. & ſeq.

## 148 In Communi vnius Martyris Euangelium ſecundum.

*Si quis vult venire poſt me.* Tametſi Chriſtus gratia ſua trahat poſt ſe quoſcunque ſibi libuerit. Veriſſime nihilominus hic ait, *Si quis vult*, &c. quia eius gratia non trahit, niſi noſtra admittatur voluntate. 49.2
Non ait, *Si quis vult venire mecum*: ſed, *poſt me*, quia imitari quidem illum in virtutis ſtudio poſſumus, nullatenus tamen æquis greſſibus cum illo incedere. ibid.
Hinc eſt vt ſemper nobis ſuperſit maior proficiendi gradus, vt colliges ex dictis 320.2
*Abneget ſemetipſum.* Abnegationem ſui ipſius eſſe negationem, & receſſum à propria voluntate, cum illa ſit forma, qua quiſque ſuus eſt, & non Dei. 414.1
Iſtiuſmodi abnegationem adeo neceſſariam eſſe, vt ſine ea nullatenus venire quis valeat poſt Chriſtum, cum voluntas ipſa propria impediat, ne Chriſtus videatur, quem ſequi opus eſſet. 389.2
Eſt enim paries illi occludens aditum. 311.1
Quin etiamſi Chriſtum ipſum videat, neutiquam tamen poſt eum venire quis poteſt, qui propriam non abneget voluntatem: cum Chriſtus recto incedat itinere, vt habes 619.2
Iter vero propriæ voluntatis ſit iugis circuitus. 394.2. ei ſimilis quo circuit & Diabolus, & qui illum ſequuntur impij quique, de quo 395.2. & ſeq.
Immo tantum abeſt, vt is, qui non abnegat propriam voluntatem, poſt Chriſtum venire queat, vt Chriſtum potius ipſum is ad ſuam voluntatem trahere ſatagat. 213.1
Iſtam propriæ voluntatis abnegationem iure ei, qui poſt Chriſtum venire velit, primo loco proponi, cum ea & cæteris eminentior ſit virtutibus, & eidē Chriſto reddat proximiorem. 535.1
*Et tollat crucem ſuam.* Vide quæ notata ſunt ſuper præcedens Euang. *Et qui non baiulat crucem ſuam,* &c.
Recte haud dici *Crucem* ſimpliciter, nec *Crucem meam*. Crucem enim Chriſti tollere nemo poſſet, cum illius ærumnæ & paſſiones fuerint abſque vllo conſolationis leuamine. 233.2
At dici *Crucem ſuam*. Crucem nimirum ærumnarum, quas Chriſtus ipſe ſingulari metamorphoſi reddidit melleas, vt habes 681.2
*Crucem ſuam*, in cuius geſtatione ſocios habet Angelos, ei ſuis opem ferentes conſolationibus. 233.2
Comitem & Chriſtum ipſum. 474.1. & 662.2
Comites denique & ſanctos viros. 431.2
*Crucem ſuam* ærumnarum, quæ ſibi à Deo immittuntur, vt eius viribus proportionatæ, quaſve propterea hilariter deferat inter vbera, vt leuem faſciculum myrrhæ. 177.2
*Crucem* denique *ſuam*, quia ſibi peculiariter ærumnas optare debet & paſſiones. 52.2
Eaſdemque vt proprias æſtimare delicias. 857.1
*Et ſequatur me.* Vide quæ notata ſunt in Euang. Sabbathi poſt Domin. 4. Quadrag. ſuper ea verba.
*Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.*
*Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam.*
Si hanc ſententiam ſumas, vt eum deſignat, qui propter mortis metum, vt ſaluam illæſamque ſeruet animam ſuam, à pœnis, & paſſionibus, quas ei minitantur Tyranni, vult Chriſtum negare, aliave admittere ſcelera, Vide 325.2
Quomodo is ipſam ſuam perdat animā, mundano timore mortis in illa effectus cauſante.
Quod ſi eamdem accipias, vt deſignat eum, qui ita curæ addictus eſt vitæ illius corporeæ, vt quo ſaluam faciat animam ſuam, eiuſve concupiſcentias, ſenſibilibus vniuerſis indulget voluptatibus, Vide 125.1
Quomodo iſte talis animam ipſam ſuam perdat. 19.2. & 922.1
*Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.*
Quomodo Martyres, qui pro Chriſto paſſi ſunt, proque illo animā ſuam expoſuere, illam perdentes, inuenerint eam ſibimet cuſtoditam in vitam æternam, colliges ex dictis 922.1
Quomodo is, qui perdit animā ſuam mortificationi indulgēs, caſtigans corpus ſuum, mortificanſque concupiſcentias ſuas, ipſam inueniat animam ſuam præſeruatam à peccatis, atque adeo cuſtoditam in vitam æternam, colliges ex dictis 555.2. & ſeq.
*Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*
Sicut vitæ corporeæ non datur precium, ita nec charitatis, in qua ſita eſt vita animæ, & ſpiritus. 933.1
*Filius enim hominis venturus in gloria patris ſui cum Angelis ſuis, tunc reddet vnicuique ſecundū opera ſua.* Vide quæ notata ſunt ſuper Euangel. feriæ 2. poſt Domin. primam Quadrag. Vide & quæ dicuntur 674.2

## 149 In Communi item vnius Martyris Euang. tertium.

*Nolite arbitrari, quia veni mittere pacem in terra, non veni pacem mittere, ſed gladium.*
Si Euangelium detulit, quod eſt nuncium pacis, pacemque reliquit in ſignum militiæ Eccleſiaſticæ, vt habes 797.2. Quomodo id, quod hic dicitur intelligendum ſit colliges ex dictis 77.1. Vbi habes bellum ipſum, quod à Chriſto ſuſcitatur in anima eſſe & ſummā pacem, & prælium. Vide 441.1
Per gladium ſpiritus, & verbum Dei, quam magnam ſeparationē, ac diuiſionē Chriſtus efficiat in anima. 435.2
*Et inimici hominis domeſtici eius.*
Quam graue ſit inteſtinum bellum, & qualiter id fiat in anima. 101.1
Pro cæteris præſentis Euangelij ſententiis Vide quæ notata ſunt ſuper ſimiles ſententias in duobus præcedentibus Euangeliis pro vno Martyre.
*Et quicunque dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli: amen dico vobis,* &c.
Vide 197.2. ex hoc loco probatum, Per intentionem rectam vim quodammodo inferri ipſimet Deo.

## 150 In Communi item vnius Martyris Euang. quartum.

Euangelium, *Nihil opertum, quód non reueletur,* &c. habes in ſimili infra vltimo loco poſito in Comm. plurimorū Martyr.
*Amen amen dico vobis. Niſi granum frumenti cadēs in terrā, mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*
Per metaphoram corruptionis grani Chriſtum ſignificaſſe paſſionem, mortemque ſuam, qua illuſtrius cognoſcendus eſſet. 243.2
Chriſti mortem, & Eccleſiam cum illo conſepultam germinaſſe plures ſanctorum ordines. 629.2. & ſeq.
Chriſti mortem protuliſſe ſanctos Martyres. 169.2. & ſeq.
*Qui amat animam ſuam, perdet eam,* &c. vſque ad fin. Vide quæ notata ſunt ſuper ſimilia in Euangelio ſecundo vnius Martyris.

## 151 In Communi Martyrum tempore Paſchali.

*Ego ſum vitis vera.* Chriſtum iure optimo dici vitem verā, quia ex ipſo eſt vinum veræ dulcedinis, de quo 342.2
Ad differentiam vitium alienarum, quæ ſunt ea, quæ ad mundum, terramque ſpectant, ex quibus eſt vinum amariſſimum ſenſibilium voluptatum, vt habes 994.1
Eundem dici etiam *vitam veram*, ex qua ſola ſunt veri fructus, ad differentiam Angelorum, quos eſſe tantum vites florentes habes 345.2
Necnon & ad differentiam ſanctorum Apoſtolorum vitium puſillarum, atque etiam minuta vuæ grana proferentium, de quibus 340.1
*Et Pater meus agricola eſt.* Quam perfectus agricola ſit Deus.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

*Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.*
Fideles, qui inſtar palmitum in Chriſto per fidem ſunt, vt in vite, ſed non ferunt fructum operum, tolluntur à cæleſti agricola, quia fides, quæ non operatur per dilectionem, mortua eſt, colliges ex dictis 207. 1
Bene autem tolli ij dicuntur, quia in arboribus, & plantis ſpiritualibus vita iuncta eſt cum floribus, & fructib. ita vt quæ his carent, careant & vita. 368.1
Tolli quoque iidem dicuntur palmites à Chriſto vite vera, quatenus plerumque ab iis tollitur & fides. Dum enim à ſe abiiciunt ornamenta virtutum, fit plerumque, vt poſtmodum abiiciant etiam fidem, & cultum Dei. 714.1
*Et omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.*
De fructu eorum fidelium, qui ſunt plamites fructiferi Chriſti vitis veræ. 341.2. 877.1. & 629.2. & ſeq.
Quomodo tribulationibus, & flagellis iſtiuſmodi palmites purgentur, & ad quid. 725.1. & 658.2
Hinc pia anima iiſdem ærumnis probari, & Spiritus ſancti igne ſuccendi rogat, vt fructuum virtutum emittat odorem. 656.2
Quod autem ſi purgati fructum plus afferant dicti palmites, proba ex eo, quod iuſtus tribulationib. preſſus profert vinum lætitiæ, & odorem ſuauitatis, vt habes 865.1
*Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.*
Si hæc de mundatione à peccatis accipiantur, quæ in Apoſtolis facta dicitur propter Chriſti doctrinam Euangelicam, cui illi fidem præſtitere, poteris hic agere quomodo iuſtificatio dicatur eſſe per fidem, vt habes 251.2. & 94.1
Quod ſi potius eadem ſumas de mundatione, non tam à peccatis, quam à ſuperfluis quibuſdam, & quibuſdam reliquiis imperfectionum, atque defectuum, quam ſupra dictam vidimus purgationem per ærumnas, & tribulationes, prout ſumendum indicat textus Græcus, legens, *Vos purgati eſtis*, per Chriſti ſermonem eum intelligas operæpretium eſt, quo ſæpius tribulationes, & perſecutiones plurimas eis imminere ſignificauit. Atque adeo agere poteris de doctrina neceſſitatis tribulationum, vt eſt fructifera, & purgatiua, de qua 864.2
*Manete in me, & ego in vobis.* Manendum in Chriſto per dilectionem, vt & ipſo manente in nobis vitam habeamus: cum alioquin is, qui diligit mundum, eumque in ſe manentem habet, maneat in morte. 921.1
De mutua hac iuſtorũ in Chriſto, & Chriſti in illis manſione colliges plura ex dictis 576.2. & 922.2
Hiſce ipſis verbis, *Manete in me*, &c. videtur Chriſtus vſus ad roborandos magis Apoſtolos in tribulationibus perferendis, inſtruens illos, qua ratione vitam, & fructus in eis habere queant: nimirum ſi ſatagant manere coniuncti cum ipſo vera vite ſua, prout ipſe iunctus cum eis manet, quando tribulantur, prout colliges ex dictis 474.1. & 554.2
*Ego ſum vitis, vos plamites.* Quomodo ex Chriſto vera vite propaginata, atque in terra ſuppreſſa per morte duo in primis prolata ſint palmitum, & martyrum genera. 630.1
*Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*
Si hæc intelligas de manſione tantum per charitatem, vt dictum eſt ſupra. *Per fructum multum* per illam prolatum intellige ea, quæ enumerata ab Apoſtelo habes 464.2
Quod ſi altero modo etiam ſupra ſignificato hæc ipſa accipias de mutua manſione in tribulationibus iuſtorũ, atque Chriſti, per *fructum multum*, ea tria intellige, quæ iuſto tribulato à Deo collata habes 8.1
Nempe perfectionem, & combuſtionem, atque conſolationem in charitate.
Potes etiam per *multum fructum* talium palmitum intelligere exempla, & doctrinam, quam edocent quoad tribulationes ipſas perferendas, qua de re vide 861.1
*Quia ſine me nihil poteſtis facere.* Cum Chriſtus ſit principiũ omnis gratiæ, quæ operatur in nobis, vt habes 180. 2. & 217.2
Bene ex prædictis hoc inferri, quod niſi ſit mutua per charitatem manſio inter Chriſtum, & animam, nil proferre liceat, & efficere virtutis veræ, quandoquidem opera bona cum charitate, & ex charitate ſunt facienda, vt bona ſint, & meritoria vitæ æternæ. 467.1. & ſeq. & 600.1
*Sine me* autem iure inquit Chriſtus: quia ea ſola ſunt cæleſtis valoris, quæ ipſo obſignata ſint, vt ſignaculo. 912. 2. & quæ ſint ab anima, quæ per baptiſmum eumdem induerit. 169.2
Vnde ipſummet virtutis ſtudium extra Eccleſiam, in qua Chriſtus ipſe manet, parum, aut nihil prodeſt. 56.1
*Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.*
Quomodo iis, qui non manẽt in Chriſto vera vite, ſed & in inanibus mundi vitibus, hæc omnia contingant, colliges ex dictis 99.2
*Si manſeritis in me, & verba mea in vobis mãſerint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.*
De quatuor conditionibus neceſſariis ad efficacem orationem: duabus indicatis per ea, *Si manſeritis in me*, nempe per charitatem, quam in oratione ipſa requiri habes 507.2
Et in ipſa oratione perfici habes 506.2
Et per attentionem, ſine qua nihil valere orationem habes 606.2
Et duabus aliis per ea, *Et verba mea in vobis manſerint.* nempe per fidem eius pollicitationibus exhibitam, de cuius neceſſitate, & vi in oratione habes 609.2. & 584.2
Et per vitæ puritatem, quæ ſita eſt in impletione verborũ, & mandatorum Chriſti, cuius puritatis neceſſitatem in oratione habes 606.1. & 608.2
De efficacia, & vi impetratoria orationis plurima ſunt, quæ leges 507.1

Pro Euangel. primo plurimorum Martyrum tempore Paſchali, *Ego ſum vitis, vos palmites*, &c. Vide quæ notata iam ſunt in Euangelio præcedenti.

Pro Euang. ſecundo item plurimorum Martyr. tempore Paſch. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis*, &c. Vide quæ notata ſunt in Euangel. Dominicæ tertiæ poſt Paſcha.

152 In Communi plurimorum Martyrum extra tempus Paſchale Euang. primum.

*Cum audieritis prælia, & ſeditiones, nolite terreri.*
Timorem mundanum Chriſtus ab Eccleſia arcet, vt impedientem Euangelij prædicationem. 653.1
Audimus vniuerſi prælia & ſeditiones, quæ intra nos ſuſcitantur per ſenſus noſtros, vt habes 101.2
Audimus & in Eccleſia prælia, & ſeditiones, quæ ab hæreticis excitantur. 94.2. & ſeq. & 788.1
Audimus & nos religioſi plerumque prælia, & ſeditiones fratrum in monaſterio, vt ex Bernardo habes 104.1
*Iniicient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in Synagogas & cuſtodias, trahentes ad Reges, & præſides propter nomen meum.*
In ſanctis martyribus ſuis Eccleſiam percuſſam, & vulneratam à Tyrannis. 745.2. & 749.2
Quibus tamen perſecutionibus ſplendidam inſtar auri eã redditam habes 163.1. & 70.2
Ponderandum quod vltimo dicitur, *Propter nomen meum.* Id enim in primis exegit Chriſtus à diſcipulis ſuis, vt pro nomine eius ærumnas ſubirent. 364.1
Hocque inter prſtantiſſima Dei dona cenſendum, vt pro nomine eius quis patiatur. 279.2
*Continget autem vobis in teſtimoniam.* Sanctorum Martyrũ teſtimonium exhibitum fidei Chriſti quantum profuerit mundo. 494.2
Martyrium eſſe ſummum charitatis teſtimonium. 205.1
Ex martyrum teſtimonio dulce eſſe & Eccleſiæ eloquiũ. 510.2
Perſecutiones ſanctis martyribus contigiſſe in teſtimonium etiam dignitatis ipſorum, qua ſunt Eccleſiæ & genæ, vt habes 521. 1. & labia. 510.2. & ornamentum. 164.1. & reclinatorium aureum. 455.1. & aſcẽſum purpureum. ibid.
Et collum. 843.1. & paradiſus malorum punicorum. 636. 1. & Chriſti crucifixi tum fructus. 630. 2. tum myrrha. 672.2. tum comæ ſicut purpura Regis. 855.1. tum genæ. 769.1
Martyrium eſſe martyribus ipſis teſtimonium complexus Chriſti. 288.1
Sicut & perſecutiones, ac tribulationes, quas quis tolerat pro nomine eiuſdem Chriſti, teſtimonium exhibent, quod qui eas patitur, nedum ſit Chriſti diſcipulus, ſed adeo ſit ei clarus, vt ab illo particeps factus ſit eiuſdem lecti. 430.1. & ſeq. Quin & eiuſdem beatitudinis. 771. 1. & 690.2
Contingunt inſuper eæ ipſæ perſecutiones, eademque martyria in teſtimonium inexplebilis deſiderij, quo in paſſione ſua exarſit Chriſtus multo plura patiendi, quam paſſus eſt, vt colliges ex dictis 592.2
Necnon & in teſtimonium charitatis Eccleſiæ. 750.2
Et tamdem quod Chriſtus ipſos, qui ea patiuntur, introducat in ſua vulnera. 57.1

Ponite

*Ponite ergo in cordibus veſtris, non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere.*

Quod eloquia ſanctorum Chriſti Martyrum, & cuiuſcunque ſancti prædicatoris ſuggerantur illis à Spiritu ſancto, ſintve eiuſdemmet Dei. 350.1.& 505.1

De vi, & efficacia diuini Verbi, quod à Deo ſuggeritur. 435.2

*Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis,* &c.

Hæc adijci in maiorem facti deteſtationem, ſicut & à ſponſa, & à Dauid perſecutores ſui nuncupati ſunt filij matris ſuæ, vt habes 91.1

*Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.*

Quod ſancti Martyres, & ſingulæ quæque pię animæ odio habiti ſint ab hominibus mundi, in cuius odij vicem ipſi preces ad Deum pro eis fuderunt. 227.2

Id eſſe maxime admirandum in ſanctis Chriſti diſcipulis, & martyribus, quod propter illos ſic odio habitos ab omnibus pro Chriſti nomine, dum idem Chriſti nomen prædicarent, proque illo tormenta ſubirent, incredibiles Eccleſia ſancta fecit in Chriſti fide progreſſus. Vide 420.1

Iidem ipſi ſancti Martyres eo totius mundi odio, impiorumque perſecutionibus illuſtriores redditi inſtar lilij inter ſpinas. 237.2

*Et capillus de capite veſtro non peribit.*

Si capillum, & caput proprie ſumas, potes tractare de magna, & exactiſſima prouidentia Dei erga iuſtos, de qua 662.2.& ſeq.

Quod ſi metaphorice eadem ſumas, potes vel intelligere Martyrium Chriſti deſignatum per capillum capitis noſtri: ſicque ages quomodo, cum perſecutionibus agitarentur Martyres implebantur crines Chriſti guttis noctium, vt habes 709.1

Vel per capillos capitis intelligens cogitationes mentis, de quibus 491.1

Poteris hic tractare, quanti Deus faciat cogitationes ſanctorum Martyrum, & cuiuſcumque ſancti, quandoquidem vel ab vna earum vulneratum ſe ait. 583.1

*In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.*

Vide iſtius ſententiæ explicationem 931.1

Vnde habes, & quæ tractes de vi, & efficacia patientiæ in ærumnis.

## 153 In Communi plurimorum Martyrum Euangelium ſecundum.

*Deſcendens Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri, & turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa ab omni Iudæa,* &c.

Vide quæ notata ſunt ad principium Euangelij Domin. 3. poſt Epiphan. *Et deſcendens Ieſus de monte ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.*

*Qui venerunt, vt audirent eum.*

Vide ſuper ſimilia in Euang. Domin. 3. poſt Pentecoſt.

Quod tanta hominum multitudo veniebat ad Chriſtum ab illo voluptate, ac conſolationibus tracta. 48.1

De Chriſti pulchritudine, qua populi ad eum trahebantur. 199.2

De eiuſdem verborum gratia, qua maxime alliciebantur quique. 206.1. & 462.1

*Et ſanarentur à languoribus ſuis.*

Accedebant enim ad illum vt ad medicum, cuius vel nomen ipſum oleum, vnguentum, & medicamentum eſſet, vt habes 36.1

*Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur.*

Per eam nimirum, quam idemmet Ieſus de ſe fundebat fragrantiam doctrinæ ſuæ vnguentis optimis fragrantioris, perque illud quod impertiebat gratiæ vnguentum. 27.1

*Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.*

Chriſtum vel minimo tactu etiam vt Deum vulnerari à fidelibus. 583.1

Exire autem virtutem ex illo, quia ſic vulneratus effundit effectus bonitatis ſuæ. ibid.

*Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat: Beati pauperes,* &c. vſque ad fin. Vide quæ notata ſunt ſuper ſimilia in Euang. feſti omnium Sanctorum.

## 154 In Communi plurimorum Martyr. Euangelium tertium.

*Sedente Ieſu ſuper montem Oliueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.*

Vide quæ notata ſunt ad principium Euangelij feſti omnium Sanctorum. *Aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,*

Potes inſuper ponderare, quod Ieſus peculiari ratione ſuper montem Oliueti ſediſſe dicitur, dum doceret. Quia cum ipſius nomen eſſet oleum effuſum, vt explicatum habes pluribus 35.1. & 37.2

Atque adeo adoleſcentulæ eius oleo delibutæ, eiuſue vnguenti odore attractæ ipſum dilecturæ eſſent, vt habes 41.1.& ſeq.

Debuit is certe ſuper montem Oliuetum, oleique feracem docere, vt id de eius verificaretur doctrina, quod de ea multo ante fuerat prædictum ſub vberum metaphora, *fragrãtia vnguentis optimis*. Qua de re habes plura 26.2. & ſeq.

*Dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?*

De ſignis Aduentus Chriſti ad iudicium, vide in Euang. Domin. primæ Aduentus.

*Quod ſignum Aduentus tui?* Optimum ſignum Aduentus Dei in animam, vel in Eccleſiam, eſt morum reformatio. 791.1

Alterum quoque ſignum ſunt tribulationes ab illo præmiſſæ tanquam ipſius legati. 673.2

Cum enim quis hilariter illas tolerat, & delectatur in bonis operibus, duo in eo habentur ſigna, quod Deus ſit in anima ipſius. ibid.1

*Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent.*

Cautelam iſtam quam præmonet Chriſtus, ſeruatam habes ab Eccleſia nomine eorum, qui in ipſa ſunt imperfectiores. 110.2

De fraudibus autem hæreticorum, deque malis, quæ iis obueniunt, qui ab illis fuerint ſeducti, plura colliges ex dictis. 121.1

*Audituri enim eſtis prælia,* &c. Vide quæ notata ſunt ſuper ſimilia, in Euangelio primo plurimorum Martyr. *Cum audieritis prælia.*

*Et quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.*

Peccatum eſſe maxime noxium charitati. 654.1. Vbi explicatam habes & præſentem ſententiam.

In communi plurimorum Martyrum Euangelium quartum. *Videns Ieſus turbas aſcendit in montem,* &c. Explicatum id habes in feſto omnium Sanctorum.

Euangelium autem quintum, *Reſpondens Ieſus dixit: Confiteor tibi Pater.* Vide in feſto S. Franciſci.

Pro Euangelio ſexto. *Dixit Ieſus,* &c. *Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum.* Colliges aliqua ex iis, quæ notata ſunt in Euang. feriæ 3. poſt Dominic. 2. Quadrageſ. & in Euangelium ſancti Stephani.

## 155 In Communi plurimorum Martyrum Euang. ſeptimum.

*Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.*

Obedientiam exhibitam Prælatis ſuſtentare Deum caput animæ. 535.2. Vide & in Indice rerum verb. *Obedientia.*

Prælatos ſanctos paratum ſemper in ſe habere lac doctrinæ, quod ex Deo attrahunt. 544.1

Quantum cauendum nobis ſit, ne ſanctos ſpernamus Prælatos, cum illi ſint, qui Chriſtum caput noſtrum ſuſtentant in Eccleſiæ corpore, ſuſtentati & ipſi à Chriſto. 523.2. idque prædicatione, & doctrina. 524.1

Ipſi ſint, qui inſtar vberum ſuper Deum cor Eccleſiaſtici corporis exiſtentes ardentiſſima charitate flagrant, calefacti nimirum à Chriſto, Chriſtumque ipſum recalefacientes. 543.2

Eorundemque ordo in Eccleſiæ corpore ſit inſtar capitis, æque ac Chriſtus. 282.1

*Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis.*

Quam cauendum à vitio inanis gloriæ, per quod bona haud Deo vt par eſſet, ſed nobis tribuimus, quamue id ſit periculoſum. 911.1.& 353.2

*Et ait illis, Videbam Satanam ſicut fulgur de cælo cadentem.*

Quam deteſtandum cuique vel ſanctiſſimo vitium ſuperbiæ, propter quod Lucifer è cælo decidit. 568.2

Quod ſuperbus quiſque ad inſtar Luciferi nedum non ſit mons excelſus, ſed vere ſit demiſſiſſimum barathrum. 384.1

Satanam, ac Dæmones exinde nobis eſſe ſubiectos, ex quo è mundi, ac animæ eiectus eſt principatu, quem tyrannice ſibi vſurparat, vt habes 268.2.& 270.2

*Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones,* &c. Quod miraculorum poteſtatem Eccleſia acceperit à Chriſto vna cum verbi prædicatione. 943.1

Quam recte diſcipulis, qui Chriſto ſe ſubiecerunt, eique obtemperare ſtuduerunt, in omnibus hæc conceſſa à

Chriſto

Chriſto fuerit poteſtas faciendi miracula. 160.2

Et pro eo ipſo, quod ij ſe ſubiecere, omnia illis ſubiecta ſint. 412.1

*Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubijciuntur vobis, gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.*

Pro inanis gloriæ periculo id ſtudendum in bonis operibus, vt cuncta ad Deum, eiuſue gratiam referamus, ſeruantes hoc modo flores in aqua. 228.1

Optimam coniecturam, optimumque ſignum iuſtificationis noſtræ, propter quam vnam gaudendum nobis eſſet, eſt, quod internæ pacis fructum guſtamus, atque adeo gaudemus de ſpe bonorum cæleſtium, quæ nobis parata tenemus. 252.2. & ſeq.

## 156 In Communi plurimorum Martyr. Euangelium octauum.

*Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis.* Vide quæ notata ſunt ad initium Euangelij Dominic. 7. poſt Pentecoſt.

Quam apte hypocriſis fermento aſſimiletur, cuius modicum totam maſſam corrumpit, cum vel modicum hypocriſis, & malæ intentionis vniuerſa corrumpat opera noſtra, vt habes 196.1

*Nihil autem opertum, quod non reueletur, neque abſconditum, quod non ſciatur.*

Opera bona, quæ occulte fiunt manifeſtari à Deo. 748.1

Hæreticos dici coopertos, & cur. 123,1

*Quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis.*

Si hæc ad Euangelij prædicationẽ referas, vt ſenſit Theophilactus, potes hic agere de ipſius Euangelij diuulgatione per vniuerſum mundum, prout habes 284.2

*Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habẽt amplius, quid faciant.*

Excitat Chriſtus ad dictam Euangelij diuulgationem remouens à diſcipulis humanum timorem, propter quẽ latitabant in criptis. 348.2

*Nonne quinque paſſeres venæunt dipondio, & vnus eorum nõ eſt in obliuione coram Deo? Nolite timere, multis paſſeribus pluris eſtis vos.*

De exactiſſima Dei prouidentia rerum omnium vel viliſſimarum. 764.1

De præcipua cura, quam Deus habet cuiuſcunque iuſti ambiens illum ſemetipſo, vt muro præforti hortum ſuum. 619.2

Et ad illum iugiter ſuam habens conuerſionem eo ſenſu, quem habes 869.2

*Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.*

Vide quæ notata ſunt ſuper ea verba, & *capillus de capite veſtro non peribit.* In Euangelio primo plurim. Martyrum.

*Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus & filius hominis confitebitur.*

Hiſce auertere nititur Ieſus à praua erubeſcentia, de cuius damnis vide 352.1

## 157 In Communi Confeſſorum Pontificum Euang. primum.

De materia SS. Pontificum vide in Indice rerum verb. *Prælati*, vbi plurima.

*Homo quidam.* Ponderare potes, quam notanter Chriſtus Ieſus haud *homo* ſimpliciter dictus ſit; Sed *homo quidam*, id eſt, homo eximius, & ſingularis, valdeque ab vniuerſis aliis hominibus diſtinctus, quia cum humanitate, quam cum aliis hominibus habuit communem, vnitam habuit & diuinitatem. 783.2. & 756.1

Quia homo electus ex millibus. 757.1

Quia homo etſi extrinſecus niger ob ærumnas, & perſecutiones, intrinſecus tamen & re vera formoſus, atque pulcherrimus. 80.1. & 200.2

Quia homo ſolus immunis ab omni peccato, factus pro reliquis hominibus peccatum. 755.1

Quia homo eximius & ſingularis in gratijs, atque virtutibus. 30.1. & ſeq.

*Peregre proficiſcens.* Admirari hic potes eiuſdem Chriſti amoris in homines exceſſum, qui peregrè profectum ſe ait, peregrinationemque cenſuit, cum per Aſcenſionem ad Patrem, atque ad cæleſtem propriamque ipſius patriam, è terra iſta diſceſſit, in qua homines relinquebat, & dilectos ſuos. Pro qua ponderatione vide 336.1. & 852.2

Quam congruentius homines peregrinos ſe cenſere deberent, dum in hac ipſa terra ab illo disiuncti ſunt, & à cæleſti ea patria. 124.1

*Vocauit ſeruos ſuos.* In prælaturis expectandam Dei vocationem. 96.1. Cum ad aliquid vocat Deus dare ſimul & effectum. 322.1

*Et tradidit illis bona ſua.* Illa nimirum, quæ alio nomine Spiritus ſanct. dona nuncupare ſolemus, de quibus in Pſal. 67. *Aſcendens Chriſtus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Bona ipſius peculiariter, quatenus Spiritus ſanct. eiuſue dona in illo, vt in proprio habitaculo reſederunt in omnimoda puritate, & vt in fonte. 764.2. 449.2. de iiſdem donis, vt ea habuit Chriſtus. 765.2

*Et vni quidem dedit quinque talenta, alij vero duo, alij vero vnũ.*

De prædictorum donorum ſapientiſſima diſtributione, atque ratione inæqualitatis, vt ſic vnum myſticum eſſet Eccleſiæ corpus variis diſtinctiſue compactum mẽbris, Vide 268.1

*Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.* Iuſtus gratiam, & donum aliquod à Deo accipiens, in illius vicem eius rependit vſum. 174.1

Omnemque bonorum operum ſuorum gloriam ipſimet exhibet Deo. 665.1

*Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Prælatus in primis bonus ſit, operæpretium eſt. Quid ſit autem eſſe bonum Prælatum explicatum habes 486.1. & fuſius 523.2

Quid ſit eumdem eſſe fidelem, quod ſecundo maxime illi eſt neceſſarium. 774.2

Ob fidelem obedientiam Deo exhibitam plerumque Dei ſeruus præficitur alijs ab ipſomet Deo. 160.1. & ſeq.

*Intra in gaudium Domini tui.* Sanctum quemque propter bonum gratiæ vſum nedum à Deo introduci in cæleſte gaudium, prout habes 57.1. 258.2. & fuſius. 691.2

Sed & ita in idem intrare, vt Dominum ipſum, ac dilectũ ſuum in illud introducat. 413.2

## 158 In Communi Confeſſorum Pontif. Euangelium ſecundum.

*Vigilate, quia neſcitis quâ hora Dominus veſter venturus ſit.* Sanctis Prælatis id præcipue competere, vt iugiter vigilent, cum ſint conſtituti vigiles cuſtodientes ciuitatem. 403.1. cur ijdem dicti ſint potius vigiles, quam vigilantes. 401.1

Ideoque & dicti ſunt oculi Chriſti. 763.2. & 765.2

Et etiam dormientes vigilare dicuntur, cum cogitent de ſubditis. 697.2

*Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam, vt det illis cibum in tempore?*

Fidelis Prælatus quiſnam ſit. 774.2

Prælatorum ſanctorum prudentia quantum habeat virium apud ſubditos. 400.2. & 401.2

Eorumdem præcipuum munus id eſſe, vt ſubditis dent cibum verbi Dei in tempore opportuno, condeſcendentes ſimplicioribus. 804.2. & 605.2. Singulis congruum cibum exhibere ſtudentes. 604.2

Ideoque in ſacrarum litterarum ſtudio apprime verſati eſſe debent. 527.1

Quomodo ijdem fiant ſuccipleni lacte doctrinæ, dum illud communicant. 545.1

Quomodo ob munus iſtud ſint vbera Eccl. 542.2

Si probare, & tractare volueris, quis vere dicendus ſit bonus Prælatus, ac prudens, & ſanctus: Vide Indicem rerum verb. *Prælatus.* Inde enim plures colligere poteris illius conditiones.

## In Communi item Confeſſ. Pontificum Euangelium tertium, *Nemo accendit lucernam*, &c. Vide in feſt. S. Martini Epiſc.

## 159 In Communi Confeſſorum Pontif. Euangelium quartum.

*Videte, vigilate, & orate.* Tria quæ ſancto cuique Prælato neceſſaria ſunt, in his tribus verbis indicata pertractare poteris, cognitionem, ſtudiumque diuinarum litterarum, de qua 527.2. Vide & Indic. rerũ verb. *Prædicator.* & verb. *Prælatus*, & verb. *Scriptura ſacra.*

Vigilantiam in externa ſubditorum, ſuique ipſius cura, de qua 403.1. Præſertim cum iugiter in bello eos eſſe oporteat, magnaque propterea vti, & ſedula fortitudine, vt habes 436.2

Et orationem in difficilibus, & prudentibus conſultationibus, de qua 499.2. Orationis enim, & meditationis ſtudia ſunt tanquam cellaria, Prælatos vt Eccleſiæ collũ exornantia, & tanquam propugnacula turrium. 526.1

In ipſa, & per ipſam orationem iidem ſunt intermedij inter Deum, ac ſubditos. 525.1

Orantesque pro panoplia, & omni armatura fortium habent nomen Domini. 528.1

Neſcitis

*Neſcitis enim quando tempus ſit, ſicut homo, qui peregre profe-ctus*,&c. Vſque ad fi. Euang. Vide quæ notata ſunt ſuper duo priora Euangelia in Communi Confeſſ. Pontif.

## 160 In Communi Sanctorum Doctorum.

*Vos eſtis ſal terræ.* Inter plura, eaque eximia ſanctorum Doctorum epitheta, pluresque conditiones, quæ facile colliges ex Indice rerum verb. *Doctor*, & verb. *Prædica-tor.* Id in primis hic pondera, quod ita ſunt ſapidæ, mordaciſue Euangelij mortificationis, ac virtutis ſale ſaliti, vt ſemetipſos pro optimo ſale exhibuerint auditoribus, ſuo eos ſalientes, atque docentes exemplo, qua de re 364.2.739.2.738.2.606.1. 504.2.605.1. 614.1.734.2. & 510.2

*Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur?* Cum ſal tunc euaneſcere dicatur, cum illi deficit anima, & vis illa, per quam ſaporem in ſe habet, quem & alijs impertit, tractare hic potes, quod anima Doctorum, vt ſunt ſal terræ, ſit charitas, ex qua eſt ſapor, & valor cæleſtis in ſingulis virtutum actibus, vt habes 600.1. Ideoque vt bonum ſit ſal, ſumma Doctores Eccleſiæ præditos eſſe debere charitate eamdemque in primis prædicare. 504.2. & 771.1

*Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus,* ſicut nihil eſt, quod magis ſit exoptandum, quam vt Doctores ſint boni, quia cum in eorum medio, & inter eos eſt Chriſtus, in alijs pariter Eccleſiæ membris ſit operæpretium eſt, vt habes 173.1

Ita nil magis illis metuendum, quam ſordes peccati. & obſtinationis. 497.2

Homines praui tales conculcant Doctores: Re vera enim in Eccleſia nullus Prælatus, Doctor, aut ſacerdos contemnendus eſt, etiamſi minus bonus. 79.2

*Vos eſtis lux mundi.* Iidem, qui ſancti ſunt Doctores propter acutiſſimam ſcientiæ notitiam non ſolum ſunt Eccleſiæ oculi ſicut piſcinæ, &c. vt habes 848.2. Immo & oculi ipſiuſmet Chriſti, vt habes 765.2

Quibus vniuerſum myſticum corpus illuminatur. 485.2

Sed ita diuina fulgent ſapientia diuinorum, quam lucem eſſe habes 641.1. vt merito & ipſi nomẽ ſortiti ſint lucis mundi, quia doctrinæ ſuæ luce clariſſima falſam patefaciunt, inanemque lucem, quam eidem mundo faſcinatio cauſat concupiſcentiæ, vt habes 87.1. & 2

Quod ſi ſapientia, propter quam lux mundi eſſe dicuntur, eſt ſapientia diuinorum, & doctrina Chriſti, quem verum eſſe Solem habes 84.1. & ipſi inſtar ſolaris lucis cum eam edocent ſapientiam & illuminant ſimul, & calefaciunt, illuminant intellectum, mouentque affectum. 14.2. 772.1. quamquam hæc duo fortaſſe melius per duas allatas in Euang. ſimilitudines ſalis, & lucis ſignificentur.

*Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.*

Sicut & lux, & ſal dicti ſunt ob ſanctæ vitæ ſal, qua ſaliti ſunt, ſaliuntque alios, & ob inſignem, qua fulgent, lucem ſapientiæ: Ita iidem Doctores ſancti dici queunt Ciuitas refugij infirmiorum propter eruditionem, qua pollent ſacræ Scripturæ, quam iure ciuitatem dictam habes 394.1

Quamquam aptius dices eoſdem eſſe ciuitatem, ad quam confugiant infirmiores, eo modo, quo illos appellatos turres, & propugnacula infirmiorum habes 544.2

Sicut eſſe ciuitatem ſuper montem poſitã, quatenus ſunt ſicut vbera ſuper cor, & ſicut turres ſuper Deum cor animæ, celſiſſimumque montem. 543.2

Quomodo pro iiſdem infirmis, ac debilibus ita ſint ciuitas, & turris, vt ſint ſimul & armamentarium. 527.2

*Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.*

Vide quæ notata ſunt ſuper ſimilia in Euang. feſti S. Martini Epiſc.

Doctorem ſanctum ad inſtar Ioannis Baptiſtæ eſſe lucernam ardentem charitate, & lucentem teſtimonio doctrinæ colliges ex dictis 313.2

Ob eaſdemque rationes ſanctos quoſque Doctores reperimus dictos, lampades dilectionis, atque flammarum. 929.1

Eccleſiam quamque eſſe candelabrum. 629.2. & 70.2

Eccleſiam Apoſtolicam eſſe fidelium domum, & matrem. 411.1

*Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.*

Sanctis Doctoribus maxime congruunt manifeſta bona opera, quia in Eccleſia ſunt tanquam Pharus, in quam itinerantium omnium oculi ſunt coniecti. 525. 2. & 917.2

Per opera bona, quæ videntur, glorificatur Deus, ſicut è contrario per mala, quæ apparent, Doctorum opera idemmet Deus blaſphematur ab infidelibus, & ab impiis, vt habes 708.1

*Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas; non veni ſoluere, ſed adimplere.* Quomodo Chriſtus dicat non veniſſe ſoluere legem, atque prophetas, cum ad illius aduentum eadem inſtar imbris abiiſſe dicatur. 316.1

Abrogaſſe illam perficiendo eam. 283.2

*Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

In ſacris litteris nihil eſſe vel minimum, quod myſterio vacet implendum tempore ſuo. In cap. 7. Præfationis, num. 18.

*Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur*, &c.

Paruitatem, & magnitudinem in vita ſpirituali argui ex modica, vel magna charitate, in qua vna eſt tota lex, dum manifeſtatur per opera miſericordiæ nedum corporalia in faciendo, ſed & ſpiritualia in docendo, & conſulendo. 9.6.1. & ſeq. Vide & 436.1

Sancti Eccleſiæ Doctores proferre eloquia tum noui tum veteris teſtamenti ad confirmandam Chriſti fidem. 882.1. & 884.2

Pro hac ſanctorum Doctorum materia amplificanda plurima colliges ex Indice rerum verb. *Doctores*, & *Doctrina*, verb. *Euangelium*, verb. *Prædicator*, verb. *Prælatus*, verb. *Sapientia*, & *Verbum Dei.*

## 161 In Communi Confeſſorum non Pontif. Euangelium primum.

*Sint lumbi veſtri præcincti.* Sicut tunc lumbos præcingimus, cum omnibus induti ſumus veſtimentis, ita tunc demum quempiam celebrare poſſumus, vt ſanctum Chriſti Confeſſorem, cum omnibus eum videmus amictum ſpiritualibus indumentis, de quibus 608.2. & 614.1. & ſeq.

Potes hæc explicare per duo loca Apoſtoli, alterum, quẽ habes 605.

*Induite nouem hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis:* Alterum, quem habes 527.1. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate.* Vnde materiam ſumere potes tractandi de ſingulis virtutibus ſancti, quem celebras, & oſtendere quomodo fuerint veræ virtutes, vtpote radicatæ in humilitate. 645.2. prodeuntes de charitate. 600.1. ſimulque omnes ad inuicẽ connexæ. 836.2. Vide & 837.2

Cum lumborum cingulo ſtudium pariter deſignetur pudicitiæ; poteris hic agere quomodo ſanctus quiſque eiuſdem pudicitiæ decore debeat eſſe ornatus, vide 437.1

Si præcinctione lumborum ſignificatam ſumas gladij præcinctionem, quæ fit ſuper lumbos, ac fœmora, poteris hic agere de ſtudio, quo ſanctus quiſque peccata ſatagit euitare abſcindendo à ſe voluptates carnis, vt habes 442.2

Vbi egregiam habes Nyſſeni doctrinam, quomodo pulchritudo animæ oriatur ex terribilitate, vide & 440.2. & ſeq.

*Et lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Si lucernam nuncupatam reperimus verbum Domini, & lucernas præcepta eiuſdem, quæ pedibus inſeruiunt ſancti illius, qui iis plenius ſatagit obtemperare, vt colliges ex dictis 405.2

Congruentiſſime eadem Dei verba lucernas dices eſſe in manibus, cum illa operibus patefacere ſtudemus eo modo, quo eiuſdem verbi Dei gladij teneri in manibus dicuntur. 435.2

In operibus tria tractare potes indicata in prædictis verbis. Primo, quædam eſſe opera, quæ cum ſint virtutes, ſint pariter & lucernæ, ſed ſine luce, quia ſine oleo gratiæ, qualia ea ſunt, quæ fiunt ab infidelibus, vt colliges ex 600.1.378.1. & 628.2

Secundo, quædam etiam eſſe virtutis opera, quæ lucernæ quidem dici debeant cum oleo gratiæ, atque etiam cũ luce fidei, vtpote facta à fidelibus, quæ tamen haud merentur dici lucernæ ardentes, qualia ſunt, quæ fiunt tepide, & negligenter, de quibus vide 710.1. & 718.2

Opera certe ſanctorum lucernas ardentes merito dixeris, quia cum charitate ſunt facta, & ex charitate. 467.1. & 941.2

Tertio, quia quædam ſunt mentis opera, vt ſunt ſancta deſideria, ſanctaque propoſita, quæ cum nunquam reducantur ad actum, non poſſunt dici eſſe in manibus, vt ſub alia florum metaphora habes 877.1

Sanctorum opera lucernæ ardentes dicuntur & in manibus, quatenus & quæ mente illi proponunt bonorum operum, manu perficiunt executionis, & operationis, vt colliges ex dictis 877.2

*Et vos*

*Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs.*

Sanctos quoſque mortem cum deſiderio expectare, Chriſtum vt ſponſum pariter expectantes. 668. 2. & 212.1

Expectare & diem iudicij, quo ad ipſos idem Chriſtus reuertetur, vt ſponſus. 384.1

*Vt cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei.*

Sancti, quam lætanter à Chriſto vocati mori conſentiāt. 706.1

Quibus verbis, quaue ratione ijdem tunc à Chriſto vocentur. 321.1

Si occaſione iſtorum verborum hic agere volueris de ijs, qui veniente ad ipſos Domino, pulſanteque illos, vt vel à peccatis, vel à torpore ſpiritus conuertantur, tardi ſunt & negligentes ad ei aperiendum.

De Chriſti quidem iſtiuſmodi vocatione, & pulſatione habes 702.1. & 705.2

Quid mali à nobis committatur in Deum, quando illi confeſtim non aperimus, habes 709. 2

Modum, quo reſiſtimus, vt haud confeſtim aperiamus, habes 716.1. & 718.2

Quomodo efficacioribus flagellorum mediis Deus pro flagrantiſſimo ſalutis noſtræ deſiderio nitatur nos cōmouere, vt illi aperiamus, habes 724.2. Qua ratione id ipſum erga pios quidem, ſed negligentes, efficere ſatagat manu efficacioris gratiæ habes 728.2

Quomodo tandem conuerſæ animæ eidem pulſanti aperuerint amouentes peſſulum ab oſtio habes 736.2

*Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes.* Vigilandum in expectatione ſponſi, arcendumq; ſomnum. 697.2. & ſeq.

*Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, &c.* Quam congrue fælicitas Patriæ cæleſtis explicetur metaphora diſcubitus, & cibi atque potus. 691.2

Bene præcingere ſe dicitur Dominus, & tranſiens miniſtrare, quando in hac cæleſti beatitudine ſanctos facit diſcumbere: nā alioquin ipſe ab æterno in dicto perſtitit accubitu ſuo, vt habes 165.1

*Hoc autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non ſineret perfodi domum ſuam.*

Quanta vigilantia cuſtodienda ſit domus mentis noſtræ, & cor noſtrum, ne mors, atque Diabolus, inſtar furum illi inſidias iugiter tendant.

Ea effundentes vt penetrent, deprædentur, atque omnia dent internecioni. 619.2. 704.2. & 101.1

## 162 In Communi item Confeſſorum non Pontificum Euang. ſecundum.

In laudem iſtiuſmodi ſancti multa colligere poteris ex Indice rerum verb. *Iuſtus, Iuſti anima*, & *Iuſti*.

*Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum.*

Habes iſtius ſententiæ explicationem egregiam 925.2

Quam apte ſanctorum Confeſſorum ordo gregis nomine deſignatus ſit. 490. 1. cum plures ſint diuerſorum ſanctorum ordines, qui & greges vocati reperiuntur, poſt quorum veſtigia per imitationem abire debemus. 135. 2. Et maiori cum emphaſi greges vniuſcuiuſque noſtrum, ex quibus, vt è tot ouium gregibus nobis à Deo conceſſis nedum lac eruditionis, lanam ac indumentum exemplorum virtutis, ſed & domū in præceptis prælatorum colligere poſſumus. ibid. & ſeq.

Haud minus ad dictum gregis nomen adiectum epithetum *Puſilli*, quod humilitatem ſonat. Nam cum ſancti iſti confeſſores ex vniuerſis ac ſingulis commendabiles eſſent virtutibus, in quibus ſemper magis proficere ſtuduerunt, dum viuerent, ex humilitate potiſſimum merito celebrati ſunt: cum humilitas ſit prima radix profectus ſpiritualis. 645. 2. Et cum ipſa nitatur in virtutibus vniuerſis, ſuper quib. fundata eſt. 531.2. Perficit nihilominus eaſdem virtutes. 427. 2. Immo ſuper totam virtutum molem ſuſtentat Deum. 529.2

Quomodo in puſillo hoc grege complacuerit ſibi Deus. 796.1. & 797.1

*Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos, qui, &c.*

Vt perſuaſum omnibus fiat vos eſſe perfectos, vtpote eidem Patri per miſericordiæ opera aſſimilatos. 63.1

Vt intelligant pariter, nedum ob ſimplicem Dei complacentiam, ſed & propter opera miſericordiæ dari vobis regnum. 929.2

De eleemoſyna vide in indice rerum verb. *Eleemoſyna*, & verb. *Miſericordia*.

Quod eleemoſynam largiens faciat ſibi ſacculos, qui, &c aperte habes in libro Eccleſiaſt. c. 17. & 18. his verbis, *Eleemoſyna viri quaſi ſacculus:* ſeu ſecundū aliam lectionem, *quaſi ſignaculum cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Vide nihilominus pro hac materia 548.1

*Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit.*

Theſaurum ſanctorum in cælo repoſitum inde arguitur, quod in cælo ſunt per deſiderium. 111.2. & per amorē. 576.2

Quam ſtudendum ne alibi, quam in cælo noſtrum habeamus theſaurum. 727.1. & 911.2

Pro Euang. tertio, *Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam*, &cet. Vide quæ notata ſunt ſuper ſimile Euang. primum Confeſſ. Pontif.

## 163 In Euang. pro Communi ſanctorum Abbatum.

*Dixit Simon Petrus ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia.* Cur non omnia propter Deum relinquenda, cum mundus vniuerſus non ſit proportionatum obiectum amoris noſtri, vt habes 376.2

Per deſertum aſcendere dicitur, qui mundum, & ea quæ illius ſunt, deſerit, atque contemnit. 426.1

Bene qui Chriſtum ſequitur, mundum, & ea, quæ ſunt in mundo, deſerit, cum nouerit eos, qui mundi rebus ſint addicti, eſſe à Deo deſertos. 426.2

Tametſi miſeri talem virum contemptui habeant, qui propter Dei amorem omnia reliquerit. 933.1

Si quamdiu in hac vita perſiſtimus mundo vtamur, eiuſue rebus neceſſe eſt, quomodo ſancti aiunt ſe reliquiſſe omnia? 396.1

Reliquiſſe nihilominus dicuntur omnia, cum ab eis amouerunt affectus, quibus veluti cardinibus Deus ab eorū arcebatur corde. 736.2

Bene autem antequam dicunt, *Secuti ſumus te*, inquiunt, *Ecce nos reliquimus omnia.* Alias quippe Chriſtum ſequi minime valuiſſent. Primo, quia cor, & affectus circa mundana habentes inani, iugique inſtabilitate circa illa verſarentur inſtar axis verſatilis rotæ. 209.2

Secundo, quia ab illis raperentur, dum eis addicti amore eſſent. 576.2. diuagationem continuam ſaltem in corde patientes. 912.1. & 123.1

Quomodo vero ſequendi Chriſtum vires haberent, qui ab ipſis mundi rebus rapti ea perpetuo ſectarentur curſu, quæ perniciſſimo currerent volatu, inſtar velociſſimarum quadrigarum. 821.1. inſtar fugacium vmbrarum. 557.2

Quomodo ſequi poſſent Chriſtum, cuius ſemita recta eſt, vt habes 619.1. ſi à mundi rebus, quibus addicti eſſent circumducti, vt habes 135.2. iugiter, atque inaniter circuire cogerentur, vt babes 396.1

*Et ſecuti ſumus te.* Bene, quia relinquentes omnia ſaltem quoad effectum, calceati pedes affectuum ſuorum in præparationem Euangelij pacis, viam mandatorum illius currere potuerunt. 916.2

Quæ hic notanda forent circa illa verba; vide ſuperius in Euangel. Sabbathi poſt Domin. 4. Quadrag. ſuper ſimilia verba illa. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.*

Dum Euangelium iſtud legitur in feſto Abbatis, Monachi, atque Religioſi, latum habes campum hoc loco agendi de perfectione ſtatus Religioſorum, deque cōplurimis, quæ in bono, ſanctoque religioſo celebranda habes in Indice rerum verb. *Religio*, & verb. *Religioſus*, vide ibi.

*Quid ergo erit nobis?* Quam bene hæc ſuperioribus ſubiiciantur, cum ſanctus, qui relinquit omnia, mundū contemnens, intrinſecus ſeruet ſpem cæleſtium præmiorum. 486.1

*Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes, &c.*

Pondera, quomodo notanter dixit: *Qui ſecuti eſtis me*, vt mei nimirum diſcipuli abnegatis vobiſmetipſis cum cruce veſtra, vt habes notatum in ſecundo Euangel. In communi vnius Mart. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quotquot enim crucem Chriſti baiulant, quid pro illo patientes ærumnarum, aut mortificationis, in die iudicij ſedebunt cum illo vt iudices, & cæli poſſeſſores. 931.2

Reſurrectionem eſſe quandam regenerationem. 244.1

Quibus cæleſtis adeunda eſt hæreditas, dies iudicij eſt regeneratio. 97.2

*Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet.*

Quæ qualiaue accipiat à Deo, qui relictis omnibus admittitur in religionem obſeruantem domum vini. 259.2

Religio-

Religionem eſſe optimum exemplar cæleſtis patriæ. 235.2
Quam ingens ſit beneficium admiſſio in religionem. 270.2
Quam promptus, larguſue ſit Chriſtus in largiendis cõſolationibus ſpiritualibus, ei qui omnia reliquerit propter ipſum. 21.2
Quanta ſit illarum vis. 803.2. quantaue copia. 21.2
*Et vitam æternam poſſidebit.* Præter conſolationes dictas, quibus ijdem præmiantur in hac vita, multo præſtãtioribus cumulantur in vita æterna pro exiguis, & tẽporaneis, quæ propter Chriſtum reliquere. Habes autem de diſcrimine harum conſolationum 10. 1. & 559.2
Si de poſſeſſione vitæ æternæ agere volueris, vide in Indice rerum verb. *Beatitudo*, & verb. *Cæleſtis patria.*

## 164 In Communi Sanctarum Virginum Euangelium primum.

*Simile eſt regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades,* &c.
Eccleſiam, quæ regnum cælorum dicitur, aſſimilari virginibus, quia ex virginum ordine dignoſcitur, & ipſam eſſe virginem, ſicut ex genis, & facie vnuſquiſque cognoſcitur qualis ſit. 513.1
Virginibus prudentibus, ac fatuis comparari regnum cælorum, quia virgines vniuerſę cęleſtes quodammodo apparent, licet haud omnes ſpectent ad cælum. 159.2. & ſequent. vbi habes, quæ ſint virgines fatuæ, quæue prudentes.
Ad cæleſtium ſpirituum decorem accedere ſanctas Virgines, cum per virginitatem eleuentur ad naturã Angelicam. 151.2. & 513.1
Quomodo decor virginum excellat ſuper omnem aliũ Eccleſiæ decorem. 515.2
Imo ad hoc potiſſimum inſeruit Virginum ordo, vt Eccleſiæ augeat decorem, ſicut & genę id in primis pręſtant, vt faciem ornent. 513.1
Si talis, tantuſque ex virginibus in Eccleſiam reſultat decor, cur & Babylon, & Sion, & animæ peccatrices dicantur Virgines. 41.2
*Exierunt obuiam ſponſo, & ſponſæ.* Neque enim prius excoli cœpit virginitas in orbe terrarum, quam Chriſtus per Incarnationem deſponſationem cum Eccleſia celebraſſet. 43.1. & 153.1
Nec ante illud tempus eius audiri cœpit prædicatio. 335.2
Porro, quod per incarnationis myſterium dicta, facta ſit & completa deſponſatio, habes 4.2
Qua ratione exeundum ſit obuiam tali ſponſo. 469.2. & 473.2
Quam decorus, quoue ſponſali diademate coronatus egredientibus hiſce virginibus, & filiabus Ieruſalem ſponſus ipſe ſeſe exhibeat in contemplatione videndum, ac primum vt coronatum diademate ipſiuſmet carnis ſuæ inſtar Solis egreſſum de tabernaculo ſuo. 468.2. & 477.2
Secundo, vt decorum & ornatum ipſamet fidelium Eccleſia inſtar pretioſiſſimi diadematis. 47.1. & 478.1
Tertio, vt inſignitum diademate charitatis. 476.1. & ſeq.
Quarto, vt decorum diademate iuſtitiæ. 478.1
Quinto, vt coronatum auctoritate propheticæ viritatis. ibid.
Sexto, vt diademate ſpineo redimitum. 472.2. & 477.1
De ſumma autem eiuſdem ſponſi pulchritudine plura habes 199.2. & 204.2
Notanter dictum eſſe, *Virgines exijſſe obuiam ſponſo*, & nedum ſponſo, ſed & *ſponſæ.* Quamuis enim vna ſit ſpõſa, & columba, & perfecta Chriſti, ſancta nimirum, & Apoſtolica Eccleſia, vt habes 807.1. & 809.1
Nihilominus & ſingulæ animæ, in primiſque virgines ita ſunt eiuſdem ſponſæ, ac ſi ſingulæ vna ſola eſſent illius columba, &c. vt habes 807.2. & ſeq. & fuſius 378. 1.
Ideoque virgines omnes ei egrediuntur obuiam, vt ſingulares ſponſo, atque adeo poſtmodum iiſdem virginibus nulla facta mentione alterius ſponſæ dicitur. *Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.*
De deſponſatione Virginis, & cuiuſcunque piæ animæ cum Deo, Chriſtoque vnico earum dilecto. 250.2
Quanta pudicitia hæc conſtet deſponſatio. 574.2
Deſponſationis & matrimonij huius ſpiritualis eſſentiã, cauſam, effectum, & bona colliges ex dictis 374.2
De eiuſdem indiuiſibilitate habes 375.2 & 577.2
Quam diuerſimode Chriſtus Virginum ſponſus in hoc ſuo ſpirituali matrimonio ſe habeat erga virginem ſponſam ſuam, à ſponſis carnalibus erga ſponſas, & coniuges ſuas. 675.2
Vide plura in Euang. Domin. 19. poſt Pentecoſt. de his nuptijs.
*Moram autem faciente ſponſo dormitauerunt omnes, & dormierunt.* Quomodo moram faciente diuino verbo, vt carnem ſumeret, in mundo dormitauerint omnes. 714.1
Quomodo dormitet & anima peccatrix; quando diutius abſque Chriſto, eiuſue gratia ei eſſe contigerit. 716.1
Non dormitãt tamen virgines, & animæ, quæ vere Chriſti ſunt ſponſæ: ſed in ipſo lectulo ſuo per noctes quærunt illum, vt habes 388.2. quinimo ſurgunt, & circũeunt ciuitatem, &c. vt habes 394.2. & 395.2. Vide & 744.1
*Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit.* Nocturnum tempus ſignificare ſubitum, & improuiſum, prout futurum eſt, tempus mortis, atque iudicij. 441.2
*Exite obuiam ei.* Si Virgines abſconditum quærere debẽt, vt habes 512.2. Si eiſdem maxime neceſſaria eſt clauſura, vt habes 749.2. ſi decet pariter eas eſſe concluſas, vt habes 515.1. cur iubeatur illis, vt exeãt. Iubetur quippe illis, vt exeant obuiam vni dilecto ſuo Chriſto, illi vni virginitatis exhibentes decorem: quod nuſquam melius ſit, quam in clauſtris ipſis, quæ propterea veli metaphora deſignata ſunt. 60. 2. ſicut & contemplatiui, ſpirituales Eccleſiæ oculi, dum intra velum cuſtodiæ ſenſuum abditos ſe ſeruant micantiores ad Deum de ſe emittant radios. 482.2. Vide & 481.1
*Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.* Virginitatem eam, quæ Chriſto dicata ſit, iure lãpadis metaphora deſignari ob charitatis ignem, quo in illum vnum Virgines flagrant. Cuius charitatis lampades maxime ardentes habes 925.1. & ſeq.
Quamquam & ob eminentiam pariter dici queat lampas, cum virginum ordo eminentiorem locum in eccleſia obtineat, vt lampas ſuper candelabrum; quod ſub alia genarum metaphora explicatum habes 512.2
Ornamentum lampadis virginitatis eſt ignis charitatis prædictæ cum oleo humilitatis, quo ignis ille, omniſue verus eiuſdem virginitatis decor fouetur, atque ſeruatur. 159.2
Porro tantumdem eſt, *Virgines ornauerunt lampades ſuas,* ac ornatas ſe exhibuere, eæ nimirum, quæ oleum habuere humilitatis: nam quæ dicto caruere oleo, extinctis lampadibus haudquaquam ornatas ſe potuerunt exhibere. humilitate enim perficitur omne ornamentũ virtutis, vt habes 427.2
Quæ ſint autem ornamenta SS. Virginum videre poteris notata in feſto S. Agnetis Virgin. & Martyr. ſuper illa eius verba; *Poſuit ſignum*, &c. *Dexteram meam*, &c. *Induit me Dominus*, &c. *Induit me veſtimento ſalutis.*
Si plura de Virginibus expetieris, vide in Indice rerum verb. *Virginitas*, & verb. *Virgines.*

## 165 In Communi SS. Virginum, & Martyr. Euangelium ſecundum.

*Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.*
Virginitatem non incongrue dici poſſe regnum cœlorum, non ſolum quia cæleſte quid potius eſt, quam terrenum, vt habes 151.2. & 513.1
Verum etiam quia ipſa ſecundum Hieronymum eſt Paradiſus cum concentu virtutum omnium. 635.1. & quia ſancta quælibet virgo eſt ſponſa agni, vt habes 493.2. ſponſam autem agni, & Ciuitatem Ieruſalem nouam, cælorumque regnum nomina inuicem ſibi communicare ex Apocalypſi habes 569.2
Agri quoque appellationem eidem virginitati congruere, ſicut illi & nomen vineæ aptatum habes 129.1. ſicut & horti precioſiſſimi atque concluſi. 622.1
Vnde & qui de virgine natus eſt, florem ſe dicit campi, agri nimirum ſanctæ illius virginitatis, cui benedixit Dominus, vt habes 228.2
Sed & theſaurus item abſconditus ipſa eſt virginitas: abſconditus inquam in Eccleſia, quam agrum eſſe pluribus probatum habes in ijs, quæ notata ſunt ſuper ea verba, *Simile eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.* In Euang. Domin. 5. poſt Epiphan.
Theſaurus abſconditus: nam & propterea virgines non vult à quoquam videri Chriſtus earum ſponſus, 129.1
Theſaurus, propter quem ſanctis virginibus eminentiſſimus in Eccleſia tribuitur genarum locus. 512.2 Theſaurus, quia virgines ſunt primitiæ ſanguinis Chriſti theſaurorum omnium precioſiſſimi. 516. 1. & 150.2

Quod ſi theſaurus trahit ad ſe hominum corda, & per ipſum nil eſt, quod non obtineatur: & virginitas Deum ipſum ad ſe trahit, vt colliges ex dictis 41. 1. 45. 1. tantamque habet vim, vt eumdem Deum quodammodo compellat benedicere, & eſſe propitium reliquis fidelibus. 516.1

Quid enim non poſſunt virginum preces? ibid.

Quinimo ſi theſaurus propter id, quod excitat ſui deſiderium, & amorem, vulnerat cor eo modo, quem explicatum habes 575. 2. & aufert, ſimulque tribuit cor deſideranti, prout habes 576. 2. & virginitatem pariter, hæc omnia Deum operari colliges ex Hieronymo. 588.1

Adde, quod ſi Chriſtus eſt theſaurus Eccleſiæ, vt infra notabitur, iure optimo & virginitatem pariter theſaurũ dici, cum per eam potiſſimum virgines eidem Chriſto aſſimilatas habeas 783.1

*Quem qui inuenit homo*. Non quæſiuit quiſquam hominum hunc theſaurum, antequam Chriſtus Eccleſiæ agro benediceret, tametſi tunc temporis aliquæ reperirentur Virginitatis ſimilitudines, vt habes 163.1

Inuenit tamen illum homo abſque alia quæſitione, quandoquidem poſt Chriſti aduentum eius prædicatio primum audita eſt. 335. 2. Quãdo Chriſtus ipſe cum proceſſit ex virgine fructum delibauit eiuſdem virginitatis. 668.1

Quando & duæ ſimul apparuere virgines, idemmet Chriſtus, atque Maria, duo illi turtures, quorum typum gerebat par turturum, quem toties Deo offerendum præcipiebat lex. 152.1

Quando demum ipſemet Chriſtus plantauit eiuſdem virginitatis vineam, vt habes 103.1

Neque poſt ipſum Chriſti aduentum quæſiſſe ſe dicat quiſquam hominum hunc Virginitatis theſaurum, neque enim humano ſtudio aſſequi illum quiſquam poteſt, ſed ſimpliciter inuenitur à Deo exhibitum, cum ſit donum Dei, vt habes 151.2

Quamquam poſtquam quis illum inuenit, maximam operæpretium eſt adhibeat cautelam, ne illum amittat, maximum & ſtudium, ne illius patiatur deprædationem. Ideo quippe bene ſubijcitur.

*Et abſcondit eum*. Arctiſſima nimirum clauſura, propter quam virgines ipſæ hebraico vocabulo abſconditę nũcupantur, vt habes 512. 2. & alijs nominibus modo dicuntur hortus concluſus, modo fons ſignatus, vt habes 622.1

Aliquando appellantur genæ pulcherrimæ intra velum reconditæ. 515.1

Aliquando vineæ comparantur, quæ ſepe circundata ſit. 103.1

Aliquando & lilio ſpinarum ſepe circundato. 230. 2. aliquando dicuntur habere Eccleſiam pro muro ipſas vallante. 947. 2. Aliquando ipſæmet murum ſibi eſſe fatẽtur. 948. 1. Enimuero cum puellis vix vlla reperiatur apud homines ſufficiens cuſtodia, vt habes 939. 1. Ipſa nihilominus pudicitia eſt fortiſſimum eiſdem vallum virginitatis, & honeſtatis. 841. 1. Sicut eſt etiam optimum eis frænum. 152. 2. dũm in earum effulget genis, vni Chriſto dilecto ſuo exhibitis, prout habes 514.2

*Et præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.*

Quale ſit gaudium, quod per iſtum virginitatis theſaurũ excitatur. 158.2. & 53.2

Quomodo autem ſanctæ virgines iuerint, & vendiderint vniuerſa, quæ habebant, vt emerent agrum illum, & Eccleſiam, in qua ſola dictus reperitur virginitatis theſaurus, vt ſupra notatum eſt, ſatis ex earum colliges vitis, in quibus animaduertes illas pro virginitate, Chriſtique fide ſeruanda nedum externam ſubſtantiam, ſed & vitam ipſam ſuam profudiſſe.

Quamquam per agrum, in quo idem inueniatur, tutoque ſeruetur virginitatis theſaurus, admodum congruenter intelliges monaſterium, cuius clauſtra alijs metaphoris dicta reperimus, nunc montes Bather, nunc montes Bethel. 382.1

Nunc montes aromatum, & conuallium. ibid. nunc domum vini. 259.1

Sat autem conſtat, quomodo ſanctæ Moniales inuento dicto theſauro ex diuina inſpiratione, qua virginitatem ſuam vni Deo ſeruare ſtatuerint, vadant, & vendant vniuerſa, relictaque domo & parentibus, ipſum emere ſatagunt monaſterij agrum, idque ſummo cum gaudio.

## 166 In feſto ſanctarum Mulierum non virg. ſuper idem Euangelium.

*Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.*

Eccleſiæ ſanctæ optime congruere nomen, *Regni cælorũ*, cum inſtar cæleſtis regni ſit cellarium cibariorum, theſaurorum, myſteriorumque Dei, & locus, vbi diuino vacatur amori, vt habes 56. 1. ſitque & tabernaculum, in quo vna cum Deo commorentur fideles. 72.1

Et quaſi proprius locus voluptatis eidemmet Deo ob eximiam ſui pulchritudinem. 617. 1. Cumque in ea videatur Chriſtus. 786. 2. cum ſit paradiſus paradiſorum. 627. 1. cæleſtem referens plane paradiſum. 627. 1. & 800.1

Adeoque & ſicut cæleſtis illa patria tota deſiderabilis. 785. 1

Vide plura in Euang. Dominicæ xxj. poſt Pentecoſt.

Eandem Eccleſiam, quæ *Regnum cælorum*, ob præallatas dicta eſt rationes, eſſe *agrum*, in quo varia reperiuntur germina, Virginitatis, Viduitatis, ſanctiue coniugij. 877.1

Quod eadem in mundo iſto ſit ager impinguatus fimo peccatorũ, ex quo & in quo ortus eſt flos ille tam eximius Chriſtus, qui vniuerſorum florum contineret pręrogatiuas. 225.1

Quiue & theſauri meruerit nomen, vt in præſenti habes Euangelio.

Licet enim *theſaurus* iſte & virginitatem deſignare queat, vt iam oſtenſum eſt, & etiam quamlibet continentiã, ſeu vidualem, ſeu coniugalem, vt colliges ex dictis 159. 1. Animam iuſti habere theſaurum intra ſe. 805.1

Magis tamen ad rem, & primus ac precioſior eiuſdem agri *theſaurus*, idemmet eſt Chriſtus, qui & eius flos. Quis enim vereatur eum dicere theſaurum, qui eſt ſapientia increata Patris, cum & Auctor libri ſapientiæ infinitum dicat eſſe theſaurum ſapientiæ in genere, vt habes 545. 2. & Paulus quoque aſſerat, *Habemus theſaurum in vaſis fictilibus*, dum ſcilicet Chriſtum prædicamus nos qui ſumus vaſa fictilia, in quibus ſcientiam deferimus claritatis Dei, vt habes 603. 1. Chriſti verba & geſta precioſiora quibuſlibet gemmis. 462.1

Effectus theſauri ſi in Chriſto exquiras, inuenies & illos. Nam quod diuites æque ac theſaurus ſuos efficiat poſſeſſores, colliges ex illo Apoſtoli. *Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia*, &c. de quo 31. 2. Quod ſi per theſaurum ſuperabundanter habentur diuitiæ, etiam per Chriſtum id à nobis haberi in diuitijs ſpiritualibus, præterquam quod id clare ex Apoſtolo eodem habes aſſerente: *Superabundauit gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* 1. Timoth. 1.

Facili negotio id ipſum probabis diſcurrens per ſingula: ſuperabundantiam enim ſapientiæ ab ipſo elargitam habes 640.2

Superabundantiam opum iuſtitiæ, qua non ſolum iremus, ſed & velociſſime curreremus per viam mandatorum Dei. 144.1

Superabundantiam ſanctitatis, qua vnaquæque anima exceſſum haberet ſpiritualis pulchritudinis. 189. 2. & 599.1

Superabundantiam denique & redemptionis de maledicto quidem legis habes 283. 1. & ſeq.

De poteſtate autem, & ſeruitute Diaboli, qua non ſolum ſuum ſuper nos erexit vexillum charitatis deiectis vniuerſis Diaboli vexillis, vt habes 270. 1. & 268. 1. ſed & ita abundanter inſtruxit in nos omnem amoris aciem, vt iam eundem Diabolum cum omnibus ſuis exercitibus debellare poſſimus. 268. 2. & 115. 2. Vide & 46.1

De onere demum ærumnarum, dolorum, & tribulationum, quibus in hac lacrymarum valle nos premi contingit, cum tantas in illis perferendis nobis indiderit vires, vt non deſint qui ijs ſe obijciant illaſue & exaſperent, habes 86.1

Quin & quod in ijſdem nedum gaudeant, ſed & ſuperabundantius gaudeant. 682.1

Si per theſaurum nedũ habentur ſuperabundantes opes, ſed & acquiritur poteſtas, nobilitas, & gloria. Per Chriſtum pariter omnem habemus nobilitatem, omnem gloriam, omnemque virtutem, vt habes 911. 2. & ſeq.

Si per theſaurum trahuntur corda, & affectus hominum, ecquis id effecit efficacius Chriſto? 47. 1. & 111.1

Quam bene Chriſtus vt theſaurus dicatur *abſconditus*, vide 201.1

De agro contemplationis, in quo dictus reperitur *theſaurus abſconditus*. 874. 1. & ſeq.

*Quem qui inuenit homo*. Quod theſaurum iſtum, guſtũque vitæ ſpiritualis percipere quis nequeat qui ſit animalis homo, & non ſimplex, & verus homo. 269.1

Quod idem theſaurus non tam quæri, quam inueniri dicatur, & cur. 408.1.& 189.2

Eundem theſaurum inueniri obedientia, & humilitate. 405.2. & 412.1. necnon & fide, & charitatis affectu. 408.1. & 410.2. meliuſque inueniri in tribulationibus. 409.2

*Abſcondit.* Quomodo dictus theſaurus Chriſtus, eiuſue timor à pia anima inuentus abſcondendus ſit. 912.1.413.1. & 414.2

*Et præ gaudio illius.* Quantum ſit gaudium iſtud, quantaue dulcedo percipiatur ab anima, quæ Chriſtum theſaurũ dictum inuenerit. 406.2.407.1.57.1. & 690.1. Vide in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.*

*Vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.* Vt primum quis huius theſauri, Chriſti, ſeu dulcedinis vitæ ſpiritualis notitiam habet, quo illum adipiſcatur, operæpretium eſt, vt primo egrediens vadat, vt habes 135.1. & 473.2

Secundo, vendat, quæ habet, alienans à ſe dominium & poſſeſſionem peccatorum, & prauarum inclinationũ, prout habes 721.2

Tertio, vt emat agrum ſatagens acquirere dominium, & poſſeſſionem ſtudij contemplationis agri illius, in quo is reperitur theſaurus. 21.2.& 558.1

## 167 In feſto Dedicationis Eccleſiæ.

*Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho.* Cum Iericho ea ſit terra, in qua antiquitus erant vineæ Balſami, & Cypri, vt habes 178.2. & ſeq. admodum commode tractare hic potes de myſterio Incarnationis, ſeu potius Paſſionis Chriſti, quando Ieſus eiecto Principe huius mundi ingreſſus, perambulanſque illum, Eccleſiæ captauit poſſeſſionem, prout habes 671.1

Quando & ipſe factus eſt botrus balſami, & Cypri in eodem mundo deſignato per nomen En-gaddi, quod interpretatur oculus, ſeu fons tentationis, vel fons hœdi, qua de re vide 181.1. 186.2

Quod ſi humano more ſumere velis *perambulandi* verbum, vt ſignificat deambulationem, quæ fit ad voluptatem capiendam, prout fit in vineis, hortiſue, & locis ſuaueolentibus, vide 616.2. Quomodo Chriſtus Ieſus in Eccleſia perambularit, & ambulet vt in loco proprio voluptatis.

Quomodo vero ambulet in anima, quæ & templum, & hortus ipſius ſit, ex eaque capiat voluptatem habes 619.1.& 673.2

Quidni vero ſumma cum voluptate per piam Chriſtus perambulet animam ſuauiſſimo illius oblectatus odore, cum odor vnguentorum, & hoſtiarum, quæ in tali offeruntur templo, ſit ſuper omnia aromata? vt habes 596.1

Ex quibus omnibus deducere potes in paucis hiſce verbis, *Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho*, myſticam ab Euangeliſta ob oculos proponi piæ cuiuſque animæ nouam dedicationem in templum Domino, eo modo, quo clarius in Euangelio feriæ 4. Dominic. Paſſionis dictum habes: facta ſunt encœnia in Ieroſolymis, & ambulabat Ieſus in porticu Salomonis, vide ibid.

*Et ecce vir Zacchæus, & hic erat Princeps Publicanorum, & ipſe diues.*

Proponi hic animam quæ è Diaboli templo conuerſa ſit in ſanctiſſimum Dei templum. Vt autem tantæ nouitatis miraculum deſignetur, proponi dictionem, *Ecce*, iuxta illius ſignificatum, de quo 187.2

Proponi etiam veluti in pictura egregiæ imaginis, talis animæ nigredo, quæ ſanctitatem eiuſdem præceſſit, vt colliges ex dictis 74.2

*Et quærebat videre Ieſum, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat.*

En prima egregij pictoris inſignis imaginis lineamenta; deſiderium videndi Ieſum, quod cum quadruplex eſſe queat, vt habes 251.2. imperfectum adhuc erat, quia exigua in eadem anima erat charitas, vt colliges ex dictis 927.1. *Soror noſtra parua*, &c.

*Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum: quia inde erat tranſiturus.*

En ſecunda lineamenta: cum propria non haberet charitatis merita, quibus viſionis optatæ compos eſſe poſſet, præcurrens confidentiam in meritis paſſionis Chriſti aſcendit in arborem crucis eius, ſycomorum dictam ob fatuitatem, quæ in illa apparuit gentibus, de qua 41.2. Vere tamen palmam peregregiam, quæ dulciſſimos protulit fructus, vt habes 865.1

*Et cum veniſſet ad locum ſuſpiciens Ieſus vidit illum.*

En tertia lineamenta: cum iam illius perfectius euaſiſſet deſiderium, auctiori ſque charitatis feruore quæreret videre Ieſum: is illi occurriſſe dicitur, vt habes 407.2. & ſeq.

Bene ſuſpexiſſe dicitur Ieſus, quia poſtquam aſcendit in crucis arborem, adeo in virtutis ſtudio creuit Zacchæus, & pia, quæ hic pingitur anima, vt ſtatura ipſius celſiſſimæ aſsimilata ſit palmæ, vt habes 860.2

Vidiſſe vero illum, quia ſuo eum magis perfecit intuitu. 85.2.& ſeq.

Quomodo inuicem vulnera infligant mutuo intuitu Ieſus, atque anima. 583.2

*Et dixit ad eum: Zacchæe feſtinans deſcende; quia hodie in domo tua oportet me manere: & feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens.*

Per primam huius ſententiæ partem confirmari prędicta, quod à Chriſto ipſo, perque eiuſdem intuitum Zacchæus, piaue anima in virtutis ſtudio perfecta ſit.

In ſecunda vero parte proponi perfectam, & iam expletam eiuſdem animæ imaginem ſanctum ſe exhibentis templum Dei.

In quo prius elucet inſigne feruoris ſpiritus in verbo *feſtinans*, pro qua materia illuſtranda, vide 926.1.& 320.2

*Deſcendiſſe* autem potius dicitur, quam aſcendiſſe, quia de monte myrrhę mortificationis ea anima ad faciliorem deuenit collem thuris, prout colliges ex dictis 556.2. facta & ipſa quodammodo collis thuris ob fragrantiã orationum, quæ è templo cordis eius prodeunt.

Quid autem præſtantius tali contingere poteſt animæ, quam excipere Ieſum intra ſe, qui in ipſa, vt in templo, & domo gloriæ ſuæ maneat? vide 416.2. & 894.2. & ſeq.

Ad hanc materiam amplificandam colligere non pauca poteris, circa quæ philoſopheris, ex dictis 457.1.& ſeq.

Amplificare potes hoc tertium inſigne imaginis huius templi non manufacti ponderando vim locutionis Ieſu, *In domo tua oportet me manere*, vt oportet dicat, quaſi neceſſario in tali anima maneat, quia ab illa tenetur, & non dimittitur, vt habes 414.2.& 415.2

Quartum denique inſigne eiuſdem templi deſignatum per illam vltimam vocem *gaudens*, eſt gaudium non tãtum ſonitus orationis, vt perfectiſſimę muſices illius, de qua 605.1

Sed & conuiuij lætiſsimi ſpiritualium conſolationum, quas ſuo confert aduentu, vt colliges ex dictis 669.1. Vide in Indice rerum verb. *Conſolationes ſpirituales.* conuiuijque ſacramentalis, de quo 679.2.& 686.2

Si probare id magis velis, quod iuſti anima ſit domus, & templum Dei, eiuſue domus alias inſignes prærogatiuas, vide 220.1.& 433.1. iunctim cum paraphraſi Chaldaica. 432.2. & 455.1. iunctim pariter cum paraphraſi Chaldaica. 454.2

Quod congruentiſsimum ſit, vt Chriſtus, qui templum in cæleſti eſt Ieruſalem, ſponſam quoque ſuam templum eſſe velit, colliges ex locis Apocalypſis citatis in Epiſtola dedicatoria.

# ELENCHVS SERMONVM PRO ORATIONE QVADRAG. HORARVM ET PRO ALIIS MATERIIS

## quæ per annum aſſeruntur.

## 1 Sermo primus XL. Hor. in illud Oſeæ ij. verſ. xxiv. *Ecce ego lactabo eam, & ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.*

De neceſſitate conſolationum ſpiritualium. pag. 9. col. 1
Propter hanc Spiritualium conſolationum neceſſitatem ijs lactare dicitur Deus animam orantem. 21.2
Quamquam per idem verbum lactandi duo præcipui deſignentur deuotæ orationis effectus. Alterum eſt ſummæ dulcedinis earundem conſolationum, quæ in illa à Deo exhibentur, de qua 607. 2
Alterum alienatio à ſenſibilibus, & terrenis per ſpiritualem ſoporem quendam, de quo 608.1
Vnde ad hanc ipſam alienationem, vtpote maxime neceſſariam animæ oranti ſub alia metaphora ait Dominus: *Et ducam eam in ſolitudinem*, vt habes 9.2
Porro animæ oranti in tali ſolitudine, & alienatione fieri dicitur locutio Dei ad cor, quæ fit per ſpiritualem Dei exoſculationem, vt habes ibid.
Et bene: nam & propterea oratio ipſa ſub labiorum metaphora ſæpius expreſſa reperitur. 505.2
Quia per illam anima vnitur Deo, ſicut amans vnitur amato per labia, in quibus fit oſculum. 506.1
De eximia, atque prædulci, quæ per prædictam Dei exoſculationem fit communicatione Spiritus inter Deum, & animam orantem. 610.1
In oratione deuota pia anima ſuſceptum à Deo ſpiritum ſtillat in os eiuſdem Dei per reciprocum oſculum ſpirituale. ibid.
Labia Dei dum deuotam animam oſculantur, explere vberum munus. ibid.2
Quam inhiandum ad prædictas Dei conſolationes in oratione. 9.2.12.2
Quod iſtæ, quæ in oratione à Deo exhibentur conſolationes, dicantur fieri per oſculationem oſculi oris Dei ad differentiam conſolationum cæleſtis beatitudinis, quæ exhibentur per oſculationem oris eiuſdem Dei. 10.1

## 2 Serm. ij. XL. Hor. in illud Iſai. xxxij. xij. *Super vbera plangite, ſuper regione deſiderabili, ſuper vinea fertili.*

Id quod in primis ab accedente ad deuotam orationem fieri debet, eſt, vt lacrymas fundat pro Dei vberibus, & conſolationibus, omnem aliam mundi voluptatem deteſtans. 19.1
Quod ipſæmet ſæculi voluptates dum ab illis allici ſentimus, lacrymas nobis excutere debeant, cum in oratione earum perpendimus amaritudinem multiplicē. 19.2. & ſeq.
Prædictas ſæculi voluptates deteſtans cum lacrymis anima deuota, plangit quoque præ deſiderio diuinarum conſolationum, quæ recte vberum Dei nomine deſignantur. 20.1. idque propter ingentem quoque illarum copiam. 21.2. vſque ad 22.2
Et quia per illas coniungimur Deo, & creſcimus in vita ſpirituali. 64.2
Conſolationum ſpiritualium appellatione quid intelligendum ſit. 21.2
Bene autem dum hac ratione anima deuota plangit in ſua oratione ſuper Dei vbera, dicitur quoque plangere ſuper *regione deſiderabili*, vt ex allato Iſaiæ themate patet. Haud enim alia eſt iſta regio deſiderabilis, quam regio, & locus ille, vbi Deus prædictis paſcit conſolationibus, ad quam anhelans pia illa anima dicebat, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*
Qua de re plurima ſunt, quæ videas, 114.2. vbi habes, quod conſolationum verarum locus, ſicut & locus ſapientiæ ſoli Deo eſt cognitus.
Hic ſpiritualibus conſolationibus Deus quodammodo tenetur eum paſcere, cuius anima ipſum diligit. 116.1. eædemque ſolæ ſunt proprius animæ paſtus, ideoque paſcuorum nomine deſignantur. 115.2
Quomodo in hac deſiderabili dictarum conſolationum regione Chriſtus paſcat, ſimul & cubet. ibid.
Denique anima deuota, quæ in ſua oratione prædicto modo *plangit ſuper vbera, & ſuper regione deſiderabili:* plangit in eadem oratione *ſuper vinea fertili*, lacrymas fundens præ deſiderio ſanctiſſimi Euchariſtiæ ſacramenti, quod vineam fertilem eſſe colliges ex Theodorito. 865. 1. & ſeq.
Quam ardenti deſiderio ad dictum Sacramentum inhiet deuoti quique. 13.1. & 276.2
Quod in hoc Sacramento ſint & prædulcia Chriſti paſcua. 379.2. omniſque ſaporis ſuauitas. 685.1
Conclude ſermonem per verba, quibus Chriſtus ipſe eandem animam deuotam inuitet ad idem ſacramentum ex Ambroſio. 13.1

## 3 Sermo tertius XL. Hor. in illud Iſai. xxvj. viij. *Nomen tuum, ac memoriale tuum in deſiderio animæ meæ.*

Quamuis nomen Domini in oratione inuocatum, turris ſemper extiterit fortiſſima, atque tutiſſima orantibus, vt habes 538.1. & omnis armatura fortium. 528.2
Attamen illius virtus, eiuſdemque vis, & efficacia ante Chriſti Incarnationem vix agnoſcebatur, quia erat veluti vnguentum in vaſe incluſum, & obturatum. At poſtmodum eadem omnibus patefacta eſt, cum illud factum eſt oleum, & vnguentum effuſum. 38.2
Quam ſuaue ſit nomen Ieſu, quamue ad ſui excitet deſiderium. 36.2
Quod in ipſo, ac per ipſum habeatur vera ſalus in quacunque anguſtia. ibid.
Quod in ipſo maxima nobis de diuina pollicemur miſericordia. 35.2
Quod in qualibet ægritudine noſtra, quæ maxima eſt ærumnarum omnium, pro tutiſſimo medicamēto idem ſemper in promptu habere poſsimus nomen Ieſu. ibid. cum in illo vt in vnguento optimo ſint incluſa omnia Chriſti nomina. 36.1
Quod iſtius nominis vis in Chriſti paſſione potiſsimum manifeſtata ſit. 37.1
Atque adeo, vt eius efficaciæ & nos participes eſſe poſsimus, meditationi eiuſdem paſsionis inſiſtēdum eſt, quæ ob id ipſum præſidium dicitur, & tegmentum petræ, qua operiuntur piæ animæ. 359.1
Si ſolum Dei nomen tantas habet vires, quantas habere credendum eſt eiuſdem Dei ſubſtantiam, quæ ſuper altare propoſita nobis eſt in ſanctiſsimo Sacramento, quid non ſperandum ab ea? 52.2
In hoc Sacramento Chriſtum reliquiſſe nobis & turrim, ad quam confugeremus, & arma, quibus defenderemur, hoſteſque propulſaremus. 540.2
Per idem habere poſſumus gratiam, qua robur nobis inſit. 183.2
Et ſanitatem, ſi quid in nobis fuerit reſidui ægritudinis peccatorum. ibid.
Quod in eodem Sacramento Chriſtus ſuper altare ſtet accinctus ad nobis opem ferendum. 310.2

4 Sermo quartus XL. Hor. in illud Ierem. xxxj.iij. *Longe Dominus apparuit mihi. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te, miſerans tui. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.*

Quod haud alia ratione Deus à noſtra elongatur anima, quam quia nos ab illo per noſtras elongamur iniquitates. 327.1

Quomodo iiſdem iniquitatibus elongatum ad nos trahamus Deum, ita vt à lõge nobis appareat. 47.2. Idue quia is in charitate perpetua dilexit nos, quaue ratione dilexerit nos in charitate perpetua. 165.2. iunctim cum ijs, quæ dicuntur 165.1

Quod dilectio eam habeat vim, vt trahat: ſicue per illam anima deuota trahat Deum. 50.1. & 51.2. vt à Deo pariter per eandem attractã ſe fateatur. 50.1. actuque trahi. 51.2

Quemadmodum & oratio quoque ſimilem habet vim, vt per illam anima deuota veluti per funem, & catenam quandam trahat ad ſe Deum, trahiturque & ipſa ad Deum. 510.2

Hinc eſt quod Deus poſtquam dixit, *In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui.* Significans piæ animę quod & ipſe ab illa per orationem trahendus eſſet, ſubijcit. *Adhuc ornaberis tympanis tuis.* ſeu iuxta Sept. *Aſſumes tympana tua, & egredieris in choro ludentium.* orationem metaphorica hac deſignans locutione, & alludens ad id, quod dicitur in pſalm. 150. *Laudate Dominum in tympano, & choro.*

Quod ſi magis probare hæc velis, affer alterum illum locum pſalmi 67. *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum.* ponderans quomodo animæ orantes dicantur *tympaniſtriæ.* Duo enim tympana ſua aſſumit, iiſdemque ornata coram Domine apparet in oratione anima deuota, dum præ contritione ad imitationem humillimi illius Publicani Euangelici percutit pectus ſuum, & præ eximia humilitate percutit & cor ſuum.

Quid ſit autem egredi in choro, & cur oratio ipſa hac deſignetur metaphora, colliges ex dictis 828.2. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?*

Bene quoque eadem oratio, & opportune dicitur *Chorus ludentium.* Re vera enim ludus quidem in illa fieri videtur, dum, vt iam circa prima Prophetæ verba explicatum eſt, in ea, ac per eam Deus, ac orans inuicem trahunt, atque trahuntur.

Poſt hæc ſuade adſtantibus, vt id vnum in oratione ſua à Deo petant dilecto ſuo, *Trahe me,* optans, ſimulque efflagitans ab eo adſtante ſuper Altare in ſanctiſſimo amoris Sacramento, vt in vinculis charitatis per amorem ipſum trahat ea ratione, quam explicatam habes 47.1

Necnon & per conſolationes ſpirituales, vt habes 48.2. & 52.1

Denique fac conuerſionem ad Sanctiſſimum Sacramentum dicens & tu, *Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum:* efflagitans à dilecto tuo, vt te trahat trochlea crucis, vt vexillo charitatis, vt habes 46.1

Ipſum enim ſacramentum eſſe vexillum charitatis colliges ex dictis 270.1

Quod ſi pluribus agere velis de tam optanda Dei tractione, plurima ſunt quæ colliges ex expoſitionibus ſecũda & tertia, atque ex Appendice ſuper præallata ſponſæ verb. *Trahe me,* &c. Verſ. 4. capitis primi.

Si de Chriſti vnguentis, vide 12.1

5 Sermo quintus XL. Hor. in illud Iſa. lxiv. v. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam: In viis tuis recordabuntur tui.*

Quantum honoris Chriſtus exhibeat Animæ deuotæ, cũ occurrat illi prodiens in Sanctiſſ. Sacramento ſuper Altari, ante quod illa orare intendit. 56.2. vbi habes & breuem explicationem allati thematis.

De triplici cellario, in quod eamdem animam Chriſtus introducit, cum in oratione ſe ditinere illa velit, & in contemplatione, nimirum cellarium purgatiuum, illuminatiuum, & vnitiuum, quidue in ſingulis eorum inueniatur, & fiat. 56.2

De ſacris Chriſti vulneribus, vt ſint cellaria veri templi Salomonis. 57.1

Quomodo Chriſtus occurrens animæ tribulatæ in ipſa eius oratione illam introducat in eadem vulnera, & cellaria ſua. ibid.

Quod in eadem oratione pia anima id efflagitare debet, vt à Chriſto ſibi occurrente introducatur in cellarium Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti. 59.1

Quod & ſuum eidem Chriſto patefaciat ſummum deſiderium, vt ab illo introducatur in cæleſtem patriam. 57.2. & ſeq. Curue ea vocatur nomine cellariorũ. ibid.

Quod & id ſtudere debeat, vt vel in meditatione ipſa ſua in eadem cellaria, cæleſtemque patriam introducatur. 59.1.

Poſthæc accede ad explicanda verba illa thematis, *In vijs tuis recordabuntur tui,* per ea quæ dicta habes 65.1. ſuper verbis illis, *Memores vberum tuorum,* ſeu, *Commentabimur vbera tua ſuper vinum.*

Quam apte Dei beneficia dicantur vel illius vbera. ibid. 2. vel amores. 65.2

Beneficiorum ſuorum memoria, & commemoratione quantum delectatur Deus. 65.1. Quamue & nobis ſit vtilis. ibid. 2

6 Serm vj. XL. Hor. in illud Iſaiæ lxiij. vij. *Miſerationum Domini recordabor: laudem Domini ſuper omnia, quæ reddidit nobis Dominus.*

Ex conſideratione ingentis miſericordiæ Domini potiſſimum oriri exultationem deuotæ animæ. 62. 2. & 63.2 vbi explicatum habes allatum ex Iſaia thema.

Deum à nobis laudari ex miſericordia ſuper omnia, quia miſericordiæ opera præferuntur omnibus alijs operibus illius. 62.2

Quomodo Dauid dicat, *Memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.* Iuſtitiæ vocabulo ipſam deſignans Dei miſericordiam, prout frequens eſt ſacrarum litterarum mos. 63.2

In Dei miſericordia ſitam illius fortitudinem. 594.1

In eadem ſitam Dei pulchritudinem & gloriam. 63.1. & 594.1

In eadem ſitam Dei perfectionem. 63.1

Id in primis in oratione efflagitandum animæ deuotæ, vt in hac vna & ipſamet habeat in ſe ſimilitudinem gloriæ pulchritudinis, & perfectionis eiuſdem Dei, Deũque ipſum ob illam in ſui attrahat admirationem. 594.1

Enimuero miſericordia ipſa fragrantior Deo eſt reliquis virtutibus omnibus, quia is ſuum in ea percipit odoré. 596.2

Eſtque animæ oranti apud eundem Deum pro odore ſuauiſſimi thymiamatis, proque hoſtia ſummopere acceptabili. 596.1

Adeo vt per illam Deus ipſe inebrietur quodammodo, & quaſi à mente alienatus aliud facto exhibeat, quod cõtra illam ſuam ſit mentem, quam manifeſte alias ſignificarit. 595.1. In quo ſita eſt omnis orationis efficacia.

7 Sermo Septimus XL. Hor. in illud Pſalmi xxij. iv. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.*

Tribulationes præſentis vitæ eſſe inſtar vmbræ leuiſſimę, & maxime fugacis. 84.1

Tribulationibus ipſis concuti omnes quotquot ſunt in Eccleſia, & actiuos, & contemplatiuos, quia Eccleſia eſt in militia. 71.1

Eæ autem contingunt animæ propter corporis coniunctionem. 73.2. & 80.1. ſicut & vmbram à corpore eſſe conſpicimus. 83.1

Anima deuota quomodo à Deo præſente efflagitet in oratione, vt aſpectu ſuo ipſam eruat à tribulationibus, ſimulque dicat ſe in illius pręſentia nil metuere in quacunque tribulatione. 84.1

Nõ timet mala: quia cum oculos eleuat in Chriſtum exiſtentem ſecum in ſanctiſſimo Sacramento, intelligit bona, quæ ſibi ab illo proueniunt cum tribulationibus ipſis. 86.1

Aſpiciente enim Chriſto, tribulationeſue in ipſam immittendo ſuo etiam perficit aſpectu. ibid. 2

Confirmatque in fide, & dilectione ſua, comburens ipſã per eaſdem tribulationes. 85.2

Et duram, ac ſolidam eam facit in tolerantia, & charitate. 86.1

Ac demum pulcherrimo per eaſdem tribulationes exornatur decore. ibid. 2

Si longius protrahere velis ſermonem, vide in Indice rerum verbo *Tribulationes.*

8 Sermo octauus xl. Hor. in illud Matth vj. xxj. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.*

Quod Chriſtus, qui ſuper Altare eſt in ſanctiſſimo Sacramento, ſit verus, ac proprius animæ deuotæ theſaurus, fuſius probatum colliges ex ijs, quæ notata ſunt à nobis in Euangelio Sanctarum Mulierum, ſuper ea verba, *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro.*
Quod haud quilibet accedens ad orandum ante ſanctiſſimum Sacramentum poſſit dici habere cor ſuum ad Chriſtum: ſed is dumtaxat, qui illũ ita diligat, vt eũ & pro theſauro habeat, & pro anima ſua. Vide 112.2. explicatum Deum ita diligendum, vt corpus diligit animam ſuam.
Quomodo anima deuota, quæ orat ante ſanctiſſimum Sacramentum, ſit quidem corde ante Chriſtum, & nihilominus eius exquirat locum. ibid.1
Quod dicens cum ſponſa; *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie,* ſuum exprimat deſiderium diuini paſtus per ſanctiſſimum Sacramentum, ac per Dei gratiam. 118.2.
Necnon & locum quærat, vbi ſuper Altare prodierit ad ſuſcipiendas orationum preces, & ad paſcendum conſolationibus. 115.1
Simulque oſtendat ſe haud iam amplius illum metuere ambulantem in meridie, prout primi parentes. 109.2. ſed potius maximo illius præſentiæ teneri deſiderio. 119 2
Quod anima ipſa in oratione vehementiſſimum ſuum Chriſto exprimere debet deſiderium ipſum conueniendi, non tam ſuper altare latentem ſub ſpeciebus ſacramentalibus, quam in cæleſti patria, & in loco, vbi paſcit, & cubat in meridie. 112.2
Quomodo in cæleſti patria Chriſtus beatos paſcat triplici paſtu, quiue ij ſint. 113.2
Quam quiete ibidem cubetur, quamue magna ibi ſit pax. 114.1
Quam apte modus fælicitatis loci illius, & patriæ exprimatur per metaphoram meridiei. ibid.
Deus enim ibi ſe communicat, quomodo Sol in meridie per lucem, & per calorem. ibid.
Qualis ſit meridies dictæ fælicitatis. ibid.

9 Sermo nonus xl. Hor. in illud Pſal. xxxviij. xiij. *Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes Patres mei. Remitte mihi, vt refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero.*

Piæ cuique animæ haud tam moleſta eſt peregrinatio ſibi cum ſanctis Patribus communis, quam metus, ne ſibi à Deo vagari contingat. 124.2. Vide expoſitionem allati thematis ibid.
Triplex eſſe vagationis à Deo genus, & vnumquodque eorum maxime metuendum. Primum circa multiplices in vera fide errores, & hæreſes, de quo 121.1
Secundum id, quod conſequitur peccatum mortale, eſtue maxima peccatoris pœna, de quo 123.2
Tertium illud, quod ſibi magis periculoſum expaueſcit pia anima, circa ſæculi voluptates, de quo 125.1. & ſeq.
Quamuis pia anima dum eſt in gratia, minime vagetur; cum oculi ipſius ſint ſemper ad Dominum, diuinas nihilominus expetit, & efflagitat à Deo refrigerationis conſolationes, ne illis orbata, poſt ſæculi voluptates vagari incipiat. 124.2
Spirituales, quando conuertuntur ad ſæculi voluptates, errant, & vagantur multo magis, quam homines mundani. 125.1
Tepidus enim eſt quodammodo peior ſceleſtibus peccatoribus. ibid.
Qua circumductione puniantur ij, qui voluptatibus ſæculi indulgent. 125.2. quidue ex eadem referant. 126.1
Fiunt iocus Dæmonum, cum voluptates ipſæ ſint flagella, quibus anima circumducitur inſtar throci. ibid. & ſeq.
Fiunt & fortiſſimum eorumdem Dæmonum, & quorumcunque hoſtium Chriſti inſtrumentum bellicum contra fideles. ibid.2
Quis enim explicet, quantum ſimplicioribus obſint ſpirituales, qui hiſce indulgent voluptatibus? 126.2
Quomodo tales fiant ſimiles meretricibus. ibid.
Immo ſint peioris conditionis, quam ipſæ meretrices. ibid. & ſeq.
Quomodo ſint ſemper in luctu. 127.2. Et cooperiantur confuſione in ipſiſmet voluptatibus. 128.2
Quam bene ipſa, quæ aliquando ob ſæculi voluptates prædictis omnibus affecta eſt malis dicat in ſua oratione, *Remitte mihi, vt refrigerer.* Recolens ex concupiſcentia ſibi proueniſſe, vt ijs tunc ſe addixerit voluptatibus. 87.1. & ab eadem ſe fuiſſe faſcinatam. ibid.
Quanti ſint eiuſdem concupiſcentiæ æſtus. ibid.
Quod ijdem æſtus refrigerentur per Spiritum ſanctum; 653.2
Dicens ergo, *Remitte mihi, vt refrigrer,* tantundem eſt ac ſi in oratione ſua cum eodem Propheta dicat; *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui; & ſpiritu principali confirma me,* vt habes 655.2

10 Sermo decimus xl. Hor. in illud Pſalm. lxxxvij. x. *Traditus ſum, & non egrediebar; oculi mei languerunt præ inopia.*

Omni conatu Diabolus nititur impedire, ne egrediamur ad Chriſtum in ſtudio orationis, & meditationis. 135.1
Quod anima, quæ non egreditur ad Chriſtum in meditatione, oculos habeat languidos præ inopia cognitionis tum ſui ipſius, tum etiam Dei. Dum autem hanc habet inopiam, & ignorantiam, in multis erroribus implicetur neceſſe eſt. 140.2
Quinimo ob id ipſum ſit nouiſſima inter peccatores. ibid.
Et inſuper ſit deterior iumentis. ibid.
At vero cum anima deuota egreditur ad Chriſtum per ſtudium meditationis, dum ſeipſam cognoſcere nititur, peruenit & ad Dei cognitionem. 138.2. & 136.2. Vide & 169.2
Vnde eadem arguere queat propriam nobilitatem. 139.1
Meditatio ſui ipſius quam vtilis, & neceſſaria ſit piæ cuique animæ. 136.2
Quomodo ſe habere debeat in tali meditatione, vt cognoſcat ſemet, & Dei præſentiam, vide 137.1
Ex brutorum conſideratione anima cognoſcit quantis à Deo decorata ſit donis naturalibus. ibid.
Ex guſtu Dei, quem in prædictis meditationibus percipimus, intelligimus, quanta ab ipſomet Deo in nos collata ſint dona gratiæ. ibid.2
De iugi Dei aſſiſtentia in Eccleſia, quæ arguitur potiſſimum ex ſancta bonorum conuerſatione, & ex conuerſione impiorum, pro hac in oratione deprecandum, & pro illa, vt eam & nos proſequamur. 133.2

11 Sermo vndecimus xl. Hor. in illud Zachariæ x. iij. *Viſitauit Dominus Deus exercituum domum Iuda: Poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.*

Cur qui eſt Deus pacis dicatur Dominus Deus exercituũ: 143.1
Orationem eſſe bellum. 362.2. quin & eſſe etiam equitatum. 148.2
Quamlibet piam, deuotamque animam eſſe equum gloriæ Dei. 143.2
Animam obedientem portare Deum inſtar equi: atque adeo dici introducere illum in cælum. 414.2
Eandem non ſolum eſſe equum, ſed & currum Dei. 821.1
Quinimo aptiſſime aſſimilatam reperiri & equitatui eiuſdem Dei. 145.1
Adeo vt Dæmonum exercitus ipſam maxime metuant. ibid.2
Incutit autem hunc illis timorem anima deuota, quando in oratione ſua immergitur in mare ſanguinis Chriſti, vel lacrymarum. 146.1
Quod cum Angeli ſint equi, currus & equitatus, quibus Deus pugnauit contra Pharaonem, & contra omnes aduerſarios ſuos: Inſignis admodum gratia per Dominum exercituum prodeuntem in ſanctiſſimo Sacramento, vt viſitet Eccleſiam ſuam domum Iuda, & confeſſionis, exhibita ſignificatur animæ ante illum oranti, dum poſita, & reddita dicitur quaſi iſtiuſmodi equus, & equitatus, & effecta ſimilis eiſdem Angelis. 146.1. Vide quomodo in pluribus pia anima ſit ſimilis Angelis ibid.2. & ſeq. & 148.1. & ſeq.
At cum in ſingulari Dominus in allato themate dicat, *Poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ:* & equus ſeu equa gloriæ Dei ipſa ſit humanitas, quam aſſumpſit, præſtantiſſimã prædictarum omnium piæ animæ à ſe collatam indicat prærogatiuam: quod in bello orationis, & ſanctæ conuerſationis illam reddidit ſimilem humanitati, & animæ Chriſti. 149.2


Quod

Quod ſi intimius penetrare velis, qua potiſſimum ratione anima ipſa fiat ſimilis humanitati Chriſti, vide 144.1 vbi habes id fieri per humilitatem, atque obedientiam. vide ibid. quam congrue diuina præcepta deſignentur per metaphoram currus ſicut & obedientiam.

12 Sermo duodecimus XL. Hor. in illud Cantic. j. xij. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.*

Accubitus quid proprie ſignificet. 164.1
Tres eſſe accubitus Deo, triaque nobis proponi conuiuia eiuſdem. Primum æternæ felicitatis, in quo veluti in nobiliſſima menſa eius exhibetur gloria, vt habes 165.1
Secundum mundi fabricæ, in quo illius exhibetur potētia, vt habes 167.2. Et tertium ſanctiſſimi Altaris Sacramenti, in quo ipſius proponitur amor, vt habes 167.2
Accumbenti Deo in primo felicitatis accubitu æterno pia anima exhibet odorem nardi, virtutiſque ſuæ, ac bonarum operationum. 166.1. & 170.1
Accumbens vero eadem anima cum ipſomet Deo ſecūdæ menſæ fabricę huius mundialis, exhibet eidem Deo nardum meditationis referentem odorem gloriæ ipſius, vt colliges ex dictis 167.2
Accumbens denique cum eodem tertiæ menſæ, anima ipſa illi exhibet nardum charitatis, & humilitatis ſuæ, ſummo charitatis affectu ſumens S. Euchariſtiæ Sacramentum. Accipiens enim corpus Domini largitur Deo præſtantiſſimum donorum omnium. ibid.
Sed magis ad rem noſtram, dum Deus accumbit ſuper Altare in Sanctiſſimo Sacramento, vt preces exaudiat orantium, anima deuota exhibet illi nardum humilis orationis ſuæ, de qua ex Bernardo 170.1
Oratio ipſa humilis quomodo deſcendat, & aſcendat ſimul. 166.2
Quomodo eadem cum demittitur aſcendat vſque ad cœlos. ibid.
Per eamdem humilis orationis nardum Deo exhibitam, animam acquirere diuinam gratiam. 169.2. & 531.1

13 Sermo xiij. XL. Hor. in illud Euangel. Ioann. j. iij. *Quod factum eſt in ipſo, vita erat.*

Affer peregregiam Ambroſij pertractationem iſtorum verborum, quam habes 174.2
Si vitæ nomine gratiam intelligas, qua apud Deum viuimus, & per quam vt viuentes operamur opera quæ ſempiternam merentur vitam, potes hic altiori principio oſtendere, quam enitendum animæ deuotæ, vt diuinum verbū meditetur, provt eſt & gratia ipſa, & vita, & virtutes omnes, quo ex iſtiuſmodi meditatione aliquid & in ipſa dimanet odoris, & gratiæ, & vitæ illius, ſicut colliges ex dictis 172.1
Secundo meditetur quomodo idem Verbum diuinum carni ſe alligauerit, & humanitati, quo melius ab omnibus poſſet agnoſci. 173.2. Vt vitæ omnis, omniſve gratiæ principium, quin & ipſamet gratia. 174.1
Tertio meditetur vitam, paſſionemque Chriſti faciens ſibi faſciculum ex omnibus punctis paſſionis eius, illūve inter ſua ponens vbera. 177.2. & ſeq.
Nitens exornare munus, quod Deo exhibet, nardi, & humilis orationis ſuæ præſtantiſſimo hoc amoris indicio, vt eum ſolum habeat in corde, ei vniuerſum exhibeat cor ſuum, quo in illo tanquam in proprio is cōmoretur habitaculo. 174.1
Quod Eccleſia, & anima deuota dictum Chriſto exhibeat amoris indicium, vt eum, eiuſve geſta, & paſſiones retentura ſit in corde, vti faſciculum: quia nouit ſe & à Chriſto geſtatam, & geſtari in pectore etiam vt faſciculum. ibid.
Quod dum hac ratione Chriſtum in corde geſtat pia anima, peccare nequeat. 177.2 Cum Chriſtus ipſe, dum in eius eſt corde, ſit nexus, & conſeruatio gratiæ. ibid.
Porro faſciculum iſtum eadem anima tunc optime inter ſua ponit vbera, cum ante ſanctiſſimum Sacramētum, monumentū totius paſſionis Chriſti, ipſam eius in ſua oratione meditatur paſſionem. 175.2
Præſertim tunc temporis, cum poſt ſumptionem eius ſacramenti tali ſe dat meditationi. 175.1
Tunc quippe à Chriſto paſta Chriſtum ipſum iucūdiſſimo paſcet lacte deuotionis ſuæ. ibid. 2. quod lac profluet ex duobus ſuis vberibus congratulationis, & compaſſionis, inter quæ libentiſſime is commoratur. 178.1

14 Sermo xiv. XL. Hor. in illud Ioan. j. xvij. *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*

Quod Verbum, quod ab æterno extitit ipſamet gratia, veraq; virtus, vt habes 180.2. Pro quorum meliori explicatione poteris videre, quæ dicta ſunt 178.1. per totam expoſitionem primam verborum ſponſæ, *Botrus Cypri* dilectus meus mihi, &c.
Etiam incarnatum dici debeat ipſamet gratia, veraque virtus. 180.2
Chriſtum eſſe totius gratiæ principium. 181.1
Quomodo Chriſtus eamdem nobis meruerit gratiam per ea quæ geſſit, ac paſſus eſt in hoc mundo. 181.2
Nomine veritatis, quam Ioannes dicit factam eſſe per Ieſum Chriſtum, intelligens ſignificatum verum gaudiū, quod à Chriſto duntaxat haberi poteſt, qui vnus eſt lętificans iuuentutē noſtram: aptiſſime his ages de gaudio iſto vero, quod percipitur ab anima meditante eūdem Chriſtum glorioſum. 182.1
Quam congrue Chriſtus in reſurrectione ſua comparetur flori lætificanti. 181.2
Quod poſt mortem idem pluribus ſit glorificatus glorijs. 182.2
Quantum gaudij Chriſtus glorioſus ei conferat animæ, quæ ipſum meditatur. ibid. & ſeq.

15 Sermo xv. XL. Hor. in illud Cantic. j. xiiij. *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.*

Explicato ſenſu literæ, quem fuſius proſecuti ſumus in prima iſtorum verbum expoſitione. 178.1
Explica quomodo Chriſtus in ſanctiſſimo Sacramento ſit botrus. 183.1
Tum declara, quam iucunde anima deuota ante idem Sacramentum eumdem meditetur, vt botrum balſami, & Cypri, ipſa tua verſans meditatione, quanta ſibi ab eodem Chriſto in tali, ac per tale ſacramentum exhibeantur. ibid.
Ac primum qua ratione per illud in ſe conferatur gratia. 183.2
Secundo, quomodo per idem habeat vulnerum ſanitatem. ibid.
Tertio, quomodo per illud ineffabilibus recreetur cōſolationibus. ibid.
Quarto, quomodo per idem exhibeatur ſibi immortalitas, ac incorruptio. ibid.
Quinto demum, quomodo per idem habeat & ornatum, & pulchritudinis decorem. 184.1
Quod ex Chriſto lancea compuncto gratia profluxerit remiſſionis, & redemptionis, ſicut ex ligno balſami cōpuncto fluit ſuauiſſimum balſami vnguentum. 187.1

16 Serm. xvj. XL. Hor. in illud Ierem. xiij. xxiij. *Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*

Quam congrue peccator Aethiopi comparetur ob maximam peccati nigredinem. 75.1
Peccatorem ita reddi nigrum per approximationem ad tenebras. ibid. & ſeq.
Si anima inſtar ſpeculi ſuſcipit in ſe rem eius cui approximatur. 191.2 & ſeq.
Fieri certe nequit, vt Aethiopis mutet pellem, quæ ambulat in tenebris, vtve pardi mutet varietates, quæ inſtar pardorum vndequaque multiplicibus, ac variis peccatorum maculis conſperſa eſt, facta & ipſa abominabilis multipliciter, ſicut multiplicia, quæ dilexit, iuxta Oſeæ prophetiam.
Hic exclamare potes perpendens, quomodo hoc quod propriis ipſius animæ viribus naturalibus fieri nullatenus poteſt, fiat tamen facillime ex diuina gratia, quæ ex immenſa Dei prouenit bonitate. 189.2. iunctis cum iis, quæ habes ibi. 1 Vide 204.2
De inſigni pulcritudine eiuſdem animæ peccatricis poſtquam iuſtificata eſt. 190.1. deque pulcritudine eiuſdem interna & externa. ibid.
Sanctitatis, & perfectionis pulchritudinem inde piam aſſequi animam, quia Chriſto appropinquat veræ luci, illius per hanc approximationem in ſe ſuſcipiens imaginem præfulgidam. 191.2 & ſeq. & 201.2

Suſcipere autem hanc imaginem, præſertim in oculis ſanctæ contemplationis, cum ad orandum ſe conferens, pura ad Chriſtum in ſanctiſſimo Sacramento exiſtentem ſua appropinquat contemplatione, vt colliges ex Nyſſeno. 167. 2
Puriſque oculis ſanctæ intentionis in eumdem defixa permanet, prout colliges ex dictis 196. 2
Porro ſuis hiſce oculis contemplationis rectæve intentionis, & veræ fidei vim quodammodo Deo infert, eiuſve deprædatur virtutem, vt colliges ex dictis 195. 1. & 197. 1. iunctis cum ijs, quæ dicuntur 193. 1

17 Sermo xvij XL. Hor. in illud Iſai. liij. ij. *Non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum.*

Aptans verba iſta ad Chriſtum exiſtentem ſuper altare in ſanctiſſimo Sacramento, de quo per eundem prophetam dicitur: *Et quaſi abſconditus vultus eius*, tracta primum quomodo ij ſoli digni ſint, qui Dei abſconſi hanc videant ſpeciem, & pulchritudinem, qui fidei & contemplationis oculos puros habeant, & columbinos, ex Origenis doctrina. 204. 1
Tum tracta cum animæ deuotæ nil præter Chriſtum videatur pulchrum, vt ex Nyſſeno habes ibid.
Quomodo iure optimo cum ſanctis vniuerſis dicens: *Deſiderauimus eum*, pro ardentiſſimo hoc deſiderio, in ſua perdurans oratione ante idem ſacramentum præſtantiſſimam eiuſdem dilecti ſui meditetur pulchritudinem, iucundiſſimaque illius perfrui ſatagat dulcedine. Ac primum meditetur, quomodo is vt Deus ſit pulchritudo ipſa ipſeque decor, ſicue pulcher, vt ei ſoli vera competat pulchritudo. 201. 2. & 202. 2
Secundo, quomodo idem etiam vt homo ſit omnium pulcherrimus. 199. 2
Idque nedum ob internam animæ ipſius pulchritudinem & ſanctitatem, de qua 200. 1. ſed etiam quoad ſpeciem extrinſecam. ibid.
Quanta in ipſo eſſet verborum gratia. 200. 2
Quantus decor, atque venuſtas in corporis habitu ac motu. ibid.
Quamue propterea dulcis ac ſuauis eſſet illius præſentia. ibid. Vide & 782. 1
Tertio demum quomodo idem Chriſtus dilectus ſuus etiam paſſionis tempore, & ſuper Cruce, quando apparuit vir dolorum, nouiſſimus virorum, quaſi leproſus, ſine ſpecie, & ſine decore, fuerit quoque ſpecioſiſſimus, decorus, ac ſuauiſſimus. 203. 1
Paſſio Chriſti quantam dulcedinem præſtet contemplatiuis. ibid.
Quod & Angeli quoque inſpicere deſiderent Chriſtum paſſionibus confectum. ibid.

18 Sermo xviij. XL. Hor. in illud Pſal. xlj. iij. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei*, ſeu, *Et videbor à facie Dei?*

Ardens ſuum claræ Dei viſionis deſiderium haud aperte proferre auſus eſt Dauid, & cur. 209. 1
Quomodo & anima deuota orans ante ſanctiſſimum Sacramentum eodem æſtuans deſiderio cum Chriſto quodammodo conquerens, quod ſub vmbra accidentium, ac fidei ſeſe ipſi exhibeat ſub ſpeciebus ſacramentalibus, ſuum tacitè illi innuat deſiderium. 208. 1
Chriſtum vmbroſum ſeſe exhibere piæ animæ, vt per fidem duntaxat ab ipſa videatur, quia diuina eius pulchritudo ab vno tantum illius ſenſu denigrari poſſe intelligit. ibid.
Senſus humanus quam recte expreſſus metaphora Solis. ibid.
Quod in fidei tabernaculo abſcondat ſe Deus, ne per ſolem humani ſenſus nigreſcat. 208. 1
Quod in fidei vmbra melius ſeſe manifeſtet Deus, quam in luce Solis humanæ rationis. 208. 2
Quod fides ſit quietiſſimus lectulus intellectus humani. 205. 2. quomodo non lectus. 206. 2. ſed lectulus communis Deo, & animæ. ibid.

19 Serm. xix. XL. Hor. in illud Iſai. xli. x. *Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, qui ego Deus tuus; confortaui te.*

Quod animæ deuotæ orationis ſtudio indulgenti adſit Chriſtus vmbroſus, ſub vmbra nimirum ſpecierum ſacramentalium. 205. 2
Impiorum quietem eſſe maximam perturbationem. 209. 1
Cum è contra ſtudia, actusve iuſtorum ſint cum maxima quiete coniuncta. ibid. 2
Mentis mundanorum quanta ſit inſtabilitas. ibid.
Labores animæ deuotæ in exercitijs ſpiritualibus, & præſertim in ſtudio orationis eſſe lectulum quietiſſimum. 209. 2
Exercitia ſpiritualia, etſi diuerſa ſint, omnia eſſe vnum lectulum orationis. 210. 1
Eorumdem quietem eſſe floridam flore ſpei proferentis quietem æternam. ibid.
Eadem maximum conferre robur per Chriſti præſentiam. ibid. 2
Quod anima ipſa hanc Chriſti præſentiam manifeſtam exoptet, & petat, dum orat ante ſanctiſſimum Sacramentum. ibid.

20 Sermo xx. XL. Hor. in illud Leu. xxvj. xj. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri; & non abiiciet vos anima mea.*

Quod anima deuota accedens ad orationem XL. Horarum, manifeſtè primam allati thematis partem impletam intelligat, videns ſuper altare tabernaculum ſanctiſſimi Sacramenti. Exinde vero excitetur vt in ipſa oratione ſua petat impleri in ſe eamdem Dei pollicitationem, prout eam expoſuit Paulus, *Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus*. 2. Cor. 6. 16.
Per Chriſti præſentiam quales reddantur animæ potentiæ. 218. 1
Qua ratione pia anima vna cum omnibus potentiis ſuis ſit domus Chriſti. 218. 2
Ex firma fiducia, firmaque gloria ſpei dignoſci domus huius ſpiritualis robur, & pulchritudinem. ibid.
Spe ornari fiduciam, vt laquearijs ornantur tigna domus. ibid.
Animæ, vt eſt domus Chriſti, tigna, & laquearia eſſe duplicem dilectionem Dei, & proximi. 220. 1. Seu virtutes internas, atque externas. ibid. Vel etiam eas virtutes, quæ ſunt ſimpliciter neceſſariæ ad ſalutem, & eas, quæ non ſunt ita neceſſariæ, ſed conferunt ad ornatum. ibid. 2
Quod inſuper eadem anima deuota per id quod in allato themate adiicitur: *Et non abiiciet vos anima mea*, excitetur in ipſamet oratione ſua ad deſiderium domus, ſeu domorum æternæ beatitudinis, vbi tuta cum Deo dilecto ſuo commorabitur.
Quomodo beatitudo ipſa dicatur domus, ſeu plures domus. 217. 1
Quomodo eadem ſit domus communis Chriſto, atque beatis. 217. 2
Perſeuerantiam eſſe, quæ perfectionem confert ſtructuræ prædictæ domus. ibid.

21 Sermo xxi. XL. Hor. in illud Luc. xxiv. xxvi. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*

Facto breui tractatu aliquorum punctorum paſſionis Chriſti, quaſi ipſum in ſanctiſſimo Sacramento propoſitum mediteris, actu ea patientem; oſtende quomodo idem medijs paſſionibus gloriam obtinuerit æque ac flos campi per Solem, imbresve florens. 224. 1. & 225. 1
Quod Chriſtus & flos vnus extiterit, & florum omnium in ſe continuerit ſpecies. ibid.
Mundum iſtum extitiſſe campum fimo peccati feraciſſimum, atque pinguiſſimum. 224. 2
Ex quo Chriſtus ſine peccato natus eſt vt flos pulcherrimus ex fimo. ibid.
Quod idem Chriſtus iis, qui vera demiſsi ſunt humilitate, ſpem ſe exhibeat cæleſtis gloriæ. 225. 2 Vide & 228. 1
Quod tribulationibus expoſitam eſſe oporteat animam, quæ cum Chriſto florere velit. 224. 1
Si longius protrahere velis ſermonem, multiplices in principio afferre poteris rationes, quibus Chriſtus florem campi ſe dixit, liliumque conuallium, quas colliges ex Appendice. 229. 2

22 Sermo

22 Serm. xxij. xl. Hor. in illud pſ. xxxiv. xiij. *Cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo conuertetur.*


Quod anima deuota ad Chriſti in ſanctiſſimo Sacramẽto præſentiam fiat ſimilis lilio paradiſi eiuſve opera roſæ. 229.1

Qua ratione in Eccleſię campo eadem anima ita floreat, vt & florem ſe dicat campi, & lilium conuallium. ibid.

Quomodo hæc anima ob hoc ipſum, quod flos campi eſt, & lilium conuallium excitetur in meditatione ipſa ſua ad deſiderium cœleſtis patriæ, intelligens duplici ſe expoſitam periculo, æmulationis impiorũ, & inanis gloriæ apud viros probos, idemque deſideriũ præſenti explicet dilecto ſuo. 226.1

A tribulationum & perſecutionum igne eamdem animam diſtillare aquas orationis, æque ac flores diſtillant aquas odoratas. 227.1

Quam magno eadem ſubſit periculo vanæ gloriæ nedũ in ſingulis bonis operibus, ſed & in ipſa oratione ſua. ibid.2

Quod ab hoc periculo tutam ſe ſeruet confugiens ad diuinæ gratiæ aquas, ſicut & lilium per multorum manus delatum ſeruatur, ſi in aqua ponatur. ibidem.


23 Serm. xxiij. xl. Hor. in illud Matth. xxvij. xlvi. *Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me.*


Quomodo verum id ſit quod in paſſione ſua Chriſtus ab omni deſtitutus ſit conſolatore, & ſolatio, atque adiutorio. 234.1

Quod etſi piam quamque animam ſociam ſibi velit in ærumnis, & tribulationibus perferendis, alia tamen ratione illas ipſe ſubiit, cum animas in illis cuſtodiri velit, ſe vero ſine vlla in iiſdẽ eſſe ſiuerit cuſtodia. 231.2

Qua ratione pia anima ab Angelis vt à ſpinarum ſepe circundata dicatur, curve Angeli nuncupentur ſpinæ. 232.2. qui & filij Dei. 232.1

Quod hoc modo cuſtodiẽtes Angeli piam animã, neutiquam tamen tribulationes ab illa arceant, quibus norint Deum velle illam concuti. 233.1

Præſeruent nihilominus eamdem à multis ærumnis aliis. ibid.

Quin & in illis, quas minime arcent, recreent conſolationes. ibid.

Quam nobis vigilandum, & orandum, ne noſtra hęc Angelorum ſepes deſtruatur, & quomodo à Deo illa deſtrui dicatur. 232.2

Quod eadem anima præter Angelorum ſepem, aliam inſuper habeat cuſtodientem ſepem, fratrum nimirum illorum, quibuſcum Deo inſeruit, atque orationes fundit. 235.2

Spinarum nomen quomodo congruat iuſtis. 236.1

In concordi, & vnanimi fratrum congregatione eſſe quoddam paradiſi exemplar. 235.2


24 Serm. xxiv. xl. Hor. in illud Ierem. v. j. *Circuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quarite in plateis eius, An inueniatis virum facientem iudicium, & quætentem fidem, & propitius ero ei.*


Tanti apud Deum eſſe iuſtos, vt vel propter vnum eorum multis parcat peccatoribus, totique & ciuitati, ſicut aliquando propter vnum conſurgens eximium lilium inter ſpinas toti parcitur horto ſpinarum pleno, ne ignis in illum iniiciatur, neue deſtruatur. 237.1

Quod anima deuota ſit lilium, quia proxima Chriſto. 236.1. & ſeq.

Quod è contra peccatores ſint ſpinæ, 236.2

Commixtionem cum impijs non tollere à ſanctis decorem ſanctitatis. 236.1

Immo eum fieri illuſtriorem per illam. ibid.2. & 237.1

Quod impij deſeruiunt iuſto pro ſepe ſpinea, ex Auguſtino. 239.1

Exinde piam animam dici lilium erumpens è medio ſpinarũ, quod fugiat ſolicitudines ſæculi, ex Origene. ibi.

Et quia inter ſpinas viuat tentationum, ac perſecutionũ, ex Nyſſeno, Ambroſio & Bernardo. ibid. & ſeq. Quam caute in hac vita ambulandum, quæ dictis plena eſt ſpinis. ibid. 2


25 Serm. xxv. xl. Hor. in illud Cant. ij. iij *Sicut malus inter ligna Syluarum, ſic dilectus meus inter filios.*


Vitam hominum, mundumque iſtum eſſe ſyluam, quave ratione, ex Nyſſeno. 247.1

Chriſtum factum eſſe lignum Syluæ, ſed fructiferum, vt nobis inſertum nos quoque ex ſylueſtribus redderet fructiferos. ibid. 2

Malus autem potius, quam aliud lignum factus in hac eſt ſilua; quia malus eſt amoris hieroglyphicum, & ipſe amoris ignem in eamdem ſiluam mittere veniſſe ſe ait. 241.2

Quod ob refectionem, gratiæve fragrantiam, quam in Sanctiſſimo exhibet Sacramento, idem dictus ſit malus arbor. 247.2

Quod idem affixus cruci ſit tanquam pomum in lignis Siluæ, ex Ambroſio. ibid.

Quod in medio lignorum ſiluæ idem fuerit malus quãdo extitit in ligno crucis in medio duorũ latronũ. 243.2

Latrones crucifixi cum Chriſto quare dicantur filij Chriſti. 244.1

Curve & ligna Syluarum ſint appellati. ibid.2

In medio latronum crucifixum eſſe Chriſtum, vt inſtar illorum & ipſe latro exiſtimaretur, atque ſceleſtus, cuius tamen contrarium per eoſdem latrones patefactum legimus. ibid.

Pendente Chriſto inter latrones manifeſtatas illius excellentias. ibid. & ſeq.


26 Sermo xxxvj. xl. Hor in illud Eccleſiaſt. xxiiij. xxvi. *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus, ſeu fructibus meis implemini.*


Quod Chriſtus æque ac arbor mali fructibus onuſta in medio Silueſtrium arborum pias quaſque animas attrahat ad meditanda ipſius opera, & ad imitationem virtutum ſuarum. 242.2

Chriſtum in medio Iudæorum, in quibus hyems erat peccati, paſſionibus expoſitus exiſtmatus eſt purus homo, & miſerrimus, cum non agnoſceretur. 245.2

Quinimo ob eos, quos ibi ex ſe protulit fructus, virtutum, miraculorum, atque doctrinæ maiores apud illos ſuſtinuit perſecutiones. ibid.

Conculcantibus impijs ipſos eius virtutum fructus. ibid.

Anima tamen deuota vna cum veris Eccleſiæ fidelibus eumdem intuens, ac meditans, vt dilectum ſuum in medio filiorum eiuſdem Eccleſiæ, ſanctorumque hominum, agnoſcit illum ita ijs omnibus præſtantiorem, vt arbor mali præſtantior eſt reliquis lignis ſiluarum. 246.2. 243.1. & 246.1

Quin & eundem meditans in medio Angelorum filiorũ Dei, vt habes 232.1. libere fatetur & illis ipſum multo eſſe præſtantiorem vt arborem mali inter ligna ſiluarum. 243.1


27 Sermo xxvij. xl. Hor. in illud Aggæi ij. viij. *Veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus.*


De quadruplici deſiderio animarum ad Deum. 250. 2 & ſeq.

Quam apte Chriſtus dicatur deſideratus cunctis gentibus, & totus deſiderabilis. 248.2

Oſtende, illum iam veniſſe ſuper altare, vt ſatisfaciat omni hominum neceſſitati. ibid.2

Tum declara, quomodo impleuerit iſtam Eccleſiæ, templive domum, in qua orationes funduntur, gloria ſub vmbra carnis ſuæ, ſubve vmbra ſpecierum Sacramentalium. Quæ ſane vmbra glorioſiſſima eſt, cum & perlucida ſit, atque clariſſima. 249.2

Iunctim cum ſenſu indicato à Bernardo. 256.2

Quod hæc vmbra adeo ſit glorioſa, vt & virtus Altiſſimi dicatur. 249.2

Quomodo anima deuota ſub hac vmbra tam glorioſa ſedere ſedicat, quæ firmiſſima eſt, non vt reliquæ vmbræ fugaciſſimæ, & ſemper in tranſitu. 250.1

Quod ſub hac vmbra ſedere, & fructus eius guſtare idem ſunt, nimirum iuſtitia, & pace perfrui. ibid.

28 Serm.xxviij. XL.Hor. in illud Cant.ij. iij. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Per Chriſti vmbram ſumens Sanctiſſimum Sacramentum cum Bernardo, vt habes 256.2
Dic, in his verbis animam deuotam ſignificare, quomodo ante idem ſacramentum fide maxime feruenti, quietiſſime oret, vt colliges ex dictis ex Bernardo. 256. 1. & 254. 1
Quod ſi per Chriſti vmbram illius intelligas protectionẽ, prout habes 252. 1. & ſequen.
Dic eamdem animam ſignificare ſe ſub Chriſti crucifixi protectione eſſe. 255. 2. & ſeq. tutiſſimaque ſpe eius auxilij illi ſuas promere preces.
De guſtu eximio internæ pacis, qua anima deuota perfruitur, quamve ex tali oratione percipit, vt fructum arboris mali, Chriſtique crucifixi. 253.1
Hanc pacem eſſe manna ſuauiſſimum. ibid. & ſeq.
Per eam extingui omnem famem, ac ſitim in anima. 253.2
Eius dulcedinem aſſimilatam dulcedini Regni cœleſtis. ibid.
Si denique per ſeſſionem ſub vmbra Chriſti intelligas deſpoſationem cum Chriſto, prout proprie iuxta ſenſum literæ ſignificatum habes 248. 1
Dic in dicto themate proponi animam deuotam, quæ in ipſa oratione ſua ſummum iuſtificationis beneficium, quo Deo ſponſata eſt, meditetur, menteque reuoluat.
Optime autem hanc deſponſationem aſſerere factam & per fidem, quæ vmbra eſt. 251. 2 & per gratiam & charitatem, quæ & ipſa vmbra eſt. 252. 2 Idque per merita Paſſionis eiuſdem Chriſti. ibid.
Summa vero perfundi lætitia, dum per ſigna quædam, & coniecturas tunc ſe in tali deſponſatione ſedere, & perſeuerare conijcit. ibid.

29 Sermo xxix. XL. Hor. in illud Oſeæ xiv. viij. *Conuertentur, & ſedebunt in vmbra eius, viuent, & inebriabuntur tritico.*

Chriſtum crucifixum ſuper Altare proponi in Sanct. Sacramento, ad quem nos viatores anhelantes conuertamur per acceſſum adorationum, non ſecus ac iter habentes conuertuntur ad eam, quam in ſilua viderint arborem fructibus onuſtam, propiuſque accedũt. 254. 1
Qua ratione anima deuota ad dictam Chriſti crucifixi meditationem accedens dicatur ſedere ſub vmbra illius, dum orat ante ſanctiſſ. Sacramentum. ibid.
Quomodo per eamdem meditationem excitetur ad deſiderium participationis tanti Sacramenti. ibi. Deq. eiuſdem animæ progreſſu per tale deſiderium. 256.2
Quod Sanctiſſ. Sacramentum iis ſuam impertiat dulcedinem, qui ardenti deſiderio ad Chriſtum crucifixum prædicto modo conuertuntur, ſedentque ſub vmbra illius per contemplationem. 254. 1. & ſequen.
Euchariſtiæ Sacramentum dulce, aut amarum, viuificum, aut mortiferum ſibi facere quomodo ſit in cuiuſque hominis poteſtate. ibid. 2
Qua ratione inebriari dicantur, qui deuote ad Sanctiſſ. accedunt Sacramentum. 254. 2. & ſequen.
Qualis ſit ebrietas cauſata à potu ſanguinis Chriſti. 688. 1
Quid ſit ebrietas Spiritualis, quæ in contemplatione cõtingere ſolet animæ deuotæ. 693. 2
Quis enim explicet, quam ſit dulcis fructus meditationis. 256. 2

30 Serm.xxx. XL.Hor. in illud Cant. ij. iiij. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.*

Quod anima deuota orationi ſe dedens ante Sanctiſſ. Sacramentum quatuor præſtantiſſima meditari nititur ſibi collata Dei beneficia eo ipſo, quod ibi orare ei permiſſum eſt.
Primum. Admiſſionem ipſam ad ſtudium contemplationis & orationis. 259. 1 Tam magnum id eſſe, vt abſq. Chriſto nullus in tali exerceri queat ſtudio, nec quæpiã animarum vere dici poſſit Chriſti ſponſa, quæ in eo nõ ſe exerceat. ibid.
Quam apte idem contemplationis ſtudium dicatur cella vinaria, ſeu domus vini. ibid. & ſeq.
Secundum beneficium eſt admiſſio ad myſteria corporis & ſanguinis Chriſti, tum vt ante idem Sacramentum oret, tum vt illius particeps fiat dulcedinis in eius ſũptione. ibidem 2. ex Nyſſeno, & alijs.
Tertium eſt admiſſio ad participationem Spiritus ſancti, prout & ſanctis Apoſtolis contigit, cum in cœnaculo perſeuerantes eſſent in oratione. 251. 1
Quartum eſt exhibitio ſpei futuræ admiſſionis in cœleſtẽ patriam præſtantiſſimam illam cellam vinariam. 259. 1
Conclude ſermonem admirans ſummam Dei bonitatẽ, qua & vehementiſſimo tenetur deſiderio, vt in ipſam introducatur animam deuotam, vt cellam vinariam, maximarumque ſibi deliciarum eam reputans, vt colliges ex Origene. 259. 2

31 Ser.xxxj. XL. Hor. in illud pſal. xxxix. vi. ex verſione B. Hieronymi. *Multa feciſti tu Domine Deus meus, & cogitationes tuas pro nobis, non inuenio ordinem: Si narrare voluero, & numerare, plura ſunt, quam vt narrari queant.*

Beneficiorum Dei tantam eſſe multitudinem, vt in illis ordo reperiri nequeat. 264. 1
Eumdem tamen ordinem inueniri in ſacra ſcriptura. ibidem.
Indeque eſſe, quod Eccleſia adeo lætanter gloriatur, ſe à Chriſto dilecto ſuo introductam in ſtudium, & intellectum eiuſdem ſcripturæ. 257. 1. & ſequen.
Quam apte ſacra ſcriptura dicta ſit cella vinaria. 258. 1
Vina, quæ in hac cella ſunt eſſe multiplices ſenſus multiplicesve & conſolationes ſpiritus. ibidem.
Quæ conſolationes exinde potiſſimum colliguntur & comprehenduntur, quod in eadem cella intelligimus, Dei charitatẽ inſtructam, & ordinatam eſſe ſuper nos, diuinorumque beneficiorum percipimus ordinem. 256. & ſequ. vbi plurima habes, circa quæ longius protrahere poſsis ſermonem, & mouere auditorum affectus ex allatis ſcripturæ ſententijs explicantibus ordinem beneficiorum Dei, Creationis, Conſeruationis, Redemptionis, Prædeſtinationis, Præſcientiæ, Vocationis, Iuſtificationis, & Glorificationis.
Quomodo ob charitatis exceſſum idem Deus factus ſit noſter, & pater, & mater, & nutricius, & filius, & frater, & amicus, & ſponſus. 262. 2

32 Sermo xxxij. XL. Hor. in illud pſ. iiij. iij. *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*

Adeo ſtultos eſſe homines, & graui corde in collocando amore ſuper terrenis, vt faſcinatos illos merito dicas. 87. 1
Quicquid eſt in mundo reſpectu Dei eſſe vanitatem, mẽdacium, & inſtar fugacium vmbrarum. 557. 2
Quod prædicti filij hominum ab onere earumdem rerũ circunducãtur corde in ipſarummet inquiſitione. 125, 2. & ſeq.
Quam rectius pia illa facit anima, quæ vniuerſum amorẽ ad vnum dirigit Deum, etiam cum diligit vel ſeipſam, vel proximum, vel quid ex iis, quæ ſibi neceſſaria ſunt, terrenorum. 265. 1
In quo implere ſatagit ſummum illud charitatis præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. ibid. 2
Charitatem eſſe duplicem, actualem alteram, alteram affectualem, quave ratione ſe habere debeant ad inuicẽ ex Bernardo. 273. 1
In ſua oratione anima deuota id inprimis à Deo efflagitat, ſanctorumque in eo implorat auxilium, vt in dilectione ipſa debitum ſeruet ordinem. 272. 2
Nouit enim id eſſe maxime arduum. ibid. & veram virtutis definitionem, & eſſentiam eſſe in eo ſitam. ibid. ex Auguſtino.
Vtve in ea dilectione confirmetur. 273. 3

33 Sermo xxxiij. XL. Hor. in illud Ioan. xij. xxxij. *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.*

Quod Chriſtus crucifixus propoſitus ſuper Altare in ſanctiſſimo Sacramento inſtar vexilli trahat nos ad ſe. 46.1
Imo inſtar vexilliferi eleuatis manibus, in quibus habere dicitur igneam legem, trahat nos igneo charitatis vexillo ad prælium. 266.1. & ſeq. & 267.1
Qua ratione id charitatis vexillum trahere queat ad prælium. 266.2
Pro hoc ſeruando vexillo nobis eſſe pugnandum omnibus neruis. ibid. & ſeq.
In eo charitatis vexillo ſeruari plenam bonorum operum mercedem. 267.1
Propterea vna cum Eccleſia ſanctorum interceſſione hanc charitatem in primis à Deo in ſua oratione efflagitare debet anima deuota. ibid.2
Optanda, & efflagitanda ea charitatis vnio in Eccleſia, quæ ordinem non confundat. 267.2
Illud & in ipſa oratione ſua enitendum eidem animæ, vt vero amore Deum diligens non tam conſolationum guſtus, quàm Deum ipſum in contemplatione requirat. 269.2

34 Sermo xxxiv. XL. Hor. in illud Pſal. lxxiij. v. *Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.*

Quam dolendum pro miſeræ animæ peccatricis ſtatu, ſuper quam vitia ſingula ſuum erigunt vexillum. 270.1
Quomodo Diabolus, cuius dicta omnia ſunt vitiorum vexilla, regnum ſibi vſurpauerit eius miſeræ animæ: & qua ratione Chriſtus illum ab ea expellat. 268.2
Quod ea anima bene ſtudio ſe dat contemplationis diuinorum in oratione ante ſanctiſſimum Sacramentum, quæ ob id, quod Chriſtus ab ipſa expulit amorem proprium per infuſionem veræ charitatis, dicere poteſt: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem,* inſtruens in me aciem charitatis, vt habes 269.1
Cur hæc charitatis infuſio comparetur exercitui, ſeu ordinationi exercitus. ibid.2. & ſeq.
Quod in eodem contemplationis ſtudio ſuper animam deuotam Deus erigat ſuum vexillum charitatem, quo dignoſcatur eam eſſe arcem ſuam. 270.1

35 Sermo xxxv. XL. Hor. in illud Pſal. iiij. vij. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine; dediſti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini,* &c.

Quod Chriſtus prodiens ſuper Altare ad ſuſcipiendas fidelium preces, excitet animam deuotam ad meditationem maximi beneficij, quo in exhibitione ſanctiſſ. Sacramenti ſuum ſuper illam ipſe eleuauit vexillum charitatem. 270.1. & ſeq. vbi explicatum habes thema allatum.
Quod Euchariſtiæ Sacramentum iure optimo dicatur charitas, & amor. Tum quia eſt efficaciſſima amoris cauſa: tum quia æque ac amor igneam habet vim: tum quia nectit animos, prout & amor. 458.2
Quod vexillum charitatis in eodem exhibuiſſe dicatur Chriſtus, quia in illius exhibitione multo perfectius, quam in vlla alia re ſuum nobis exhibuit amorem. 270.2
In eodem ſacramento fieri quamdam Incarnationis dominicæ extenſionem. ibid.
Quod ex præallatis meditationibus ſuſcitetur in anima deuote orante ardentiſſimum deſiderium communionis tanti ſacramenti, quæve ratione id explicet. 276.1. & ſeq.
Deſiderat autem, vt efflagitet non ſolum Sacramentum, ſed & effectus illius. ibid.2
At in primis deuotionem expoſcit, ſine qua nouit eorum effectuum compotem ſe fieri minime poſſe. ibid.

36 Sermo xxxvj XL. Hor. in illud Pſalm. lxxij. xxvj. *Defecit caro mea & cor meum; Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Animam deuotam eſſe ſimilem exhalationi terreſtri, quatenus ignea redditur per approximationem ad Deum, cum oratura accedit ad illum in ſanctiſſ. Sacramento exiſtentem ſuper Altari. 277.1
Quod eadem anima ſic ignita langueat febre amoris cum deliquio, atque adeo mortali ægrotet languore. 275.1
Qua ratione dicta amoris febris deliquium afferat, & mortem. ibid.2
Quod iſte amoris languor ſit deſiderium vitæ æternæ. 281.2
Qualis ſit iſta amoris febris, & languor. 277.1
Quare pia anima langueat in exercitijs ſpiritualibus, quodue huic languori aptiſſimum id vnum efflagitet ſubſidium, vt proponantur ſibi Chriſti verba, & aliqua puncta vitæ, & paſſionis illius, quæ in ipſa ſua meditari queat oratione. 277.1. & ſeq. & 280.1
Amor Dei quomodo languorem afferat etiam in ipſis ſpiritualibus exercitijs, cui ſuccurratur per conſolationes ſpirituales. 278.1
Quomodo eadem anima ſic languida vinum & vnguenta expoſcat, quæ alias ea ſibi oblata reſpuerat. 278.1

37 Sermo xxxvij. XL. Hor. in illud Pſal xliv. vj. *Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corda inimicorum Regis.*

Beneficia Dei eſſe illius ſagittas ardentiſſimas, quibus aduruntur, & vulnerantur etiam ij, qui alioquin à Deo ipſo alieni eſſent. 101.1. & 278.2
Quale ſit hoc charitatis vulnus. 280.1
Quod anima deuota vna cum ſagitta ſuſcipiat & ſagittarium Deum in vulnere charitatis. ibid.
Quanquam huiuſcemodi vulneris charitatis dolor tunc magis ſentiatur, cum haud percipitur Dei præſentia. 278.2. & ſeq.
Cumque anima deuota eius vulneris dolorem in ſua ſentit ariditate, tunc ardentius in Deum ipſum conuertitur. ibid. & ſeq.
Et ideo optimum id dicitur vulnus, quia ſalutem affert. 280.2
Neque enim ſimilia ſunt iſta charitatis vulnera, quæ cordi infliguntur animæ deuotæ, vulneribus, quæ cordi infliguntur carneo, mortemque afferunt. 583.2
De concertatione vulnerum iſtorum charitatis inter Deũ, & animam ipſam deuotam. ibid. & ſeq.
Animam deuotam in ſua oratione vulnerare cor Dei eo modo, quo ſpeculum vulnerat ſolem. ibid. & ſeq.
Id efflagitare inſuper debet pia anima in ſua oratione, vt vulnus ſibi infligatur à Deo, nedum ſagittis charitatis, ſed & ſagittis quarumlibet aliarum virtutum, de quibus ex Origene habes 280.2

38 Sermo xxxviij. XL. Hor. in illud Pſal. lxij. viij. *In velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.*

Cur ſanctus Iob adeo timuerit approximationem manuum Dei, vt dixerit, Manum tuam longe fac à me. 282.2. & 388.1
Manus Dei extenſio eiuſdemque immiſſio quomodo inter ſe differant. 724.2
Quod peccatores in hac vita haud tota Dei manu ſed exigua eius parte, & modicum flagellantur. 725.2
Per Dei dexteram, eiuſue complexum duo exhiberi animæ deuotæ, præſidium, & arctam cum Deo coniunctionem. 282.2
Hanc animæ cum Deo coniunctionem adeo arctam eſſe, vt conglutinatio potius dicenda ſit, quaue ratione ea fiat, & cur. 151.1
Quale ſit præſidium, quod ex prædicto dexteræ Dei complexu prouenit eidem animæ. 283.1
Præſidium inſuper iſtud eſſe in duplici Dei prouidentia, quam Deus habet de illa. 287.2
Nec non & in eo, quod diuina Deus ei confert dona, quibus conſolatur in vita, per quæ ea illam ad æterna inhiare facit. ibid. & ſeq.

39 Sermo xxxix. xl. Hor. in illud Cant. viij. iij. *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*


Aridam ſe ſentiens anima deuota, quid in ſuâ petere à Deo debeat oratione. 285.2
Quod eadem ſanctæ indulgens meditationi totam ſe conſignare debeat in Dei manus, ſuum comprimens intellectum, ac voluntatem. 286.1
Intellectus quomodo à Chriſti humanitate ſit ſuſtentādus. ibid. & ſeq.
Voluntatem & cor eius animæ à ſola diuinitate conſtringi ac fulciri poſſe. ibid.
Hæc duo in primis in ſua oratione meditari debet pia anima, Chriſti humanitatem, eiuſdemque diuinitatē. 288.1
Inſuper eamdem animam amore languentem debere in Dei manus per veram reſignationem totam ſeſe proiicere inſtar pueruli ſeſe proiicientis in ſinum matris. ibid.
Eidem quo diſcrimine Deus prouideat de temporalibus, & de æternis. 287.1. & 2
Diuitiæ iuſtorum abſque onere gloriam, & coronam regiam conferunt capiti, mentique illorum. 286.2
De æternis bonis quomodo in hac etiam vita prouideat Deus. 287.1


40 Ser. xl. xl. Hor. in illud Rom. v. v *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*


Charitatem ſuſcitari minime poſſe in nobis humanis artibus, aut violentiis. 291.1
Cum illius ignis à diuina duntaxat gratia excitetur. ibidem.
Cui cooperari ſatagens anima deuota, quantum in ſe eſt & ipſa excitare illam nititur in ſua oratione, idque memoria beneficiorum Dei, oleum hac ratione iniiciens igni. 296.1
Tantumque ad Deum diligendum ita ſe nititur excitare, quantum Deus ipſe diligi ab ea mandat, & vult. 296.1 & ibidem 2
Studens hac in re Angelicam imitari naturam. 296.1 & ſequen.
Opemque in eadem ſui excitatione ab iiſdem expoſcit Angelis. 296.2
Vnde fit, vt & iugiter eumdem Deum in memoria habere ſatagat, quouſque illius clara perfrui ſibi liceat viſione. ibid.
Quidni vero in memoria illum habere nitatur, quem nouit, adeo erga ipſum affectum, vt per dilectionem in ea quieſcat, & dormiat. 293.1. & ſeq.
Porro in hoc excitandæ charitatis ſtudio permaxime cauendum intelligit, ne coacta violentia in oratione & contemplatione deuotionem exprimere nitatur at illam humiliter potius à Deo ipſo efflagitet. 294.2


41 Sermo xlj. xl. Hor. in illud 1. Cor. ij. xiiij. *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.*


Quam ignominioſe homo, qui relicto ſtudio contemplationis diuinorum voluptatibus ſe dedidit ſæculi, animalis dicatur, animalibus ipſis, & iumētis inſipientibus factus ſimilis. 19.2
Imo iiſdem animalibus, & iumentis factus deterior. 140.1
Quid mirum ſi, qui ex talibus hominibus ſunt, quietem perturbent, qua anima deuota in oratione fruitur, & in contemplatione. 297.1
Pro qua perturbatione maximis pœnis à Deo illos ſubiectos habes 295.1
Imo nec qui boni ſunt, indulgentes vitæ actiuæ, vel bonis exercitiis, iſtiuſmodi animā deuotam à ſua remouere debent quiete contemplationis. 293.2. & 297.1
Actiones perfectas præcedere debere orationem, & cōtemplationem. 294.1
Suſcitatur vero talis anima à ſemetipſa è contemplatione ad actionem maiori cum fructu. ib. & ſeq.
Sat quippe ei exploratum eſt vitam mixtam eſſe perfectiorem nedum vita actiua, ſed & contemplatiua. ibid.


42 Serm. xlij. xl. Hor. in illud Pſal. ix. xxij. *Vt quid Domine receſsiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?*


Recedere videtur longe Deus ab anima, quando illam tribulari, aut tentationibus concuti ſinit. 301
Quam cito clamantem ad ſe animam deuotam, ac tribulatam Deus exaudiat. 305.2
Quomodo idem ſubito Chriſtus ferat opem in ipſis eius tribulationibus. 301.1. & ſeq.
Quod haud vnquam eidem animæ ab oratione deſiſtendum, cum etſi aperte Chriſtum ipſum non videat: ſtet tamen ille in cælo veluti poſt parietem noſtrum, paratus ad illi opem ferendam. 310.1
Quinimo anima ipſa dum deuote ante S. Sacramentum perſeuerat in oratione, mutatis vocibus haud iam amplius de illius queritur receſſu, ſed illum ſibi adſtantem indicat in eodem Sacramento partim ſe manifeſtantē, partim vero ſe occultantem. ibid.
In ſanctiſſimo Sacramento à quibus, & quomodo Chriſtus videatur. ibid.
In eodem Sacramento Chriſtum ſtare accinctum ad nobis opem ferendum. ibid.2
Summopere autem anima deuota in illius roboratur confidentia, dum eius contemplatur miniſterium ſibi exhibitum multo vel à miniſterio Angelorum diſcrepans. 306.2


43 Sermo xliij. xl. Hor. in illud Oſeæ vj. iij. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus.*


Anima deuota ex interno motu, quo ad orationem & cōtemplationem inſpirari ſe ſentit, intelligit Chriſti in ſe aduentum cum nouo gratiæ augmento. 302.1
Quanta celeritate Chriſtus in ipſam tunc veniat animā. 303.1
Quam apte tunc comparetur Soli aduenienti in diluculo. ibid. & ſeq. necnon & imbri. ibid.
Potentiæ animæ cur dicantur montes, & quomodo in eis ſaliat Chriſtus, quando venit in animam ipſam. 302.2
Chriſtus ita in animam adueniens, inſpiranſque ad orationem, vel aliud opus bonum, ingerit gaudium in opere illo. ibid.
Quam grandem eidem animæ, in quam ita aduenit, exhibeat prouidentiam. 303.2
Quod vna cum Spiritu ſancto adueniens afferat eidem animæ gratiam, & charitatem. 301.1
Quomodo in anima ipſa deuota poſtmodum maneat ſimul, & ſaliat. 306.2. & ſeq.


44 Serm. xliv. xl. Hor. in illud Pſalm. lxj. iiij. *Quouſque irruitis in hominem? interficitis vniuerſi vos tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ? Nonne Deo ſubiecta erit anima mea?* &c.


Quam merito doleat anima deuota de hoſtium ſuorum inſultu, quo eam etiam in ipſis bonis ſtudijs, atq; operibus interficere tentant, Deum ab ipſa excludentes, aditumque illi præcludentes. 311.1
Nedum peccata, ſed & propriam voluntatem eſſe parietem noſtrum, quo ingenti noſtro cum detrimento aditus Deo præcluditur. ibid.
Oppoſito pariete peccati, qua ratione nihilominus ex ſumma ſua miſericordia Deus ingrediatur in animam peccatoris. ibid.
Inſpirationes bonas in peccatorem Deus immittit ob aliqua, quæ in illo reperiuntur opera bona. ibid.
Aliquando vero illius illuſtrans ſenſus earundem inſpirationum lumine. ibid.
Quam inclinatus ſit paries propriæ voluntatis, quamue eadem ſit pernicioſa, cum ſit cauſa inquietudinis omnis, omniſue mali. 394.1
Quod voluntatem propriam ſequens declinet ſemper in deteriora. ibid.2
In hoc propriæ voluntatis pariete quas feneſtras reperiat Deus, per quas in animam ingrediatur. 311.1
Animam deuotam ſubiciendo ſe Deo dilecto ſuo merito confidenter dicere: *Ab ipſo ſalutare meum*, cum ab ipſo diſciſſa ſint retia, & laquei innumeri, quæ ſibi propoſita erant. 315.1


45 Serm.

45 Serm.xlv.xl.Hor.in illud j.Cor. xiij.xii.*Videmus nuncper ſpeculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

Quod animæ deuotæ anhelanti, atque in ſua oratione efflagitanti claram Dei viſionem, quæ in cœleſti duntaxat patria habetur, exhibetur ab Angelis atque à ſanctis ſpiritibus conſolatio per quaſdam illius viſionis ſimilitudines, nempe per cognitionẽ Dei ex creaturis. 162.2. & per cognitionem in ænigmate. 163.1. 164. 1

Quia diuina concipere nequimus niſi per ſimilitudines, nec id, quod de illis conceperimus exprimi aliter poteſt, quam per ſimilitudines, omniſq; noſter ſermo de illis eſt inſtar puncti. 162.2

Quod Deus proſpiciendum ſe exhibens per phantaſmata animæ oranti ante ſanctiſſimum Sacramentum, non modicum illi exhibeat ſui guſtum, excitetque eam ad maius claræ viſionis deſiderium. 310.1

Quam apte iſta ſui oſtenſio dicatur eſſe per ſpeculum, & in ænigmate. ibid.2

Quomodo ex hac cognitione Dei per ſpeculum, & in ænigmate eadem anima certam concipiat ſpem fœliciſſimæ claræ viſionis eiuſdem. ibid. & ſeq.

46 Sermo xLVj.xl. Hor. in illud pſal. xxvi. j. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?*

Quod anima deuota orans ante ſanctiſſ. Sacramentum Chriſtum ibi præſentem meditatur vt Solem, verno tẽpore ſuum effundentem lumen. 325.2. & ſeq.

Quod per iſtiuſmodi Solis vicinitatem ita illuminatam ſe eadem fateatur: vt iam haud amplius quidquam ſibi metuendum ſit, cum per ipſummet dilectum ſuum ſignificatum ſibi recolat, per eius præſentiam ceſſare omnem timoris hyemem, omnemque imbrem lacrymarum prouenientium ex eodem timore ſeruili. 332.1

Timoris huius aliquot congruentias cum hyeme habes 325.1

Quam apte ob eamdem Chriſti vicinitatem eundem nedum illuminationem, ſed & ſalutem ſuam ipſa anima appellet, quia certam concipit ſpem per illum ſe eruendam à tribulationib. ex cuius apparitione nouit eas abigi, prout per approximationem Solis in vere abigitur hyems, & imber. 330.2

Tribulationum tanta eſt neceſſitas, tantaque vtilitas in præſenti vita, quanta hyemis, imbriumve terræ, ac frugib. 331.1. Vnde excitatur pia anima ad compellendum Chriſtum vt ſalutem ſuam, nedum quia ipſam eruet à tentationib. verum etiam quia illas in ipſam immiſit.

47 Sermo xLvij.xl.Hor. in illud pſ. lxx. xxj. *Multiplicaſti magnificentiam tuam, & conuerſus conſolatus es me.*

Ad orationem accedens anima deuota, videnſque Deum ſuum ſuper Altare ſibi conuerſum, de eo in primis illi gratias agit, quod poſt innumera, quæ in ipſam contulerat beneficia, tametſi ijs fuiſſet ingrata, multiplicarit in ſe magnificentiam ſuam, ei parcens, & ad ipſam per ſuam conuerſus miſericordiam. 83. 1. & ſeq.

Quod Deus vt magnificentiſſimus, & inſtar Solis ſemper ex parte ſua conuerſus ſit ad nos, ſed obliquitas, & peruerſitas vniuerſa à nobis ſit. 90.1

Quod anima cum in peccato eſſet, per peccatum ipſum à Deo ſe auerterit iuſtitiæ Sole, & ab eius lumine, atq; ab eius calore, facta vt ciſterna ad ſolem iſtum ſenſibilẽ lucis, æſtusve radios emittentem. 328.1

Quam recte peccatum dicatur hyems, eiusve cum hyeme congruentiæ. 328.2

*Conuerſus*, ait anima deuota ad Deum ſolem ſuum, *conſolatus es me*, recolens quę ab illo dicta ſibi fuerant, quando ad ipſam conuerſus eſt, *Iam hyems tranſiit, imber abijt, & receſſit*. Peccati enim hyems deficit eodem modo, quo deficit hyems ſenſibilis per conuerſionem Solis. ibid.

Multiplicatam ait inſuper Dei magnificentiam in ſe per id quod per eamdem illius conuerſionem abijt à ſe, & receſſit imber tentationum vehementium. 329.2

Quod eadem anima maxime conſolata eſt in prædicta Dei veri iuſtitiæ Solis conuerſione ad ſe per id, in quo agnoſcit multiplicatam in ſe multo magis magnificentiam eius, quia prout ipſe ei ſignificat, flores bonorum habituum in ſe progemmarint. 332.1

Tempuſque aduenerit putationis omnium habituum malorum. ibid. & ſeq.

Quodve & tunc temporis in ſe aduertit, intra ſe ad orationem adſtantem coram eodem Deo ſuo, vocem Spiritus Sancti audiri, inſtar turturis pro ipſa orantis gemitibus ineffabilibus. 332.1

Et exinde gratiarum auget in corde ſuo actiones, quod vocem iſtam turturis, orationemque ſuam audiri nouit in cæleſti patria, teſtante id ſibi dilecto ſuo cũ dixit, *Vox turturis audita eſt in terra noſtra*, ex Gregorii PP. ſententia. 335.1. & ex Hugone. 336.2

Optans vt in terra animi, cordisve ſui iugiter audiatur vox amoris, quam eſſe & turturis vocem habes ibid. & ſeq.

48 Serm. xlviij. xL.Hor. in illud Matth. vj.vj. *Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio ora*, &c.

Vana gloria quomodo vitanda in exercendis operibus bonis, & in oratione. 353.2

Propter illam haud deſiſtendum à bono opere, provt ſuadetur à ſponſo animæ deuotæ, quæ haud auderet egredi ad orandum in communi oratione Xl.Hor. dicendo ei, *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi*, &c. 353.1

Quam apte oratio dicatur cauerna maceriæ. 354.1

Quamquam in iiſdem verbis Chriſtus & modum ipſimet exhibeat animæ, quo in oratione detineri ſe valeat, triplicem ei proponens materiã, circa quam meditari queat. Primam, humanitatem ſuam ſuaque vulnera: ſecundam, diuinitatem item ſuam: & tertiam, cæleſtem patriam, cæleſtiaque.

De prima Chriſti vulnerum meditatione habes 351.1. & 357. 1 & ſequ. Cur vulnera manuum & pedum Chriſti dicantur foramina petræ. 356.1

Vulnus lateris Chriſti cur dicatur cauerna maceriæ. ibid. Cur hoc ipſum vulnus vſurpetur ad deſignãdam Chriſti humanitatem. 355.2

Quod idem vulnus ſit ſcala ad Chriſti cor, quod eſt ſecretum ſcalæ. ibi. Quomodo vulnus ipſum ſit ſimul ſcala cognitionis, & obſcura cauerna maceriæ. 356.1

De ſecunda materia meditationis, quæ eſt eiuſdem Chriſti diuinitas, petra integerrima, atque fortiſſima; & quomodo per intellectũ meditantis animæ excauentur in ea foramina attributorum, perſiſtente ſuper vnum nihilominus Deum eius affectu. 355.1

De tertia demum meditationis materia, quæ eſt cœleſtis patria, & quomodo in hac meditatione vnicuique liceat excauare cauernas in maceria. 358.2

Quod in prędicta materia duo ſint genera contemplationis, quibus excauantur vel foramina in petra, vel cauernæ in maceria. ibid.

49 Sermo xlix. xL. Hor. in illud Pſalm. xxvj. viij. *Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.*

Duo eſſe præcipua animæ deuotæ ſtudia. Primum, vt Deũ oratura illius requirat faciem, tum eam quæ in ſpeculo videtur, & in ænigmate ſpecierum ſacramentalium accedens ad orandum, vbi ſciuerit expoſitum Sanctiſſimum Sacramentum pro oratione XL.Hor. tum eam, quam pura duntaxat contemplatione adiri aliquatenus, & videri poſſe confidit, prout Moyſi contigiſſe recolit. 364.1

Alterum eſt, vt cordis ſui ſonum in Dei ipſius aures immittat. 361

Cordis gemitum eſſe dulcem Deo, & cor gemens eidem eſſe decorum. ibid. 2

Ideoque cordis oſtenſionem, eiuſdemque gemitum ab anima pia illum expoſcere. ibid. & ſeq.

Quia in puro corde ſeipsũ veluti in ſpeculo inſpiciat. 364

Et in gemitu dilectiſſimam ſibi amoris percipiat loquelam. 483.1

Quando Deus petit ab anima orante, vt oſtendat ſibi cor, id in primis ab illa expoſcere, vt illud ab omni alia re auertat, quo petitiones eius innoteſcant apud ipſum. 362.1 Neve idem cor, quod inſtar ſpeculi eſt, ab aliqua alia deturpetur re. ibi. 2

50 Sermo l. xl. Hor. in illud Cant. ij. xiv. *Oſtende mihi faciem tuã, ſonet vox tua in aurib. meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.*

Quod in oratione committatur prælium cum Deo. 362.2
Faciem alicui oſtendere tantumdem eſſe, ac præliari cum illo. 348.2
Chriſtum quoque in paſſione ſua præliatum eſſe oſtendendo faciem hoſtibus ſuis. ibid.
In orationis prælio duo ſimul committi certamina; alterum cum Deo per faciei oſtenſionem; alterum per auerſionem, & fugam à reliquis rebus omnibus. 362.2
Quod oratio ſit & lucta animæ deuotæ cum Deo. 363.1
Orationis vocem non tam Deo gratam eſſe per ſe ipſam quam per modum, quo fit. 508.1. Quiſve is ſit modus. ibid.
Orationem primo in ſe eſſe dulcem ob dulcedinem à Deo in ipſam deriuatam, tum dulcem eſſe & ipſimet Deo. ibid.2

51 Serm. lj. xl. Hor. in illud pſal. xxxviiij. ij. *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.*

Proponitur hic anima deuota, quę cũ aliquando ad Deũ vt Dominum maieſtatis preces fuderit diutius ab illo nec exaudita, nec reſpecta fuerit, ita vt propterea iis cũ illo conquerens verbis Iob, *Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me.* Exaudita tandem id, quod ſibi tunc contigit, & nobis enarret: *Expectans*, inquiens, diutius Deum meum expectaui, cum illum deprecata ſum vt Dominum, tandem poſtquam multum ante illius maieſtatem perſtiti clamans, *intendit mihi*, & poſtmodum *exaudiuit* quoque *me*.
At vero eademmet anima deuota accedens ad eum ipſum Deum vt ſuper altare egreſſum in Sanctiſ. Sacramento, atque adeo & præ amore paſcentem inter lilia, vt ex Ambroſio habes 379.1. & ſeq. dimiſſa conſideratione maieſtatis illius, id potius in eo conſiderat, vnde ametur. ibid.
Ideoque ait, Dilectus meus mihi, & ego illi: qui paſcitur inter lilia. Dilectum potius eum appellans, quam paſtorem ſuum, cum paſtoris nomen ſignificet dilectionẽ Dei ad plures, nomen dilecti eamdem ad vnum ſignificet. 376.1
Quãuis non deſint, qui exiſtimẽt dictas voces eſſe potius expreſſionem ardentis affectus animæ Dei amore æſtuantis in contemplatione, quam locutionem ſenſatam, vt ex Bernardo habes 378.1
Quamuis in ijſdem luctam amoris inter Deum & animã indicari, idem aſſerat Bernard. 416.1
Quamuis locutionem conciſam diuerſimode varijs verbis ſupplendam complures cenſeant Patrum, vt habes 378.1
Tu tamen dic per hæc animam deuote orantem ante Sanctiſſ. Sacram. exponere qualem ipſa ſe exhibere ſatagat Deo in ſua oratione, & qualem viciſſim in eadẽ oratione experiatur Deum. Primo enim ſtudere ſe ait ita Deo intendere, vt totum amorem ac ſpem ſuam in eum ſolum eleuet. 416.2. & 376.1
Quomodo iſte amor animę ſic orantis dicatur amor virgo, quia ad vnum Deum directus eſt. ibi.2
Viciſſim vero experiri ſe ait Deum ipſi ita intendere, vt ei ſoli intendere, eamque ſolam videatur amare. Quomodo autem quælibet pia anima dici queat vnica, & ſola dilecta Deo, explicatum habes 377.1. & 379.1 Quales enim nos Deo paramus, talis eſt nobiſcũ. ibid.
Porro tametſi in præcitatis verbis, *Et ego illi*, haud plane id explicet dicta anima deuota, qua ratione experta illud ſit eo ipſo tempore, quo orat, explicat tamen id clarius, cum alias eadem repetens ait, *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Quibus ſignificat ſe experiri ita Deum ipſi intendere oranti, adeoque erga ipſam vnam ſe exhibere affectum, vt eius orationes, quaſi ſeruus mandata, obſeruet, vt habes 871.1

52 Serm. lij. xl. Hor. in illud Matth. xxviij. xix. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.*

Accedens anima deuota ad orandum ante Sanctiſſ. Sacramentum meditatur quidem fidelitatem, & ſtabilitatem præallatæ promiſſionis Chriſti, contemplans illum in ipſo Euchariſtiæ ſacramento reſidentẽ in medio Eccleſiæ, etiam ſecundum corpus, & vt eſt charitas, vt habes 458.1
Quin imo pro eadem aſſiſtentia vna cum vniuerſali Eccleſia, illum ſuper altare reſidentem, vt paſcat & ſemetipſo, & ſpiritualib. quas deuote oranti exhibet conſolationibus, digito propemodum indicans ait: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, id eſt, Ego adſto illi vt vnico dilecto meo, & is adſtat mihi, vt vnicæ dilectæ ſuæ. *Qui paſcitur inter lilia* ſpecierum ſacramentalium candidiſſimarum. *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ*, vſque ad conſummationem ſæculi, vt colliges ex dictis 373.1. & ſeq. & 398.2
Quando inclinabuntur, & ceſſabunt vmbræ ænigmatum. ibid.
Recolens nihilominus præallatam Chriſti dilecti ſui promiſſionem, communi Eccleſiæ conſenſu intelligi pariter & de perpetua illius aſſiſtentia in animabus iuſtis, atque adeo eumdem dici, Paſci inter lilia, iuſtorum cõſortio oblectatus, vt habes 379.2. puritatem in eorum virtutib. flagrare volens. 377.1. gloriamve ex illorum puritate ſibi adijci exiſtimans. 375.2. Et paſcens illos, & paſtus ab illis. 379.2
Et è veſtigio animaduertens ſe in ipſa oratione ſua aridam, ſatve exploratum habẽs rationes, ob quas Deus aliquando ſe abſcondit, & elongari inſinuat ab animabus ſanctis. 389.2
Haud vel tantillum dubitans de dictæ promiſſionis fidelitate, rogat ipſum dilectum ſuum, vt per ſpecialis gratiæ, dulcedinisve ſuę infuſionem ad ſe reuertatur dicẽs, *Reuertere, ſimilis eſto, dilecte mi, cæpreæ hinnuloque ceruorum ſuper montes Bather.* ſenſu quem habes 382.2

53 Sermo liij. xl. Hor. in illud pſalm. lxxvi. ij. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deũ, & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deũ exquiſiui, manibus meis nocte contra eum, & non ſum deceptus.*

Tribulationes eſſe fructus quidem ſuauiſſimos crucis Chriſti. 338.2
Eatenus vero timeri, quatenus earum vis ignoratur, atq; effectus. 439.2
Anima pia, cum tribulatione premitur, timor ſolummodo angit offenſæ Dei. ibid.
Idcirco ad Deum in ipſa confugit per orationem, illumve quærit, quem tamen habet comitem in ipſa tribulatione ſua. 388.2. & 554.2
Qua ratione animæ tribulatæ nox eſſe queat, in qua Deũ in ſua quærat oratione, qui iam cum ipſa eſt lux lucis, & fons luminis. 388.2
Nox ſpiritualis quomodo fiat: eiuſve à nocte ſenſibili diſcrimen. ibid. & ſeq.
Tribulatus cur Deũ non videat, quem tamen habet præſentem. 389.1
Animam deuotam tunc Deum reperire, cum in oratione ſua per veram reſignationem manibus contra eum illum exquirit. 389.1. & ſeq.
Secus tamen illi euenire, cum eumdem exquirit item in tribulationibus, ſed in lectulo propriæ voluntatis. ibid. & ſeq.

54 Sermo liv. xl. Hor. in illud Iſai. lv. vj. *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt.*

Quam magnum bonum ſit quærere Deum. 391.2
Quod nunc quærendus ſit Deus, quando à nobis poteſt inueniri. 397.1. & ſeq.
Anima nequiret quærere Deum, niſi prius ipſa à Deo quæſita eſſet. 391.2

Quam errent plerique in hac Dei quæſitione, cum illum quærunt in ſæculi voluptatibus. 390.1. ſeu vt illos eruat a tribulationibus. 391.1. Et cum eumdem quærunt in reb. huius mundi, in honorib. indiuitijs, in poteſtate, in ſcientia, & ſimilib. 395.2
Complures quoque ſpiritualium valde in hac ipſa Dei quæſitione errare, dum illum quærunt in variis exercitiis ſpiritualib. quæ ex propria aſſumunt voluntate. 394.2
Cur Deum quærant animæ deuotæ. 391.2. Quærunt autē cum ſedulitate. ibid.
Quod ſi haud illico illum inuenerint, multum nihilominus acquirunt ſpiritus, ac per maiora gratiæ augmenta magis accenduntur ad quærendum. 397.1. & ſeq.
Quod anima deuota eumdem quærat dilectum verecūde, & caute in oratione. 392.1. Inuocando eum dum prope eſt in ſanctiſſ. Sacramento, propter quod ipſa efficitur digna nuncupari proxima illius. 380.1
Et quia recolit dictum in Pſalm. 144. 18. *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, omnib. inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorū exaudiet.*
Quod eadem anima in ipſamet oratione ſua in contemplationis ſtudio, quærat Deum examinando propriam conſcientiam. 398.1. Altiuſve ſe eleuando ad meditationem cæleſtis patriæ. ibid.

55 Serm. lv. XL. Hor. in illud Sap. vi xiij. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam forib. ſuis inueniet.*

Cur aliquando Deus abſcondat ſe à pia anima, ita vt declinaſſe videatur, cum tamen illi præſens aſſideat. 740.1
Quomodo Deus dicat per Iſaiam, ſe inuentum a nō quærentib. ſe: cum tamen plerunque contigerit piæ animæ vt diutius eum quæſierit, antequam illum inuenerit. 408.1
Vigilandum quidem in orationis ſtudio, & cum ſedulitate ad Dei inquiſitionem, vt habes 391.2
Inuentionem tamen eiuſdem Dei non eſſe ex induſtria & merito animæ, at ex Dei benignitate. 407.2
Quod in tentationibus, & tribulationibus melius inueniatur Deus. 409.1
Deum in ea inueniri oratione, quæ adiunctum habeat magnum charitatis affectum. 408.2
Dulcedo, quæ in oratione percipitur ex Dei præſentia, obliuiſci facit præcedentium laborum. 406.2
Quod anima deuota Deum inuenerit, exinde potiſſimum dignoſci, quod arctiſſima cum illo vnitur vnione cordis ac mentis. 407.1
Quam promptus ſe exhibeat Chirſtus, vt vere ſine vllo labore inueniatur à deuotis quibuſcunque qui cum ſollicitudine ad orationem accedunt quadraginta horarum, prodiens illis obuiam in ſanctiſ. Sacramento, aſſidenſque foribus, ac ſenſibus eorum, de quibus 56.2

56 Ser. lvj. xl. Hor. in illud Gen. xxxij. xxvj. *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.*

Quod orationis aſſiduitate ab anima deuota teneatur Deus tenente Deo ipſo eamdem, nec ſe ab inuicem dimittentibus: & quomodo in orationis ſtudio eadem anima inſtar Iacob luctetur cum Deo, ex Richardo & Bernardo. 415.2
Quam arcte tunc anima teneat & per amoris affectum eumdem Deum dilectum ſuum. ibid. 1
Dicenti, *Non dimittam te,* non eſſe irrogandum præſumptionis crimen. ibid. & ſeq.
Tantumdem eſſe, *niſi benedixeris mihi*, ſenſu allato ex Richardo. 416.1. ac id, quod dicitur à ſponſa, *Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*, ſenſu allato ex Rich. & Hugone. ibid. 2
Quanquam ſponſa aliquid amplius ſignificet, ſi per domum matris, &c. intelligatur cum Ambr. Theodorito & alijs, cæleſtis patria, vt habes ibid. vide & 414.1
Quomodo anima deuota dicat ſe introducturam Deum in Cælum. 413.2
Quod eadem introducat Deum in cælum, quatenus facta illius iumentum per veram ſubiectionem ad eius voluntatem, inſtar equi ipſum portans, cælum ingreditur. ibid. & ſeq. Et quatenus per eamdem ſubiectionem abiecta propria voluntatis ſuæ forma, formam accipit voluntatis diuinæ. ibi. 2. & ſeq.

57 Serm. lvij. XL. Hor. in illud Cant. iij. vi. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?*

Admirationem magnam cauſare deuotam animam quæ carne grauata bene oret, eleuans ſe ad Deum. 426. 1.
Quænam ſit ſolitudo, & deſertum, in quo bene oratur. 422. 1. & ſeq.
Quomodo quæ bene in deſerto orat, dormiat ſimul ſedeatque & aſcendat. 427. 2. & 422. 2. & ſequ.
Animam deuote orantem debere facere cor ſuum thuribulum. 427. 1
Eiuſdem progreſſus in eleuatione mentis quomodo fiat. 423. 2. & 427. 2
Orantem deuote nuſquam effundere ſemet, niſi cum diuinum attigerit thronum. 423. 1
Id autem vt eo vſque aſcendat ad Dominum, habere ex ſpiritu; & charitate. 423. 2
Atque ſic ad Deum aſcendendo, offerre ſimul ſe Deo in holocauſtum. ibi. 2
Porro iſtam ſui ad Deum oblationem ab ipſa effici nedū per orationem, ſed & per mortificationem & per eleemoſynas, in quibus ſe ſatagit exercere. 424. 1
Quod eadem anima deuota aſcendat neceſſe eſt primum per pœnitentiam, ac per confeſſionem, vt bene poſtmodum aſcendat & per orationem. 428. 1

58 Sermo lviij. XL. Hor. in illud Cant. iij. vij. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael.*

Templum Dei eſſe Salomonis lectulum, fortes autem, &c. eſſe ſacerdotes & illos, qui in illo orationi indulgent. 433.1
Quin & ipſam orationem eſſe lectulum iſtum, quem ambiunt deuoti quique contemplatiui. 489.2. Vide 433.2. & ſeq.
Quomodo ijdem contemplatiui in oratione ſua ambiāt lectulum, in quo verus Salomon requieſcit in cæleſti patria. 433.2. & ſeq.
Quod anima deuota inuitetur, vt per orationis ſtudium ad Chriſtum accedat exiſtentem in ſanctiſſimo Sacramento ſuper Altari, quem vt vnicum, ac verum quieti, ac pacifici cuiuſque lectum ambiunt contemplatiui, colliges ex Ambroſ. ibid.
Potiſſimum autem inuitentur ad eumdem Chriſtem meditandum ſuper crucis lectulo quieſcentem, ac decumbentem. 431.2
Quod crucem ac tribulationes pro lectulo ſuo elegerit Chriſtus. 430.2. & ſeq.
Quantam gratiam piæ animæ faciat Deus, quando illam tribulationibus premi permittens communicat ei Chriſti lectulum. 428.2
Tribulationes animabus iuſtis eſſe lectulum pacatiſſimū, in quo cum Chriſto quieſcunt ſuauiſſime. 430.2. Non ſic autem improbis 431.1
Quieſcentem vero in hoc tribulationum lectulo ſine vllo pauore quieſcere animam deuotam, cum ſe meditatur circumdatam valida Angelorum cuſtodia. 431.1. nec non & benigniſſima Sanctorum complurium ope. ibi.

59 Serm. lix. XL. Hor. in illud pſal. cxlix. vj. *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.*

Sanctos in ſtudio meditationis præliari multipliciter. 440.2
Ideoque adhærentes Deo per hoc meditationis ſtudium dici tenere gladios orationis. ibid.

Orationem recte ſub gladij metaphora deſignari, quia inſtar gladij & ipſa eſt potentiſſimum armorum genus, ex qua potiſſimum reuehatur ex prædictis prælijs victoria, & quia lingua promitur, quæ gladij ancipitis formam habet, vt colliges ex dictis ibid. & 444.1
Orationem eſſe gladium in gutture, & in manibus. 440.2. Neceſſe enim eſt vt ſit in gutture per pronunciationem, & in manib. per puritatem. 441.1. & ſeq. cum abſque puritate nullam habeat vim. ibi.
Plures eſſe orationis ſpecies, atque adeo plures etiam gladios teneri in manibus piarum animarum. ibi.
Cum oratione iunctã eſſe debere mortificationem carnis, & paſſionum. 442.2. & ſeq. Idque propter latentes Dæmonum inſidias, ac propter metum lapſus ſubiti. ibid.

60 Serm. lx. xl. Horar. in illud Ioan xix. xv. *Regem veſtrum crucifigam? Ecce Rex veſter.*

Corpus Chriſti ſanguine conſperſum ſuper Crucis ligno præferebat regiam dignitatem. 450.2
Quod Chriſtus crucifixus miſerorum omnium Regem ſe exhibeat. 451.1
Inuitatur anima deuota ad meditationem iſtius Regis vt triumphum agentis ſuper ipſa cruce, vt ſuper curru triumphali. 457.1. & 451.2
In hoc crucis curru meditandum quomodo Chriſtus humilitatem, & obedientiam pro duab. columnis in eo erexerit, quib. regia ipſius fulciretur dignitas. 452.1
Tum meditandum quomodo in eodem Chriſtus ipſe rex non tam ſedeat, quam reclinet in reclinatorio aureo, tametſi ibi minime habuerit, vbi reclinaret caput. 452.1. & ſeq.
Denique meditandum quomodo à Chriſto ipſo idem currus trahatur, & impellatur in corda animarum deuotarum. ibid.

61 Sermo lxj. xl. Hor. in illud j. Ioan. iiij. viij. *Qui non diligit, non nouit Deum, quoniã Deus charitas eſt.*

Cum neceſſe ſit, vt amor præcedat, quo quempiam dignoſcere valeamus amicum vel ex facie, vel ex voce: ex hiſce enim duobus dignoſcitur vnuſquiſque, vt habes 303.1. Profecto qui Deum non diligit, quando tẽplum ingrediens videt illum ſuper Altare in ſanctiſſimo Sacramento, aut ſuper Cruce, non nouit illum, ideoque nec eius meditari poteſt charitatem.
Charitatis nomine quàm congrue exprimatur Deus, vt eſt in humanitate aſſumpta, & multo magis vt eſt in ſanctiſſimo Sacramento. 460.2
Inde apud homines Deum iſtud ſortitum eſſe charitatis nomen, quod, vt illos ad charitatem alliceret, charitatem is ſe exhibuit in humanitate aſſumpta. ibid. & ſeq.
Charitate nil glorioſius Deum habuiſſe apud homines, quandoquidem in igne charitatis ſuam in humanitate oſtendit gloriam. 461.1
Potiſſimum autem ſuper cruce maximũ eiuſdem charitatis exhibuiſſe ſpecimen. 462.1. Cum in ignem charitatis ibi conuerſus ſit Chriſtus. ibid.
Adeo vt illius cor charitatis igne combuſtum fuerit, atq; ardentiſſima euaſerit fornax, è qua ſuccenderentur animæ deuotæ. ibid. 2
Quidni vere Chriſtum animæ deuotæ meditentur charitatem ſuper cruce, cum in illo ſacratiſſima habeant, quæ contemplentur, vulnera gemmis quibuſlibet glorioſiora, quæve adeo eis eſſe debeant chara, vt & ipſa propterea charitatis pariter ſortita ſint nomen. 463.1

62 Serm. lxij. xl. Hor. in illud Cantic. iij. x. *Media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem.*

Cum in animam deuotam meditationi Crucis Chriſti indulgentem triumphans venit idemmet Chriſtus, charitatem pro pompa ſua ante ſe in illam præmittere. 463.2
Simulacrum iſtiuſmodi charitatis eſſe idemmet Chriſti corpus exangue, ſiue etiam illius cor. ibid. 2
Charitatem à Chriſto in cruce delatam fuiſſe pro pompa inſtar opimorum ſpoliorum. ibid. & 464.1
Nec non & in glorioſſimum tanti triumphatoris titulum. ibid. ac etiam vt præſtantiſſimum Dei ſimulacrum. ibid.
Charitatem eſſe quodammodo Deum Dei, cum ab ipſomet Deo charitas, quam habet in homines, adæquetur eſſentiæ ſuæ. 464.1
Nec mirum, cum charitas eius in creaturas innitatur diuinæ eius charitati erga ſeipſum. ibi. & ſeq.
Corpus Chriſti tale eſſe charitatis ſimulacrũ, vt & Deus quoque illud qudammodo venerari dicatur. ibid. 2

63 Sermo lxiij. xl. Hor. in illud Iſaiæ viij. vj. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: Et factus eſt Principatus ſuper humerum eius.*

Chriſtum paruulum dũ meditatur anima deuota coram ſe exiſtentem in Sanctiſſimo Sacramento, tota erga illum amore liqueſcit: quaſi enim ſimnlacrum veriamoris illum meditatur. 465.2
Quomodo Chriſtus infantulus meditandus ſit, vt puer cæcus. 466.1
Quomodo idem meditandus, vt puer alatus, quaſve contemplari in eo liceat alas. 466.1
Quam pharetram, quaſve ſagittas geſtantem contemplari eumdem poſſimus. ibid. & ſeq.
Quomodo meditari valeamus Principatum ſuper humerum talis paruuli, quem cubare potius nouimus, quam principatum exercendo laborare, & progredi, 108.1
Dum enim cubauit in præſepio, melius ac tutius is exercuit ſuum paſtoralem principatum. ibid. habens oues ſuas ſuper humeros. ibid. 2
Porro ab hoc paruulo quidem, ſed paſtore, principeque peroptimo, paſci & ipſa ſatagit anima deuota in oratione, & meditatione ſua, paſci, inquam, pane lacrymarum, de quo 107.1
Seu herbis virentibus illis, de quibus ibid. 2
Quin & ipſomet paruulo Chriſto pane illo cæleſti, de quo 407.1. & 108.2

64 Serm. lxiv. xl. Hor. in illud Pſal. xviij. vj. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.*

Anima deuota accedens ad orationem XL. Horar, quomodo egrediatur ad contemplandum Chriſtum verum iuſtitiæ Solem inſtar ſponſi in Sanctiſſimo Sacramento procedentem de thalamo ſuo. 469.1
In tali autem meditatione contemplatur eumdem Chriſtum carne coronatum, vt Solem fulgoris corona redimitum, dum ſub leui nube quaſi in lucido eſt tabernaculo. 568.2
Carnis operimento quomodo pulchrior redditus dicatur Chriſtus. 469.1
Chriſti carnem meditandam vt coronam factam à Deo, ſimul atque à B. Maria, prout corona Solis à Sole fit, atque à nube. ibid. & ſeq.
Quanquam eamdem meditari liceat & vt coronam factã à Maria, è qua Deus carnem ipſam aſſumpſit, vt per eã veluti per faſciam candidam ſuum coronaretur diuinitatis caput, noſtraque curaret vulnera, & ſimul regnum nobis conferret. 476.2
Quam recte Chriſtus coronatus, vt dictum eſt, inſtar Solis, dictus pariter ſit tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. 268.2. & ſeq.
Quomodo & ipſa eius incarnatio dicatur deſponſatio. 469.2. & ſeq.
Quod & cum ſe exhibet in Sanctiſſimo Sacramento, vt ſponſum ſe exhibeat, diem lætitiæ cordis ſui, nuptiaſve celebrans in Euchariſtiæ conuiuio. 470.2

65 Sermo lxv. xl. Hor. in illud Cant.iij. xj. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonē in diademate, in quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die,* &c.


Cum inuitantur animæ contemplatiuæ, quæ acceſſere ad orandum ante Sanctiſſimum Sacramentum ad meditandum Chriſtum paſſionis tempore ſpineo diademate à Synagoga coronatum, cur primum eis ſuadeatur, vt egrediantur, cum iam videantur egreſſæ. 473.2.& 477.1

Spineam coronam glorioſiſſimam Chriſto extitiſſe, quia è ſpinis compacta fuit, quas Diabolus porrexit victus. 472.2

Quin ideo illam ipſam Chriſtum elegiſſe, quam vnam Deus præſtiterat hominibus, per quam amiſſum recuperaret regnum. ibid.& ſeq.

Ex ſpinis in cerebrum Chriſti infixis colligi roſas pretioſiſſimi eius ſanguinis, ac tribulationum. ibid. & ſeq. ex quibus tribulationum roſis regia nobis compingitur corona, regnumque confertur. 473.1

Nam & Chriſtus ipſe in ſpinea illa corona regem ſe exhibet tribulatorum, quibus tribulationes in hæreditarium regnum vt ſuis reliquit filijs, ſicut ijſdem reliquit & pacem. ibid.2.& ſeq.

In tribulationibus cum anima deſponſari Chriſtum, & fieri illi ſponſum ſanguinum. 474.1

Atque adeo tunc iuſtum quemque Chriſtum maxime habere iunctum, cum pro illo ſeu immiſſas ab illo ſuſtinet tribulationes. ibid.

Gaudium Chriſti in paſſione extitiſſe maximum, quia gaudium cordis eius, ſicut & gaudium, quod habent iuſti in tribulationibus, maximum pariter eſt & gaudium cordis eorum. 474.1

In tribulationibus Chriſtus inſpiciendus vt coronatus corona ſpinea, & corona gloriæ. 478.2


66 Sermo lxvj. xl. Hor. in illud Matth.xxij.xj. *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem?*


Chriſti nuptias cum anima deuota fieri in Sanctiſſimi Sacramenti exhibitione. 477.1

Ad eaſve ingredi vnumquemque non ſolum quando ſacramentaliter communicat, verum etiam quando ad eiuſdem ſacramenti conſpectum accedit, vt oret, prout colliges ex ſententia libri Prouerb. allata 531.2

Charitatem eſſe ornatum nuptialem Chriſti, atque piarum animarum. 474.2

Vnico charitatis actu animam deuotam fieri matrem, ſponſamque Chriſti, quin charitate item eumdem coronare. 475.1

In hac deſponſatione Chriſti, atque animæ fieri mutuam communicationem bonorum ad inuicem. ibid. & ſeq. Vide & 611.1

In feruenti actu charitatis eſſe ſummum gaudium tum Chriſto, qui diligitur, tum animæ, quæ diligit. 475.1

Eſſe & aliam veſtem nuptialem, in qua & ipſa includitur charitas: nempe vitæ probitatem, ſine qua qui ad prædictum nuptiale conuiuium orationis accedit, merito exprobratur à cœleſti Rege. 606.1

Sicut exprobratur & qui ad idem accedit abſque indumento meritorum Chriſti, propter quam duntaxat nuptialem item veſtem oratio Deo eſt grata. ibid.2


67 Sermo lxvij. xl. Horar. in illud Pſalm. xxiiij.xv. *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos.*


Animas contemplatiuas eſſe ſpirituales Eccleſiæ oculos, atque adeo eas & inſtar oculorum eſſe delicatas. 481.1

Quod tunc optime iſtiuſmodi animę oculorum expleant munia in videndo quæ ſibi contemplanda proponuntur, quando velo ſe ſeruant coopertas. ibid.2

Quod ſane velum eſt arcta exteriorum ſenſuum cuſtodia. 481.2

Cur in contemplatiuis, ac ſpiritualibus hiſce Eccleſiæ oculis apponendum ſit velum ſuper ipſoſmet, cum è contra in Synagoga legamus velum appoſitum ſuper obiecta viſibilia rerum ſacrarum, & earum, quæ diuinum quid referebant. 482.1

Animam contemplatiuam ita ſemper ad Dominum eſſe directam cum intra prædictum eſt velum, vt exinde potiſſimum micantiores ad Deum ipſum de ſe emittat ſanctitatis, & affectus radios. ibid.2

Nec mirum, quia & in illum transformatur, quem vnum aſpicere ſatagit. ibid.

Quomodo contemplatiui inſtar oculorum, tametſi prædicto velo cooperti deducant Eccleſiæ corpus, eruentes à laqueo fideles precibus, & orationibus ſuis. 482.2


68 Sermo lxviij.xl. Hor. in illud Cant. iiij. j. *Oculi tui columbæ intra velum tuum:* Iuxta text. Hebr.


Contemplationis ſtudium eſſe oculos piæ animæ. 845.1 quinimo & quamlibet animam contemplatiuam oculorum mereri nomen. 481.1

Animam deuotam, dum ad orationem accedit, vt meditetur Chriſtum exiſtentem ſuper Altare in Sanctiſſimo Sacramento, dicendam eſſe columbam intra nidum, ſeu habere oculos intra velum carnis eiuſdem Chriſti. 482.2.& ſeq.

Quam recte eadem anima intra prædictum velum comparetur columbæ, quæ ſymbolum eſt amoris, quandoquidem per ſtudium contemplationis multo magis, quam per orationem vocalem, amorem ſibi apud Deum conciliet, ſuumque eidem proteſtetur amorē, ſicut & corporei oculi efficaciores quam lingua ſunt ad amorem carnis. 483.1

Adeo vt vel vna humili cogitatione, & meditatione eiuſdem Dei vulneret cor. 581.2. & 582.1

Bene autem & propterea columbæ dicuntur iſtiuſmodi animæ contemplatiuæ, cum inſtar columbarum gemitu ſuum ipſum exprimant amorem. 483.2

Gemitum eſſe propriiſſimam amoris loquelam. 482.2

Quomodo ob lacrymas, quas in prædicta loquela effundit anima contemplatiua, dicatur habere oculos ſimiles piſcinis. 845.2

Lacrymarum commoda, & vtilitates tres. ibi.2. & ſeq.

Quod eædem animæ contemplatiuæ ſint & oculi Chriſti ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, &c. 765.1


69 Sermo lxix. xl. Hor. in illud Pſalm. xxxvj. iiij *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*


Delectationem, qua anima deuota in ſua perfunditur cōtemplatione, eſſe orationem efficaciſſimam, quave ratione. 484.1

Eiuſdem animæ orationem Deo pariter eſſe dulcem, quæ dulcedinem prius in ſe habeat. 499.2

Quod enim anima deuota habet in ſe delectationis mel, per orationem ipſam ſuam ſtillat poſtmodum in os Dei. 606.2

Delectans autem Deum oratio efficit, vt & animæ oranti pariter viciſſim à Deo ipſius reddatur dulcedo, dum ab illo exauditur. 865.1

Orationes niſi ſint ſicut vinum optimum Deo iucundæ, & dulces, ab illo reijciuntur. 767.2

Quæ vero bonæ ſunt, & dulces ſicut vinum optimum, recta aſcendunt ad Deum, eumdemque quodammodo ebrium factum eo priuare videntur ſermone, quo is contra peccatores ſententiam proferret damnationis. 868.1

Quin & illum quaſi dormientem ſuſcitantes ſummam illi inferunt vim, impetrantes ab eo quod efflagitant, & pro viuis, & pro mortuis. ibid.2. & ſeq.

70 Sermo lxx.xl. Hor. in illud Sophoniæ iij. ix. *Reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini.*

Orationem eſſe labium electum à Deo eximium donum exhibitum animæ. 505.2
Labiorum metaphora congruentiſſime deſignari ipſam animæ deuotæ orationem.
Primum, quia per eam anima Deo vnitur, ſicut amans vnitur amato per labia, quibus fit oſculum. ibi.
Secundo, quia eadem inſtar labioru͂ eſt oſtium, per quod admittitur Spiritus ſanctus, & ex præcordijs orantis ſpiritus emittitur ſanctorum affectuum. 506.1
Et tertio, quia ſicut pulchra labia, etiam concluſa, intuentium oblectant oculos, ita & oratio facta quoque in ſilentio delectat Domini viſum. ibid.
Quam apte ab ſponſo iſta deuotæ animæ labia, & iſta oratio ob magnam, quam habent conſtringendi vim, comparentur vittæ, ſeu funiculo, & filo coccineo. ibid.
Quomodo attenta oratione conſtringantur cum Chriſto animæ cogitationes, ne defluant. ibid. & ſeq. Vide & 492.1. & ſeq.
Eadem oratione quaſi funiculo quodam colligari virtutes vniuerſas vna cum charitate. 506.2
Conſtringi item oratione quaſi funiculo creata omnia; & trahi ad voluntatem animæ orantis. ibi. & ſeq. Dæmones quoque, licet ſint potentiſſimi. 507.1
Quodve iſtorum omnium eſt maximu͂, eadem ab anima deuota quaſi filo quodam conſtringitur, trahiturve Deus ipſe. ibid.
Quomodo autem id ſemper fiat, vt per eam Deus conſtrictus exaudiat orantis animæ petitiones, habes ibi. 2. & ſeq.
Vt impetratoria ſit Deumque conſtringens oratio, debere habere tres conditiones, vitæ innocentiam, & puritatem; charitatem flagrantem, & vnionem cum meritis paſſionis Chriſti. ibi. & ſeq.
Tres alias eiuſdem orationis conditiones, nempe, humilem pudorem, vocem precum inſtar tonitrui ex colliſione contritionis prouenientem, & imbrem lacrymarum, colliges ex dictis 516.1

71 Sermo lxxj. xl. Hor. in illud j. Theſſal. v. xvij. *Sine intermiſſione orate: in omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis: ſpiritum nolite extinguere.*

Orationis continuæ præceptum impleri nedum per precum effuſionem, ſed & per externam, ſanctamque in virtutum exercitio conuerſationem. 607.2
Conuerſationem externam ſanctam, & cautam conſeruare, ac augere ſpiritum, atque etiam promouere, & adiuuare pias animas ad orationem. 518.1
Quinimo virtutum operationem eſſe per ſeipſam orationem efficaciſſimam. 608.2
Obedientiam eſſe orationem item efficaciſſimam. 609.1
ſicut & humilitatis actum. ibid.
& actum pariter fidei. ibid.2
Hancue orationem, quæ fit per bona opera primas tenere inter omnes orationis ſpecies. ibid.1
Vnus quippe fidei actus, ſicut & vnus actus obedientiæ, potentiſſimi ſunt ad vulnerandum cor Dei. 582.1
Ita vt is ob tale vulnus effundat effectus bonitatis ſuæ, quos vix per ardentiſſimas orationes effunderet. 583.1
Conſtringendo idem Dei cor vulnerare animam deuotam per omnimodam conformationem cum illius voluntate. 584.2
Quomodo per fidei actum vt per orationem validiſſimâ abripiatur cor Dei. ibid. & ſeq.
Et excitetur idemmet cor ad collationem gratiæ. 585.1
necnon & ad conferendum augmentum gratiæ. 585.2
Quomodo actus quoque obedientiæ eadem efficiat abripiens cor à Chriſto. 585.1
Per quæ omnia conſolari eos potes, quibus per tempus haud licet genibus flexis orationis, & meditationis ſtudio intendere. Neque enim Deo placitum id eſt, vt ad iſtiuſmodi deuotionis, & orationis ſtudium omittantur, quæ magis ſunt neceſſaria. 803.1

72 Serm. lxxij. xl. Hor. in illud Iudith ix. j. *Ingreſſa eſt oratorium ſuum, & induens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino clamabat ad Dominum.*

Deuotionis ſtudium iunctum eſſe debere & cum ſtudio mortificationis. 554.1. & 561.2
In ſtudio mortificationis animâ deuotam habere Deum comitem. 554.1. & ſeq.
qui eiuſdem mortificationis participem ſe exhibet. 554.1
Tam Deum, quam animam ipſam, quæ ſe mortificat, voluptatem ex ea percipere mortificatione. 555.1
Per eam namque anima fit Deo hoſtia fragrantiſſima. ibid.1
Quomodo ſalubris eiuſdem mortificationis optimum ſymbolum ſit myrrha. 555.1
Inſtar myrrhæ præſeruat quoque à corruptione peccati. ibid.2.
Mortificationem debere habere hæc tria, vt bona ſit, amaritudinem pœnæ, & caſtigationis, conſtrictionem membrorum, ac ſenſuum, & potentiarum, atque odorem. ibid. & ſeq.
Iſtam mortificationem eſſe neceſſariam in hac vita propter concupiſcentiæ æſtus. 557.1
Deuotionis ſtudium quale ſit. 556.2
& ad quid adeo neceſſarium ſit in hac vita. 558.1
Deuotio quam apte comparetur fumo. 550.1. & 423.2

73 Serm. lxxiij. xl. Hor. in illud Cant. iv. vj. *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*

In orationis ſtudio quomodo Chriſtus adſit animæ deuotæ. 558.2
Qui modus, & ordo ſeruandus ſit in ſtudio meditationis. 559.1
Incipientibus primo adeundam meditationem paſſionis Chriſti, curue illa dicatur mons myrrhæ. ibid.
Quomodo ſit meditanda Chriſti paſſio. ibid.2
Accedens ad orationem debet ſe auertere ab omni præcedente cogitatione. ibid.
Quantam vim habeat oratio, quæ fiat debito modo: quiſue ſit modus iſte. 560.1
Quomodo fiat deſcenſus Dei ad animam orantem. ibid.
Quod oratio per humilitatis actus inclinet, tradatve Deum ipſum ad ima. 530.1
Quodue per humilitatem impetretur diuina gratia ardenteſve ex intimis emittantur affectus, & preces. 531.1
Orationem noſtram niti debere in meritis paſſionis Chriſti, vt petitas conſequatur gratias. 560.1

74 Sermo lxxiiij. xl. Hor. in illud Pſal. xxxiij. vj. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.*

Id, quod confuſionem ingerit faciei animæ, haud aliud eſſe, quam nigredinem, tenebraſue peccati, de quibus habes 75.1
Hanc autem confuſionem omnem exinde illi prouenire, quia vel auertit, & elongat ſe à Deo ſuo iuſtitiæ Sole. 327.2
Per id enim maxime denigratur culpa ſua, quia ab eo nō aſpicitur Sole. 90.1. & ſeq.
Vel ex praua ſui diſpoſitione haud recte coram illo, ſed oblique ſe habet & incedit. 89.2. & ſeq.
Tollit hanc confuſionem, ita vt haud amplius à Deo illa videatur: cum ipſamet ſubtiliter ad lumen diuinæ gratiæ ſua inſpicere ſatagit delicta. 564.1
Conteſtans ad prædicti luminis fulgorem ſe fuſcam eſſe: tametſi nihil ſibi conſcia ſit peccati, quod ſit ad mortem. 563.2

Quinimo per approximationem ad eundem iuſtitiæ Solem talem ſuſcipit eius luminis fulgorem, vt merito iam abſque faciei confuſione prædicetur ab ipſomet Deo, tota pulchra, & ſine macula. 564.1.565.2
Nec mirum, cum coram illo ſe habeat vt ſpeculum Soli approximatum. 191.2
Porro in prædicti luminis ſuſceptione ſemper proficit magis ac magis, ita vt illius progreſſus non modicum incutiat admirationis. 813.1
Suſcipiens quippe primo diuinum lumen, progrediensque vt aurora. ibid.2
vlteriuſque procedens in gradu proficientium fit pulchra vt luna. ibid.
ac denique in perfectorum gradu fit ſimilis eidemmet Soli. ibid.
Indica Sanctiſſimum Sacramentum ſuper altare, & hortare; vt ad illud accedatur, &c.

75 Sermo lxxv. xl. Hor. in illud Eccleſiaſ. iij. xxij. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.*

Animam id quam maxime effugere debere, vt in meditatione ſua intellectu duntaxat diuina perſcrutetur, ſed vnioni Dei indulgeat per viam affectus potius, quam per intellectum. 570.1
Vide & 566.1
Cum enim in oratione ſua vniri cum Deo debeat vt ſponſa illius, per amoris, & charitatis affectus talem ſe illi præſentet operepretium eſt, quandoquidem ſponſa, vt ſponſi ædificium eſt, cæmentis ædificatur charitatis. 569.2
Ex altioribus ſpeculationibus colligi potius eiuſdem charitatis teporem, & frigus in fide. 571.1
Quia quanto ſubtilius in Deum intendimus, tanto eum minus percipimus. 740.1
Vide & 791.1
Ad cœleſtia contemplanda quomodo tendendum ſit. 358.2. Vide & 572.2
Ex meditatione paſſionis Chriſti ornare ſe poſſe animam deuotam corona florum, & virtutum Chriſti. 570.2
Poterit ſe detinere in ponderatione alicuius puncti.
Quin in eadem meditatione accipere & coronam ſponſalitiæ dignitatis. ibi. Plura ad hanc materiam pertinentia colliges ex dictis 442.2. Vide & 473.2

76 Sermo lxxvj. xl. Hor. in illud Matth. xj. xij. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Regni cælorum vocabulo deſignari Chriſtum Deum, & hominem, quave ratione is vim pati dicatur & rapi ab anima. 582.2
Violentos aduerſus prædictum regnum cœlorum eſſe in primis illos, qui contemplationi indulgẽtes oculorum munus in Eccleſiæ obtinent corpore, quive inſtar capillorum Chriſto eiuſdem Eccleſiæ capiti inhærent arctius. 578.1
Violentam pariter eam dicendam eſſe animam, quæ ſoror Chriſti fit per gratiam, & eiuſdem ſpõſa per actualem vnionem, ac deuotionem. 580.2
Ab hiſce violentis vim pati Chriſtum, quatenus per illos ſeu ab illis vulneratur ipſius cor eo modo quem habes 583.1.& ſeq.
A contemplatiuis qua ratione vulneretur cor Chriſti per preces. 579.1
Ab ijs, qui arctius illi inhærere ſatagunt, idem vulneratur per arctiſſimam coniunctionem voluntatum ſuarum cum voluntate Chriſti. ibid.1
A pia denique & deuota anima vulneratur per pudicum amorem. 581.2. Perque omnimodam eius cõformationem ad illius humilitatem, & paſſionem. ibid. & ſeq. Necnon & per actualem intentionem, ac deuotionem. 563.1.& per humilem cogitatum. 581.2. Per fidem denique. 584.2.& ſeq. ac per obedientiam. ibid.
Quomodo à prædictis violentis idem regnum cœlorum Chriſtus per ea ipſa, per quæ vim pati oſtenſum eſt, inſuper quoque rapiatur, allato ei corde ſuæ diuinæ voluntatis. 579.2.& 584.2

77 Sermo lxxvij. xl. Hor. in illud Iob xxx. xx. *Clamo ad te, & non exaudis; ſto, & non reſpicis: mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.*

Deum, cum animam flagellat, videri aduerſari illi in duritia manus ſuæ. 74.1
Et quidem etſi is crudelis videatur, cum manu flagellat, benigniſſimum nihilominus in eo ipſo ſe exhibere, & cum flagellat peccatores, & cum flagellat iuſtos. Peccatores enim hic flagellat, vt à duriſſimis illos eruat flagellis alterius vitæ, vbi tota duriſſima eius manu flagellantur, cum in vita præſenti exigua duntaxat eiuſdem manus ſuæ parte, & modicum flagellentur. 725.1.& ſeq.
Adeo vt tunc potius dicendus eſſet erga illos crudelior, cum illis manu ſua non aduerſatur. 724.2
Cum autem iuſtos tribulationibus concutit, tantum abeſt, vt crudelis cum eis ſit, & in duritia manus ſuæ illis aduerſetur, vt ſummum potius in eo ipſo illis exhibeat amoris ſpecimen. 585.2.& 279.1
Cum proprium Dei ſit, vt per orationem vocatus eſt ab anima deuota in tribulationibus, citiſſime illi accurrat, vt ex Ambroſio habes 505.2
Imo & illius præueniat clamores, vt ex Nyſſeno habes 676.1
Cumque moris eiuſdem ſit, vt in medijs precibus exaudiat vota piorum orantium. 23.2. Quin & antequam ab illis inuocetur. ibid.
Quomodo iuſtus Iob clamaſſe ſe inquit ad illum, nec exauditum, &c. 586.1. prouenire aliquando ex fiducia, quam Deus ipſe habet de pia anima, quave eius preces audire diſſimulat. ib.2
Cum tamen re vera ſemper illas exaudiat eo ſenſu, quem habes 507.2
Tantumue abeſt, vt iuſtum tribulatum, ſiue orantem ad ſe non reſpiciat, ſicut aſſerit Iob, vt potius citiſſime ad illum accurrens, iucundiſſime illum aſpiciat, vna cum patientia, & reliquas exhibentem virtutes. 673.2

78 Sermo lxxviij. xl Hor. in illud Pſal. lxv. *Ad ipſum ore meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea: Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus.*

Ad bonam orationem ſicut ad bonam in cythara muſicam tria debere concurrere: Vitæ probitatem, preces voce expreſſas, atque interiorem deuotionem. 606.1
Vide & 614.1
Orationem vocalem ſine interna deuotione nil habere apud Deum roboris. 606.2
Quam apte deuotio interna deſignetur per exultationem ſub lingua ipſius orantis. ibid. & ſequ. Et quod quæ ob eam deuotionem exultat, per eandem afferat & Deo pariter exultationem ſtillans mel in illius os. ibid.
Quæ cum prædicta deuotione promitur oratio vocalis quam apte comparetur fauo ſtillanti. 607.2
Oratione vocali multo eſſe præſtantiorem orationem mentalem, quæ ſub lingua eſſe, & fieri dicitur, vt colliges ex dictis 601.1. Cum per eam conſeruetur guſtus omnis, qui percipitur ex illo orationis ſtudio. 607.2.
In hac oratione mentali quam ingens ſit dulcedinis copia. 608.1
Per eamdem haberi nedum delectationem, ſed & nutritionem. ibid. & ſeq. quin & ecſtatis ſomnum. ibid.
Requiri in anima orante probitatem, cum in deuota oratione fiat mutua exhibitio odoris ſanctitatis inter Deum, atque animam ſe oſculantes. 611.1
Tametſi ob eamdem orationem animæ ipſi poſtmodum Deus conferat odorem ſanctitatis perfectæ. ibid. & ſeq.

79 Serm. lxxix. xl. Hor. in illud iij. Reg. ij. x. *Pete mater mea: neque enim fas eſt, vt auertam faciem tuam.*

Ad orationem B. Mariæ Dei genitricis veluti ad turrim fortiſſimam confugiendum nobis peccatoribus. 578.1
Hæc Virginis oratio quam apte turri Dauid aſſimiletur. ibid. 2. Cuius propugnacula ſunt merita eiuſdem Virginis. 539.1
Præſidia multiplicia ſunt, qui ex tali turri pendent clypei, & omnis armatura fortium. ibid.
Tribus medijs iſtam orationem efficaciſſimam fieri ad Chriſtum: oſtenſione vberum, prolatione precum, & robore atque decore armorum. 612.2
Vbera Mariæ flectere quodammodo violenter Chriſtum ad miſericordiam. 597.1
Eadem lætificare Chriſtum magis, quam vinum diuinæ iuſtitiæ. ibid. 2
Quomodo ijs B. Virgo Chriſtum inebriet orans pro peccatoribus. ibi. Ipſamet vbera Chriſto oſtenſa eſſe orationem efficaciſsimam. 598.1
Secundum eiuſdem B. Virginis medium, eiuſve preces ſeu laudes ab ipſa prolatæ ſitæ ſunt in commemoratione gratiarum, quas à Chriſto ſuſcepit, & obſequiorum, quæ ipſa illi exhibuit, quo medio cum pariter flectere nititur ad miſericordiam. 612.1
Tertium armorum medium ſitum eſt in fortitudine, & decore, quibus Virgo Sanctiſſima induta, & armata orans filium ſuum. ibid. quantave ſit eorum armorum vis. ibi. 2
Quomodo eadem orans pro peccatoribus dicatur induta fortitudine. ibid.
Tria ſimilia à nobis pariter adhiberi poſſe media, quibus efficaciſſima reddatur & noſtra apud Deum oratio, oſtenſionem vberum miſericordiæ erga proximum, quibus & inebriari Deum habes 595.2
Quæve eidem Deo eſſe ſuauiſſimum thymiama, & hoſtiam acceptiſsimam habes 596.1
Commemorationem eorum beneficiorum, & gratiarũ, quibus ab ipſomet Deo cumulati ſumus, prout habes 64.2. Et indumentum eorumdem armorum fortitudinis atque decoris, prout colliges ex citato loco. 612.1. & ſequen.

80 Sermo lxxx. xl. Hor. in illud Iſa. li. iij. *Conſolabitur Dominus Sion, conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis.*

Cum anima deuota, cui ob contemplationis ſtudium cõpetit nomen Sion, in ariditate ſpiritus exiſtens & deſertum dici queat, & ſolitudo, quatenus deſerta videtur à Chriſto dilecto ſuo, & ſolitaria abſque illo. Vix exprimi vel ab ipſa queunt quot in ea ſint moleſtiarum ruinæ, quas tamen omnes vnica, ſolaque ſui præſentia illi exhibita conſolatur idemmet eius dilectus, vt colliges ex dictis 62.2. Vide & 48.2
Animam ipſam per id poſtmodum fieri delicias, & hortum voluptatis Dei, quatenus illa in ſuis potentijs voluptate perfunditur, deliciiſve diuinarum conſolationum, vt colliges ex dictis 617.1
Bene propterea dici in ea inueniri gaudium, & lætitiam, & vocem laudis: quia in orationis ſtudio eatenus ipſa eſt excellens, quatenus eſt hortus concluſus. 618.2
Quam apte exprimatur pulchritudo deuotionis, & ſanctitatis eiuſdem animæ per ſimilitudinem horti. ibid.
Quomodo Deus illam efficiat hortum, & cur concluſum. 619.1. Ex hoc enim potiſſimũ voluptatem ex ea is capit, quod hortus concluſus ſit. ibid. 2. Iſtam huius horti concluſionem eſſe duplicem, à Deo vnam, alteram ab anima ipſa. De ea, quæ eſt à Deo. ibi. & ſeq.
De ea, quæ eſt ab ipſa anima ob ſedulam ſui, potentiarũque ſuarum cuſtodiam. 619.1. & ſequent. & 622.2.
Porro quia vniuerſa horti pulchritudo & voluptas ex copia prouenit aquarum in illo fluentium, & voluptas animæ deuotæ prouenit ex ijs, quæ in ipſa redundant gratiarum fluentis, fons inſuper ea eſſe comperitur ad præſentiam Dei dilecti ſui, & fons ſignatus. 620.1. & ſeq.
Triplici enim ſignata ſeruatur ſignaculo, Chriſto Ieſu. ibi.
Spiritu ſancto. ibi. 2. & ſui ipſius. ibi. & ſeq.

81 Serm. lxxxj. xl. Hor. in illud. Pſal. ciij. xxxiiij. *Iucundum ſit ei eloquium meum: ego vero delectabor in Domino.*

Orationem deuotam adeo eſſe & Deo, & oranti animæ dulcem, vt non immerito Paradiſo aſſimiletur. 623.1
Vt autem orationes bonæ ſic dici queant Paradiſus, in ſe habere debere conditiones tres. Primam, vt nitantur in ſanguine Chriſti. 630.2
Secundam, vt ex internis piæ animæ actibus eumdem Chriſti ſanguinem Deo obijciant. ibi. & ſeq.
Et tertiam, vt habeant virtutum vniuerſitatem concomitantem charitatem. ibi. & ſeq.
Anima enim orans debet eſſe ornata habitibus virtutum. 631.1
Orationum bonarum triplex fructus, nempe vitæ beatæ, charitatis, & reliquarum virtutum. ibi. & ſeq.
Orationes animæ deuotæ quomodo reddantur paradiſus per fructum vitæ beatæ in hac vita. 631.2
Charitatis fructu quomodo eædem fiant paradiſus. ibid. & ſeq.
Orationibus perfectis neceſſario reperiri adiectum fructum habituum vniuerſarum virtutum in anima orante. ibi. & ſeq.
Præcipuum autem fructuum omnium, quos ex ſtudio orationis, & meditationis colligit anima deuota, eum eſſe; quod ea ſit ſimilis paradiſo tum terreſtri. 633.1. tum etiam cæleſti. ibid. & ſeq.

82 Sermo lxxxij. xl. Hor. in illud Pſal. l. xiv. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui & ſpiritu principali confirma me.*

Accedens ad orationem anima deuota id, quod in primis efflagitare à Deo debet, eſt, vt ſancto donetur ſpiritu, quo & lætificetur, & confirmetur in bono. 655.2
Quam congrue Spiritus ſanctus & lætitia ſalutaris dicatur, & aquilo. ibid. vide & 655.2
Spiritum ſanctum eſſe ductorem ad bene operandum, quatenus inſtar Auſtri calefacit charitatis calore. 656.1
Curſum animæ charitate ſuccenſæ eſſe inſtar fluminis rapidi, & inſtar fluxus odoris aromatum flante Auſtro. ibi. & ſeq. Tuncve curſum iſtum eſſe velociorem, cum anima ipſa confirmatur magis à Spiritu ſancto in charitate. ibi. & ſeq.
Gratiam & Spiritum ſanctum diuerſo modo à deuota anima peti, & cur. 656.2
Spiritus ſanctus quomodo in dictam animam mitti dicatur. ibi. & ſeq.
Quando vero perfectior eadem anima ad orationem accedit, id inſuper petit, vt tribulationibus probetur, magiſve Spiritus ſancti igne ſuccẽdatur, quo virtutum è ſe emittat fragrantiam. 656.2
Nouit enim multo Deo eſſe gratius pati in patientia pro eius amore, quam pro eodem eius amore bene operari, vt latius probatum habes 931.2
Tribulationibus augeri calorem Spiritus ſancti, ita vt largius in orationis ſtudio fluant aromata lacrymarum. 657.1
Ariditate expulſa immittere Deum in piam animam dulcedinem Spiritus ſancti efficientis, vt ex tribulationibus ea voluptatem percipiat, & iucunde operetur bonum. 668.1

83 Sermo lxxxiij. xl. Hor. in illud Cant. v. j. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum.*

Exprimit quidem Eccleſia in prece iſta ſua id, quod maxime ſibi eſt in optatis, vt bene notatur ex Nyſſeno. 667.2. in huius autem ſui deſiderij explicatione, quam habes 662.2. proponit Chriſto dilecto ſuo quos in ſe habeat iuſtos comedendos vt dulcia eius poma. ibid.
Comeſtionem iſtam à Chriſto fieri per ſpecialem in iuſtos prouidentiam, & dilectionem. 663.1
Iuſti iſti cur dicantur fructus in horto. ibid.
Cur dicantur fructus non horti, ſed pomorum, id eſt, charitatis Chriſti. ibid. & ſeq.
Sed & anima deuota accedens ad orationem ante Sanctiſſimum Sacramentum optantis vocibus, Deum vt in ipſam aduertit, inuitat, vt veniẽs ille in eam in eius cõmodum, eius comedat opera. 664.1. & 668.1. & 793.2
Nouum Dei aduentum in piam animam fieri per nouam eiuſdem Dei communicationem illi præſtitam. 791.2. atque adeo cum Deus in eam aduenit, comeditque illius opera, triplicem illi exhibere nouam ſui communicationem. 664.1. & ſeq.

Cum

Cum omnia bona noſtra ex Dei gratia proueniant. 668.1
Idcirco anima deuota Deo ſoli ipſa opera ſua exhibet, vt fructus comedendos, tametſi bonam eorũdem operum famam minime reiiciat. 664.2
Habens enim pro ſuo Deum, iucundiſſime ſe ſuaque omnia illi exhibet. 665.1. Id pariter admirans intra ſe, quod iam omnia inter ſe atque Deum ipſum communia intelligit, ob maximam creatoris ad creaturam cõiunctionem. 668.1.& ſeq.
De iteneribus Dei in animam multiplicibus, & fundatis in charitate. 782.1.& ſeq.

## 84 Sermo lxxxiiij. xl. Hor. in illud Pſ. cxv. xij. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

Orans anima deuota ante Sanctiſſimum Sacramentum, meditanſque Chriſtum dilectum ſuum in eo accumbẽtem, vt habes 167.2. & magnitudinem immenſi in tanto Sacramento doni ſibi ab illo exhibiti mente reuoluens, pro omnibus, quæ in vno illo dono ab ipſo ſuſcepit, vicem rependere volens in eiuſdem doni vſu id ſatagit efficere. 665.2
Nouit quippe humilem Sanctiſsimi huius Sacramenti ſumptionem eſſe maximum donorum omnium, quæ à nobis Deo offerri queunt. 167.2
Illud namque ſumens, illum, dum accipit corpus Domini, accipiens largitur ipſi Domino. 168.1
Sic perſeuerans ante Altare in oratione præparare ſe ad tantum ſatagens Sacramentum, Spiritus ſancti in primis ad id efflagitat opem. 665.1. & ſeq. vt per illum ſibi dentur contritio, atque deuotio. ibid.2
Tum meditatur, quomodo deſignatio eius communionis, quæ fit in tali Sacramento, ſit ex parte Dei dignantis ſe dimittere ad animam, qualiſue fiat mutua communicatio inter Deum ipſum, atque animam. ibi. & ſeq.
Quomodo in eadem cõmunione anima admiſſa ad ſacras illas dapes, conuiuium eidem exhibeat Deo. ibi. & ſeq. quidue ſibi in tali conuiuio proponẽdum ſit Deo comedendum. ibi.
Qua ratione Deus in conuiuio eodem comedere dicatur ob id, quod animam communicãtem tranſmutat in ſe. 666.1. Vniens ſibi omnes potentias, omniaque membra illius. ibid.

## 85 Sermo lxxxv. xl. Hor. in illud Cant. v. j. *Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.*

In meditatione paſſionis ſuæ Chriſtum præuenire, & comitari animam deuotam illi indulgentem. 675.2
Deum ſeminaſſe myrrham paſſionum, & ærumnarum poſt primum Adæ peccatum. 670.2
Hanc myrrham quomodo meſſuerit Chriſtus in paſſione ſua, idque cum exultatione. ibid.
Per paſſionem ipſam ſuam Chriſtum adiiſſe tunc temporis poſſeſſionem Eccleſiæ. 671.1
Eodemque tempore attuliſſe eidem Eccleſiæ tria munera, nempe Sacramentum corporis & ſanguinis ſui: collectionem dolorum, vulnerumque omnium, quæ tunc pertulit: & ſalutem, ac redemptionem vna cum virtutum exemplis. ibi.2
Paſſionum ſuarum munus quomodo, & ad quid Chriſtus detulerit. ibid.
Quod paſſiones ſuas Chriſtus melleas reddiderit contemplatiuis. 683.2
Paſsionis Chriſti meditationem eſſe cibum omnib. congruentem. ibid & ſeq.
Quomodo in vno munere ſalutis, & redemptionis Chriſtus plura attulerit munera. 672.1
In tertio dono Sanctiſsimi corporis Chriſti, & in conuiuio Sacramentali habendos ob oculos paſsionum, ac virtutum eiuſdem Chriſti faſciculos. 678.2

## 86 Sermo lxxxvj. xl. Hor in illud Iſa. lix. ix. *Inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis & dicet, Ecce adſum.*

Deum ab anima deuota inuocatum illico adeſſe, & venire cum auctario in illam, ſeſe ei offerentem. 765.1
Tribulationes, & virtutum actus, quæ fuere opes Chriſti, ab illo vt præſtantiſsima Dei dona deferri in animam, ad quam venit. ibi.
Atque adeo tribulationes lętanter tolerare, & delectari in bonis operibus eſſe ſigna, quod Chriſtus ipſe ſit in anima eadem. ibi.
Tribulationes enim à ſe immiſſas Deus ſingulari metamorphoſi animæ reddit dulciſsimas. 682.1
Quale gaudium in ijs tribulationibus ſentiãt iuſti. ibid.
Ex ijſdem haberi voluptatem, feruorem ſpiritus, & alimẽtum vitæ ſpiritualis. ibi.
Tribulatam animam deuotam quam iucunde inſpiciat Deus, quando illa gaudens in tribulationibus vna cum patientia & reliquas exercet virtutes. 673.2.682.2
Eadem anima proferente in tribulationibus preces, quas Chriſtus protulit in paſsione ſua, metit Chriſtus ipſe myrrham cum aromatibus ſuis. 673.2. Idemque efficit quando vna cum patiẽtia tribulationum ſunt in eadem anima actus virtutum ſimiles ijs, quos ipſe exhibuit in cruce. ibid.

## 87 Sermo lxxxvij. xl. Hor. in illud Cant. v. j. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.*

Chriſtum ex altari, in quo progreſſus eſt ad fidelium preces exaudiendas, inuitare deuotos quoſque ad ſtudium meditationis vitæ ipſius, vel ſuæ Sãctiſsimæ matris. 693.2.& 694.2.
Ebrietas ſpiritualis, quæ ex prædictis habetur meditationibus, quid ſit. 693.2
Eundem inuitare pariter eoſdem deuotos ad meditationem conuiuij patriæ cœleſtis. 691.2
Ea cœleſtis patriæ fœlicitas quam congrue explicetur, & meditatione conſideretur ſub metaphora comeſtionis, & potus. ibid. & ſeq.
Viſio beatifica quas congruentias habeat magis cum ſenſu guſtus, quam cum ſenſu viſionis. ibid.
In quibus congruentijs plura ſimul proponuntur puncta meditationi prædictæ aptiſsima, pluraque fercula dicti conuiuij.
Primum, quod ea beatitudo ſenſu guſtus exprimitur ob eximiam voluptatem. 692.1
Secundum, ob vitam, quam illa exhibet. ibid.
Tertium, ob poſſeſsionem boni, quo per eam fruemur. ibid.
Quartum, ob illius adæquationem capacitati cuiuſque. ibid.
Quintum, ob penetrationem diuinæ eſſentiæ. ibid.
Sextum, quia beatitudo illa eſt ſine vllo medio. ibid.2
Septimum, ob vnionem, quam exhibet cum Deo. ibid.
Et Octauum, quia per eam excluditur omne malum. ibid.
Iſtud Patriæ cœleſtis gaudium dici ebrietatem propter ingentem copiam. ibid. & 691.2

## 88 Sermo lxxxviij. xl. Horar. in illud ij. Reg. xij. xiij. *De pane illius comedebat, & de calice illius bibebat.*

Ad tribulationes, vt ad lautum cõuiuium inuitari à Chriſto deuotum quemque. 691.1
Et ex hac inuitatione dignoſcere animã poſſe, quam clara illi ſit: cum iuſti tribulati ſint illius amici, atque chariſſimi. 6092
& in tribulationibus iidem agnoſcantur eſſe maxime Deo iuncti. 855.1
Tribulationes eſſe proprias iuſtorum delitias. ibid. & ſeq.
Hinc eſt, quod tanti anima deuota facit etiam doctrinam de earundem tribulationum neceſsitate, vt apprehenſuram ſe inquiat illas, vt prædulces palmæ fructus. 864.2.
Quam ſequitur & doctrina charitatis, quæ inſtar vini dulciſsima pariter eſt. ibid. & ſeq.
Ebrietatis cauſatæ à vino tribulationum ex Dei charitate toleratarum duo effectus præſtentiſsimi, alienatio ab omni hominum fiducia, & ardentius deſiderium maiora patiendi. 871.1

89 Sermo lxxxix. xl. Hor. in illud. Pro.ix. iij. *Venite, & comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.*

Ante altare perſiſtens anima deuota in oratione, ex præſentia Sanctiſſimi Sacramenti in eximiæ illius Dei benignitatem, qua & ſe comedendum Eccleſiæ reliquit, & ad tanti conuiuij participationem fideles inuitare non ceſſat, ſuam conuertit meditationem, ac primum meditatur, quam congrue Chriſtus in cibum ſe exhibeat, cum per cibum Diabolus in paradiſo hominem ſubiecerit. 686.2. & ſeq.

Secundo meditatur neceſſitatem tanti Sacramenti ab eodem Chriſto ſignificatam, cum illud exhibuerit, vt panem, ac vinum quotidianum. ibid. & ſeq. Indeque magis illius obſtupeſcit bonitatem, qui ob eamdem, quam in nobis nouit neceſſitatem, & quotidie nos ad illud inuitat. 687.2

Tertio meditatur arctiſſimam vnionem, quæ in eiuſdem Sacramenti participatione ſub cibi, ac potus ſpecie fit intet Deum, atque animam communicantem. ibid. & ſeq.

Et quomodo qui ei iam vniti ſunt per gratiã, atque adeo illius amici, quanto frequentius communicant, tanto arctius cum illo vniantur. ibid. & ſeq.

Quarto meditatur, quomodo deuote communicãtes inebriari dicantur per actualis gratiæ, & dulcis ſatietatis ſuſceptionem. 688.2

Accenditurue per talem meditationem in ea ingens deſiderium ebrietatis cauſatæ à potu ſanguinis Chriſti, de qua ibid.2. & ſeq.

Necnon & actualis deuotionis, quę cauſa eſt gratiæ actualis, & ebrietatis ſpiritus. 689.1

Quinto demum meditatur, quomodo in eiuſdem Sacramenti communicatione habeantur ſimul vnita omnia indicia amoris Chriſti. ibid. & ſeq.

Atque adeo concipit ſpem, enixeque ab ipſomet dilecto ſuo efflagitat, vt & ipſi aliquando detur cõmunicare deuote, quo plures in illum rependere queat amoris actus. ibid.2

90 Sermo xc. lx. Hor. in illud Pſ. xlv. xj. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.*

In ſtudio contemplationis vacandum quomodo ſit animę deuotæ, quo videre queat, & contemplari Diuina myſteria. 696.2

Contemplatio quomodo ſit ſomnus cum vigilia cordis, & aliquando ſomnus abſque tali vigilia. ibid.1

Sancti quomodo dormiant ſimul ac vigilent, nedum cum orationi dant operam, ſed & per totam vitam. 698.1

etſi præcipue tunc ijdem vigilent corde, cum inſtanter orant, & attente. ibid.

In contemplationis ſtudio videns anima deuota, quoniam dilectus ſuus eſt Deus, à quo bonum eſt omne, dat illi ſemetipſam, & quicquid in ſe eſt boni. 700.2

Reperiuntur ſiquidem in tali contemplationis ſtudio virtutum quos illi det actus heroici. ibid.

Et in primis in illo ſuſcitatur charitas erga eũdem Deum. ibid. & ſeq.

Vnde conſequitur, vt anima deuota in contemplatione offerat ipſimet Deo omnem amoris actum & diuerſimode. ibid. lautiſſimumque eidem exhibeat conuiuium item amoris. 701.2

Et ebria, ſpiritu vigili in eundem rapiatur ecſtaſis ſomnũ. 698.1

In anima contemplatiua cognitionem Dei cauſare deſiderium vlterioris cognitionis eiuſdem 705.2.

Vide & 739.2. & ſeq.

Sicue animam ipſam ſemper proficere in dicta Dei cognitione, ſicut & in eiuſdem amore. ibid.

Quæ ſint claues, quibus anima aperire Deo poſſit oſtium intellectus in ſua contemplatione. 705.2

91 Sermo cxj. xl. Hor. in illud Cant. v. ij. *Vox dilecti mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.*

Corde vigilans deuota anima in ſomno contemplationis ingentes illas meditatur Dei dilecti ſui miſerationes, quibus cum ab illo defeciſſet ingrata innumeris eius beneficijs, & in peccatum prolapſa ad pœnitentiam, atque ad vitam ſpiritualem attracta eſt, ſicue eas meditatur, vt quaſi ipſum in Sanctiſſimo ſacramento ſuper altare exiſtentem tunc ſibi loquentem videatur audire. 702.1

Ac primum meditatur, quomodo Deus in conuerſione peccatoris procedat & voce, & pulſatione. ibid.

Tunc, quomodo duplici ratione tunc animam pulſet beneficijs, & flagellis. ibid.2. ſicut & duplici pariter vtitur voce, interna, & externa. ibid.

Tertio meditatur, quomodo idem in conuerſione peccatoris, & in primis cum ipſa ſe habuerit vt patrem beniniſſimum. 703.1

Quarto, quomodo ab illo quadruplici blanda appellatione quatuor ſibi reducta ſint in memoriam præſtantiſsima, quibus iam ab eo decorata fuerat beneficijs, baptiſsimi, confirmationis, Sacramenti Euchariſtiæ, & certæ promiſsionis hæreditatis æternæ gloriæ. ibid. & ſeq.

Baptiſmi beneficium ſub appellatione immaculatæ. ibid.1 & ſeq.

Beneficium Confirmationis ſub nomine columbæ ſuæ. ibi. & ſeq.

Beneficium Euchariſtiæ ſub nomine amicæ, ſeu proximæ ſuæ. ibid.2

Beneficium denique ſpei cæleſtis hæreditatis ſub nomine ſororis ſuæ. ibi.1

Quinto meditatur, quomodo Deus in conuerſione ipſius, ſicut & cuiuſlibet peccatoris, diſpoſuerit omnia ſuauiter, cum petierit ab ea admitti per oſtium. 704.1

Demum quaſi denuo, ſed in alio ſenſu eadem ſibi tunc ab eodem dilecto ſuo iterata eſſent audire videtur, Deum in ipſum admitti velle per ianuam deuotionis. 705.2. & ſeq.

92 Sermo xcij. xl. Hor. in illud Cant. v. ij. *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.*

Meditans anima deuota Chriſtum dilectum ſuum in Sanctiſſimo Sacramento ſuper altare egreſſum, vt & cum ipſa colloquatur, hæc ab illo ſibi dicta audire videtur, atque ex ijs quadruplex meditationis ſuæ ſumit argumentum.

primo enim meditatur immenſam eiuſdẽ dilecti ſui charitatem, qui pro hominum, & pro peccatorum ſalute & ſe, & dilectiſſimos, qui ſibi inſtar cincinnorum capiti adhæſere, diſcipulos ſuos ſanguinis effuſioni ſubiecerit, & ærumnis. 708.2

Secundo, quomodo per ipſammet vt ei ingratiſſimam iſta eius immenſa charitas frigidiſſimo repleta ſit peccatorum rore, atque etiam maxima illius beneficia gelidiſſimis ſuis oppleta ſint iniquitatibus. 709.1

Et quomodo ex peccatorum & actuum ingratitudinis ſuæ magnitudine exaltatæ ſint flammæ diuinæ eiuſdem charitatis, & beneficiorum Dei. ibi. & ſeq.

Quandoquidem peccata totius mundi reſpectu charitatis Dei ſunt inſtar exigui roris, & tenuium guttarum ſuper ardentem fornacem. ibid.1

Tertio, in intimis cordis ſui tum de tranſactis dolere ſatagit peccatis, tum de eo multo magis ſe incuſat, funditque contritionis lacrymas, quod ob eadem peccata ſua fuit in cauſa, vt blaſphematus ſit Deus, ijue, qui illi inſtar capillorum capiti adhærent, vitæ ſpirituali indulgentes. 708.1

Quomodo blaſphemiæ ſicut ros ſuper Chriſti caput, quãtum in eis eſt, frigiditatem Deo inferant. ibi. & ſeq.

Quarto demum excitare in ſe nititur affectum erubeſcentiæ, & confuſionis ante Chriſti conſpectum in ipſa meditatione audiens illum ſecum conquerentem de tepiditate, qua in eius ſeruitio, atque etiam in ea, cui tunc vacat, oratione, illius refrigerat & charitatis caput, & eas, quas ipſi ſuggerit ſanctas cogitationes, ac meditationes, cincinnos ex eodem eius charitatis capite prodeuntes. 710.1

93 Sermo xciij. xl. Horar. in illud j. Machab. ix. xiij. *Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.*

Orationem abſque actionum puritate, nil virium apud Deum habere. 441.1

Sicut & illam, cui pura deſit, & recta in Deum intentio. 196.1

Et multo magis eam, quæ haud animo, & corde fiat contrito. 607.2

Qualis ea extitit, qua in allato themate oraſſe dicitur ſceleſtus Antiochus, 727.2

Qui nec ad manus flagellorum Dei tactum, cum verę pœniten-

nitentiæ, veræque mortificationis tunica iam diu à ſe abiecta voluit ante Deum comparere in ſua oratione, idque ex ipſiuſmet Dei permiſſione in pœnam ſuorum delictorum, vt colliges ex dictis 716.1.& ſeq.

Idcirco anima deuota id in primis à Deo efflagitat vt manu auxilij efficacis ipſam dignetur tangere. 728.2.

quo vero cordis dolore veraque contritione ante ipſum queat comparere. 727.2

Quod certe auxilium efficax tunc plerunque Deus exhibere ſolet, cum in ijs flagellat peccatores, per quæ ipſum offendunt gerens ſe inſtar aucupis, &c.725.2.& inſtar venatoris, &c. 726.1

Sæpe.n.Deus peccatorem conuertit tangens, & flagellans illum in ijs, per quæ is peccare eſt ſolitus ibi. & ſeq.

Ac bene flagella illa, tactus Dei nomine nũcupantur, tametſi & ob breuem illorum durationem hic pariter appellentur. 727.1

Qua contritione ornata apud Deum compareat anima, quæ per flagella conuerſa eſt à peccatis, eidemque Deo preces offerre velit acceptas. ibi.2.& ſeq.

Quomodo etiam in pia anima cõtritionem excitet Deus, ſegnitiem ab ea tollens, charitatiſue æſtu illam ſuccendens. 728.2

Qua ratione poſtmodum eadem anima, quæ prius negligens erat in vita ſpirituali, per exhibitum charitatis affectum ſe gerat erga Deum in orationis, & mortificationis ſtudio. 737.1.& ſeq.

## 94 Sermo xciv. xl. Hor. in illud Pſ. lxxxiiij. ix. *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.*

Internum Dei alloquiũ in oratione, & meditatione quam ſuaue ſit animæ deuotæ 785.1. & quanti illud ſit faciendum. 770.2

In pacis alloquio ſummam Dei percipi dulcedinem. 785.1

Non ſolum quia ipſamet pacis dulcedo ſumma eſt.252.1.& ſeq. ita vt aſſimiletur dulcedini regni cœleſtis. 254.1

Verumetiam quia guſtus ipſe diuinorum per ſe eſt maximus. 785.1.& 786.1

Ad tantæ dulcedinis copiam animam deuotam liqueſieri. 743.1. 742.2.& 741.1

Liquefactionem eſſe languorem charitatis. 740.2. cauſare ſimul amoris calorem, & receſſum à peccatis. 743.1. cauſare & lacrymas. ibid.

Per eamdem facilia reddi, quæ prius videbantur dura. 743.1

Liquefactionem pariter idem eſſe ac ecſtaſim. 741.1

Conſolationum ſpiritualium, quæ à deuotis percipiuntur, tantas eſſe vires, vt nedum illos plerumque prædicto modo liquefaciant, ſed & compellant aliquando orare Deum, vt eas ſibi minuat, cum corporis fragilitas eas ferre nequeat. 803.1

## 95 Sermo xcv. xl. Horar. in illud Cant. v. vj. *Vocaui, & non reſpondit mihi.*

Animam deuotam tunc à Deo minime reſponſum accipere, cum proſpera ab illo in ſuis precibus poſtulat. 743.1. cum contrarium potius petere deberet. 803.2.& ſeq.

Cumque in ipſa oratione ſua conſolationes potius, quam Deum ipſum quærit. 269.2

Cur Deus aliquando orationes non exaudire videatur. 585.2.& ſeq.

Cum tamen reuera illas exaudiat ſemper. 743.2. Vide & 507.2

Anima, quæ in ſtudio verſata ſit orationis, quando per ſemetipſam exaudiri haud poſſe ſibi videtur, confugit ad aliorum ſanctorum orationes. 751.1.& 2.

Orationes aliorum tunc nobis eſſe proficuas, atque apud Deum efficaces, cum iunctæ fuerint cum noſtra in eundem Deum charitate, quã potiſſimum is trahitur.750.2. & ſeq. Vnde plurimum colligere poteris materiæ, qua ſermonem extendas, præſertim ſi videris & quæ dicuntur 278.1

## 96 Sermo xcvj. xl. Hor. in illud Cant. v. x. *Dilectus meus candidus & rubicundus.*

Ex candore, quem intuetur anima deuota in ſpeciebus Sacramentalibus, perſiſtens in oratione ante altare, atque in prædicta prorumpens verba, multam ſibi exinde congerit, quam meditetur materiam. Ac primũ in Sanctiſsimo Sacramento Deum ſuum contemplatur candidum quidem ob miſericordiam, ſed & rubicundum ob iuſtitiam. 755.2.& ſeq. Rubicundum inquam, quia iuſtitiam exercens aliquãdo erubeſcere quodammodo is videatur. 756.1

Tum eundem peculiarius meditans, vt factus eſt dilectus ſuus per Incarnationem, duplicem in eo veneratur naturam, diuinam candore deſignatam, & humanam ſignificatam rubore. ibid.& ſeq.

Tertio magis ſe profundans in contemplatione immenſæ illius dilectionis erga homines, meditatur quomodo is, qui candidiſſimus alioquin erat innocentia, & puritate, cum candore adeo eximio iunxerit ſibi & peccati ruborem. 755.2.& 756.1

Præſertim cum eiuſdem peccati labem is abſterſerit ſanguine ſuo ſuper cruce. 755.1 & ſeq.

Quarto conijciens mentis oculos in illius cor lancea perforatum, candidum illum meditatur, & rubicundum ob ſanguinem, & aquam, quæ inde profluere conſpicit. 756.2. & ſeq.

Quinto meditans eundem vt vexillum amoris geſtantem in ipſo Sanctiſſ. Sacramento, prout colliges ex dictis 754.2.& fuſius 270.1.& ſeq.

Candidum illum contemplatur in puriſſima eius carne, & rubicundum in ſanguine, quem ſub vini ſpeciebus exhibitum habes 271.1

In quo eodem Sacramẽto illum pariter vt glorioſiſſimum ſuper altare ad ſe progreſſum meditatur maxima ſanctorum circundatum corona, tum virginum, propter quas eum prædicat candidum: tum martyrum, propter quos rubicundum eum appellat. 757.1

## 97 Sermo xcvij. xl. Hor. in illud Apoc. iiij. x. *Et mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia.*

Et quidem is, quem in Sanctiſſimo Sacramento præſentem habemus, glorioſiſſimus, ſi illius ſpectetur diuinitas, quam in eo vt capite, atque auro optimo glorificant Beati. 760.2.& ſeq.

Eſt & apud eoſdem laudabilis in ſæcula ob eas, quas in ipſo admirantur diuinas perfectiones. 761.1.& 762.2

Necnon & ob conſilia, & cogitationes eius inueſtigabiles. 761.1.& 762.2

Eſt pariter idem vt caput Eccleſiæ Sanctorum celebrandus, quatenus etiã vt homo Rex noſter eſt.759.2. & Rex puriſsimus. 761.2

Glorificandus præſertim in concilio ſanctorum ob ſanctos, iuſtoſque innumeros, qui inſtar egregiæ comæ illi, vt aureo capiti ſuo iugiter inhærent. 759.2. & ſeq. eundem inſtar pulcherrimorum cincinnorum vt caput ſuum exornant. ibid.& 762.1. & ſeq.

Verum nobis in ſtudio orationis, in quo illum vt noſtrum meditamur dilectum, laudandus is eſt vt Rex, ſimul atque dilectus: imo ob id glorificãdus vt noſter Rex, quia dilectus noſter, quatenus illius regnum regnum eſt dilectionis.760.1. ob quod & à beatis quoque in cœlo celebratur. ibid.

Et bene, cum ille nil glorioſius habeat dilectione ipſa, & charitate. 460.2. qua & pro regio diademate inſignitum ſe exhibet. 474.2.& 477.2

Ita autem à nobis celebrandus is eſt, quatenus ob iſtud charitatis diadema caput eius dicitur aurum optimum, vt ſimul inſignia, & multiplicia eiuſdem extollamus beneficia in nobis collata, quæ è dicto capite charitatis, inſtar pulcherrimorum capillorum prodeunt. 760.1

98 Sermo

98 Sermo xcviij. xl. Hor. in illud Zach. iij. ix. *Super lapidem vnum ſeptem oculi.*

Quam apte Chriſtus Ieſus, quem ſub panis ſpeciebus ſuper altare conſpicimus, vt petram, lapidemque vnum eximium meditari poſſimus. 357.1
Septem oculos ſuper hunc lapidem idcirco dixiſſe Prophetam, quia contemplatiui in eum ſuas coniectas habent meditationes. 578.1. Contemplatiuos enim oculorum nomine, & metaphora iure deſignari habes 481.1.& 765.2.
Sicut & idemmet Ieſus ſuper vnum quemlibet iuſtum inſtar lapidis in virtute ſolidum ſuos coiectos habet oculos diuinæ prouidentiæ, de quibus 764.1
Quamquam anima deuota ipſum, quem habet præſentem meditans lapidem angularem Ieſum, peculiares in illius anima meditetur oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, de quibus 764.2.& 765.2.& ſequent.
Ita Spiritus ſancti dona in Chriſto extitiſſe pariter, vt columnas ad ornatum potius, quam ad ſuſtentationem. 450.1. & quomodo requieuiſſe dicantur ſuper eum. ibid.
Eadem reſediſſe in illo, vt in proprio habitaculo. 764. & in omnimoda puritate. ibid. & ſeq.
Et in eiuſdem lapidis, & Chriſti corpore ſeptem alios meditatur oculos apertos, aperta nimirum illius vulnera, inſtar caudæ pauonis ipſum eius corpus exornantia. 916.1

99 Sermo xcix. xl. Hor. in illud Iſa xvj. v. *Præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate.*

Sicut in primo Chriſti egreſſu è cœlis ad homines per Incarnationis myſterium ob id, præparatum dicitur illius ſolium in miſericordia, quia præcipuum eius Incarnationis motiuum, & cauſa fuit Dei miſericordia erga hominum miſerias. 710.2.& ſeq. vbi habes & quomodo miſericordia ſit comparata rori. ibid. & ſeq.
Ita & in altero eiuſdem Chriſti egreſſu, quo in Sanctiſſimo Sacramento prodijt ſuper altare ad exaudiendas miſerorum preces, in miſericordia præparatum dicendum eſt illius ſolium, cum in miſericordia & gloriam, & maieſtatem ſuam ſitam ſubindicet adeo familiariter miſeris ſeſe exhibens, atque communicans, vt colliges ex eiuſmet verbis, pſ. 11. 6. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam. Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo.* Quæ facile ad hoc propoſitum dicta ſumes, præſertim ſi videris eorum expoſitionem allatam in præcitato loco. 710.2
Bene autem ſubijcitur in allato themate, *Et ſedebit ſuper eum in veritate.* Quia vniuerſa Dei itinera ita ſunt in miſericordia, vt ſimul pariter ſint in veritate, atque iuſtitia. 783.2.& ſeq.
Quomodo hæ duæ virtutes ſint quaſi duæ genæ Dei. 768.1
Quomodo eædem ſint ſibi inuicem iunctæ. ibidem, & ſeq.
Quod Deus, etiam cum orantium ſuſcipit preces, miſericordiam, ac veritatem, ſeu iuſtitiam ſimul exhibeat iunctas, exaudiens illas non ad voluntatem ſed ad vtilitatem orantis. 743.2
Aduerſus quidem ſceleſtos, qui praua intentione, & per hypocriſim accedunt ad orationem, per iuſtitiam, quaſi è valida turri dimicat, & ipſo temporis momẽto, quo per miſericordiam quaſi in phialis eos, qui deuote, digneque orent potat nectare conſolationum ſuarum. 770.2
Quapropter optime ſibi proſpiciet anima deuota, ſi in ipſa oratione ſua vtriuſque ſit memor & miſericordiæ, & iuſtitiæ illius, earum ſimul percipere ſatagens fragrantiam, de qua ibid.
Tametſi iucundius fuerit, ſi miſericordiæ memor ſit, cuius & odor fragrantior eſt, vt colliges ex dictis 63.2
Cum ex illius conſideratione oriatur noſtra exultatio. 62.2.

100 Sermo c. xl. Horar. in illud j. Petri iiij. xiij. *Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.*

Animam deuotam triplici modo communicare Chriſti paſſionibus, atque adeo & ob idipſum gaudere. Ac primum quando ad orationem ſe cõferens ante Sanctiſſimum Sacramentum ita illius meditatur paſſionis myſteria, vt guſtu, ſenſuque ipſo ſuo ea probet, eorumque amarum percipiat. 653.2.& 559.1
Quam bene dicat Apoſtolus eis, qui ſic communicant Chriſti paſſionibus, *Gaudete*: cum conſtet in huiuſmodi meditatione voluptates exhiberi animabus deuotis. 792.1.& 683.2
In eadem paſſionis Chriſti meditatione quam bonum experiamur Chriſtum conſolationum gaudio nos reficiẽtem. 792.2.& ſeq.
Communicare ſecundo eandem animam deuotam Chriſti paſſionibus & gaudere: quando ſummo cum guſtu tria mente ſua verſat præſtantiſſima illa munera, quæ Chriſtus ſummo cum gaudio toti Eccleſiæ, & ipſimet ſigillatim exhibuit paſsionis tempore, eiuſdeque paſſionis effectus, de quibus 671.2
Sed & tertio, magiſque iuxta Petri in allato themate ſententiam, eamdem animam communicare Chriſti paſſionibus, quando tribulationibus ab illo viſitatur, & tribulata ante ipſum apparet in oratione ſua: Tum quia ille in ipſis tribulationibus cum ea ſponſatur, qui ſponſus eſt ſanguinum. 474.1
Tum quia illas à Deo accipit, quaſi ab illo oſculata duobus eius labijs, filio, ac Spiritu ſancto. 679.1
Gaudendum propterea tali animæ ſummopere in tribulationibus ijs, quia in illis Deus communicat quodammodo ei beatitudinem, & participationem ſuiipſius. 678.2. & ſeq.
Quanti faciendæ ſint iſtiuſmodi tribulationes ſic à Deo cõmunicatæ inſtar guttarum pretioſiſsimæ myrrhæ. 679.1.& ſeq.

101 Sermo ci. xl. Hor. in illud Pſa. cxxxviij. xiiij. *Confiteor tibi, quia terribiliter magnificatus: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.*

In operum Dei contemplatione iucundiſsime ſeſe detinere animam deuotam in oratione quaſi in prædulcium dapum conuiuio. 167.1
Et quia in eiſdem plura propoſita habet cœleſtia. 775.2.& ſeq.
Opera ipſa Dei eſſe veluti annulos aureos in Dei manibus atque adeo per illa eundem reddi maxime glorioſum, & ab omnibus celebrandum. ibid.1
In ijs præſertim operibus Dei animam deuotam cognoſcere nimis, quæ à Deo in ſemetipſa facta meditatur. 136.2
Haud minus iucunde eamdem animam ſe detinere in meditatione, & operum Chriſti, atque per illa pariter promoueri ad laudandum Deum, tum quia per illa videt confirmatam eiuſdem doctrinam. 776.1
Tum quia ſummam in illis contemplatur puritatem, atque perfectionem. ibid. Tum quia diuinitatis poteſtatem in iis intuetur. ibid. Tum quia in eorum ſingulis immenſam ſpeculatur eius charitatem. ibid. Tum denique quia cœleſtia plurima in ijs reperit, quæ meditetur myſteria. ibid. & 777.1.& ſeq.
Porro ſicut iucunde in operibus hiſce tam Chriſti, quam Dei, vt metaphoricæ manus ſunt, meditãdis detinetur: ita pariter ipſamet anima iucundiſsimæ mentis oculos ad Chriſtum in cruce pendentem eleuans, veras illius meditatur manus in cruce ipſa factas tornatiles, plenaſque hyacinthis. 777.2.

102 Sermo cii. xl. Hor. in illud Iſaiæ lxij. ij. *Videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.*

Quam lætandum nobis ſit ex eo, quod Chriſtus vnus verus iuſtus ac inclytus noſter vniuerſis videndum ſe exhibet ſuper Altare in Sanctiſſimo Sacramento, cum exinde arguamus, nomen nouum, nimirum ſponſa Dei, & Eccleſiæ toti, & ſingulis piarum animarum ab eodem Deo impoſitum, ſicut id arguimus & ex eo, quod iamdiu videndum ſe idem exhibuit, quando incarnatus eſt, vt habes 775.1

Quanta ex hoc nouo nomine ſponſæ, ſeu amicæ Dei, quod idem eſſe, habes 235.1

Et in Eccleſiam, & in piam animam proueniant inſignia. 797.1.& ſeq.

Quod exinde Eccleſia ſit Deo ſuauis, quia illa ei ita complacuit, vt vocari eam voluerit, *voluntas mea in ea*, quod nomen idem certe eſt, ac nomen ſponſæ, ſeu amicæ meæ. 797.1.& 801.1

Tametſi maiorem illud habere videatur emphaſim, ex Hebraica voce, voluntas mea, colligatur. 579.1

Quomodo & vnaquæque anima deuota dicatur ſuauis Deo. 798.1

Quomodo & Eccleſia ſit ſimilis in ſuo decore nobiliſſimæ ac ſanctiſſimæ Ciuitati Ieruſalem ob idipſum, quod meruerit nomen ſponſæ, & amicæ Dei. 797.1. & ſeq. ſicut & vnaquæque pariter pia anima. 798.1

Quia & cœleſti pariter Ieruſalem aſſimilari mereatur tam Eccleſia. 880.1. quam anima deuota. 800.1 & 801.1

Porro ex hoc ipſo, quod ſimiles ſunt ciuitati Ieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis, conſequitur vt & terribiles ſicut caſtrorum acies ordinata. Nam & Eccleſia ob pacis multitudinem ita eſt terribilis. 797.2

Et anima, quæ pacis decore inſignis, ſuauis, & grata Deo eſt. 877.1. Pace ipſa ſua interna eſt terribilis vt caſtrorum acies ordinata, & maxime ſpectabilis. ibid.& ſeq.

Quod eadem anima deuota in ipſa contemplatione ſit ipſemet ſtupor. 801.1

103 Serm. ciij. xl. Hor. in illud Cant. vj. iv. *Auerte oculos tuos à me; quia ipſi me auolare fecerunt.*

Si hæc iuxta Nyſſeni ſententiam ſumere velis, vt dicta à ſponſa. Suppone animam deuotam tria per hæc à Deo dilecto ſuo, quem habet præſentem ſuper Altare in ſanctiſſimo Sacramento, efflagitare. Vel enim affectu commota contritionis, & pro tranſactis ſumma humilitate dolens peccatis ſuis, Deum precatur, vt ea amplius non intueatur, ſed rectis potius, & benignis ipſam inſpiciat oculis, vt ex Nyſſeno habes 804.2

Vel vlterius proficiens, atque exardeſcens deſiderio patiendi aliquid pro peccatis ipſis ſuis, & ad Dei honorem, Deum ipſum precatur, vt nimia ſibi minuat proſpera. 803.& ſeq.

Vel tertio vehementiſſimo dilectionis æſtu ſuccenſa, atque in ſuo orationis progreſſu præ nimiis eiuſdem orationis, & deuotionis conſolationibus, liqueſcens, Deum ſupplex orat, vt illas tantillum ſubtrahat. ibid.

Verum ſi hæc vt ſponſi potius verba ſumas, prout reuera illius ſunt. Primo ex his verbis colliges, quanti apud Deum ſit anima deuota, quæ recta intentione oret, cum is ipſe ſummopere de illa glorietur. ibid.

Tum per eadem tria colliges exhibita eidem animæ deuotæ maxime neceſſaria in orationis ſtudio documenta. Primum, quod in nimia perſcrutatione diuinorum compeſcere debeat intellectum. 802.2.& 814.1

Secundum, vt in oratione ſua haud ob id tamdiu perſeueret ſolummodo, vt ſpiritualibus eius deuotionis perfruatur conſolationibus. 803.1

Vide 270.1

Tertium, ob deuotionis, orationiſue ſtudium haudquaquam omittenda, quæ neceſſario alioquin ſint facienda. 830.1

104 Sermo civ. xl. Hor. in illud Prou. xxviij. xiv. *Beatus vir qui ſemper eſt pauidus.*

Quod qui in gradu incipientium ſunt, illico piam animã prædicant beatam, non ſic autem qui ſunt in gradu perfectorum. 744.1

Et ſi cui tutius in hac vita iſte beatitudinis titulus tribuẽdus ſit, ea ſit anima, quæ quantalibet excellat ſanctitate, ſemper tamen ſit pauida. 821.1

Quantum enim ad æternam confert damnationem prauus mundi timor, quem ſeruilem nuncupant, & de quo 325.1.& 396.1

Tantum ad beatitudinem confert timor ille ſanctus, qui filialis appellatur, & eſt cum charitate, iſ, eoque iuſtorum, qui crura ſunt Chriſti, & columnæ marmoreæ. 783.1. ſeu etiam ipſius charitatis, præceptorumq; eius, quæ & crura, &c. ibid. & ſeq. Dicitur baſis aurea ſecundum Ambroſium. 782.2.& ſeq.

Propter hunc ſanctum timorem anima deuota, tametſi peccato mortua ſit, ſæpius in ipſa oratione ſua ad examen conſcientiæ ſuæ ſe conuertit, atque adeo ait, *Deſcendi in hortum nucum*, &c. 816.2

105 Sermo cv. xl. Hor. in illud Philip. iv. iv. *Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete, modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus enim prope eſt.*

Quamuis hæc accipi queant, vt ſuadentia modeſtam extrinſecus conuerſationem, per quam dignoſcitur Chriſti præſentia intra piam animam gaudio exuberantem, vt habes 517.1

Magis tamen ad rem noſtram eá ſumemus vt dicta animæ deuotæ, cui prope ſit Dominus in ſanctiſſimo Sacramento, dum ipſa ante Altare orationi indulget, atque adeo illi ſuadentia, vt gaudeat quidem, ſed cum debito timore, debitaque cum ſollicitudine, quæ modeſtiæ nomine appellatur. Id quod melius explicat ſponſa, cum ait: *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* ſeuſu quem habes 828.2

Quod gratias Deo agere, eiuſdemque beneficia meditari, debeat eſſe præcipuum ſtudium fidelium. ibid.1

Quam congruenter Sulamitis, id eſt Pacifica, dicatur anima deuota, dum militiæ, atque caſtrorum eius ſit mentio. 797.2

Quomodo & Eccleſia ob pacem ipſam, qua Sulamitis eſt, caſtris ſit ſimilis. ibid. Et quod ſicut ob ſpiritualem pugnam dicitur caſtra, ita ob orationes dicatur chorus, ſeu chori. 831.1

Quale prælium ſit oratio, cum laudando Deum committatur. ibid.

Quod è caſtris chori, non è contra: quando caſtrorum nomine ea deſignantur prælia, quibus militamus in hac vita cum hoſtibus noſtris, quia è victoria laus, & oratio. ibid. & ſeq.

106 Sermo cvj. xl. Hor. in illud Pſal. xcj. xiv. *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.*

Quod qui in Eccleſia ad orandum ſe ſiſtunt ante Dominum, iure optimo dici debeant plantati in domo Domini, cum ibi ſecus decurſus aquarum diuinarum conſolationum, & deuotionis excreſcant inſtar palmæ in pingui tellure plantatæ, vt colliges ex dictis 860.2

Quod ijdem ante altare, ſuper quo eſt Sanctiſſimnm Sacrã. orantes in atrijs domus Dei noſtri florere dicantur, excreſcentes in progreſſu ſpirituali inſtar florentis palmæ, quia ita ſemper magis proficere ſatagunt, vt ex eo, in quo ſunt progreſſu, fructum proferre nitantur progreſſus vlterioris. ibid.

Vnde ſit, vt in admirationem ſui progreſſus Deum ipſum anima denota commoueat, ita vt quodammodo is illam obſtupeſcens dicat, *Quam pulchra es, & decora chariſſima in delicijs!* ſenſu, quem habes 860.2. ſeu, *charitas in delicijs*, vt habes 858.1. & ſeq. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.*

Quomodo iſtiuſmodi animæ progreſſus aſſimiletur palmæ. 861.1.& 863.1. vbi plures habes Patrum rationes.

Charitatis, & deuotionis habitus quomodo ſimiles botris vuæ. 861.2

107 Sermo cvij. xl. Hor. in illud Cant. vij. viij. *Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua ſicut botri vineæ.*

Poteris primo vna cum Ambroſio, atque Chryſoſtomo oſtendere in his ſignificari ingens deſiderium, firmumque animi decretum piæ animæ aſcendendi in vita ſpirituali per progreſſum in charitate, quæ palmæ nomine deſignatur, & in virtutibus reliquis, quæ ſunt altitudines eiuſdem palmæ, vt habes 865.1

Et quomodo in eodem illius progreſſu Chriſtus ſit, qui aſcendat in palmam & apprehendat, &c. cum Caſſiodoro & Beda. ibid.

Magis tamen ad rem hæc ſumens, vt dicta ab anima deuota, duo inſignia in his habes, quæ orantibus proponas meditationis puncta. Alterum ijs, qui deuotioni B. Mariæ ſe addicere velint, meditationem nimirum eiuſdem Virginis palmæ celſiſſimæ in cælesti plantatæ ſede, vide 864.1

Alterum ijs, qui paſſionis Chriſti deuotione tenentur, meditationem eiuſdem Chriſti crucifixi, palmæ illius victricis, vide 865.1

Quomodo meditatione aſcendatur in hanc palmam, colliges ex dictis 422.1

Quod meditans Chriſtum crucifixum tot illius apprehendere queat fructus, quot meditatur eius exempla virtutum, quæ imitetur, de quibus aliqua colliges ex dictis 673.2. & ſeq.

Quomodo ex prædicta Chriſti crucifixi meditatione premantur vbera doctrinæ illius de neceſſitate tribulationum. 864.2. & ex eadem doctrina vt ex botris vineæ exprimatur vinum charitatis, & gaudij. ibid. & ſeq.

Quod animæ meditanti Chriſtum crucifixum vbera illius fiant ſicut botri vineæ propter ingentes guſtus & conſolationes ſpirituales, quibus vt lætiſſimo potatur vino, prout colliges ex dictis 866.2

Quamquam non incongrue verba iſta, *Et vbera tua*, &c. ſumens, vt dicta ab ipſomet Chriſto crucifixo eidem animæ deuotæ, poteris hic exaggerare.

Quomodo Chriſtus ſignificet, per vbera deuotionis, & orationis illius, vt per vinum potentiſſimum ſe quodammodo refici, atque etiam inebriari, prout colliges ex dictis 867.2. & ſeq.

108 Serm. cviij. xl. Horar. in illud Epheſ. v. xxv. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea.*

Quomodo Eccleſiam dilexerit vt columbam ſuam, licet probare poſſes ex pluribus iis, quæ habes 374. 1. Vbi plura de matrimonio, quod cum illa contraxit.

Nihilominus idipſum nunc per id tantum probabis, quod adiectum habes ab Apoſtolo, *Et tradidit ſemetipſum pro ea*, explicans illumita ſe eidem tradidiſſe Eccleſiæ, vt ſubiecerit ſe poteſtati illius, ſicut ipſamet Eccleſia fatetur, dicens: *Et ad me conuerſio eius.* iuxta ſenſum eorum verborum allatum 869.2. & ſeq.

Quod Chriſtus in primis ſubiecerit ſe poteſtati Eccleſiæ in conſecratione ſanctiſſimi Sacramenti ingenti illum ſubiiciente amore. 870.2

Quomodo idem Dei amor immenſus eo illum impulerit, vt & cuilibet piæ animæ ſubiectum ſeſe exhibeat in eodem Sacramento, præſertim quando ante Altare preces fundunt. ibi. & ſeq. & proprius. 871.1

Dei deſiderium eſſe ad omnes, eiuſdem vero conuerſionem ad iuſtos. ibid. 2

Hæc Dei conuerſio quomodo fieri dicatur ad animas. ibid. & ſeq.

Et quomodo dicatur eſſe ad vnam ſolam animam. ibid.

De conuerſione Dei ad animam per remunerationem. 872.2. ex Philone Carpathio.

109 Serm. cix. xl. Hor. in illud Cant. vij. xj. *Veni dilecte mi: egrediamur in agrum, commoremur in villis.*

Contemplationis ſtudium quam recte dicatur ager. 874.1

Quam apte & meditationes villarum exprimantur appellatione. ibid.

Animam deuotam inuitare Deum, vt ſecum tendat, cum ipſa ſe conferre vult ad ſtudium contemplationis, tum quia nil in hoc mundo deguſtat, niſi eſſe cum illo in prędicto ſtudio. ibid. 2

Tum quia recolit alias ſe ab illo in idem ſtudium inuitatam ijs verbis. *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.* 558.2.

Vbi plura, quæ faciunt ad præſentem materiam.

Quod accedens ad orationem, contemplationique vacare volens, primo ad vineas ſurgere debeat ſacrarum ſcripturarum, per deuotam aliquam lectionem, colliges facile ex dictis 76.2

Tum meditationem in ſemet conuertens contemplari debeat, An vinea mentis ſuæ per ſancta floruerit deſideria, atque propoſita, ſiue flores iſti fructus parturiant operum. 877. 1. vbi habes duo eſſe genera deſideriorũ, & propoſitorum, bonorum aliud fructiferorum, aliud vero infructiferorum.

Cur parturiendi verbum tribuatur floribus ſanctorum deſideriorum, & propoſitorum fructiferorum. ibi. 2

Tertio debet contẽplari, An ipſis operibus ſuis inſit charitas, An in ſe floruerint mala punica, An in ſe ſint ardentis in Deum dilectum ſuum charitatis deſideria. ibid. & ſeq.

Demum id eniti debet, vt cũ eodem dilecto ſub vniatur in contemplatione ipſa ſua præbens illi cor ſuum vna cũ vberibus deuotionis, & charitatis. ibid. & ſeq.

Simulque cum corde, & vberibus deuotionis præbens eidem totum id, quod in ſe eſt boni, atque præclari. 882. 1

Et charitate ſuccenſa omnem pariter illi offerens amoris actum, & diuerſimode. ibid. 2

Amoris ei exhibens conuiuium. ibid. & ſeq.

110 Sermo cx. xl. Horar. in illud Cant. viij. j. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris & deoſculer te, & iam me nemo deſpiciat?*

Obſtupeſcendum quam maxime ob ſacerdotum poteſtatem, qua Chriſtum incarnatum nobis exhibent in ſanctiſſimo Sacramento quotidie, quem ſemel præbuit B. Maria. 887.2

Animas deuotas teneri ingenti deſiderio, vt fideles quiq; frequentent tanti Sacramenti communionem. ibid.

In Euchariſtia Chriſtum ſugere vbera communicantium, iiſdemque vberibus illos paſcere. ibid. & ſeq.

Nulla re magis Deo gratias referri poſſe, quam ſumptione eiuſdem Sacramenti. 888.1

In frequentia communionis auferri opprobrium omne ab Eccleſia. ibid.

In hac communione animam deuotam inuocare nomen Domini ſuper ſe per oſculum, quidue per hoc conſequatur. ibid. & ſeq. Vide de hoc oſculo 610.1

Quomodo per eamdem communionem inhabitari dicatur terra animæ. 888.1

Orationum deuotionem ante ſanctiſſimum Sacramentũ quam optet Eccleſia. ibid. 2

Quærendum ſuper omni alia re ſedulo, vbi hæc fiat oratio ante ſanctiſſimum Sacramentum. ibid.

In qua Chriſtus exoſculatur triplici oſculo ab anima orante. ibid.

Quamquam potiſſimum eo exoſculetur, quod oris eſt, & charitatis. ibid. & ſeq.

Oſculari, & dari vbera ab anima orante eſſe vnum, & idẽ, quia idem in illa ſunt vbera, & cor. ibid.

Ad orandum ante Sanctiſſimum Sacramentum quid potiſſimum excitet. ibid. & ſeq.

Effuſionem cordis ante ſanctiſſimum Sacramentum eſſe idem, quod oſculum, & vberum porrectio. 889. Quomodo hæc facienda ſit effuſio. ibid.

Dulcedinem lactis, quo Chriſtus potatur in oratione, redundare & in animam orantem. ibid.

In oratione animam deuotam per effuſionem cordis clamare ad Deum cum patribus ſanctis tacendo & cum ſilentio. ibid. & ſeq.

Orantem ante ſanctiſſimum Sacramentũ corporis Chriſti communicare ſpiritualiter, vt magis in ipſa oratione ſua exclamet. ibid.

### 111 Sermo cxj.xl. Hor. in idem thema. *Quis mihi det*, &c.

Natiuitatis Chriſti myſterium quibus affectibus meditetur anima deuota. 890.2
Oſculo Chriſtum adorari vt regem, eidemque exhiberi obedientiam. 89.1
In meditatione Chriſti paruuli in præſepio quanta ab illo doceamur. 895.2. & ſeq.
Quid in tali meditatione eidem Chriſto detur ab anima deuota. 896.1
Quod & tunc anima deuota Chriſtum inuenit foris, &c. Quando illum meditatur extra portam crucifixum. 892.1. & ſeq.
Quomodo eadem anima optet inhærere Deo per amorem. 890.1
Ad perfectionem cuiuſque animæ tria eſſe neceſſaria. primum, humilitatem. ibid. & ſeq.
Secundum, vt quibuſcunque in rebus Deum inuenire ſatagat per attentam conſiderationem, eundemque oſculetur per particularem aliquem amoris actum. 890.1. & tertium, vt nihili faciat contemptus mundanorum. ibid. & ſeq.
Quid faciendum ſit animæ, cum in perfectionis ſtudio Chriſtum inuenerit. 895.2

### 112 Sermo cxij.xl. Hor. in illud Cant. viij. ij. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi*, &c.

Animam, quæ deuote orare velit ante ſanctiſs. Sacramẽtum, prius Sacramentum ipſum ſumere debere, & quomodo id debeat ſumere. 894.2
Poſt illius ſumptionem debere idem retinere in mente ſua. ibid. & ſeq.
Inde per attentam meditationem audire Chriſtum ipſam eximia docentem. ibid. & ſeq.
Tum illi exhibere vinum compunctionis, & deuotionis conditum affectibus varijs, & muſtum lacrymarum è dilectione expreſſarum. ibid.
Quomodo anima, quæ iam communicata ſit, deuotiſſime ad orationem accedat genu flexo ante idem Sacramẽtum, quidve in oratione ipſa ſua tunc efficiat. ib. & ſeq.

### 113 Sermo cxiij. xl. Horar. in illud Iſa. lj. v. *Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt Saluator meus: & in brachio gentes ſperabunt*. ſecundum Septuag. *Me inſulæ expectabunt, & brachium meũ*, vel ex Hebr. *ſuper brachium meum ſuſtinebunt*.

Quam proprie cæleſtis pater Chriſtum appellet iuſtum ſuum: cum in illo extiterint virtutes, & gratiæ omnes in omnimoda perfectione, plenaque iuſtitia, & ſanctitas. 30.1. & ſeq.
Quam vere iuſtus iſte nobis prope eſſe dicatur, vt exinde & nos eiuſdem iuſtitiæ, & gratiæ fragrantiam percipere poſſimus: & in illum pariter noſtræ deuotionis refundere queamus odorem. 39.2. Vide & 169.2
Quam opportune egreſſus Chriſtus ſuper altare in ſanctiſſimo Sacramento à cæleſti item Patre nobis digito propemodum indicetur, & ſub nomine Saluatoris, ſeu Ieſus, vt eſt in Hebræo: cum nos promouere velit ad preces illi fundendas cum certa ſpe ſalutis. 15.1. & ſeq.
Quo Deum impulerit vehementiſſimus erga nos amor, quando Chriſtum appellauit Saluatorem ſuum, dicere debuiſſet, *Saluator tuus*, ſeu *Saluator veſter*, colliges ex dictis 336.1
Quod egreſſo Chriſto ſuper Altare, iure optimo gentes certam concipiant ſpem diuinæ opis, & auxilij è brachio & protectione Dei in quacunque neceſſitate, colliges ex dictis à S. Eccleſia 282.1
Quod animæ deuotæ in Deo ſolo ſuam iſtam habeant ſpem, atque adeo bene illum expectare dicantur ſicut inſulæ, quæ ab omni ſeiunctæ ſunt terra. 900.2
Quomodo anima deuota dicatur ſuper brachium Dei ſuſtinere in oratione ipſa ſua, ita vt propterea ingentem ſui cauſet admirationem. 900.2. & 890.1
Et quomodo eandem item cauſet admirationem ex eo, quod & in aſcenſu vitæ ſpiritualis aſcendit innixa, & ſuſtentata brachio eiuſdem Dei. 889.1. & ſeq.
Quod eadem delicijs affluens ſit diuinarum conſolationum, ex eo quod recumbit ſuper Chriſti pectus. 989.2. vide & 891.1

### 114 Serm. cxiv. xl. Hor. in illud Cant. viij. v. *Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt*, ſeu ex originali, *cum dolore peperit te mater tua; ibi cum dolore genuit te genitrix tua.*

Quomodo Eccleſiã pepererit Eua ſub arbore, in qua peccauit. 892.2
Quod ex tunc Chriſtus excitarit humanum genus ad Dei dilectionem per eas ipſas pœnas, quas ei intulit ſub ea ipſa arbore, in qua per peccatum Eua corrupta eſt. ibid. & ſeq. A terra enim animas auertit per id, quod terræ ipſi maledixit. 894.1. Per illatas ærumnas eaſdem ad ſe allexit. ibid. & ſeq. & per mortis ſententiam excitauit ad bonum. ibid.
Quod & ſub crucis arbore Chriſtus excitarit Eccleſiã, ſimulque & pias quaſque animas ad vnionem cum ipſo. 896.1. Ac præſertim per ſanctiſſimum Sacramentum illi exhibitum. ibid.
B. Mariæ precibus animam deuotam excitatam, à Chriſto ſub cruce ad meditationem ipſius crucifixi. 906.2
In crucis meditatione eamdem animam excitari ad crucifigendum ſe cum Chriſto. 907.1. Necnon & ad ardentem in primis charitatem. ibid.2
Crucem baiulans Chriſtus excitauit nos à peccato ad ſui dilectionem. ibid.

### 115 Serm. cxv. xl. Hor. in illud Cant. viij. vj. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

Allato primo ſenſu literæ, quem habes 909.2. Oſtende id in primis Chriſtum ab vnaquaque expoſcere anima, vt cum ipſam tribulationibus concuti contigerit, eum crucifixum ob oculos habeat, ſicut tribulationes chariſſimas habens, eum pariter habeat præ rebus omnibus chariſſimum. 899.2
Tum afferens ſecundum literæ ſenſum, quem habes 909.2
Tracta, quomodo id pariter quam enixe idem à deuota anima efflagitet, vt ſibi crucifixo omnem nobilitatem, & gloriam, omnemque virtutem aſcribat. 899.2. & ſeq.
Chriſtum crucifixum, vt ſignaculum ab anima habendũ, ſicuti & vt indumentum. ibid.
Animam, quæ gloriatur in Chriſto crucifixo glorificare Deum in corpore ſuo, portando ipſum in corde, & in brachio. ibid. & ſeq.
Tertio affer tertium literæ ſenſum, quem habes 909.2
Tum oſtende, quomodo idemmet Chriſtus crucifixus per ſui memoriam & imitationem ab anima cuſtodiri optat veluti præforti, tutiſſimoque ſignaculo obſeratum theſaurum timoris Dei, & robur diuinæ gratiæ. 899.1. & ſeq. & 918.2. & ſeq.
Idue etiam ab eadem anima petat, vt tam orationes, quã operationes ſuas ipſo vt ſignaculo obſignatas Patri exhibeat. 914.2. & ſeq.

### 116 Sermo cxvj. xl. Horat. in idem thema. *Pone me vt ſignaculum*, &c.

Id quod in primis Chriſtus expoſcit ab anima deuota, eſſe vt ipſum in corde, & in operatione habere ſatagat ſicut ſignaculum iugis memoriæ. 918.2. Vide in horum explicationem quintum litteræ ſenſum. 910.1
Chriſtum crucifixum in mente, & ob oculos ſemper habendum præſertim à deuota anima. ibid. Eiuſdem imaginem magnis doloribus impreſſam ſeruandam per iugem crucifixi memoriam. 915.1
Etiam in noſtra conuerſatione Chriſti imaginem ſeruare debemus. 918.1. & ſeq.
Chriſtum crucifixum habendum piæ animæ vt ſymbolum militiæ. ibid.2
Allato quarto ſenſu litteræ, quem habes 910.1
Tracta, qua ratione anima deuota debeat præbere cor ſuum Chriſto crucifixo. 915.2. Et quod idem Chriſtus poſitus ſuper cor mollificatum, illud ſua obſignet imagine, atque idipſum efficiat in vi operatiua animæ. ibi.
Denique allato ſeuſu ſexto, quem habes 910.1. & ſeq. Tracta, quomodo ſe debeat gerere anima deuota, quæ amore langueat, vt facile ex ijs colliges quæ ibi dicuntur.

117 Sermo cxvij. xl. Hor. in illud Galat.vj. xvij. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto.*

Animam deuotam ita meditari Chriſtum crucifixum, vt in tribulationibus tolerandis illum ſatagat imitari. 915.2. Tum mortificatione imprimat corpori ſuo ſtigmata eiuſdem Chriſti. ibid.
Quibus ſeruitutem Dei exhibeat & coram proximis & coram ipſomet Deo, liberam ſe ſeruans à qualibet re, & ab omni intereſſe. ibid.
Charitatis enim & Spiritus ſancti notis talem Dei proteſtatur ſeruitutem. ibid. & ſeq.
Chriſtum voluiſſe ſignari charitatis ſtigmatibus, ferro in ſuis manibus iuſtos deſcribens. ibid. 2
Vulnera Chriſti eſſe inſtar pulcherrimorum oculorum exornantium pauonem. 916. 1. Eſſe & oculos quibus iuſtos aſpicit. ibid.
Haud ſtigmatibus ferri, ſed Spiritus ſancti notis obſignari ſe velle Chriſtum in pia anima. ibid. & ſeq.

118 Serm. cxviij. xl. Hor. in illud Pſal. iv. vij. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.*

Animam deuotam id peculiariter in ſua oratione agere, vt Deo gratias agat pro lumine exhibito. 916.1
Legem Dei eſſe lumen vultus illius. ibid. 2. & ſeq.
Hanc Dei legem in corde iuſti eſſe inſtar typorum, & characterum typographiæ. ibid.
Quomodo lex, quæ ſuper cor noſtrū impreſſa eſt à Deo, dicatur denuo à nobis imprimi. Idque potiſſimū Deus ipſe à deuota exquirat anima. 916.2
Quomodo eadem tolli dicatur ab hominis corde. ibid. & ſeq.
Signaculum huius legis Dei eſſe Chriſtum, ſignaculū vero legis ſæculi eſſe mundum: ideoque legem mundi imprimi tenebricoſo atramento, legem autem Dei luce. 917.1
Legem ſæculi ab ijs tantum legi, qui ſenſuum duntaxat lumine vtantur: legem vero Dei melius abſque hoc ſenſuum lumine legi. ibid. & ſeq.
Hancue eſſe facillimam, illam vero maxime laborioſam. ibid. 2
Legem Dei per operum oſtenſionem exhibendam impreſſam ſuper brachium deuotæ animæ. ibid. & ſeq.

119 Sermo cxix. xl. Hor. in illud Rom. v. viij. *Commendat Deus charitatem ſuam; quoniam cū adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt; multo igitur magis nunc,* &c.

Charitatem Dei erga humanum genus præ omnibus expendendam ab anima deuota in ſua oratione, idue in primis, quod nec peccatum obſiſtere illi potuit. 920.2
Quod dicta Dei charitas extingui non potuit per paſſionem, & mortem. 930.2
Quodue illa morti ſubiecit immortalem Deum. 920.2. & 924.1
Quod enim efficere nequibat mors, vt illum occideret, meditatur factum à charitate. 922.1. Tametſi meditetur pariter per eam ipſam charitatem, quæ Chriſtum occidit, debellatam fuiſſe eamdem mortem. ibid. & irriſam. ibid.
Meditatur quoque tantam eſſe eiuſdem charitatis Dei vim, vt haud ambigat illam prædicare & duram ſicut infernum; quandoquidem ob illam quodammodo is ſe ſubiecit doloribus inferni, ſubiens dolores quodammodo ſimiles inferni doloribus. 923.2
Quin & in infernum ipſum illum eadem demiſit charitas, tametſi inferno fortiorem, quando is deſcendit ad inferos, vt inde ſanctos erueret Patres. 920.2. & ſeq.
In eo vero quam maxime in meditatione ſua commoueri in talem dilectum ſuum ſe ſentit eadem anima deuota: quod tantam meditatur in illo charitatem, vt & cum ei puniendi ſunt peccatores, is quodammodo inferni doloribus ſe affici dicat. 921.2
Simulque pro vniuerſa Eccleſ. Catholica ei gratias agit, quod pro eadem ſui charitate tantam exhibuerit illi poteſtatem, taleque robur, vt & inferno eam reddiderit fortiorem. ibid. & ſeq.
Claritatem Chriſti compenſari non poſſe alio, quam charitate. 929.1

120 Serm. cxx. xl. Horar. in illud Pſal. xvij. ij. *Diligam te Domine fortitudo mea.*

Quam bene anima deuota in hac oratione ſua affectuoſiſſima duo ſimul à Deo expoſcat, charitatem, è qua languor, vt habes 277.1. 750.1. & mors. 920.2. & 924.2. ac fortitudinem ex ipſomet Deo, quem diligere optet, vt in ſe languens, & mortua, per illum & vitam habeat & fortitudinem: quandoquidem diligens Deum habeat ſimul fortitudinem maximam cum languore. 760.1. nec non & vitam & mortem. 918.2
Charitatem non ſolum ſeparare animam à corpore, ſed & ſeparatam arctius eidem eam iungere. 922.2
Ideoque fortiorem morte illam eſſe in eo, quod ſeparata anima à corpore ſenſus deuincit adhuc viuentes. 923.1
Quamquam & ob id pariter morte ſit fortior, quod non conſumatur, neque vnquam excidat finem habens. ibi.
Porro hac charitate ſuccenſa anima pro iis preces fundit animabus, quæ in purgatorio detinentur, precibuſque ſuis illas exinde liberans, duram illam exhibet ſicut infernum ſecundum Philonem. 924.2. & ſeq.
Et ob eamdem charitatem zelo æſtuans eius, quem adeo ardenter amat, Dei dilecti ſui, probat & in ſemet, quomodo talis æmulatio dicatur dura ſicut infernus, ob acerrimos dolores, quibus cruciatur propter eiuſdem Dei offenſas. 422.1
Vnde quaſi tabe quadam affecta in ipſamet affectuoſiſſima oratione ſua illas ſæpius iterat Prophetæ voces, *Tabeſcere me fecit zelus meus*, &c. ibid. & ſeq.
Quam apte quæ cum tali zelo, taliue dilectione promitur oratio, dicatur dura ſicut infernus per hyperbolem. 923.1. & ſeq.

121 Sermo cxxj. xl. Hor. in illud Iſai. lxij. j. *Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcā, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.*

Egreſſo Chriſto ſuper Altare in ſanctiſſimo Sacram. animam deuotam illum meditari vt lampadem accenſam ſuper crucis candelabrum. 927. 1
Meditari & illius dilectionem vt talem lampadem, quæ plures habeat lampades. ibid.
Has plures dilectionis Chriſti lampades eſſe ſacratiſſima illius vulnera. ibid.
In hac meditatione animam ipſam detineri in contemplandis multiplicibus eorumdem Chriſti vulnerum effectibus. ibid.
Quomodo per illa, vt per accenſas flammas expellatur frigus ſegnitiei, torpor negligentiæ, ac tenebræ ignorantiæ. ibid. & ſeq. quod per eadem purgentur animæ à peſte peccati. ibid. 2
Quod iiſdem vt accenſis lampadibus ſuper turri oſtendatur fidelibus tutum confugium. ibid.
Quod ſint vt lampades, & flammæ accenſæ in ſignum lætitiæ. ibid.
Quod ſint carbones igne ſuccenſi. ibid. & carbones ignis deſolatorij. ibid. & ſeq.
Quod iure dicta ſint flammæ Dei. 926.1. quod ſint ſagittæ charitatis. ibid.

122 Serm. cxxij. xl. Hor. in illud Pſal. liv. vij. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?*

Animam deuotam id potiſſimum in oratione ſua efflagitare debere, vt ita Dei æſtuet charitate, vt illius zelans honorem, ac legem, alas habeat, quibus volet. 926.1
Amori datas alas ab antiquis ad deſignandam illius inconſtantiam. ibid. contra vero datas charitati, quibus magis firmetur. ibid. 2
Charitati datas alas columbæ, quæ typus eſt Spiritus ſancti. ibid. & ſeq.
Ideo eum, qui charitatem habet, & volare, & firmiſſime ſtare. ibid. 2. & ſeq.
Quam recte qui charitate flagrant, ſint deſignati per quatuor animalia Ezechielis. ibid. & ſeq.
Quam celerior, & efficacior volatu volucrum ſit charitatis volatus. ibid. & ſeq. Vide 929.1
Qualis ſit charitatis impetus. 927.1
Cur in ſacris litteris charitas appelletur ignis. ibid. & ſeq.
Ignis proprietates æque & Deo competere, & charitati. ibid. 2. & ſeq.

Vbi id probatum habes per conſiderationem quindecim proprietatum eiuſdem ignis, ex quibus plures eruere poteris affectus.
Optandum vt & nos ſimus lampades dilectionis, prout ſunt omnes iuſti. 929.1

123 Sermo cxxiij. xl. Hor. in illud Sophon. iij. xvij. *Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit: gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude.*

Quantum Chriſtus amet medium, cum & in medio Angelorum, ac hominum vt mali arbor emineat. 243.1.& in medio duorum latronum dignoſci voluerit. ibid. & ſeq. Et in medio humanitatis ſuæ ſe exhibuerit charitate ſuccenſum. 461.1
Atque adeo præ omnibus medium noſtri cordis exquirat. 917.1.& 911.2
Oſtende verificatam allatam prophetiam, indicans eumdem Chriſtum ſuper altare in Sanctiſſimo Sacramento reſidentem, hacue ratione ſemetipſo media Eccleſiæ conſtraſſe charitate, vt habes 458.2
Quam fortis ſit idemmet Chriſtus ad ſaluandum. 267.1
Quomodo ipſe ſolus eſt, qui ſaluat. 45.1
Quod Chriſtus ſuper piam animam gaudeat in lætitia, illam vt ſuauem ſibi reputans, & cur. 798.1
Quanto gaudio Deum perfundat anima deuota in ſua oratione. 508.1. & ſeq. Vide & 617.1
Quod Deus ſileat haud proferens illico damnationis ſententiam aduerſus peccata noſtra, anhelans, vt noſtri queat miſereri. 19.1
Idque ob immenſam ſuam in nos dilectionem, quam nec totius mundi peccata vel tantillum minuere poſſunt, in cuius comparatione ſunt inſtar exiguarũ guttarum roris ſuper ardentiſſimam fornacem. 709. 1.& ſeq.
Quod ob eam ipſam dilectionem, qua nos proſequitur, ſileat aliquando Ieſus, nec reſponſum exhibeat orationibus animarum deuotarum. 586.1
Quod ob eamdem ſileat, ſummaue nonnunquam perfundatur lætitia, quando à pia anima quæritur & vocatur in tribulationibus. 742.1
Quam magno gaudio Chriſtus exultet ſuper animam deuotam in tribulatione cum ſumma reſignatione ad ſe clamantem. 673.2
Quam recte adiectum à Propheta ſit, *In laude*, *Exultabit ſuper te in laude.* cum inſignibus prædictam animam is ipſe, qui ſuper eam exultat Ieſus, celebret laudibus, quas habes 857.1. & 861.1

124 Sermo cxxiiij. xl. Hor. in illud Cant. viij. x *Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

Quod & Eccleſia, & pia quæque anima per ſuſceptionem Spiritus ſancti, per quem fit quaſi pacem reperiens, euadat murus igneus, ſicut & igneus murus is eſt, quem ſuſcipit Spiritus. 121.1
Quam recte orationi indulgens pia anima æſtuatem charitate deuotionem ſuam vberum expreſſit nomine: cum ipſa eius deuotio ita ſuper Deum ſita ſit cor ſuum, ſicut & vbera ſuper cor ſita ſunt carneum, colliges ex dictis 546.2. & proprius ex dictis 543.2
Quod vniuerſa, quæ in tali deuotione eſt charitas, ſit ex Deo, ſicut vniuerſus vberum calor ex corde eſt. ibid.
Quod deuotio à Deo charitatis calorem ſuſcipiens Deum ipſum recalefacit, prout & vbera cor, colliges ex dictis 543.2.& 544.1
Quod ita æſtuans deuotio inſtar vberum tenera ſimul ſit, & fortiſſima, colliges ex dictis 547. 1
Deuotionis vbera quam apte dicta ſint ſicut turres, cum vbera carnea inſtar turrium à natura erecta ſint, colliges ex dictis ibid.
Eamdem deuotionem inſtar vberum & paſci, & paſcere Deum lacte dulcedinis diuinarum conſolationum, colliges ex dictis 544.2.& 547.2
Quod anima deuota hiſce munita turribus deuotionis, hiſue plena cõſolationibus ſedeat cum ingenti pace coram Deo ſuo, colliges ex dictis 224.2
Quod eadem ſedeat & coram Deo, & coram cœleſtibus ſpiritibus delectationem percipiens, & exhibens in hortis multiplicium meditationum, colliges ex dictis 960.2

125 Sermo cxxv xl. Hor. in illud Ezech. xiij. v. *Non aſcendiſtis ex aduerſo,* ſeu vt eſt in Hebr. *In confractionibus: neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.*

Quam dolendum de innumeris animabus, quæ adſcendunt per ſuperbiam, curruntque aduerſus Deum. 528.2.& ſeq.
Opponentes illis muros duos, propriam voluntatem atque peccata. 310.2.& ſeq.
Quod è contra anima deuota in murum ſe opponat iræ Dei. 945.2
Quid ſignificet, *ſtare*, ſeu *aſcendere in confractionibus in conſpectu Dei.* ibid. & ſeq.
Deum eſſe murum fortiſsimum ſimul, ac maxime fragilem, vtpote quem vel vnum rumpat peccatum mortale. ibid.
Quam fortiter anima deuota ſe opponat iræ Dei in orationis prælio. 946.1
Orationem animæ, quæ ſponſa ſit Chriſti, eſſe efficaciorem ea oratione Moyſis, qua Deum ſuperauit, ac tenuit. ibid.
In ea enim duo iacit ſpiculorum genera. ibid.2
Quamue ſint validæ orationes iaculatoriæ, cum è turribus vberum, & charitatis iaciuntur in Deum. ibid.
Eatenus vero eamdem eſſe efficacem, quatenus Chriſti nititur meritis. ibid.

---

## PRO EPISCOPO IN Primo Eccleſiæ ſuæ ingreſſu.

Sermo primus ad populum. In illud Ioan. xx. xix. *Venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.*

Si eunte pia quapiam anima ad montem myrrhę, & collem thuris, quando ſe dat ſtudio mortificationis, ac deuotionis, ſimul cum illa ire ſe ait Ieſus, vt habes 554. 1
Multo ſane verius, cum in ſuam Eccleſiam venit Epiſcopus, qui Chriſti eſt Vicarius, dici poteſt veniſſe ſimul & Ieſum, preſertim cum idem Epiſcopus vt myiſticum Eccleſiæ collum, Ieſum ipſum myſticum item Eccleſiæ caput ſuſtentet, ac deferat, vt habes 523.2
Quam apte Epiſcopus Chriſtum ſecum veniſſe ſignificãs, iſto illum inſigniat nomine *Ieſus*, ſubindicans ſuo illo aduentu ſibi polliceri talis comitis ope populo ſuo offerendam ſalutem, vt colliges ex dictis 35.2. Miſericordiã erga miſeros, & delinquentes. 34. 1. & medicamentum ijs, qui ægri ſunt ſpiritu. ibid. & ſeq.
Bene quoque Epiſcopus ſtans in medio ſubditorum ſtantem pariter in eorumdem medio proponit illis Ieſum, vt intelligant Ieſum fore, qui illis præcepta ſit exhibiturus, ita vt cum ſibi ipſorum prælato obedientiam exhibuerint, non tam ſe, quam Ieſum ipſum ſint audituri, illum per obedientiam inuenturi, ac detenturi, vt colliges ex dictis 413.1
Vnde poſtmodum ſummam conſequentur in obedientia ipſa & ſecuritatem, & pacem ibid.
Ideoque ab Euangeliſta ſubiicitur, *Et dixit eis*: *Pax vobis.* Symbolum Chriſti vt ducis noſtri iſtud eſt, *Pax vobis*, idemque & totius militiæ Chriſtianæ voluit eſſe. 797.2
Quæ hoc loco notanda eſſent circa hanc ſalutationem, atque de Pace, pluribus notata habes in Euangel. Dominicæ in Albis. Vide ibi ſuper hiſce ipſis verbis, *Et dixit eis*: *Pax vobis.*

## Pro eodem Epiſcopo eiuſdem argumenti.

### Sermo ſecundus. In illud Luc. xxij. xxvij. *Ego ſum in medio veſtri ſicut qui miniſtrat.*

Hæc eſſe quidem verba Chriſti, quem ſemper amaſſe medium pluribus notatum habes in principio Euangelij fer. 3. Paſchatis.
Congruere tamen peroptime & Epiſcopo: ideoque hoc in primis polliceri is ſuis debet ſubditis, quod in ipſorum medio ſtare ſataget rectus: tum vt abſque vlla perſonarum acceptione ad eos omnes æqualiter ſe habeat. 526.2
Tum vt tamquam Pharus erectus in medio, ex eius aſpectu viam diſcant, qua ad cœleſtem tendant patriam. 525.2
Tum vt ſit medius inter ipſos atque Deum. 524.2
Eatenus Epiſcopum dicere ſe eſſe in medio ſubditorum, ſicut qui miniſtrat, quatenus illos ſibi conſpicit in omnibus obſequentes: cum id obedientia habeat proprij, vt ſubditis ipſis ſubiiciat Prælatum. 414.1. Immo ſubiiciat quodammodo & Deum. ibid.2
Sine obedientia nil perdurare poſſe. 155.1
Eamdemque reddere ſubditos maxime liberos, ſummûque illis conferre honorem. ibid.2
Quomodo ea ſit cauſa vocum multiplicium victoriarum. 536.1
Eminentior quippe ea eſt virtutibus vniuerſis. 535.1
Cum & Deo proxime inhæreat. ibid. & cum Deo ipſo cōnectens omnes actiones virtutis faciat illas meritorias. ibid.2
Obedientiam ſuſtentare Deum caput animæ, quatenus ſubiicit illam iugo prælatorum.
Et duriſſimam ſimul eam eſſe, & maxime flexibilem, quaue ratione. ibid.2. & ſeq.
Quod in primis exoptat in Eccleſia ſponſa ſua Epiſcopus id eſſe, vt dicere ei queat. *Collum tuum ſicut monilia*, ſubditorum ſuorum obedientiam perfectam conſpiciens ſimilem monilibus, vt explicatum habes 155.2
*Sicut qui miniſtrat*, in medio ſubditorum ſe inſuper eſſe ait Epiſcopus pollicens illis miniſterium paſtus, & eruditionis in vberrimis ſacrarum ſcripturarum paſcuis, de quibus 111.2. Id quam maxime optans, vt & de ſe pariter dici queat, ſicut de Chriſto paſtore illo optimo, *Qui paſcitur inter lilia*, ſenſibus allatis. 372.2. & 277.1
Miniſterium aliud eſt cuſtodis, ac vigilis, pro cuius miniſterij munere iugi ſibi vigilandum eſt ſedulitate. 401.1
Tertium denique miniſterium eſt defenſionis, tutique cōfugij. exhibere enim ſe illis ſataget ſicut præfortem turrim Dauid, è qua mille pendeant ſacrarum ſcripturarum clypei, qui ſint & omnis armatura fortium, ſenſu, quem habes 527.1
Necnon & mille item clypei, omniſque armatura fortiū, quæ in nomine Domini ſita ſunt, vt habes 528.1

## Pro eodem Epiſ. eiuſdem argumenti.

### Sermo tertius in illud Cant. i. vj. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis; Vineam meam non cuſtodiui.*

In prælaturis ſuſcipiendis quam diuerſimode ſe habeant ſtulti, atque ſapientes. 96.1
Prælaturam ſibi exhibitam, qui ſapiens eſt, moleſtiſſimam rem arbitrari. ibid. & ſeq. Vide & 104.2. & 105.1
Prælaturæ onera, & labores ſimiles laboribus & oneribus vinitorum. 25.2. & ſequent. cum & vnaquæque ſubditorum anima ſit vinea Domini Sabbaoth. ibid.
Cur Epiſcopus, & Prælati quique dicti ſint cuſtodes potius, quam coloni vineæ. 953.2
Id quod ſe quam maxime angere arbitrari debet Epiſcopus in hoc, quod poſitus eſt cuſtos prædictarū vinearum, eſt, quod ſe haud nouit præditum ea fortitudine, quæ talibus neceſſaria eſt cuſtodibus, de qua 429.2
Neque vt oportet ad bella eſt doctus. ibidem
Et veretur, an bene ſit, prout eſſe debent fortes prælati tenentes gladios verbi Dei, habenteſque eiuſdē verbi Dei enſem ſuper femur ſuum, vt habes 434.2. & ſeq. & 436.2. & ſeq.
Quid Chriſto afferre debeat Epiſcopus colēs illius vineas, quidue pro ſuis laboribus conſequatur. 953.1

---

## PRO EPISCOPO tempore ordinationis.

### Sermo primus ad Ordinatos. In illud Leu. xx. xxvj. *Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris, vt eſſetis mei.*

Sanctum ſe dicere Dominum, quia ita virtutes in ſe habet vniuerſas, vt ſimul ſit abſque vlla imperfectione, ſanctus ſine ſcelere, & ſine terra, vt patet ex etymologia vocis Græcæ. 28.1. & ſeq.
Quod ſine terra eſſe debeant Clerici, proba ex eo, quod iis ſatagendum, vt ſe auertant ab omni maledictione: Maledicens quippe Deus terræ, animas ab illa auertit. 906.1
Tum ex eo, quod terrena tenebras in nobis cauſent impedientes Lucis diuinæ radios, vt colliges ex dictis 389.1
Tenebras haſce eſſe ſcelera, atque peccata. 75.1. & ſeq. 916.2
Quomodo Sanctus quis eſſe queat, & ſine ſcelere, prout Clericis iubet Dominus alloquens Leuitas, cum non ſit homo, qui non peccet. 565.1. & ſeq.
Perfectionem quidem, & ſanctitatem vitæ præſentis eſſe imperfectam. 563.2
Attamen Clericum iure optimo tunc dici ſanctum, & ſine macula, cum proximum Deo ſe ſeruat. ibid.2. & ſeq.
Cumque à cæteris vniuerſis ſeparatus totū ſe ſeruat eiuſdem Dei illius vnius amicum, illius & proximum. totus ſane pulcher per impletionem totius diuinæ legis, & ſine macula per declinationem ab omni opere malo. 564

### Sermo ſecundus eiuſdem argumenti. In illud Deuteron. xxvj. xvij. *Dominum elegiſti hodie, vt ſit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt cuſtodias caremonias illius, & mandata atque iudicia.*

Quamuis electio ad Dei amicitiam ſit mere ex illius gratia, vt habes 189.2
Qui tamen in Clericorum album adſcribi voluere, atque adeo ad ordines admitti petiere, Dominum peculiari ratione elegiſſe dicuntur: quia diuina adiuti gratia Dominum elegerunt, cui ſeruirent, non aliquem mundi Principem, Regem, aut Imperatorem terræ: ſed Dominum, qui ſit eis Deus, illum nimirum, cui Angeli ſeruiunt, vt filij. 232.1
Proponentes & ipſi Angelis quod fieri poterit, coram illo ſe exhibere ſimiles eo modo, quem habes notatum & in Euangelium dedicationis S. Michaelis Archangeli, nempe per humilitatem, & obedientiam. vide ibi. Vita inſuper ſancta angelicam vitam imitantes, vt habes 76.1. & fuſius 146.2
Deo ſeruire eligentes in ea puritate, & ſanctitate, vt ob tales ſeruos maxime is ſe cenſeat glorioſum. 471.2. & ſeq.
Ambulare in viis Dei tantumdem eſſe ac indulgere perfectioni. 360.1. & 134.1
Claudicatio quam dedeceat eos, qui ſic ambulare velint. 918.2
Negligentia quam cauenda in cuſtodiendis cæremoniis diuini cultus. 718.2. Vide & 320.2

### Sermo tertius item ad Ordinatos. In illud Iſai. lij. xj. *Recedite, recedite, exite inde: pollutum nolite tangere, exite de medio eius: mundamini, qui fertis vaſa Domini.*

De quadruplici receſſu, qui in allato themate indicatur, vt neceſſarius iis, qui ordinantur ad diuini cultus miniſterium, cum eis bis dicitur, *Recedite*, & bis *exite*. magnam tibi ſuggerent materiam ea, quæ in expoſitionem ſuaſionis Chriſti ad Animam, vt quater reuertatur, ex Patribus relata habes 824.2. & ſeq. ſuper verba, *Reuertere, reuertere Sulamitis, &c.*

Execun-

Exeundum quomodo ſit è medio mundi. 139. 1. & 473. 2
Quanto ſtudio egreſſum iſtum diabolus impedire nitatur. 135. 1
Pollutum tangere idem eſſe, ac adhærere voluptatibus ſæculi ex illo Apoſtoli, *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum illa.*
Quandoquidem iſtiuſmodi voluptas eſt meretrix maxima. ibid. & ſeq.
Atque adeo anima, quæ talibus adhæret voluptatibus, tangitque pollutum, fit & ipſa polluta, ſimilis meretrici. 127. 1
Quam enitendum Clericis, ne prædicta ratione pollutum tangant, ſæculi inhærentes voluptatibus. 125. 1. Vbi plura habentur, quæ ad præſens faciunt argumentum, adiectis iis, quæ dicuntur ibid. & ſeq.
Quam apte Clericis, qui ferunt vaſa Domini, iubeatur vt mundentur, cum Cleri reformatio ad totius Eccleſiæ reformationem ſit maxime neceſſaria. 791. 2
Quod Clerici, vt digne ferant vaſa Domini exhibere ſe debent phialas aromatum. 791. 2. & ſeq. Et puriſſimam tabulam, in qua ſit ſcripta lex Dei. 780. 2
Et glorificare, ac portare Deum in corporibus ſuis. 911. 1
Mundities, ac puritas cordis quam ſit iiſdem neceſſaria. 226. 2. & ſeq.

Sermo quartus eiuſdem argumenti. In illud Deuteron. x. viij. *Separauit Dominus tribum Leui, vt portaret arcam fœderis, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine ipſius.*

Qui ad ordines promoti ſunt, triplici ratione ſe à Deo ſeparatos cenſeant. Primum à peccatoribus eo ſignificatu, quo ad Hebr. 7. 26. Chriſtus ſummus ſacerdos dicitur ſegregatus à peccatoribus. Atque adeo eniti debent, vt tametſi in hoc mundo inter peccatores viuere eis neceſſe ſit, ſeruent ſe tamen inter illos, vt lilium inter ſpinas, vt habes 236. 1. & ſeq. Vide & 239. 1
Secundo, à communi cæterorum hominum conſuetudine, & viuendi ratione, atque adeo ſanctificatos, & conſecratos ſpeciali aliqua cæremonia inſtar Nazaræorum. de quibus 487. 2. Quos & imitari ſtudeant.
Tertio, peculiariter ex alijs hominibus electos, & conſecratos ad ſacra miniſteria. Triplex autem in allato themate indicatur eorum miniſterium. Primum, portandi arcam fœderis, quæ typus & figura erat Chriſti Ieſu, vt eſt in Sanctiſſimo Sacramento. Et nemo eſt, qui neſciat id eſſe præcipuum eorum, qui ad ordinem ſacerdotij promoti ſint, munus; vt veram hanc deferant arcam, tum quia per conſecrationem Chriſtum quodammodo deferunt è cœlis in terras. 870. 2. tum quia per communionem ſacramentalem eumdem deferunt ad communicantes. 843. 1. ita vt propterea non immerito eos dixeris, ferculum Salomonis, &c. prout colliges ex dictis 455. 1
Secundum, ſtandi coram Domino: Quod dupliciter intelligi poteſt. Velut relatum ad inſignitos quocunque ordine, vt colligi poteſt ex adiecto verbo, *In miniſterio:* ſicue ſignificetur, eorum munus eſſe, vt vnuſquiſque ſollicite, & ſedulo exerceat coram Domino munia ordinis ſui. Pro quo ſignificatu vide, quæ dicuntur 310. 2
Vel vt relatum præſertim ad ſacerdotes: vt ſignificetur eorum munus ſtandi coram Domino vt mediatores inter illum, ac plebem fidelium. Qua de re habes 524. 2
Tertium denique miniſterium eſt benedicendi in nomine eiuſdem Dei, vt colliges ex dictis 528. 1

Sermo quintus item ad Ordinatos. In illud Num. xviij. xx. *In terra eorum nihil poſsidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.*

Qui Deo ſe dedere per ſanctorum ordinum ſuſceptionem, in illius manus totos ſe debent proijcere inſtar pueruli in ſinu matris. 286. 1
Tunc in terra nihil poſſidere dicentur, cum diuitias ſibi à Deo exhibitas vt ſine onere, & vt Dei læuam ſub capite habebunt, in eo ſenſu, quem habes 286. 2. & ſeq.
Et bene, quia mundus vniuerſus haud eſt proportionatū obiectum amoris eorum. 376. 2
Ideoque nec partem vllam habere volunt inter ipſius mundi homines, qui toti ſunt in capeſſendis terrenis voluptatibus, iuges pro illis inuicem contentiones habentes, vt colliges ex dictis 20. 1
Quinimo tales reſpuentes voluptates, etiam cum quis illas eis offert, toti ad Dei anhelant conſolationes. 19. 1
Totoſque ſe Deo dedentes, in eum vnum vniuerſam ſuam conuertentes dilectionem eo modo, quem explicatum habes 376. 1
Efficiuntur digni, quos Deus ita ardenter diligat, ac ſi vnumquemque eorum ſolum diligeret. 377. 1
Atque adeo & ſingulis, vt eis palam faciat ſe illorum eſſe partem, & hæreditatem in medio fidelium, tum de temporalibus, tum de æternis etiam in hac vita congruenti prouidet ratione. 286. 2. & 287. 1. & ſeq.
Ex quo fit, vt audacter vnuſquiſque eorum dicat, *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* & *Portio mea Dominus.* Pro quo vide Ambroſ. loco cit. 378. 2
Quidni vero portionem ſuam appellabit Deum, quem ita ſuam intelligit, vt totum in ſui dilectionem, & curam conuerſum illum fateri non ambigat. 871. 1

---

SERMO PRIMVS cum quis induit habitum Religionis. In illud Cant. ij. iiij. *Introducite me in domum vini,* iuxta verſionem Septu. Interpr.

Religionis ſtatum quibus verbis expoſcat anima, quæ ad illum inhiat. 259. 1
Quam apte clauſtra, & monaſterium dicantur domus vini, cum ſint domus amoris. ibid.
Haud habitum, ſed amorem & charitatem eſſe id, quod facit religioſum. ibid.
Habitum religioſi debere præſeferre charitatem. ibidem.
Quam multiplex vinum, idque ſanctiſſimum, propinetur in religione. ibid. 2
Religioſi in cella ſemper reperiri multiplex id vinum ſeruatum. ibid.
Religionem eſſe ſimilem patriæ cœleſti. 260. 1

Sermo ſecundus item ad Religionis ingreſſum. In illud Pſal. cxxv. iij. *Magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.*

Vocatio ad religionem quam ingens ſit beneficium. 271. 1
Cum Deus vocat aliquem, dare ſimul effectum vocationis. 321. 1
Poſtulans admitti in religionem bene ait, *Magnificate ſuper me dilectionem,* vt colliges ex dictis 263. 1. ſeu, *Ordinate ſuper me charitatem.* 271. 1
Si vis te diutius detinere in hoc explicando, quod per admiſſionem ad habitum, ſtatumve religionis magnificetur, & ordinetur ſuper eum, qui admittitur, Dei charitas, vide 264. 1. Vnde compluribus, quæ ibi afferuntur ſcripturæ ſententijs poteris probare, illi, qui propter Deum dimiſit patrem, matrem, fratres, &c. Deum ipſum factum & patrem, & matrem, &c.
Quidni vero idem admiſſus dicat cum reliquis fratribus, *facti ſumus lætantes.* cum conſolationib. iam à Deo ipſo tractus, vna cum illis ſe poſt eumdem Deum curſurum confidat, vt colliges ex dictis 49. 2
Quidni lætetur, qui ſpem habet, per admiſſionem in ſtatum religionis fore, vt ſibi augeatur habitus charitatis per frequentatos actus. 271. 2

Sermo tertius eiuſdem argumenti. In illud Cant.j.iiij. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus,& lætab.in te, Memores*,&c.

Quantum amoris, & honoris exhibeat Chriſtus ei, qui admittitur in Religionem. 56.2
Quam apte cellariorum nomen competat monaſterio,& ſtatui religionis, colliges facile ex dictis 53.1.& ſeq. iunctim cum iis,quæ habes 55.1.& 56.2
Exultationem eius, qui admittitur in religionem cauſari primum ex memoria inſignium beneficiorum,quibus à Deo ſe recolit cumulatum. 65.1
Secundo,ex ipſiſmet ſpiritualibus conſolationib. quibus ſe refici ſentit,multo ſane præſtantioribus iis,quas reliquit,ſæculi voluptatibus. 69.2
Vide fuſiorem tractatum de hac materia conſolationum, & voluptatum 18.2.& ſeq.
Tertio,ex conſideratione miſericordiæ Dei in ſe. 62.2
Quarto, quia iam euadat ſocius Rectorum,& ſanctorum fratrum, qui recte Deum diligunt, colliges ex dictis 60.1.& 69.1

Sermo quartus in ingreſſu, & Profeſsione Religionis. In illud Eccleſ. lj. xxxiiij. *Collum veſtrum ſubijcite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.*

Religioſos per hoc ipſum,quod ſubiiciũtur iugo diſciplinæ regularis iure optimo appellatos Eccleſiæ collum. 154.1.Et quia in illis duæ in primis neceſſario elucere debent virtutes, quæ etiam ſub colli metaphora congruentiſſime deſignantur: humilitas, de qua vt animæ collo fuſius habes 529.1. Et obedientia, de qua item vt collo habes 575.1
Quam apte religioſus ex ipſa ſubiectione ad arctam votorum obligationem commendetur:cum vota ipſa ita ligent,vt non dehoneſtent,ſed potius ſummam præſeferant libertatem, atque adeo bene dicantur monilia. 154.1
Quod ob votum paupertatis religioſi fiant comæ Chriſti. 854.2
Necnon & per eamdem paupertatem efficiantur reges. 853.1
Quod & per votum obedientiæ ſummum item adipiſcantur honorem. 155.2
Obediens enim corona,& monilibus exornatur ſicut expugnatores vrbium. ibid.
Quod per votum denique & caſtitatis multo magis eleuentur,cum ad naturam euehantur angelicam. 151.1.
Quin ad quandam diuini, ac ſempiterni nominis participationem. 513.2

Sermo v.ad idem.In illud Matth.xj.xxix. *Tollite iugum meum ſuper vos. Iugum enim meum ſuaue eſt,&c.*

Vide quæ notata ſunt in Euang.feſti S. Franciſci ſuper hæc ipſa verba. Inde enim longiorem colliges Sermonem.

Sermo vj. ad idem. In illud Cant.j.ix. *Collum tuum ſicut monilia.*

Religioſum, Chriſti iugum deferentem eſſe ſimul collum, & turrim Dauid.541.1.ex Ambr.Vide & ex Theodorito 843.2
Congruentias item plures inter carneum collum, atque religioſum colligere poteris ex dictis 523.2
Religioſus ipſe trium votorum nexu alligatus quam apte dicatur eſſe ſicut monilia: cum in ſe habere debeat connexionem virtutum omnium,per quam veluti per plurium annulorum ſeu plurium gemmarum connexionem precioſiſſimis aſſimiletur monilibus. 836.2
Quod religioſi monilia pariter dicantur, quia tendunt ad perfectionem. 154.2
Religioſo haud ſat eſſe, vt ſit in ſtatu perfectionis: at neceſſe eſſe habeat & candorem vitæ. 155.1
Quando boni extiterint religioſi, ſunt ornamento ſibimet ipſis. ibid.
Quod ſint & maximo ornamento Eccleſiæ, vt hortus eſt. 616.1.

Sermo ſeptimus item in ingreſſu, ſeu in Profeſsione Religioſi. In illud Cant.iv.j. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.*

In Nazaræis, qui cum Deo ſe deuouerent, & conſecrarent,Religioſorum typum gerebant, præcipuam cæremoniam extitiſſe in capillis, quia capilli eſſent optimũ Religioſorum hieroglyphicum. 487.2
In quibus ſita ſit eſſentia religionis. 488.1
Religioſos ita eſſe Chriſto iugiter inhærentes, vt capilli inhærent capiti. ibid.
Dum obedientiam exhibent, ſemper habere Chriſtum comitem,& impulſorem. ibid.
Per apoſtaſiam auelli à Chriſto. ibid.2
Debere ſe habere vt mortuos. ibid.
Humilitatem in primis elucere in eis debere. ibid.
Quamuis augmentum omne in virtutum progreſſu à Chriſto habeant, debere tamen & ipſos Chriſto cooperari. 489.2
Cur iidem dicti ſimiles capris. ibid.& ſeq.
Diuerſorum ordinum religioſos eſſe & plures, & vnum quid. ibid.
Sacrarum litterarum ſtudio vacare debere. 490.1
Debere & ob regulares obſeruantias nitere. ibid.
Quomodo Deus educat nitorem bonorum operum,quem præ humilitate occultare ijdem ſatagunt religioſi. ibid. & ſeq.

Sermo viij.In illud Cant. iv ij. *Dentes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcenderunt*,&c.

Vide quæ ex Bernardo relata habes 502.2, exinde enim plurimam colliges materiam, quæ ad præſentem rem faciat plurimaſve boni religioſi conditiones.

Sermo ix.In illud Matth.v.xlviij. *Eſtote & vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.*

Vide plurima notata in Euangel. fer.6. Cinerum ſuper hæc ipſa verba: quæve ibi notantur in genere apta ad Religioſum,cui peculiariter hæc congruunt, cum eius peculiariter ſit,vt tendat ad perfectionem.

Sermo x.item in ingreſſu,ſeu Profeſsione Religioſi.In illud Eccl.ij.j. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei,ſta in iuſtitia, & timore,& præpara animam tuam ad tentationem.*

Id vnum optare in primis debere, atque à fratribus efflagitare eum, qui nuper Religionem profeſſus eſt, vt eorum exemplis & orationibus confirmetur, & conſolidetur in ipſo charitas,ſicve ſibi detur, vt iugiter ſtet in iuſtitia.274.2. Vide & 277.2. id ipſum alia ratione efflagitantem à cæleſtibus ſpiritibus.
Congruentiſſime religioſum vt ſtet in iuſtitia debere ſtare & in timore, quem baſim auream ex Ambroſio dictum habes 784.1
Timendum ſemper religioſo, ne quid mali in ipſius irrepſerit cor. 820.2
De materia tentationum,ad quas præparare ſe debet religioſus, vide plurima, quæ notata reperies in Euangel. primæ Domin. Quadrag.ſuper ea verba. *Vt tentaretur à Diabolo. Et accedens tentator.* Inde enim multa colliges, quæ ad rem tuam faciant.

Sermo xj.In illud Rom.xij.ij. *Nolite conformari huic ſæculo:ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.*

Vide quæ notata ſunt in Euangel. Sabb. quatuor temporum Quadrag. Exinde enim plurima colliges, quæ tractes,explicans quid ſit conformari huic ſæculo, quod idem eſt ac prima,quæ ibi explicatur animæ transfiguratio à figura & ſimilitudine Dei ad figuram diaboli.
Quidve ſit reformatio in nouitate ſenſus noſtri, quam facit religioſus, cum Deo ſe addicit è ſæculo recedens, alioque nomine appellatur Transfiguratio quarta.

Sermo

Sermo xij. pro eodem. In illud Luc. xj. xxj. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſsidet. ſi autem fortior ille ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa,* &c.

Vide quæ notata ſunt in Euang. Domin. 3. Quadr. ſuper hæc ipſa verba. Inde enim plurima congeres, quibus hunc extendas ſermonem iuxta præſentem materiam.

Sermo xiij. pro eodem. In illud Matthæ. xviij. xx. *Vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum.*


Sancta Religioſorum ſimul congregatorum conuerſatione quam delectetur Ieſus. 712.2
Quomodo ſpiritualiter veniat medius inter illos. 663.2
Chriſti aſſiſtentia quantam pacem & ſecuritatem afferat. 111.1. & 115.2.
Quod ex hac Chriſti aſſiſtentia vniuerſa exercitia ſpiritualia Religioſorum reddantur iucunda, pacata, & florida, ac fructuoſa. 209.2
Et vt magis hanc extendas materiam, vide ibid. 1. de diuerſitate exercitiorum iuſti, ac Religioſi, & ſtudiorum impij.
Quod per eamdem Chriſti præſentiam ipſamet exercitia ſpiritualia robur conferant. 210.2
Quales reddantur animæ potentiæ per eamdem Chriſti præſentiam. 218.1


Sermo xiiij. item in ingreſſu ſeu Profeſsione Religioſi. In illud Ioannis viij. xij. *Qui ſequitur me non ambulat in tenebris.*

Vide quæ ſuper hæc ipſa verba notata ſunt in Euangelium Sabbat. poſt Dominicam quartam Quadrageſimæ. plurimam enim ibi congeſtam reperies materiam pro hoc extendendo ſermone.

Sermo xv. pro eodem. In illud Ioan. vij. xxxvij. *Si quis ſitit, veniat ad me.*

Vide notata in Euangelium feriæ ſecundæ Dominicæ Paſſionis ſuper hæc ipſa verba, eaque applica ad Religionis vocationem & ad Religioſi promotionem ad Chriſtum.

Sermo xvj. pro eodem. In illud Matth. v. xx. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.*

Vide quæ notata ſunt in Euangel. Dominicæ quintæ poſt Pentecoſt. ſuper hæc ipſa verba applicata ad religioſos, vbi copioſiſſimam habes materiam, quam in hoc pertractes Sermone.

Sermo xvij. pro eodem. In illud Matth. vj. xxiv *Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit,* &c.

Vide notata in Euang. Domin. XIV. poſt Pentecoſt. ſuper hæc ipſa verba. plurima quippe ibi reperies, ex quibus præſentem facies ſermonem.

Sermo xviij. pro eodem. In illud Ioan. xv. xvij. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*

Vide notata in Euangel. feſti SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ, ſuper hæc ipſa verba.

Sermo xix. In illud Luc. xiv. xxvj. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem,* &c. *non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Vide quæ ſuper hæc verba notata ſunt in Euang. primum Commun. vnius Martyris.

Sermo xx. item in ingreſſu ſeu Profeſsione religioſi. In illud Luc. xiv. xxviij. *Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum; ne poſteaquam poſuerit,* &c.

Vide notata ſuper eadem verba in Euangel. item primum Commun. vnius Martyris.

Sermo xxj. In illud Matth. xvj. xxiiij. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.*

Vide notata ſuper hæc ipſa verba in Euangel. ſecundum Comm. vnius martyr.

Sermo xxij. In illud Matth. xix. xxvij *Ecce reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis?*

Vide notata ſuper hæc verba in princip. Euangel. SS. Abbatum.

Sermo xxiij. item in illud Matth. xix. xxix. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem,* &c. *centuplum,* &c.

Vide quæ ſuper idem Euangelium SS. Abbatum notata reperies in ponderatione eorumdem verborum.

---

## PRO MONIALIBVS quando monaſticum induuntur habitum vel emittunt profeſsionem, vel ſacro velantur velamine.

Sermo primus. In illud Cant. j iij. *Oleum effuſum nomen tuum; Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te.*


Adoleſcentularum nomine eas potiſſimum deſignari Virgines, quæ in monaſteriis abſconduntur, colliges ex dictis. 41.1
Quod Chriſtus oleum, vnguentum, & gratia, virtuſque ipſa nuncupandus ſit. ibid.
Idque ob virtutum, & gratiarum illius excellentiam, de qua 30.2
Qua ratione virtus, & rectitudo dicatur dilexiſſe Chriſtum. 67.1. & ſeq.
Quod Chriſtus & ob id dictus ſit vnguẽtum effuſum, quia puritatis vnguentum effudit in mundum: & quia à puris animabus in eum effuſum eſt vnguentum charitatis. 33.1
Sanctas Virgines vt ſimplices, ac puras magis diligere Deum, quia eum magis agnoſcunt, maioremque ſuſcipiunt gratiam. 42.2
Virgines ipſas exinde Chriſtũ diligere, quia prius à Chriſto dilectæ ſint gratiæque illius odore perfuſæ. ibid. 1
Quam ſuauis iiſdem ſit commemoratio nominis Chriſti dilecti ſui. ibid. 2
In veteri teſtamento non fuiſſe in vſu ſanctam virginitatem, quia nondum Chriſtus per ſanctam virginem factus erat vnguentum effuſum. 43.1
Quod virgines ſanctæ dum Deum pro ſuo eligunt ſponſo, dilectione ipſa ſua illum ad ſe trahant, quave ratione. 49.2. & 51.2
Quod eædem Virgines Chriſtum ſequantur ab illo attractæ, vt à columba trahuntur columbæ. 49.1

Sermo ſecundus. In illud Iſa. v. ij. *Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei*, &c.

Quod monaſteria rectè dici queant cornu filius olei, id eſt terra fortiſſima, & pinguiſſima ob pinguedinem gratiarum, quibus moniales, & religioſi in illis redundant, colliges ex dictis 171.1
Quam apte virginitas dicatur vinea, quas ve cum vinea habeat congruentias. 103.1
Quomodo hanc vineam Chriſtus plantaſſe dicatur. ibid.
Huius vineæ ſepem eſſe clauſtra. ibid. vide & 749.2
Turrim eſſe Chriſtum. 103.1. Necnon & ipſammet ſanctarum Virginum pudicitiam, quæ & murus eſt præfortis, vt colliges ex dictis 137.1. & ſeq.
Humilitatem eſſe torcular iſtius vineæ virginitatis. 103.1. quamve ea ſit neceſſaria virginibus. ibidem 2
Pro virginitate colenda eſſe agenda ea omnia, quæ fiunt in cultura vineæ terrenæ. ibid. & ſeq.

Sermo tertius. In illud Sap. iv. j. *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius.*

Virginitatem eſſe in homine admirabilem, cum illum euehat ad ſimilitudinem naturæ Angelicæ. 151.1
Cum apis ſit hieroglyphicum virginitatis, vt habes ibid. 2. admiratur nihilominus ſanctas virgines cæleſtis ſponſus ex eo, quod ſimiles ſint turturi: Chriſto nimirum, & Mariæ, quos deſignarunt duo illi turtures, quos offerendos iubebat Dominus. 152.1
Et quia inſtar turturum vnum duntaxat admittunt amatorem Chriſtum. 150.2
Et quia abditum quærentes pro cantu gemitus proferunt. ibid. 2
Virginalem pudicitiam eſſe frænum ſponſarum Chriſti. 152.2. & ſeq.
Virginitatem eſſe donum Dei. 151.2
Virginitatem perfectam eſſe ornatam decore charitatis & humilitatis. 159.2
Quæ ſint virgines prudentes, quæve fatuæ. 160.1

Sermo iv. In illud Cant. j. xiij. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.*

Applica hæc ad monialem tenẽtem Chriſtum crucifixum ad pectus, ſenſu, quem habes 171.2
Quam apte Chriſti ſponſa dum illum cruci affixum geſtat inter vbera, faſciculum eum appellet myrrhæ. 174.2. & 177.2.
Mortificationem omnem, omneque monaſticæ vitæ iugum leuem exiſtimare faſciculum eam, quæ vere Chriſtum dilectum ſuum tenere ſatagit inter vbera ſua. 178.1.
Vide quæ notata ſunt in Euangel. feſti S. Franciſci ſuper ea verb. *Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.*

Sermo v. In illud Cant. j. xv. *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum*, ſeu, *columbæ.*

Pulchritudinem ſponſæ Chriſti nihil aliud eſſe, quam bonitatem & ſanctitatem. 192.1
Iſtius pulchritudinis cauſa eſt amicitia Dei, & approximatio ad illum. 189.2
Quam diuerſus ſit vſus Dei, atque hominum in amicitijs eligendis. ibid. 1
Magnum quid eſſe, & valde admirabile, quod anima in hoc mundo degens pulchra dici mereatur, & bona. ibid. 2
Id autem de ea potiſſimum dici debere, quæ vt Chriſti ſponſa ei ſe ſeruet proximam. 192.1
Intentionem quippe ad illum vnicum dilectum ſuum dirigens pulchra redditur facta & ipſa tota ſpiritualis, ſicut & ille. 196.1. & 197.2
Merito autem duplici admiratione celebranda eſt ſanctæ huius ſponſæ Chriſti pulchritudo, tum quia & intrinſecus ea pulchra, ſanctaque eſt & extrinſecus. 160.1. & 192.1
Quibus in rebus ſita ſit pulchritudo iſta interna. 190.2. & ſeq. & quomodo perfecta reddatur per externam. ibid. Tum quia pulchra eſt & corpore, & ſpiritu. 192.1. Tum quia pulchra eſt & vitæ innocentia, & humilitate. ibid.

Sermo vj. In illud Cant. j. xvj. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus.*

Monaſterium, & clauſtra eſſe lectulum ſponſarum Chriſti, & lectulum floridum ob ſancta inſtituta, ſanctave ſeniorum exempla. 212.2
Non ſolum clauſtra, ſed & exercitia ſpiritualia, etſi diuerſa ſint, omnia tamen eſſe vnum lectulum ſponſæ Chriſti. 210.1
Studia enim, & actus iuſtorum ſunt cum maxima quiete, atque adeo ipſimet eorum labores ſunt lectulus quietiſſimus: cum è veſtigio impiorum quies ſit maxima perturbatio. 209.1
Lectulum iſtum exercitiorum ſpiritualium eſſe floridum flore ſpei proferentis quietem æternam. 210.1. & quia ſunt aſperſa operibus virtutum, quæ ſunt flores ſimul ac fructus. ibid. 2
Clauſtra eſſe lectulum floridum, atque pulcherrimum ſanctæ cuique moniali ob Chriſti, Deique præſentiam, qui ſponſus eſt pulcherrimus. 205.1
De pulchritudine Dei, deque eiuſdem ſuauitate plurima habes 201.2
De pulchritudine autem Chriſti crucifixi, deque eius ſuauitate habes ibid. 1
Pulchritudinem & ſanctitatem animæ eſſe potius Dei, quam ipſius animæ. ibid. 2

Sermo vij. In illud Cant. ij. ij. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.*

Sanctam monialem eſſe lilium, quia proxima Chriſti. 236.2
Spinarum nomen quam apte competat iuſtis, & præſertim religioſis 236.1
Qua ratione & Angeli pariter dicantur ſpinæ. 232.2
Sanctam monialem Angelorum ſepe cuſtoditam, à Deo ſeruari vt lilium in medio ſpinarum colliges ex dictis ibid.
Quin & concordi ſanctarum ſororum ſocietate, vt altera ſeruari ſepe. 235.2
In concordi, & vnanimi fratrum, ſororumque congregatione eſſe quoddam Paradiſi exemplar. ibid.
Quam bonus ſit Chriſtus ſanctæ monialis ſponſus, qui ſponſam ipſam ſuam lilium redditam, duplici prædicta circundatam voluit ſepe: cum ipſe abſque vlla ſpinarum ſepe pro illa eſſe voluerit tunc potiſſimum temporis quando eius factus eſt ſponſus ſanguinum. 233.2
Tametſi mediis paſſionibus gloriam obtinuerit, æque ac flos campi per Solem, imbreſque florens. 224.1

Sermo viij. In illud Cant. ij. iij. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Puellam eſſe ſub vmbra alicuius, deſignare, eamdẽ puellam ſponſatam illi eſſe. 248.2
Quomodo fieri queat deſponſatio animæ cum Deo incomprehenſibili. 250.2
Quam ardenter ad hanc inhiandum ſit deſponſationem, & de quadruplici deſiderio animæ ad Deum. 251.1. & 256.2
Deſponſationem iſtam ſpiritualem fieri per fidem, ſpem, & charitatem. 251.2
Sub vmbra Chriſti ſedere per prædictam deſponſationem & fructus eius guſtare idemmet eſſe, nimirum, iuſtitia, & pace frui. 250.1
Sub Chriſti vmbra ſedens monialis eſt ſub illius protectione. 256.1
Plus autem eſt ſedere, quam viuere ſub vmbra Chriſti. 256.1
Monialis, quæ hoc pacto ſedeat ſub Chriſti vmbra quanta ſit internæ pacis dulcedo. 256.1
Hanc pacis dulcedinem aſſimilari dulcedini regni cæleſtis. ibid. 2.


Sermo

## Sermo ix. In illud Cant. ij. iv. *Ordinauit in me charitatem:* ſeu ex Hebr. *Vexillum eius ſuper me cha ritas.*


Quam vere quæ inter ſanctas admittitur moniales dicere poteſt, Dei chari tatem inſtructam, & ordinatam eſſe ſuper ipſam. 264.1
Et quod ab eo dem Deo chrritas ſuper ipſam erecta ſit vt vexillum. 269.2
Qua ratione charitas ſit vexillum in acie virtutum 265.2
In charitate & ad charitatem conuocari moniales in clauſtris colliges ex dictis 266.1
Ideoque pro ea ſeruanda omnibus neruis pugnandum. ibid.2.
Neque vero ea deiicitur, aut ſuperatur tentationibus, & ærumnis. ibid.
Et ei vni ſeruatur merces plena bonorum operum. 267.1
Quomodo ſanctæ moniali ordinanda eadem ſit in Deum dilectum ſuum charitas. 219.1. & 269.1. Vide & 273.1 de ordinatione duplicis charitatis, actualis, & effectualis.


## Sermo x. In illud Cant. ij. v. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.*


Sanctam monialem per approximationem ad Deum reddi igneam, in quo non incongrue aſſimilatur exhalationi terreſtri. 276.2
Quam apte iſta diuinæ charitatis ſuccenſio languoris exprimatur metaphora. ibid. & ſeq. necnon & metaphora vulneris. 279.1
Amor Dei quomodo languorem afferre queat in exercitiis ſpiritualibus. ibid.
Huiuſmodi languori charitatis optime ſuccurri à Chriſti ſponſa per eiuſdem Chriſti memoriam, colliges ex dictis 277.2
Perque verborum eius reminiſcentiam. ibid. & 280.1
Hac languens charitate totam ſeſe ſancta monialis in Dei proiicit manus, viciſſimque illi Deus prouidet de omnibus. 286.1


## Sermo xj. In illud Cant. ij. x. *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.*


Animam ſanctam monialis dici formoſam Dei, quia eſt eiuſdem Dei columba, eſſe autem columbam, quia eſt illius amica. 319.2
Quod ab ipſa moniali in primis expoſcit Deus, eſt, vt in vita ſpirituali numquam ſiſtat, ſed ſemper progrediatur; cum virtutis perfectio in hac vita nullum habeat terminum. 320.1
Cur perfectio in præſenti ſæculo ſita ſit in continuo progreſſu. ibid.2
Quam neceſſaria ſit eidem moniali ſedulitas, & ſollicitudo in Dei ſeruitio. ibid.


## Sermo xii. In illud Cant. ij. xj. & xij. *Iam hyems tranſijt, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra,* &c.


Monialis quomodo vocetur ad perfectionem. 332.1
Timorem ſeruilem eſſe hyemem. ibid. Timoris huius cum ipſa hyeme congruentiæ. 333.1
Cur lacrymæ cauſatæ ab iſto timore dicantur imber. 332.1
Virtutum habitus quomodo progemmare dicantur in iuſtificatione. ibid.
Habitus vitioſos putari falce frequentium actuum bonorum. ibid.
Putationis tempus tunc eſſe, cum reſecantur ſuperflua per perfectam ſui abdicationem à mundo. 335.1
Vocem caſtitatis in terra audiri, cum ſacra velatur virgo, colliges ex dictis 335.2
Terram iſtam, ac mundum terram noſtram appellans Chriſtum quam magnam amoris ſui faciat oſtenſionem. 336.1


## Sermo xiij. In illud, Cant. ij. xiiij. *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ: oſtende mihi faciem tuam, &c.*


Monialem à Deo de mundo vocatam, vt eſſet ipſius columba agreſtis, & à ſæculo remota in clauſtris profectui indulgeret ſpirituali. 354.2
Cur monaſterij clauſtra dicantur foramina petræ, & cauerna maceriæ. ibid.
Quomodo Deus fulciatur in monaſterio. 355.1
Monaſterium eſſe ſecretum ſcalæ. ibid.
In monaſterio degens ſtudere debet, vt commoretur per iugem meditationem in ſacris Chriſti vulneribus, vt in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ. 357.2
Vide & 351.1
Quod vocata ad monaſterium vocata ſit & ad pugnam, colliges ex dictis 348.2
Tria in primis à ſancta moniali expetit Ieſus eius dilectus. Vitæ puritatem, & orationem, vt colliges ex dictis. 364.2. & 361.1
Ac tertio, vt venialia deuitet peccata: quæ ſunt ſtudio perfectionis aduerſantia. 368.2
Iſta peccata venialia, præſertim quæ ſunt contra regulares obſeruantias, quomodo demoliri dicantur religionum vineas. ibid.
Idcirco hæc potiſſimum bono cuique cauenda ſunt religioſo. 369.1


## Sermo xiv. In illud Cant. ij. xvj. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia: donec aſpiret,* &c.


Spiritualis connubij inter Chriſtum, & ſanctam monialem eſſentiam, cauſam, effectus, & bona in hac ſententia explicata colliges ex dictis 374.2. mutatis ijs, quæ ibi dicuntur circa tertium matrimonij bonum in ea, quæ habes 377.1. & 379.2
Quomodo Chriſtus & paſtor dicatur, & dilectus. 376.1
Amorem ſanctæ monialis dici amorem virgineum, quia ad vnum directus ſit Deum. ibid. 2. quomodo amor iſte ſit totus in Deum eleuatus. ibid.
Quomodo viciſſim Dei amor in eam ſolam ſanctam animam directus dici queat. 378.2. & 376.2
Iuſtum quemque dignum eſſe amore Dei ſuper omnia creata. 378.2


## Sermo xv. In illud Cant. iij. iv. *Inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum,* &c.


Quam bene, & efficaciter ſancta Chriſti ſponſa Deum appellat, *Quem diligit anima mea:* cum ita illum ſe diligere fateatur, ſicut anima ſuum diligit corpus. 112.2
Inueniri tunc potiſſimum Deum cum actus exercetur obedientiæ. 413.1
Perque obedientiam ipſam teneri aſtrictum. ibid. tanta eſt enim obedientiæ vis, vt & eundem Deum ſubiectum faciat obedientiæ. 412.1
Ob maximam autem ſecuritatem, quam in obedientia


 reperit

reperit idem obediens eſt ſemper in delicijs. 505.1
Quomodo monialis, quæ per admiſſionem ad religionē introducta à Deo eſt in cellaria, & in cellam vinariam, dicat ſe introducturam eundem Deum in cælum. 413.2 & de duplici modo, quo id per vnam fit obedientiam perfectam. ibid.
Sanctam Chriſti ſponſam Deo vniri debere amore perfectiſſimo, in quem tres concurrunt actus. 414.2
Quomodo introducere debeat Deum in cor. 416.2

Sermo xvj. In illud Cant. iij vj. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ*, &c.

Admirari iure optimo nedum homines, ſed & cæleſtes ſpiritus ſanctam Chriſti ſponſam vel è mundo monaſterium adeuntem: vel in monaſterio ipſo proficientem. Enimuero aſcendit per deſertum, quæ mundum contemnit. 426.2
Cum mundus iſte ſit deſertus. ibid.2
Quamquam deſertus pariter ſignificet ſanctam religioſorum conuerſationem. ibid.
Necnon & humilitatem, quaue ratione per talem adſcēdatur deſertum. ibid.
Chriſti ſponſa quomodo aſcendat, & proficiat in hoc mundo. ibid.2
Iſtiuſmodi profectus deſcriptus multis ſimilitudinibus. ibid.1
Eundem profectum fieri per celerem aſcenſionem. 427.2
Obſequium Deo exhibitum non eſſe acceptum, niſi prius anima ſe mortificauerit. 426.1
Humilitate vniuerſas perfici virtutes. 427.2

Sermo xvij. In illud collectum ex Cant. iij. xj. *Egredimini, & videte filiæ Sion Reginam Sulamitem in diademate, quo*, &c.

Non minus egrediendum ad videndum ſacram monialem cum monaſtico induitur habitu, quam ad videndum Chriſtum ſpinea redimitū corona, de quo egreſſu habes 473.2
Quod ſancta Chriſti ſponſa Regina iure dicatur & coronata. 758.1
Quam apte eadem dicatur & Sulamitis: ac ſimul inſigne ſit ſpectaculum, in quod conijciendi ſint oculi. 823.1
De triplici diademate, quo eadem Chriſti virgo ab Eccleſia eius matre inſignitur. Ac primum de ſpinea corona, quæ ſicut Chriſto vero Salomoni, ita & iſti Sulamitidi eſt glorioſiſſima, quia è ſpinis compacta eſt dolorum, & ærumnarum, quas Diabolus porrexit victus; colliges plura ex dictis 472.1. & ſeq.
De corona alia, quæ magis eſt glorioſa, pulchriorque apparet, quaue aurea deſignatur corona charitatis, per quam & inueſtitura confertur regni dilectionis. 757.1
De tertio diademate, quod eſt ipſemet, quo decoratur habitus religionis, quoue eadem deſignatur charitas inſignis illa veſtis nuptialis, vide 523.2. iunctim cum ijs, quæ habes 259.2
Quod ſancta Chriſti virgo cum habitu induitur religionis diem habeat deſponſationis propter mutuam Chriſti, atque ipſius bonorum communicationē, colliges ex dictis. 475.1. & quia tunc temporis Chriſto vt ſponſo ſuo vnitur per actualem vnionem, & deuotionem. 581.1. & per omnimodam conformationem ad illius humilitatem, & paſſionem. ibid.2
Quomodo tunc extiterit pariter dies lætitiæ cordis tum ei, tum Chriſto. 475.1

Sermo xviij. In illud j. Corinth. xj. vj. *Si turpe eſt mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput ſuum.*

Velamen in capite ſignificare ſubiectionem. 493.1
Mulieris coniugatæ cogitationes vniuerſas eſſe circa domum, ac virum ſuum. ibid.2
E contra verò ſanctæ virginis cogitationes eſſe eleuatas ad Chriſtum. ibid.
Cogitationes virginis quas congruentias habeant cum capillis. 491.2. & quomodo è charitate proueniant. ibid. & ſeq. vbi plura de hiſce cogitationibus ſanctis.
Virgines cur Deo conſecrentur ſacro velamine. 493.2
Quomodo virgo Chriſti de hac ipſa glorietur ſubiectione ad eundem Chriſtum, quam ipſa proteſtatur ſacri velaminis ſuſceptione, collige ex dictis 786.2
Quod Chriſtus ipſe eidem virgini ſubiectum quodammodo ſe exhibeat. 870.2

Sermo xix. In illud Cant. iiij. iij. *Sicut fragmen mali punici; ita gena tua, abſque eo quod intrinſecus latet.*

Quomodo Virgines metaphora deſignentur genarum, cum genæ in patenti faciei loco ſitæ ſint, & virgines abſconditum quærere debeant. 512.2.
Genarum locum ijſdem virginibus tribui in myſtico Eccleſiæ corpore ob ipſarum eminentiam. 513.1
Sicut genæ id in primis præſtant, vt ſuo decore faciem exornent: ita & virginum ordinem ad hoc potiſſimum inſeruire, vt Eccleſiæ decorem augeant. ibidem.
Siquidem per ſanctas virgines Eccleſia ipſa ornatur decore angelico, atque etiam diuino. ibid.
Virgines Chriſti debere eſſe eleuatas ad ſuperiora, & depreſſas ad ima, id quidem per humillimam ſui demiſsionem, illud vero per deuotionem. ibid.
Virginitatem in carne fortitudine eſſe præſtantiorem. 514.1
Corporis neglectus quam deceat Virgines Deo dicatas. ibid.
Ipſarum ornatum potiſſimum in pudoris ſitum eſſe decore. ibid.2.

Sermo xx. In idem thema iuxta varias lectiones, *Abſque eo, quod intrinſecus latet:* vel, *Intra velum tuum:* vel, *Extra ſilentium tuum,* ſeu, *tui.*

Sanctarum virginum, quæ genarum metaphora deſignantur, decorem eſſe ſuper omnem alium Eccleſiæ decorem, & quomodo id intelligendum. 515.2
Quæ, & quanta ſit vis, quæ intrinſecus in ſanctis hiſce latet virginibus. 516.1
Clauſtra virginū ſe habere inſtar velaminis ad genas corporeas. 514.1. & 516.2
Quam deceat virgines clauſtris eſſe concluſas. ibid.
Sic autem in clauſtris concluſas ſummam illas habere libertatem. ibid.2
Quam eaſdem Chriſti virgines deceat ſilentiū. ibi. & 509.2
Ad hoc ſeruandum ſilentium quantam adhibere debeant curam. ibid.1

### Sermo xxj. In illud Cant. iiij. vj. *Donec aſpiret dies & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhe, & collem thuris.*

Propter concupiſcentiæ æſtus maxime neceſſarium eſſe in hac vita ſtudium mortificationis. 557.1
Sicut & neceſſarium pariter eſt ſtudium deuotionis propter falſam eiuſdem concupiſcentiæ lucem, qua conſpicua exhibentur mundana, quæ re vera nil aliud quam vmbra fugax exiſtunt. 558.1
Duplici iſto mortificationis, & deuotionis ſtudio obtineri à Chriſti ſponſa ſanctitatis pulchritudinem. 559.2
Quod Deus vna cum ſancta moniali ſe conferat ad ſtudiū mortificationis, quaue ratione, eunte moniali, ire ſe dicat & ipſe ad montem myrrhæ, nempe ad monaſteriū, in quo prædicto vacatur ſtudio. 554.1
Ex mortificationibus voluptatem percipi à ſanctis religioſis,, atque adeo & à Deo. 555.1
Quam apte iſtud mortificationis ſtudium myrrhæ metaphora deſignetur. ibid.
Mortificationem bonam tria habere debere. ibid.2
Deuotionis ſtudium quale. 556.1
In monaſterio & in vita ſpirituali eſſe ſimul laborem, & voluptatem. 557.1

### Sermo xxij In illud Cant. iiij. vij. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.*

Quam ingens ſit pulchritudo Sanctæ virginis, quæ Deo ſponſatur. 565.2
Per receſſum à mundo, & declinationem à malo eadem Chriſti virgo dici meretur ſine macula; per impletionem vero totius legis Dei, etiam quoad conſilia meretur dici & tota pulchra. 564.2
Quamuis perfectio iuſtitiæ vitæ præſentis ſit imperfecta. 563.2
Nihilominus ſancta Chriſti Virgo ad Deum accedens, per eam approximationem redditur tota pulchra totaque lucida. 564.1
Et tametſi aliquod in ea ſit eorum peccatorum, quæ amicitiam Dei non tollunt, cum non ſint ad mortem, dicitur nihilominus etiam tota pulchra, & ſine macula. 563.2
Dum enim amica Dei ſit, haudquaquam illa eius peccata ab ipſo Deo videntur, diuina illius charitate ea operiente. ibid.1

### Sermo xxiij. In illud Cant. iiij. viij. *Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice,* &c.

Anima religioſa quomodo allatis verbis vocetur ad monaſterium, ſecundum Ambr. 573.2
Quomodo & ſecundum Hieronymum. ibid.
Dum à mundo vocatur ſancta Chriſti virgo, ſuaderi ei, vt declinet à tribus montibus, tria illa mala, quæ ſunt in mundo, deſignantibus, concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. 568.1
Quomodo tria iſta mala ſint cubilia leonum, & montes pardorum. ibid.2
Recedendum penitus à ſuperbia. ibid. priuſue recedendum ab illa, & à concupiſcentia oculorum, quæ ſunt viæ ad concupiſcentiam carnis. ibid.
Cur in tali vocatione ter ei dicatur, *Veni*. 568.2. Vide & 573.2
Declinans à tribus prædictis montibus quomodo ſancta Chriſti virgo à ſponſalibus tranſeat ad ſponſalitiā dignitatem, colliges ex dictis 567.2. & 569.2.
Quomodo cum ſit ſponſa, fiat ſimul & ædificium, cæmentis ædificatum charitatis. 569.2
Vocari eamdem Virginem à Chriſto in his verbis, *Veni*, &c. ad maiorem profectum in ſpiritu ſecundum Nyſſenum. 572.2. Vide & Tres Patres ibid.
Qualis eidem optandus ſit iſtiuſmodi progreſſus ſecundû Ambr. ibid.
Coronari ſanctam Chriſti virginem dum proficit in ſpiritu, quatenus ex imitatione Chriſti crucifixi coronam ſibi compingit florum virtutum, colliges ex dictis 570.2
Et in meditatione paſſionis eiuſdem Chriſti coronam accipit ſponſalitiæ dignitatis. ibid.
Coronari pariter per hoc ipſum, quod triumphat de Diabolo. 573.2
De aureola virginitatis plura habes 158.2

### Sermo xxiiij. In illud Cant. iiij. ix. *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno,* &c.

Sororis nomen adiectum nomini ſponſæ ad deſignandam connubij inter Chriſtum, & ſanctam virginem tum puritatem, vt ex Hieronymo habes 588.1. tum incommutabilitatem. 577.2
Sanctam iſtam virginem, quæ Deo dicatur vulnerare cor Dei vno oculo virginitatis. 588.1. Necnon & quia oculos carnis, & mentis quaſi vnum oculum in vnum Deum conjectos ſeruat. 582.1
Qua ratione hoc vno oculo ea vulneret cor Dei vulnerata & ipſa à Deo, non ſecus ac ſpeculum vulnerat Solem. 583.2
Quod & ipſa Chriſti virgo idem Dei cor vulneret in vno crine colli ſui, nempe in vna obedientia perfecta. ibid.1
Et cum illa induit habitum religionis, idem Dei cor vulneratur ab Eccleſia item in vno crine colli, nempe per religioſos ipſos: ſeu ab ipſis religioſis per vnionem ſpiritus. 578.1
Obedientiam religioſi efficere, vt is in cunctis operibus ſuis vulneret cor Dei. ibid.2
Iſtud vulnus Deo infligi per arctam coniunctionem voluntatis religioſi cum voluntate Dei. 579.1
Ex eo autem vulnere promanare vitam. ibid.

### Sermo xxv. In illud Cant. iiij. xij. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.*

Virginem fidelem eſſe hortum concluſum, & fontem ſignatum. 622.1
Imo virginitatem ipſam eſſe hortum concluſum. ibid.
Horti ſimilitudo quam apte explicet virginis Chriſti pulchritudinem. 618.2
Deſcriptio prædictæ pulchritudinis ſub horti metaphora. 619.1
Eamdem Chriſti virginem dici hortum voluptatis Deo, quia ipſa voluptate fruatur. 617.1
Atque ob id potiſſimum ex illa Deum capere voluptatem, quia eſt hortus concluſus. 619.2
Hanc horti concluſionem eſſe duplicem, alteram à Deo, alteram ab ipſamet Chriſti virgine. ibid.
De triplici eiuſdem, vt fons ſignatus eſt, ſignaculo. 620.1
Mentem, quæ ea tantum cogitat, quæ Domini ſunt, eſſe fontem ſignatum ſignaculo puritatis. 624.1

### Sermo xxvj. In illud Cant. iiij. xiij. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo,* &c.

Virginem eſſe paradiſum cum concentu virtutum omnium. 635.1
Chriſti virginem peccato morientem vitam habere vegetiorem. 632.1

Internam illius ſanctitatem indicia ſui exhibere extrinſecus in verbis, & in operationibus. ibid.2. Vide 646.1
Illius germina eſſe diuinam laudem, & iuſtitiam in operationibus. 632.2
Illam eſſe ſimilem paradiſo terreſtri. 633.2
Quin & paradiſo cœleſti. ibid.
Nec mirum, cum eius & verba, & operationes ſint paradiſus. ibid. & 636.1

Sermo xxvij. In illud Cant. v.ix. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?*
Verſ.x. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.*

Amantium Deum colloquia promouere ad charitatem. 752.2
De excellentijs dilecti, & ſponſi ſanctæ monialis, ſiue Chriſtus is ſit Deus, & homo, ſiue Deus ſimpliciter. Ac primum quomodo Chriſtus dicatur dilectus ex dilecto. 753.2
Chriſtum candidum, & rubicundum, &c. multas ob rationes habes 755.1. & 756.1. Quomodo is dictus ſit *ex millibus.* 755.1. & 757.1
Deum candidum dici, & rubicundum ob miſericordiam & iuſtitiam. 755.2
Colliges plura de hiſce excellentijs Dei & Chriſti percurrentes quæ à nobis afferuntur in explicationem deſcriptionis Dilecti, quæ habetur in hoc capit. quinto à verſ. 10. vſque ad fin.

Sermo xxviij. In illud Cant. vj. iij. *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum*, &c.

Monaſterij concordem habitationem eſſe pulchram, ſuauem, &c. 800.2
Sancta Chriſti virgo, Deique ſponſa quomodo dicatur pulchra. 801.1. & 795.2
Quomodo dicatur ſuauis Deo. 798.1. & 797.1
Quomodo dicatur eidem Deo ſicut beneplacitum, ſeu ſicut complacentia. 796.1
Ob charitatem in Deum, atque in proximum eamdem dici decoram. 798.1
Decoram pariter dici ob pacis inſigne. ibid. & ſeq.
Quomodo eadem ſit ſimilis cæleſti Ieruſalem. 800.2
Ob pacem ſuam internam eſſe terribilem vt ordinatam caſtrorum aciem. 728.3
Eius pulchritudinem ſitam eſſe in ſuauitate, & terribilitate. 801.1

Sermo xxix. In illud Cant. vj. viij. *Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicauerunt: reginæ, & concubinæ, & laudauerunt eam.*

Quomodo cum tres adhærentium Deo ſint ordines, quæ tamen dedicatur in monaſterio, prædicatur à Deo, vt vna ipſius columba. 807.2. & 808.1
Quid ſit, & quotupliciter ſumatur perfectum. 808.1
Sanctam Chriſti virginem dici perfectam triplici genere perfectionis. ibid.
Eam à Chriſto diligi amore materno. ibid.2
Sanctæ illius ſorores quantum gaudij percipiant, dum ita eam à Chriſto dilectam intelligunt. 811.1
Diſcrimen, quo eadem celebratur à ſororibus, quæ ſunt in gradu incipientium, vel in gradu proficientium, atque ab ijs, quæ ſunt in gradu perfectarum. ibid.

Sermo xxx. In illud Cant. vj. ix. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?*

Triplicem religioſorum virtutem laudatam, humilitatem, caſtitatem & charitatem. 815.1
Progreſſum ſanctæ virginis Chriſti eſſe admirabilem. 813.1
Cum in ſtatu incipientium progreditur, eſſe ſimilẽ auroræ. 778.2
Progreſſui vero lunæ eſſe ſimilem illius progreſſum cum eſt in ſtatu proficientium. ibid. & ſeq.
At cum perfecta iam & in ſtatu proficiet perfectorum, futuram ſimilem Soli. ibid.
Vide de hoc triplici eiuſdem progreſſu 815.1

Sermo xxxj. In illud Cant. vij. j. *Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis!*

Sanctam Chriſti Virginem admirationẽ excitare in greſſibus caſtitatis. 834.2. & 835.1
Nec non & in greſſibus puritatis ab omni cœno peccati. 835.1.
Et in greſſibus virtutum omnium. 834.2
Eamdem dici filiam Principis, quia ſponſa Dei, colliges ex dictis 831.2
Fieri autem ſic filiam, & ſponſam Dei per moderationem affectuum. 833.2
Iſtiuſmodi affectus quomodo pedes pulchri. ibid.1
In ijſdem affectibus laudari iugem operationem. ibidem.
Exercitia ſpiritualia affectuum quomodo exercenda. ibidem.2.

Sermo xxxij. In illud Cant. vij. vj. *Quam pulchra es, & quam decora chariſſima in dilicijs!*
Verſ. vij. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.*

Sanctam Chriſti virginem eſſe in iugibus delicijs ex charitate in Deum. 858.1
Tanta autem præditam eſſe ea charitate, vt charitatis nomen ſortiatur. ibid.
Dulcem, ac ſuauem eam eſſe in ſororum conſortio 856.2
In mortificationibus eſſe in delicijs colliges ex dictis 857.1.
Illius ſanctam conuerſationem eſſe in iugi progreſſu. 860.2.
Iſte eius progreſſus quomodo ſimilis palmæ. ibid. vide 861.1. & ſeq.
Eſſe paulatim ab imis ad ſuprema. ibid. Nimium enim feruorem in principio conuerſionis eſſe maxime periculoſum. 862.2
Eamdem Chriſti virginem eſſe ſimilem Chriſto crucifixo. 861.1. & 862.2

Sermo

Sermo xxxiij In illud Cant. vij. viij. *Dixi, Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua,* &c.

Sanctæ virginis Chriſti monaſticum habitum induentis præcipuum ſtudium illud eſſe, vt charitati indulgeat, & virtuti, ſicut proficiens aſcendat in palmam. 866.2
Allecta nimirum à virtute ſanctarum monialium, vt colliges ex dictis 865.1
Qua ratione ſe habeat, vt ex earum conuerſatione profectum capiat. ibid.2
Cum illis conuerſari proſequens, quem faciat progreſſum. ibid.
Illarum doctrina, & eruditio qualis. ibid.
Quam optet, ſtudeatque virgo Chriſti, vt in monaſterio Chriſtum ipſum in virtutum imitetur progreſſu. 865.2.
Deſiderans occaſiones benefaciendi. ibid.1
Potiſſimum eam eniti aſcendere per imitationem in eiuſdem Chriſti crucem. ibid.

Sermo xxxiiij. In illud Cant. vij. x. *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.*

Sancta Chriſti virgo ſoli Deo dignam ſe iure cenſeat. 837.1
Conuerſionis vox quid proprie ſignificet. 870.1
Quam gaudendum eidem virgini, cum per virginitatis votum Deo ſponſatur ob inſigne diſcrimen connubij huius ſpiritualis à matrimonio carnali. ibid.2
Sponſum enim eligit, quem eo impulit amor, vt ſubiectus quodammodo fieret ſponſæ ſuæ. 871.1
Quam vere quæ ad hunc dilectum conuerſa eſt, dicere, & gloriari poteſt, & illum ad ipſam eſſe conuerſum. ibid. 2.
Quomodo id vere dictum ab ea ſit, quod Deus ad ipſam ſolam conuerſus ſit. ibid.
De triplici eiuſdem virginis ſtatu, triplicique habitudine ad Deum ſponſum ſuum. 872.2

Sermo xxxv. In illud Cant. viij. v. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*

Sancta Chriſti virgo in triplici ſuo progreſſu admirationem ſui cauſare, & cum vt incipiens progreſſa eſt in monaſterium: & cum profeſſionem emiſit, ad ſtatum euecta proficientium: & cum vt in ſtatu perfectorum ſacro velatur velamine, colliges ex dictis 900.2
Perfectorum progreſſum eſſe iugem aſcenſum, quia tendit in meditationem Dei. ibid.
De hoc item progreſſu vide 903.1
Vitam ſpiritualem vocatam regnum cœlorum. 901.1
In vita ſpirituali & religioſa quam neceſſaria ſit confidẽtia in Dei tantum ope. ibid. & ſeq. vide & 900.2. & 903.1
Quæ ſint deliciæ vitæ ſpiritualis. 901.1
Per puritatem cordis ſanctam Chriſti ſponſam habere delicias cæleſtis patriæ. ibid.
Eamdem, cum indulget vitæ ſpirituali, recumbere ſuper pectus Domini, indeque ſugere lac conſolationum diuinarum. ibid.2

Sermo xxxvj. In illud Cant. viij. vj. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.*

Quod à ſancta moniali expoſcit Chriſtus, id primo eſt, vt ab illa habeatur chariſſimus præ omnibus. 909.2
Secundo, vt veluti annulum eum ipſius ſponſa geſtet in annulari digito, vt in corde, illibatam ei ſeruans fidem, gloriamue, & nobilitatem omnem illi acceptam ferens. ibid. & ſeq. vide & 911.2
Quomodo Deus glorificetur in corpore noſtro. 912.1
Tertio, vt veluti annulo firmiſſime ipſo obſeratum in ſe cuſtodiat Dei timorem, eumdemque Deum theſaurum cordis ſui. 909.2. & 912.1
Quarto, vt ipſo veluti ſignaculo obſignatum ſeruet cor, roburque ſuum: cogitationes & operationes ſuas illius imagine exhibens impreſſas. 911.1. & 912.2
Quinto, vt impreſſam veluti ſignaculo ipſius imaginem iugiter & in corde habeat, & in operatione, ac veluti impreſſis ſtigmatibus eius ſe exhibeat ſeruam. 910.1. & 913.1
Sigmata Chriſti quomodo imprimantur in corpore ſponſæ illius. 915.2
Stigmatibus, ac notis charitatis, & Spiritus ſancti proteſtamur Chriſti ſeruitutem. ibid.
Sexto, vt diuinam legem, & ſanctam religionis regulam, & ipſius ſignaculum impreſſum habeat ſuper cor, & ſuper brachium. 916.1

Sermo xxxvij. In illud Cant. viij. vj. *Fortis eſt vt mors dilectio.*

Cum omnis, qui diligit mundum, maneat in morte eo modo, quem explicatum habes 921.2
Chriſti virgo, vt vita viuat eiuſdem Chriſti, per illius dilectionem è mundo egreſſa, mundo, & ſibimet mortua eſt. 921.2. charitas quippe mors quædã eſt. ibid. & 924.2
Multo tamen eſt morte fortior, vt eadem in ſe experitur virgo, quando ſeparatam animam ſuam à corpore ſuo per charitatem, per eamdem charitatem arctius ipſimet corpori iunctam aduertit, vt colliges ex dictis 922.2
Et quando intelligit, quod ſeparata anima à corpore ſenſus ſui adhuc viuentes per ipſammet deuinciuntur charitatem. ibid.
Quidni vero fortiorem eam non fateatur morte, cum ea vna ſit, quæ nec conſumetur, nec habeat finem. 923.1
Chriſti virgo propterea, vt charitatem ipſam fortiter in ſe habeat radicatam, id omne, quod in muudo eſt, contemptui habet, & derelinquit. 932.2
Tametſi nouerit mundum contemnere eos, qui ſua dedunt Deo ob charitatem. 934.1

Sermo xxxviij. In illud Cant. viij. ix. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: Si oſtium eſt, compingamus,* &c.

Quam neceſſaria ſit virginibus Chriſti clauſura in monaſterio. 939.1
Sanctæ Chriſti virgini, quæ ſe illibatam intra clauſtrorum muros ſeruet, exhibet eius dilectus monilia. ibid. Monile nimirum virtutis obedientiæ, de quo 155. 2. Necnon & monilia reliquarum virtutum ſimul cõnexarum, de quib. 918.2
Exhibet & collariorum ornamenta, documenta nimirum humilitatis, quæ & collaria quædam, & quædam ſunt propugnacula, vt habes 533.1
Ædificat pariter & ſuper eam charitatem ſicut turrim, & ſicut propugnacula. 547.1
Et ſuper murum fidei ipſius ædificat propugnacula operum bonorum. 941.1
Quomodo ſancta Chriſti virgo oſtium ſe ſeruet occluſum. 939.1. Quidue ex hoc referat præmij. 941.2. Per arctam ſui cuſtodiam adipiſcitur ornamentum veſtimentorum ipſomet Chriſto induta. ibid.

Sermo xxxix. In illud Cant. viij. x. *Ego murus, & vbera mea quaſi turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

Sanctam Chriſti virginem non tam ab externis clauſtrorum parietibus, quam ab arcta ſuimet cuſtodia illibatam ſeruari. 939.1
De hac ſui cuſtodia vide 619.2
Virginibus Eccleſiam eſſe murum præfortem. 947.2
Atque exinde habere Chriſti virginem, quod ipſa ſibi ſit murus, & Eccleſiam habeat pro muro, quia pacem cum Deo habet. 944.1
Et quia Deum ipſum habet vt murum igneum. 945. 1. & 619.2
Quam recte talis virginis vbera dici queant ſicut turris: cum ex charitatis vberibus, de quibus 546. 2. veluti è turribus iacula iaciat & in Deum, & in ſorores, quas vt ſuum diligit proximum, iacula inquam illa, de quibus 946.2


Sermo

### Sermo xl. In illud Matth. xiij. xliv. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcōdito in agro, quem qui inuenit homo abſcondit,* &c.

Vide quæ ſuper hæc ipſa verba notata à nobis ſunt in ſecundum Euangelium pro Comm. Virgin. & Mart. inde enim plurima colliges, quibus præſentem extendas ſermonem.

### SERMO IN ELECTIONE Abbatiſſæ, ſeu alterius Prælati. In illud Act. j. xxiv. *Et orātes dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omniū, oſtende quem elegeris ex his duobus vnū accipere locum miniſterij huius.*

Ab oratione prudentes quaſque dependere conſultationes. 499.2
Quod prudenter eligere, & conſultare aliquid volens debeat eſſe expoliatus omni vehementi paſſione. 500.1
Quare ſummum ſtudium adhibendum ſit, vt optimus in Eccleſia, & in monaſterijs præficiatur Prælatus. 437.2
Cum quis in Prælatum eligitur, præfici caſtris militantiū. 436.2.
Atque adeo id in primis in illius electione ſtudendum, vt fortis ſit, & ex fortiſſimis Iſrael. 429.2
Qui ſit rectus, in ipſaque rectitudinis iuſtitia erga ſubditos item fortiſſimus. 526.2
Qui humilitate emineat, ſupereminentiam ſuam ex ſubiectione ad onera ferenda ſibi prouenire exiſtimans. 524.2 & ſeq.
Qui conformare ſe norit iuxta occurrentes neceſſitates ſuas, & ſubditorum. ibid.
Qui ſit vigilans ſuper gregem ſuum. 400.1
Qui ſit tanquam pharus erecta, vt ex illius conſpectu ſubditi diſcant viam, qua tendere debeant ad cœleſtem patriam. 525.2
Prælatus malus quantum obſit religioni, & monaſterio. 747.2
A Deo potiſſimum petendum bonum prælatum, à quo prælatura datur in donum & ornamentum obedienti. 160.1

### SERMO PRO SVADENDA concordia & pace. In illud Hebr. xiij. j. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.*

In charitate & ad charitatem & pacem in Eccleſia vocatos fideles, & in religione religioſos. 266.1. & 797.1
Qua ratione charitas ſit vexillum in acie virtutum. 266.1
Neruis omnibus pugnandum pro charitate ſeruanda. ibid.2
Cum ipſi reſeruetur merces bonorum omnium. ibid.
In charitate proximi & concordia ſitum animarum & religionis decorem. 798.1
Charitate fraternitatis, & pace, atque concordia quemlibet religioſum eſſe ſimilem equitatui. 148.2. & terribilem vt caſtrorum aciem ordinatam. 798.2
In concordi, & vnanimi fratrum cōgregatione eſſe quoddam cæleſtis regni exemplar. 235.2. eidemque regno, ſiue illius dulcedini ſimilem quodammodo eſſe pacis dulcedinem. 253.2
Et ob ipſius pacis decorem animam eſſe ſuauem, & gratam Deo. 798.1

### SERMO PRO SVADENDA frequentia Communionis. In illud Luc. xj. iij. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

Tantam eſſe frequentiæ iſtius neceſſitatem, quanta eſt neceſſitas frequentis comeſtionis, ac potus. 687.1. Ideo & Chriſtum ad eam quotidie inuitare. ibid.2. & ſeq. vide 688.1.
Hanc frequentiam quam ardenter in fidelibus optent ſancti quique. 887.2
In communione Chriſtum ſugere vbera communicantiū, iiſdemque vberib. illos paſcere. ibid.
Nulla re magis Deo referre gratias norunt ſancti, quam de fructu frequentiæ ſacramenti. ibid.
In hac frequentia tolli vniuerſum Eccleſiæ opprobrium. 888.1
Vide plura in Indice rerum verb. *Euchariſtia.*

### SERMO PRO SVADENDA digna præparatione ad Communionem. In illud j. Cor. xj. xxviij. *Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat.*

Quinam, quaue ratione accedere debeant ad communionem. 687.1
In male communicantes Chriſtum dici venire, vt iudicem. 665.2
Communicantem indigne facere ſibi Sacramentum amarum, atque mortiferum. 254.2
Ad dignam communionem faciendam quænam ſint neceſſaria. 253.2. Ad eam ſe præparare volens diuinam in primis petere debere opem. 665.1
Dignitatem omnem cōmunionis eſſe ex parte Dei. ibid.2
Bonam præparationem ad Euchariſtiam ſitam eſſe in contritione, & deuotione. ibid. vide 688.2. & ſeq.

### Sermo ad eos, qui iam communicati ſunt. In illud Cant. viij. ij. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi,* &c.

Poſt communionem detinendum Chriſtum in mente noſtra. 894.2
Immorandum enim meditationi paſſionis illius. ibidem.
Quomodo ſanctiſſimum Sacramentum dicatur monumentum paſſionis Chriſti. 254.2
In Euchariſtia ſumptus Chriſtus quomodo nos doceat. 894.1. & ſeq.
Quid tanto hoſpiti dare debeamus. ibid.
Animam in communione paſtam paſcere Chriſtum lacte deuotionis. 176.1
Vide plura, quæ de tota hac communionis materia dici queunt adnotata ſuper Euang. feſt. Sanctiſſ. Corporis Chriſti, & ſuper Euang. Dominicæ infra eiuſdem feſti octauam: & in Indice rerum verbo *Euchariſtia.* Sermonem habiturus ad populum, cum ingruit aliqua calamitas, ſeu cum indicitur aliquod Iubilæum, aut Preces publicæ, confuge ad ea, quæ notata ſunt ſuper Euangelia Domin. V. poſt Paſcha, & Rogationum, ſeu Litaniarū: Et ad ſermones pro XL. horis, & ad Indicem rerum verb. *Tribulatio*, & verb. *Oratio.*

### Sermo pro gratiarum actione. In illud Coloſ. iij. xv. *Grati eſtote.*

Quam Deo diſpliceat vitium ingratitudinis. 709.2
Et è veſtigio quam delectetur beneficiorum ſuorum memoria, & commemoratione. 65.1
Gratias Deo agendas pro iiſdem beneficiis. Primum ob illorum multitudinem, quæ ſane tanta eſt, vt in illis ordo reperiri nequeat. 264.1
Ob eamdem eorum multitudinem, & copiam illa dici vbera Dei. 65.1

Secun-

Secundo, quia in ſingulis eorum ſunt plura beneficia, vnde & dicuntur vnguenta optima. 26.2
Tertio, quia conferunt ad virtutem, cum è contra beneficia terrena ſint exigua, breuia & damnoſa. 65.2
Ad virtutem enim animam promouens Deus beneficijs illam pulſat. 702.1
Quarto, quia ſi beneficium eo eſt maius, quo magis ab amore procedit. 26.2. maxima certe ea ſunt, quæ vt capilli è charitate Dei prodeunt. 760.1
Etſi beneficia in genere ſunt indicia amoris interni. 926.2. multo efficacius internum Dei amorem indicant beneficia Dei, quæ ideo & amorum nomine nuncupata reperiuntur. 65.2
Et quinto, quia ad amorem accendunt. 926.2. atque adeo dicuntur amoris & alæ. ibid. & ſagittæ. ibid. & 278.2

## Sermo in exequijs defunctorum. In illud Apoc. xiv. xiij. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.*

Dicuntur beati iuſti, cum moriuntur. Primo, quia per mortem eruuntur à laqueis, quorum plenum eſſe mundum iſtum habes 315.1
Secundo, quia eruuntur à periculo vagationis à Deo, ceſſatque illorum peregrinatio. 124.2
Tertio, quia eruuntur à tribus potentiſſimis hoſtibus, quorum iugiter metuebant incurſus. ibid.1
Quarto, quia liberantur ab inteſtino ſenſuum ſuorum bello periculoſiſſimo. 101.1
Quinto, quia eruuntur à deceptione, & impetu ardentiſſimæ concupiſcentiæ. 87.1. Ac per ſeparationem animæ à corpore eruuntur & ab omnibus præſentis vitæ ærumnis, quarum cauſa ipſum eſt corpus. 73.2
Sexto, dicuntur ijdem beati, cum moriuntur, quia vocantur ad cœleſtem beatitudinem. 573.1. 334.1. 321.1 & 706.1.
Septimo, quia in ipſo mortis tempore eamdem aliquatenus guſtare incipiunt cœleſtem beatitudinem. 343.1
Octauo, quia per mortem ipſam colliguntur ad Deum dilectum ſuum. 676.2. & colliguntur vt lilia quædam. 794.1
Colliguntur cum radice totius meriti. 674.1.
Hinc eſt, quod Deum precantur, vt ipſos ad ſe colligat. 668.2
Pondera quomodo ij dicuntur beati mori, qui cum iam mortui ſint moriuntur. Mortui inquam mundo.
De qua morte plura colliges ex dictis 275.2. 632.1. 921.2. & 922.2
Hos dici in Domino mori, quia Deo præſente moriuntur. 674.2. & 961.1. Vide quomodo ſanctus Moyſes mortuus dicatur in Domino. 19.1

FINIS.

# D. IO. ANTONIVS
## ANGRISANVS
### *CONGREGATIONIS CLERICORVM REGVLARIVM*
*Præpoſitus Generalis.*

CVm hoc opus Commentariorum in librum Cantici Cantic. à P. D. Michaele Ghiſlerio noſtræ Congregationis Theologo compoſitum, grauium, ac doctorum virorum iudicio, quibus id commiſimus, recognitum, atque approbatum fuerit, vt typis mandetur (modo ijs, ad quos hoc pertinebit, id viſum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcriptas, & ſigillo noſtræ Congregationis munitas Damus Romæ die 2. Menſis Maij 1609.

D. Io. Ant. Præp. Gen.

# COPIA.

*GLi Eccellentiſs. Signori Capi dell' Eccellentiſsimo Conſig. di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua, per relation delli dui à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitor, & del Circ. Secretario del Senato Gio. Marauegia, con giuramento, che nel libro intitolato,* Commentarij in Canticum Canticorum, &c. Reuer. P. D. Michaelis Ghiſlerij, *non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di Stampa, concedono licentia, che poſsi eſſer Stampato in queſta Città.*

*Dat. die* 22. *Septemb.* 1609.

*D. And. Contar.*
*D. Zuane Sagredo* } *Capi dell' Eccelſo Conſ. di. X.*
*D. Geron. Corner*

*Illuſtr. Conſ. X. Sec. Leonard. Otthobonus.*

*Reg. in lib. à car.* 28.

*Ant. Laur. Offic. Cont. Blaſph. &c.*

1 # CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

2 OSculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino.
Fragrantia vnguentis optimis.
3 Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt
te.
4 Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit
me Rex in cellaria ſua. Exultabimus, & lætabimur in te, memores
vberum tuorum ſuper vinum: Recti diligunt te.
5 Nigra ſum ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles
Salomonis.
6 Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol: Filij matris
meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam
meam non cuſtodiui.
7 Indica mihi quem diligit anima mea vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne va-
gari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.
8 Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gre-
gum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.
9 Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te, amica mea.
10 Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia.
11 Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.
12 Dum eſset Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum.
13 Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.
14 Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis En-gaddi.
15 Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum.
16 Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus.
17 Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſsina.

MICHAELIS

# MICHAELIS
# GHISLERII
## CLERICI REGVLARIS
# COMMENTARIA
# IN CANTICA
## CANTICORVM.

### Verſ.I. *Canticum Canticorum Salomonis.*

1 *Proœmium ſimile prælu-dio tibicinis.*
*Ariſt.3. Rhe.14.*
*Simile.*

IVre optimo Peripateticorum prin-
ceps Ariſtoteles expolitæ, & ex arte
elaboratæ orationis procœmiũ præ-
ludio illi ſimile inquit, quo fidicines,
aut tibicines vti conſueuere, dum
coram nobili quodam viro, vel fidi-
bus, vel tibijs canendi contingat oc-
caſio. Quemadmodum enim iſti, priuſquam artificio-
ſum ſonum, & cantum edant, tibiarum præuia quadã
inflatione, & neruorum in fidibus pulſatione adſtan-
tium animos & aures ad ſe rapiunt, vnde ſuauiſsimis
ſonis cantus permiſcentes modulato concentu om-
nium animos pene à ſemetipſis abreptos in ſui atten-
tiſsimam admirationem, iucũdiſsima dulcedine per-
fuſos traducunt; Ita præſtans Orator ornate concin-
nato procœmio, quaſi inſigni quodam, & nota illu-
ſtriorum rerum à ſe dicendarum præmiſſo, beneuo-
los, attentos, ac dociles reddens Auditores, facilius o-
ratorio verborum lepore, & grauitate ſententiarum
reliquum orationis curſum perſequens ſumma cum
laude, quod intendit, perſuadet, omneſque in ſuam
contorquet ſententiam. Quæ ſimilitudo, ſi præſentis
operis titulum ſuis ponderibus examinemus, minime
eſt à noſtro propoſito aliena; nimirum cæleſtis amo-
ris, ad quem ſapientiſsimus Salomon diuini numinis
afflatu hoc libello, quaſi ardentiſsima face admota nos
excitare, & inflammare intendit præſenti titulo inſi-
gni quadam prærogatiua Titulorum admirabili, ea
prima, quaſi fundamẽta iacit, ſemina fũdit, igniculos
ardẽtiſsimos ingenerat: Ex quibus facile inexplicabi-
lis vis amoris reſultare, & veluti ex igne exiguo oleo
effuſo, immenſum poſsimus ignẽ cõcipere: ita vt non
iniuria, cùm diu mihi dubium viſum fuerit, aut præ-
ludium, vel procœmium eſſet Titulus iſte appellandus:
Tandem vtrumque dici merito debere concludam.
Præludium, quatenus ſapientiſsimus vir, præſtantiſsi-
mi inſtar muſici ad Immortalis, & ſempiterni Dei a-

*Titulus huius libri eſt proœmium, & præludium.*

A morem hoc libello, quaſi Cantu diuina harmonia, &
inexplicabili cæleſtium amorum ſymphonia humanas
mentes à fluxarum rerum amore ſemotas ad immor-
talium æternique ſponſi amorem exſuſcitare, intẽdit,
hocque nomine *Canticum Cãticorum* inſcribit. Procœ-
mium verò, quoniam cumulatiſsimè tribus ſupradicti
tituli verbis aſſequitur, quod in doctiſsimo quouis ex-
cultæ orationis exordio, vel à ſummis oratoribus præ-
ſtari, vel ab eximijs eloquentiæ magiſtris doceri poſ-
B ſit: Inter quos cum omnium iudicio princeps ſit Ari-
ſtoteles, & bene dicendi, & bene ſciendi egregius ma-
giſter, quæ de abſoluto conficiendo procœmio ſcribit,
hic adducam, quo facile me breuiter tituli huius ex-
plicationem perſtringente, quiſque colligere poſsit, in
ipſo, quæ in medium afferũtur, omnia cumulatiſsime
exiſtere. Ad docilitatem, inquit, ipſe, in procœmio Ora- „
tor omnia refert, & ſi quis ita vult, vt probus videatur, „
his enim magis attendunt. Attenti ergo fiunt rebus „
magnis, ſuis, nouis, iucundis: quare faciendum, vt de
his oratio videatur. Quæ omnia luce clarius non poſi-
C tiue, ſed ſuperlatiue in ſacri huius libri titulo ſupere-
minent. Magnum ſane quid eſt Canticum: ſed quid
maximum præſeferens Canticum Canticorum: quid
Sacroſanctum, nouum, tam multis redundans myſte-
rijs, tam inſolita amoris iucunditate æſtuans, vt diui-
nũ quid potius, atque in altiſsima cæli Regia procre-
atum, quam humana mente cõceptum videatur. Duo
prima verba, *Canticum Canticorum*, adeo ſunt ſucci ple-
D na, prægnantia, nulla ſententiarum grauitate æquan-
da; vt ijs tantum cœleſtis vates ſit aſſecutus, quantum
nullus Muſicus ſua præuia pulſatione, aut orator lucu-
lentiſsimo procœmio conari poſſet. Additur tertium
verbũ, *Salomonis*, vt nullæ in ipſo perfecti tituli partes
deſiderarẽtur: cum in inſcriptionibus librorum præ-
cipue Authoris nomen expoſtuletur, necnon inter
cætera ipſius admirabilia præſẽs titulus perfectiſsimo
ternario numero excelleret. Titulus ille, qui fuit af- 2

*Titulus huius Cantici eſt procœmiũ efficaciſsimũ.*

*Ariſt. ſupr. Procœmio quid agendum.*

*Titulus huius Cantici comparatur, & præfertur titulo Chriſti crucifixi.*

fixus Chriſto Domino noſtro Crucifixo, libro libro- A rum, ex cuius ſtudio B. Paulus, qui ad tertium cœlum raptus fuerat, & quæ ab humana lingua explicari nequeunt, viderat, eam omnem ſcientiam comparaſſe teſtatus eſt, quę à vero ſapiente debet æſtimari, dicens: *a* Non iudicaui, me ſcire aliquid inter vos: niſi Ieſum Chriſtum, eumque Crucifixum, quatuor tantum verba habuit Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Huiuſmodi tamen, vt rectè expendantur, nihil ferè in Chriſto Crucifixo piè contemplari liceat, quod in iis non innuatur, & quaſi apertè prodatur. Efficax certè, & reconditæ cuiuſdam ſubſtantiæ, & myſteriorum pleniſſimus eſt titulus, ſed noſtri Epithalamij inſcriptione minimè ſuperior: quinimò quid magis ſuſpiciendum B noſtrum multis nominibus liceat proferre. Quamuis enim vtrumque à Spiritu ſancto dictatum fuerit: in iſto tamen diuinum nomen Salomonis Sapientiſſimi viri Deo dilectiſſimi ore vtitur in illo Pilati hoſtis ſui, & indoctiſſimi hominis; hinc non ita breuis ille eſt, veluti noſter trium ſolùm verborum *Canticum Canticorum Salomonis*, quæ & duo tantum dici poſſunt: cùm *Canticum Canticorum* vnum ſit, veluti Sancta Sanctorum, vt inferius dicetur; ſiue tamen duo, ſiue tria ſunt, illud exploratiſſimum eſt, maximum quoddam momentum habere.

*a 1. Cor. 2. 2.*

3 *Cantici nomen quid ſignificet in ſacris literis.*

Canticum, ſecundum communem Patrum opinionem illud ſignificat, quod ore, vel voce in gratiarum C actionem alicuius beneficij canebatur, ad pſalmi differentiam, qui inſtrumentis canebatur. Atque hinc eſt, quòd nonnulli pſalmi, vtramque vocem pro titulo habeant: ac ipſe Dauid in 126. pſalmo id nobis liquido oſtendit, dum inquit, *b Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, pſallam nomini Domini altiſſimi*, vt præclare ſuper dicto pſalmo notat Ioannes Chryſoſtomus. Canticum etiam ex Origene ſuper 4. pſalmo, eſt numeroſus, & comparabili ratione exquiſitus concentus in gloriam Dei factus, ſanis vtique doctrinis, atque ſermonibus refertus, qui cæteris quoque præbeat vtilitatem. Additur duobus hiſce ſignificatis tertium, ab Athanaſio ultum in Synopſi, videlicet, Cantica omnes prophetias D eſſe, quibus prophetæ aliqua ſummi Dei beneficia, ac præſertim incarnationis myſteria omnium beneficiorum maxima vel tradiderunt, vel prędixerunt. Ob quæ tria ſignificata liber hic *Canticum* appellatur: atque ad ſummam ipſius excellentiam (vt communiter Sancti Patres, & expoſitores omnes, etiam Hebræi volunt, ſenſum literalem ſectantes) denotandam *Canticum Canticorum*, dicitur. Frequenti enim conſuetudine, & aſſiduo quodam Hebræorum vſu ſacris literis huiuſmodi reduplicatio vſurpatur ad alicuius rei præſtantiam deſignãdam, aliis omnibus eiuſdem ſpeciei ſupereminentem. Sic legimus in pſalmis, *c Cœlum Cœli*, in Exodo, *d Sancta Sanctorum*. In Nahum, *e locuſta locuſtarum*, E & alias, *Sabbathum Sabbathorum*; & ſimilia. Qua literali ratione ſuppoſita, duæ ſtatim difficultates exoriuntur. Prima quibus Canticis præſens ſit præferendum excelſius: ijs tantum videlicet à Salomone conflatis, quæ quinque milia, vt in tertio libro Regum *f* ſcribitur, extitere, vel Canticis vniuerſis, quæ à varijs Sanctis, & prophetis condita Sacris in literis traduntur: nam primo intuitu Salomonis tantum Canticis propter eiuſdem additum nomen anteponendum videtur, dum dicitur, *Canticum Canticorum Salomonis*. Quam opinionem Hebræi omnes, multique etiam noſtrorum conteſtantur; Origenes autem Prologo Homiliæ primæ ex quatuor in libr. Cantic. reijcit, atque confutat verſione Septuaginta Interpretum, qua ita titulus iſte legitur,

*b Pſal. 126.*

*Chryſoſt.*

*Origenes.*

*Athanaſius.*

*Reduplicatio eiuſdem nominis præſtantiam ſignificat illius.*

*c Pſal. 113. 16.*

*d Exod. 26. 34.*

*e Nahum 3. 17.*

4 *Quibus Cãticis præfeꝛatur hoc Canticũ Salomonis.*

*f 3. Reg. 4. 32.*

*Origenes.*

„ *Canticum Canticorum quod eſt ipſi Salomoni*, dicens. Si vo- F
„ luiſſet intelligi, Canticorum tantum Salomonis hoc eſ-
„ ſe Canticum, dixiſſet vtique Canticum Canticorum, quæ ſunt Salomoni: vel Canticum ex Canticis Salomonis: nunc autem quia dicitur, *Quod eſt Salomoni*, oſtenditur tantum, ipſum eſſe Salomonis. Quocirca Sanctorum Patrũ ſententiæ inhærens, omnino affirmandum cenſeo, ſupradicto titulo nobis deſignari Canticum, quod in hoc libro habemus tam ſingulari & eximia excellere præſtantia, vt cunctis, non modo eiuſdem Authoris, verum etiam omnibus, quæ in veteri teſtamento reperiuntur Canticis, ſit ſuo merito anteferendum. Hinc alia ſuboritur difficultas inueſtiganda, & inueniēda vera huiuſmodi excellentiæ cauſa: Quæ facile diluitur: cum Patres omnes ſimul conueniant in eadem adducenda talis exceſſus ratione, quæ nulla alia eſt, quam diuinæ Incarnationis beneficium, qua æternus Deus, tanto naturæ interuallo à noſtra mortalitate ſemotus pro inexplicabili, qua erga nos exarſit, beneuolentia, ſe quaſi nobiſcum deſponſauit, humana natura aſſumpta; de quo admirabili beneficio ſingulariter & peregregie in hoc Cantico pertractatur. Illud tamen verum eſt; quod, licet Patres in huius rationis ſubſtantia concurrant, aliquantum tamen in explicandi modo diſcrepant; Siquidem Gregorius Nyſſenus ita eam explicat: Ex hac inſcriptione diſcimus, quod ›› quantum ab externæ ſapientiæ Canticis diſtant Can- ›› tica Sanctorum, tantum Cantica Sanctorum id, ›› quod hoc Canticorum Cantico myſterium continetur, ›› exuperet, quo quidem maius aliquod intelligentia, neque reperire, neque capere humana natura poteſt.

5 *Ob incarnationis beneficium Canticum iſtud excellit omnibus alijs Canticis.*

*Greg. Nyſſ. hom. 1.*

Quod à Theodoreto apertius hiſce verbis declaratur. *Canticum Canticorum* hic liber inſcribitur, propterea quod maiora Dei bonitatis opera nos edocet, & maxime recondita, atque arcana, & Sanctorum Sancta ›› diuinæ nobis humanitatis myſteria patefacit. Gregorius Papa, quem Richardus de Sancto Victore ſequitur, aliqua diuerſitate inquit, liber hic non Canticum, ſed, *Canticum Canticorum* dicitur; tanto eſt enim omnibus Canticis ſublimius, quanto in nuptijs maioris feſtiuitatis offertur. Modus vero eamdem rationem ›› explicandi, qui ab Athanaſio, & Origene tenetur, ›› maxime eſt à prædictis diſſimilis: quia ſupponentes, ›› Prophetias Patriarcharum, & Prophetarum, à quibus Incarnationis myſterium prædictum erat, quodammodo à longe, vt aiunt, Cantica, & ipſas eſſe, librum iſtum inquiunt, in quo non procul, & è longinquo de ſacroſancto hoc myſterio: ſed prope, & de præſenti contiguus, & intimus ſermo habetur, nobis mortalibus veluti in Epithalamio illud indicaſſe: Et propterea *Canticum Canticorum*, dici: quippe quod poſt alia Cantica multo præclarius tam immenſum beneficium, tamque ſublimes cæleſtis ſponſi nuptias canit. Quocirca idem Athanaſius in Synopſi, ita concludit. *Canticum* igitur eſt *Canticorum*, ›› propterea quod nullum aliud poſt ea, quæ hic canuntur, expectandum eſt: Et ſicut in lege erant Sancta, ›› & poſt Sancta, Sancta Sanctorum, poſt vero Sancta ›› Sanctorum, nullus alius interior locus habebatur. ›› Ita poſt Cantica, Canticum eſt Canticorum; poſt ›› Canticum vero Canticorum non eſt interior aliqua, ›› & recentior expetenda nunciatio. ››

6 *Theodoretus in præfatione.*

*Greg. Pap. Præfatione.*

*Richardus Victorius.*

*Athanaſius. Origenes.*

*Prophetia antiquorum Patrum fuere Cantica quædam.*

Præter aſſignatam hanc rationem litteralem, & communem, Bernardus circa finem primi Sermonis in Cantic. aliam moralem affert, volens, vt dum in præſenti libro agitur de nuptijs, & ſpirituali coniunctione ſummi Dei cum anima, à quouis, qui ſpiritui incumbit, dici is debeat *Canticum Canticorum*; vt excellentior canticis omnibus, quæ canuntur, vel pro varіis acceptis beneficiis, vel pro deuictis, & profligatis tentationum incurſibus, vel ob diuerſos ſpiritua-les factos progreſſus, qui Cantica graduum appellantur.

*Bernardus.*

Quod vero ad tertium iſtud verbum *Salomonis* conciſo huic, & breuiſſimo titulo additum ſpectat, mihi maximopere arridet talis acceſſionis ratio, vt litteralis à Gregorio Nyſſeno infraſcriptis verbis allata. Non ocioſe mihi videtur liber hic ex inſcriptione Salomoni eſſe attributus: Sed, vt lectores cogitent, magnum ſibi quiddam, & diuinum in iis, quæ dicuntur expectandum eſſe: Nam, cum in ſumma ſit admiratione Sapientiæ, atque doctrinæ, apud omnes Salomon Rex propter

7 *Salomonis nomen titulo adiectum maxima hoc libro promittit.*

*Gregorius Nyſſenus.*

propter id, quod diuinitus de ipſo proditum eſt teſtimonium; Idcirco ſtatim ab eius exordiis nominis eius fit mentio, vt lectores ingens quiddam, & dignum Salomonis exiſtimatione, & gloria de hoc libro ſperarent. Et hactenus Gregorius Nyſſenus.

8 Verum, ſi ex conſuetudine ſacrarum litterarum dicti nominis ſignificationem ſtudioſius inueſtigare, & expendere velimus, alias quoque rationes inueniemus, cur aliis duobus dicti tituli verbis id fuerit additum. Salomon namque Pacificus interpretatur: & profecto ſi titulus libro connectendi gratia præfigitur (iuxta illam Ariſtotelis regulam, quam infra ſcriptis verbis docet. Quemadmodum, qui fiſtula canunt, quod cantaturi ſunt, id præcantatum coniunxerunt: ſic in demonſtratiua oratione ſcribendum eſt, quicquid enim velis, oportet cum ſtatim prædixeris, perducere, atque coniungere, idque omnes ita faciunt.) Nulla re aptius iſtius libri initium; Oſculetur me oſculo oris ſui, in quo de oſculo agitur, ſingulari propemodum pacis ſigno, copulari poterat, quàm cum hoc Salomonis nomine.

*Ariſt. lib. 3. Rhetor. 14.*

*Salomonis vocabulum repræſentat Chriſtum, in hoc libro loquentem.*

Addit etiam nomen iſtud Author, vt antequam librum hunc legere inſtitueremus, eumdem ipſum, qui Salomon nomine appellatur, præter alios titulos, qui ipſi tribui conſuerant, librum ipſum conſcripſiſſe intelligeremus, & ſeſe in eo, quaſi Chriſti typum repræſentantem intueremur: & ſuſciperemus Chriſtum ipſum, verum pacificum, & pacis principem, pacemque noſtram, quomodo, & per Apoſtolum g, & per Iſaiam h nuncupatum eum nouimus. Atque ſi liber hic ſingulariter de amore agebat, quo magis congruo nomine eius Author appellari poterat quam nomine Salomonis, & pacifici? Nihil etenim magis peculiare & germanum amoris eſt, quam ipſa pax maxime præcipuus Sancti Spiritus fructus, ſicut etiam ipſe amor, iuxta illud Apoſtoli, fructus autem Spiritus; i Gaudium, pax, &c. Et hæc ratio cur Salomonis nomini in præſenti libro, Regis etiam nomen minimè addatur, vt in duobus alijs libris, Prouerbiorum, & Eccleſiaſtes eiuſdem Authoris ipſemet fecit: quoniam vbi pax cum amore coniungitur, nullum prorſus, vel leuiſſimum timoris, aut maieſtatis ſignum eſt exhibendum, vt eloquenter, & egregie probat Bernardus Ser. 59. & 83. in Cant.

*g Eph. 2. 14. h Iſai. 9. 6. Salomonis vocabulum congruentiſſimu amori, de quo agitur in hoc libro.*

*i Gal. 5. 22.*

9 Quæ hactenus dicta ſunt pro intelligentia tituli præſentis libri, quem, Deo annuente pro viribus explicaturi ſumus, quatenus in noſtra vulgata ſic editum legitur: *Canticum Canticorum Salomonis*, ſatis (vt opinor) indicarunt; tribus duntaxat verbis ea tanto nitore, artificioque comprehenſa eſſe, quæ, nec excultius, neque eruditius à diſertiſſimo quouis Rhetore ornatiſſimo procemio comprehendi poſſent. Verum ſciendum eſt, in text. Hebræorum, & Septuag. eundem titulum eodem prorſus modo non inſcribi; In Hebræo namque textu legitur שיר השירים אשר לשלמה ſcir haſcirim aſcer liſclomoh. *Canticum Canticorum, quod Salomoni*: ac in eiuſdem lectionis confirmationem Septuaginta ſic eundem traduxerunt, ἄσμα ἀσμάτων ὅ ἐςὶ Σαλώμον. *Canticum Canticorum, quod eſt Salomoni*. Quæ lectio etſi re vera, ſecũdum literam haud diſcrepet à lectione noſtra: quandoquidem, quod in Hebræo eſt in Datiuo *Salomoni*, idem ſit, ac *Salomonis* in Genitiuo, iuxta phraſim illam Hebraicam, qua Datiui ponuntur pro Genitiuis, frequentiſſimam in pſalmorum titulis, in quibus quoque Septuagita ſeruarũt phraſim prædictam, vertentes τῷ Δαβὶδ in Datiuo, vel etiam litera ל lamed, quæ præfixa eſt nomini Salomonis, poſita eſt pro ſecũdum, iuxta aliam phraſim Hebraicam, quam & in Euangeliorum titulis ſeruatam videmus, vbi dicitur Euangelium ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, &c.

*Datiui ponuntur pro genitiuis phraſi Hebraica.*

*Litera Lamed in Hebræo poni ſolita, vt ſignificet ſecundum.*

10 Si tamen rationem alteram ſubtiliorem, magiſque ſpiritualem exquiramus, recte itidem affirmabimus, Sapientiſſimũ Salomonem ſingulari prudentia ſe iſtius libri Authorem innuere, in quo ſub humani amoris figura de diuino amore eſſet agendum, ne quiſpiam vecors abſtruſos, & latentes ſenſus contemnens, humanorumque affectuum illecebris irretitus, verba tantum attendens de mortali hic amore agi ſibi falſo perſuaderet: ſed apertiſsima ſignificatione intelligeret de illo tantum amore, qui à Spiritu Sancto diuinitus ingeneratur; ideoque inſcripſiſſe librum iſtum *Canticum Canticorum*, non *Salomonis* tantum, vt mortalis Authoris, qui ex humana ſapiẽtia ſcribens facile ijs, quæ ſcriberet mortalibus poſſet legentium mentes delinire, ac ſauciare amoribus: Sed *Salomoni* ſcilicet dictatum, & inſpiratum: quando in hoc præſertim opere nihil prorſus ipſe litteris mandarat, quam quod Sanctiſsimo Spiritu afflatus diuinitus edocebatur: eundemque volebat, vt verum, & præcipuum Auctorem haberemus, & recoleremus: cuius cæleſtis Authoris ipſe inſtrumentum ſolummodo exiſteret; veluti Dauid ipſius parens confeſſus eſt pſalmo 44. vbi perſimile epithalamium habetur inquiens: k *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis*. Quibus verbis Regius Propheta nobis indicare voluit, ſeipſum in tam ſublimi epithalamio calamũ tantum eſſe Sancti Spiritus, qui per ipſum, veluti per calamum quemdam, breuiſsimis verbis cæleſtia nobis, & difficilia, humanoque ingenio ſuperiora myſteria communicaret, ſiue potius inueniret; eruditiſsimi inſtar ſcribæ, qui longiſſimam orationem exarare volens celerrime, ſæpiſsime vnico charactere, quaſi ſignificanti nutu verba indicat, & ſingularibus verbis ad ſummos informat conceptus. Et hoc quoque nomine idem Salomon duobus aliis ſuis in libris eandem verborum formulam in Datiuo adhibuit: ſed, etiam ſecũdum textus Hebræorum, & ſeptuaginta dicit, Parabolæ Salomonis, &c. Seu verba Eccleſiaſtes filij Dauid, &c. in Genitiuo ſemper; quoniam in ijs tantum vtique periculum non percipiebat, vt in Cantico iſto; Neque id tanti ponderis, atque momenti dijudicauit.

*Libri huius Author Spiritus ſanctus: Salomon vero illũ ſcripſit, vt eius Authoris inſtrumentum.*

A

B

*k Pſal. 44. 2.*

*Simile.*

C

Philo Carpathius aliam addit rationem meo iudicio non contemnendam, iſtud nomen *Salomoni*, non veluti proprium Authoris nomen: ſed, vt nomen appellatiuum pro ſignificatione Pacifici ſumens: illudque potius ad lectorem, & Auditorem referens, propter quos ab Authore liber iſte ſcriptus fuit: ac ſi iſta dicendi ratione *Canticum Canticorum Salomoni*, ſeu, *Quod eſt Salomon*, Spiritus Sanctus demonſtrare voluerit, ſacrum hunc librum ijs tantum ſcriptum eſſe, qui proprijs profligatis affectibus in intima pacis ſerenitate conquieſcunt: ſuoque iure Pacifici nomen promereantur, atque ad immortalia anhelantes, diuinorum quoque amorum lectione digni redditi fuerint.

*Philo.*

D

---

E

# CANTICI CANTICORVM CAPVT PRIMVM.

## Verſ. II. Cap. I. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

### Expositio Prima.

*Iuxta ſonum literæ.*

F

EST in more poſitũ clariſsimis, tum pingendi tum ſculpendi artificibus; vt, dum intimos cuiuſq; animi ſenſus ſuis nequeant operibus verè exprimere; ſedulo, atque omni cura obnitantur, externa quadam operis ſimilitudine ita intima quæque adumbrare, atque colorare, vt ſæpiſſimè vſu veniat, admirabilia quædam eorũ opera cum ſpectantium oculis animorum internuncijs eorundem animos ipſos, menteſque ad ſe rapere: vt, dum triſte aliquid mentito opere comminiſcuntur, ab ijs, qui ea intuentur ſæpiſsimè, aut veras excutiant lacrymas, aut ſaltem ad commiſerationem impellãt: dum lætũ quidpiam, excitẽt lætitiam: dum iracundum, commoueant

*Simile.*

 bilem:

bilem : dum truculentum, ac tetrum, deterreant: dum moleſtum, nonnihil exagitent : dum formoſum, alliciant : dum amabile, atque beneuolum, vt plurimũ iucundiſſima refricata cernentium memoria gratiſſime titillare, ne dicam ſauciare animos poſſint. Porro quemadmodũ pictores ipſi ita appoſite diſponunt in picturis corporum motus, eamq; menſuram omnia in illis aptant, ac variant, vt facile ab ijs, quæ vnuſquiſque intuetur, aditus pateſiat ad ea, quæ intus abſtruſa delitelcũt, ad fortes verbi gratia diſcernendos ab ignauis, triumphorum diſcrimen à ſtragibus, amorem ab odio, vitiũ à virtute; Eodem pacto præclariſsimi quique ſcriptorum totum in eo ſuum collocant ſtudium: vt, & oratione, & verborum floribus, atque nitore ita ſingula quæque deſcribant, vt facillime ab vnoquoque percipi queat, quid in vniuerſis ijs, de quibus agitur, lateat in mente, quoue intrinſecus ſinguli commoueantur affectu: gaudione an triſtitia? deſiderio, an timore? odio demũ, an amore? ita vt haud incongrue de illis verba ea proferri queant, quæ de fabris, ſiue Architectis aſſeruntur à Sapiente. *l Cor ſuum dabunt in ſimilitudinem picturæ*: ambo enim id aſſequuntur per ea, quæ patent ſenſibus: nam quæ exterius efflorеſcunt ijs, quæ ſint conſilij, ac rationis compotes indicant, quæ interius, vel ægra ſunt, vel ſana: quæve læta, quæve moleſta: vt verbi gratia (quo rem ipſam aggrediar, & ad propoſitum noſtra detorqueatur oratio) vult aliquis pictor, vel orator quampiam, alterius amore flagrantem indicare, hic dicet, ille pinget mulierem iſtam ad ſui amaſij vel abſentiam, vel conſpectum exanimatam, aut ingenti pallore languentem. Primus, vt rem maximopere perſuadeat, rem iſtam concinno elegantium verborum, ac grauiũ ſententiarum circuitu explicabit: Secundus, pulcherrimo variorum apparatu, & ornatu colorum deſcribet. Hoc ipſum à ſapientiſsimo omnium Salomone, ſiue potius à totius ſapientiæ, vniuerſæque eloquentiæ largitore Spiritu ſancto conſpicimus factum, quippe qui mortalibus hoc in libello demonſtraturus, quanta ſit charitas, qua (vt ita dicam) exardeſcit ſummus Deus erga diuinam ſponſam ſuam: quantaque viciſsim ipſa SponſaDeum proſequatur charitate, duos parabolice inducit paſtores, virum, & fœminam inter ſe amantes, in limine autem libri, ea nimirum, quam præ manibus habemus, ſententia, puellam nobis repræſentat pro ſui dilectiſsimi ſponſi pene exanimatam deſiderio, quæ, cum ſibi ab adſtantibus adoleſcentulis, & pretioſiſsima propinarentur vina & ſuauiſsime redolẽtibus perfunderetur vnguentis, ea omnia, quaſi ſibi inutilia, penituſq; inſufficientia reſpuat: vehementique anhelans deſiderio in hæc ex abrupto prorumpat verba. *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia, &c.* quibus licet pauciſsimis, ita ſuam, qua intrinſecus ardet, flammam ſignificat, vt nullus reperiri queat, qui vel longiſſima, vel eloquentiſſima oratione eãdem æque valet explicare, per ea enim totam amoris vim ipſumque amantium morem exprimit: ſiquidem, dum ſponſam proponit languentem, ipſam ſubindicat amoris vim: dum eam, talibus adoleſcentulas ex abrupto alloquentem inducit, amantium mores, & habitus propriiſsimis delineat coloribus, quippe qui cum toti ſint in amato, totumque ſpiritum ſuum in illum transfuderint, frequentiſsimis animi deliquiis languent, & ſæpiſsime colore deſtituuntur, & ſpiritu, eo præſertim tempore quo ab illo diſtracti ſint longius, qui earum ſubripuerit animum, ſpiritum, atque colorem. Dicens itaque, *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia, &c.* talia ſibi velle videtur ſponſa.

l Eccl. 38. 38.

Paraphraſis.

Animo meo, ſpiritu meo deſtituta ſum: Langueo certe, & langueo maximo languore: haud tamen exiſtimetis, me corporeo morbo languere, cui per iſtiuſmodi vina, per huiſcemodi vnguenta opem ferre nitimini: etenim languor meus adeo eſt vehemens, vt per hæc omnia nihil ei conferri poſsit. Amore langueo, cui vnicum tantum id ſupereſt remedij, ſi, qui meum habet animum, qui meum ſeruat ſpiritum, ipſe mihi illum per ſuauiſsma ſua reſtituat oſcula. Quamobrem auferte iſta

A hinc, auferte vina, auferte vnguenta, & quidquid pretioſi, ac redolentis per vniuerſum orbem reperiri poteſt: adſit tantummodo, veniat ſolum dilectus meus, & oſculetur me oſculo oris ſui. Hæc breuiter pro litteræ ſono indicata potius, quam explicata ſufficiant, neque enim in his diutius immorandum videtur, quæ à Spiritu Sancto ob inſigne honeſtatis ſeruãdum pauciſſimis vix attinguntur verbis; Verum ad ſenſus eos pandenda ſunt vela, quos in primis ab eodem Spiritu intentos eſſe cognoſcimus: dummodo vnum tantum prius circa litteræ varietatem adnimaduertimus.

Sciendum eſt enim, textus tum Hebræi, tum Græci legere: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*: Hebræi namque pro eo, quod nos legius *Oſculo*, in numero ſingulari, habent B in plurali מנישקות minneſcichot: Sic & ſeptuaginta Interpretes habent ἀπὸ φιλημάτων, ab oſculis: quæ lectio haud modice conferet ad ſpiritualium ſenſuum explicationem.

## Verſ. II. Cap. I. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

### Expositio I.

C *De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia ſancta.*

ARguit profecto perpetua diuini Numinis vnitas, vnam, eandemque & eſſe, & fuiſſe Eccleſiam, deſponſatam Deo ſiue per legem Moyſis, quæ Dei digito lapideis inſculpta eſt tabulis: ſiue per legem gratiæ, quę per Chriſti Domini incarnationem fidelium infuſa eſt mentibus: vnde & ab ipſomet Domino in præſenti libello de ea pronunciatum legimus, *a Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ*: Nihilominus haud certe à veritate aberrare cenſendi ij ſunt, qui hanc ipſam diſtinguunt in duas, ita tamen ab inuicem diſpartitas, vt à perfecta, quam oſtendimus, vnitate minime D recedant: Neque enim id nouum exiſtimandum eſt, vt ipſamet res & vna ſimul exiſtat, & multiplex: vna reſpectu totius: multiplex reſpectu partium: vna quo ad quidditatem (vt ſcholaſtica vtar voce) multiplex vero quo ad diuerſas rationes formales: nam & corpus vnum quidem eſt, ſi tota ſimul eius ſtructura ſpectetur; & multiplex dici poteſt, ſi diuerſa illius membra intueamur: & puella vna certe eſt, quæ & prius cum vno viro ſpõſalia de futuro contraxit, & poſtea grãdæua effecta eidem viro iuncta eſt matrimonio. Duplici tamen eam conſideratione ſpectãtes, in duas eam, quæ per ſe vna ſit, noſtro intellectu diuidimus. Sic Ergo Ec- E cleſia tota vnum quidem corpus eſt: attamen, ſi diuerſa eius inſpiciantur membra, haud incongrue multiplicem eam quis dicat, prout clariſſime ex lõga Apoſtoli *b* ratiocinatione colligere fas eſt: & quamuis vna eademque ſemper extiterit, quę, inſtar vnius puellæ vni deſponſata eſt Domino: congruenti tamen ratione aliquam in illa diſtinctionem ſtatuere poſſumus, vtpote quæ diuerſimode ante Chriſti incarnationem, atque poſt illam vni deſponſata ſit Chriſto. Etenim antequam Dominus noſter humanam induerit carnem, Eccleſia illa antiquior, quam ſæpius *c Eccleſiam Sanctorum* nuncupatam reperimus, in ſingularem certe à Domino F electa eſt ſponſam, haud tamen ad præſentes, ſed ad futuras tãtum vocata eſt nuptias: vt patet ex ipſiuſmet Domini verbis, quibus illam per Oſeam alloquens ait: (*d Sponſabo te mihi in ſempiternum: Et ſponſabo te mihi in Iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus:*) ſponſabo, inquit in futuro, non ſponſo in præſenti: & bene, ſponſabo in fide: cum haud aliter in Dei ſponſam aſſumi potuerit, quam ſi fide in Chriſtum venturum exornata fuiſſet: in hac enim Patres omnes vniuerſoſque ſanctos teſtimonium conſequutos, Deoque probatos pluribus in Epiſtola ad Hebræos *e* aſſerit Apoſto-

2

*Eccleſia vnà & duplex.*

a Cant. 6. 8.

*Simile.*

*Simile.*

b 1. Cor. 12.

*Eccleſ. ante Chriſti aduentum qualis.*

c Pſ. 88. 6. Pſal. 149. 1.

d Oſeæ 2. 19.

e Heb. 11. 2

*Eccleſia poſt Chriſti aduentum qualis.* poſtolus. At vero poſt Chriſti incarnationem eadem non amplius dicitur deſponſanda, ſed ſponſa; neque in fide per Chriſtum venturum, ſed per fidem in eum, qui iam ipſam à morte, atque à Dæmonum eripuit faucibus per lauacrum regenerationis, ac per proprij ſanguinis effuſionem ipſi deſponſata eſt Domino: quo fit, vt recte ei competant verba illa eiuſdem ſponſi in Canticis, iuxta lectionem ſeptuaginta Interpretum: *f Veni de Libano ſponſa: veni de Libano, tranſibis, & penetrabis à principio fidei, à capite Sanir, & Hermon, à ſpeluncis Leonum, à montibus Pardorum.* Hoc itaque conſtituto, vt Eccleſiæ nomen duplici intellectu ſumatur, & pro cœtu fidelium eorum, qui Chriſti præceſſerunt Natiuitatem, & pro illorum collectione, qui Chriſti abluti ſunt ſanguine, (neque enim nunc loquimur de ea, quam triumphantem appellant) duplici ratione eam conſiderantes, duplex verborum iſtorum, *Oſculetur me, &c.* afferri poteſt ſenſus: quorum primus ſit. Spiritus Sanctus, cum eximium Sanctorum Patrum amorem in Deum exprimere voluerit: ipſorum propoſuerit Eccleſiam, quæ pro charitate langueat, quæve præ deſiderio diuinæ incarnationis prope deficiens omnem prophetarum reſpuat conſolationem, vniuerſaſque quorumlibet ſiue hominum, ſiue Angelorum faſtidiat eruditionem, vtpote vnam tantum in Chriſto præſtolans conſolationem, vnum tantum Chriſtum admittens Doctorem. Quanto autem huiuſmodi Eccleſia amore langueret Chriſti, quanto Chriſti deſiderio flagraret, ex frequentiſſimis patet Sanctorum Patrum clamoribus; euidentius autem, & efficacius id colliget quilibet ex ijs, quæ Regius aſſeruit Propheta, cum diceret. *g Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuperſperaui.* Quomodo defecit? Audiamus S. Ambroſium, egregia id exprimentem ſimilitudine. Vt de vſu, inquit, capiamus exemplum: Si verbi gratia dicamus; Defecit ille in illam, videtur exprimi hoc verbo, quod totus in mulieris deſiderio cupiditate tranſierit: Et quicquid eſt, quod vehementer expetimus, niſi eius maturiorem habeamus effectum in nos videtur longa quadam intentione laſſare: Amor impatiens diu noctuque meretricias fores pulſans, ſi diutius potiendi deſiderio differantur, ipſa deficit expectatione, dum ſperat, in quo vtique non finis amoris, ſed incrementum eſt, & quicquid eſt deſiderabile, ſi non contingat deſideranti, deficit in illud, & quaſi ipſam deponit animam, qui deſiderat: ſi tamen ſpes propior aſſurgat, dat vires ſpes proxima: Si autem abſentia ſit dilecti, eo ipſo, quo abſentem deſiderat, qui concupiuit, animæ ſuæ patiatur defectionem: Itaque quanto longius illud eſt, quod deſideratur, tanto magis deficit, qui deſiderat: Idem ergo deficere eſt, in id vnumquemque totis ſtudiis migrare, quod diligat, illud cogitat, illi adhæret, illud perſonat, quod receperit diligendum, in id quadam animæ defectione transfunditur: vt, ſi mater filij expectet præſentiam; quemadmodum expectabat Tobiæ vxor filium peregrinantem, deficiens à deſiderio, & in anguſtijs conſtituta, & tanquam reſoluta viribus: Quid enim aliud niſi defectum quemdam eius verba ſignificant? Sed quo magis laſſatur affectus, eo amplius amor creſcit: quo diutius abeſt, qui deſideratur, eo expectantis deſideria maiori quadam vi amoris igneſcunt: Caro deficit, ſed cupiditas alitur, & augetur: Hinc ergo colligere poſſumus, quid ſit: deficit in ſalutare tuum anima mea. Hæc Ambroſius, quæ ad verbum hic afferenda cenſui, cum ita ad vnguē rem ipſam exprimant, quomodo Eccleſia in Antiquis Patribus defeciſſe dicatur, vt nec elegantiori, nec diluciodiori oratione explicari id poſſe crediderim. Sic igitur Chriſti amore languens Eccleſia, ſicque pro Chriſti deficiens deſiderio, inquit: *Oſculetur me oſculo oris ſui, Quia meliora ſunt vbera tua vino, flagrantia vnguentis optimis*: ac ſi diceret. Audiui iam veſtram ô Philoſophi inanis philoſophiæ doctrinam, qua inſtar vini me recreare, atque ad ſuperna eleuare nitimini? Sed certe inſtar vini, per hanc quodammodo inebriaſtis me per inflationem,

*f Cant. 4. 8.*

3 *Primus ſenſus. SS Patrum fere communis.*

*Eccleſia antiqua quanto Chriſti deſiderio flagraret.*

*g Pſal. 118. 81.*

*Ambroſius Sermon. 11. in Pſal. 118.*

*Paraphraſis.*

A atque ſuperbiam, haud tamen per eam ædificata ſum, haud plene ſum recreata, quandoquidem *h* charitas ſola eſt, quæ ædificat, ſcientia autem, ac doctrina veſtra inflat: Accepi iam complures ô Prophetæ, eaſque inſtar vini aſperas à vobis increpationes: Percepi iam ſuauiſſimarum promiſſionum odores, quibus me conſolari conati eſtis. Deſiſtite iam omnes, *i* qui de mea tamdiu exquiſiſtis, atque ſcrutati eſtis ſalute, qui de futura in me gratia prophetaſtis, iſta vnguenta veſtra, promiſſiones, ac conſolationes languorem meum curare nequeunt, deſiderio meo ſatisfacere minime valent: veniat, veniat ipſe dilectus meus, oſculetur me oſculo oris ſui: ipſe vnus eſt, qui me erigere poſſit: Oſculetur me per ſuam Sacratiſſimam incarnationem, iungat naturam ſuam cum natura mea: adſit ille indutus carne mea, ſicque cumulatiſſime meo ſatisfactum erit deſiderio, ſic à mea erigar, qua iaceo defectione animi, atque deliquio. B Antequam ad alterum de ſecunda Eccleſia accedamus ſenſum, tria mihi hoc loco circa loquendi modum quærenda videntur. Primo, quanam ratione Incarnationis myſterium per deoſculationis metaphorā fuerit ſignificatum. Secundo, Cur dictum ſit, *Oſculetur me oſculo oris ſui,* & non ſimpliciter *ore ſuo.* Tertio, quidnam myſterij lateat in *originalium* lectione, quæ in plurali habet: *Oſculetur me oſculis oris ſui.* Quo ad primum, Triplici ratione ſponſam crediderim motam, vt diuini verbi Incarnationem deoſculationis metaphora ſignificarit, ob triplicem videlicet ipſius Incarnationis cum C deoſculatione congruentiam, atque analogiam.

Primo enim, quemadmodum quum oſculatio exhibetur, os vnum vna cum alterius coniungitur ore, ſicque non ſolum ipſa externa ſimul in vnum quodammodo ora copulantur, ſed quod maius eſt, per huiuſmodi coniunctionem extrinſecam, ſimul quoque eorum vniuntur & animi: ita vt vere de ijs, qui ſeſe inuicem oſculantur, prouerbium illud vetuſtum proferri liceat, quod de amicis ab Ariſtotele citatur, & à nonnullis Pythagoræ adſcribi ſolet, nimirum amicitiam eſſe æqualitatem, & eandem animam, & amicorum eſſe vnam tantum animam: D Idipſum perfectiori tamen modo in Sacratiſſimæ Incarnationis myſterio conſpicere licet: Siquidem Verbum diuinum carnem pro nobis ſumere volens, naturam ſuam incomprehenſibilem, increatam, atque immortalem vna cum noſtra fragili, ac mortali copulauit natura, ac veluti quodam oſculo illam exoſculans tam arcte ipſas, quę in infinitum ab inuicem per ſe diſtarent, in vna coniunxit perſona diuina, vt per huiuſmodi vnionem vnus idemque Chriſtus, & Deus dicatur & homo: & per huiuſmodi communicationem idiomatum, quæ vni proprie competunt Deo, quodammodo etiam proferantur de hoE mine: & quæ ſunt hominis propria vere, ac catholice proferantur de Deo: Id omne præclare à Regio Propheta explicatum intelligo, vbi dicit, *k Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* En coniunctionem duarum naturarum, quæ ſeſe inuicem oſculantur per Incarnationis myſterium. Vt autem bene Dauid ſenſus percipiatur, animaduertendum, Naturam humanam ab illo ſignificatam nominibus miſericordiæ, & iuſtitiæ, vtpote quæ diuina indigeret miſericordia, & diuinam prouocaſſet iuſtitiam: Sic & miſericordiæ, & Iuſtitiæ nomen haud actiue, ſed paſſiue hoc loco accipiendum videtur, prout ab Eſaia acceF ptum reperimus, cum diceret, *l Miſericordias Dauid fideles,* id eſt, miſericordias, quibus Dauid indigebat, quæue illi à Deo fideliter eſſent promiſſę: quemadmodum etiam ab Apoſtolo *m* ij, qui Galatas conturbarent, Dei iudicium, atque iuſtitiam portare dicuntur: & ad Romanos, *n* quidam *vaſa iræ,* quidam vaſa miſericordiæ nuncupantur: Diuinam vero naturam veritatis, ac pacis explicatā vocibus: veritatis, cum in Deo tantū perfecta ſit veritas: Deuſque ipſa ſit veritas, vt clariſſime ab ipſomet Domino teſtatum habemus, cum apud Ioannē dicit, *o Ego ſum via, veritas, & vita:* Et: *p Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam*

*h 1. Cor. 8. 1.*

*i 1. Pet. 1. 10.*

*Incarnatio quam analogiam habeat cum deoſculatione.*

*Simile. Ex Bernard. Per Incarnationē duæ naturæ vnitæ ſunt in vna perſona Verbi.*

*Ariſtoteles lib. 9. Eth. cap. 8.*

*k Pſa. 84. 11*

*l Eſa. 55. 3.*

*m Gal. 5. 10.*

*n Ro. 9. 22.*

*o Ioā. 14. 6.*

*p Ioā. 18. 37*

*beam veritati, omnis qui eſt ex veritate*, id eſt, ex Deo, *audit vocem meam*: Pacis autem, cum Deus ipſa ſit pax æterna, & imperturbabilis.

Miſeri ordia ergo, inquit, Propheta, id eſt, natura humana, quæ diuinæ miſericordiæ maxime miſerandum erat obiectum, & natura diuina, vt ſummam, ac illibatam ſuam oſtenderet veritatem, quaſi duo ora inuicem ſeſe oſculantia obuiauerunt ſibi per ineffabile Incarnationis myſterium: ſicque per ipſam Incarnationem quaſi per quoddam oſculum natura humana, quæ Dei merebatur iuſtitiam, ac iram, & natura diuina, vt pacem in terra afferret, vt & qui ab æterno erat Deus pacis, fieret quoque *q pax noſtra*, iuxta Apoſtoli dictum faciens vtraque vnum, & medium materiæ ſoluens inimicitias in carne ſua, vt duos conderet

q *Epheſ*.2.14.

B

in ſemetipſo in vnum nouum hominem: in vno ſeſe

4 oſculata ſunt Chriſto: in vno vnita ſunt verbo: ita vt quod de homine dicebatur, de terra ortum habere, iam idipſum quoque de Deo dicatur: Veritas enim de terra orta eſt: & quod Dei erat proprium, vt de cælo proſpiceret vniuerſa, iam & de vili homine dicere liceat cum iuſtitia, & ipſa natura humana, iuſtitiæ nomine deſignata in Chriſto de cælo proſpexerit. Secundo: cum ex communi omnium ſenſu præcipuum amoris ſignum in oſculo extet, idque non modo in hominibus, ſed etiam in brutis, ac rationis expertibus ab ipſa indicetur natura, ita vt propterea apud Antiquos eiuſdem amoris hieroglyphicum per columbam expreſſum referat Pierius Valerianus, quia mutuis ſeſe oſculis columbæ deoſculentur, congruentiſsima ratione Incarnationis myſterium per ipſam deoſculationem à Spiritu ſancto ſignificatum dicemus. Ecquod enim maius amoris à Deo nobis exhiberi ſpecimem potuit, quàm iſtud ipſum, quod per Incarnationem eſt præſtitum? qua eo ab amore impulſus is eſt, vt proprio non pepercerit filio, vt qui fœliciſsimus, impaſsibilis, ac immortalis erat in ſuis omnium nouiſsimus, & vir dolorum, mortique obnoxius fieret in noſtris, idque pro inimicis, maximeque ingratis. Declaratum id optime habemus à Domino, cum diceret, *r Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret pro eo*: vbi per illam dictionem, ſic, indicatur, tantum à Patre per filij Incarnationem amoris ſignum exhibitum, vt verbis nullo pacto id exprimi poſſet: Interrogetur Apoſtolus, an poſsit vel mente quis imaginari quodpiam amoris ſignum ipſa diuina maius Incarnatione? In Epiſtola enim ad Epheſios ait, *ſ Deus autem, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & coreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu, vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu*. Quo loco ponderanda eſſet vox illa, propter nimiam, charitati enim nimiæ quidnam addi poteſt? Ad Romanos autem: *t Commendat*, inquit, *charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam, cum adhuc peccatores eſſemus Chriſtus pro nobis mortuus eſt*. Vbi verbo illo, commendat, illud ſignificaſſe videtur, quod à nobis aſſeritur: nullum nimirum maius charitatis indicium à Deo eſſe exhibitum, quam quod pro nobis peccatoribus carnem ſumere, mortemque ſubire dignatus ſit: quo fit, vt recte ſponſa à Deo poſtulet oſculari, dum Incarnationis flagitat ſacramentum.

*Ex Iuſto Orgelit. & Bernard.*

C

*Pierius Valer. lib. 22. pag. 157.*

*Incarnatio eſt præcipuũ amoris ſignũ æque ac oſculum.*

D

r *Ioã*. 3.16.

ſ *Eph*.2.4.

E

t *Rom*.5.8.

Tertio, vtitur ſponſa prædicta metaphora, quod idcirco præter alia, Chriſtum carnem ſumere vellet, vt ab eius ore proprio doctrinæ hauriret fluenta: Neque vero id nouum cenſere quis debet, vt per hanc metaphoram doctrinæ exhibitio ſignificetur, atque ſuſceptio: Nam vbi nos legimus, iuxta ſeptuaginta Interpretes. *u Apprehendite diſciplinam*, Hebraica legunt נשקו בר naſceku bar, quæ egregie à Sancto Hieronymo vertuntur, oſculamini filium: Ecquid enim aliud facimus, dum diuinum oſculamur Verbum, quàm ab eius ore doctrinam, ac diſciplinam percipere? Ad quid diui-

*Ex Origene Hier. Chryſoſt. Gregor. Papa, Theod. & alijs. Diuinæ doctrinæ exhibitio atque ſuſceptio, per deoſculationem ſignificari ſolita.*

F

u *Pſ*.2.12.

A

num illud Verbum per ſuam ſacratiſsimam nos oſculatus eſt Incarnationem, niſi, vt nos per ſuam doctrinam à vitijs abſtractos, ad perfectum virtutis culmen proueheret? *x Apparuit*, inquit Apoſtolus, *gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria ſobrie, iuſte, & pie viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*: ſane iſtam Verbi Incarnati doctrinam non tam ad aures exhiberi, quam

x *Tit*.2.11.

5

ad os: neque tam auribus percipi, quam ore, in quod oſculum imprimitur oſculantis, teſtatur is, qui Pſalm. 18. ait: *y Iudicia Domini dulciora ſuper mel, & fauum*: Nec aliunde *z fauum diſtillantem* dicta ſunt labia ſponſæ, quam exinde, quod ex ſponſi huius oſculo fauum reddita ſint ex mellita eius doctrina: propter quam ſuſcipiendam ipſamet dicebat alias, *a Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam*. Et quonam meliori Symbolo, quam per oſculum, Chriſti doctrina ſignificari poſſet, cuius vniuerſa lex in amore ſita eſſet, & charitate? *b Mandatum*, inquit ipſemet, *nouum do vobis*: Et quod eſt hoc mandatum? Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos: & prædicatoribus ſuis pacem in primis prædicandam præcepit, cum diceret: *c In quamcumque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui*. Quapropter congruentiſsima ratione à ſponſa expoſcitur tale oſculum, cui compertiſsimum erat, ſe, dummodo ad tale admittatur oſculum, tantam ex illo diuino ore haurire poſſe charitatis doctrinam, ac pacis, vt nullatenus vnquam amplius crucianda ſit ſibi recolens, quæ ſibi per Iſaiam promiſſa fuiſſent: *d Ecce ego declinabo ſuper eam, quaſi fluuium pacis*: quomodo autem ſiti vllatenus premi poteſt, quæ fluuium in os ſuum fluentem habuerit? *e Qui biberit*, inquit Dominus ad Samaritanam, *ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum*. Quare? Quia aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

y *Pſ*.18.11.

z *Cãt*.4.11.

a *Pſal*.118.151.

*Lex, & doctrina Chriſti tota eſt de amore.*

b *Io*.13.34.

c *Luc*.10.3.

d *Eſa*.66.12

e *Ioã*.4.13.

Sed cur non ait ſimpliciter, *Oſculetur me ore ſuo*: At potius, *Oſculetur me oſculo oris ſui*? Magnum profecto idque altiſsimum in hiſce ſponſæ verbis myſterium latere crediderim: compertiſſimum namque erat Eccleſiæ, ſanctiſque Patribus, in diuinis diſtingui realiter os oſculans ab oſculo, quod per talem genitum ſit deoſculationem, diſtinctaſque perſonas ſignificari per os oſculans, atque per ipſum oſculum. Etenim cum Patris dicere ſit per eius intellectum, æque ac dicere hominis eſt per os, certe ipſe intellectus Patris, quo ab æterno dixit Verbum increatum, per oris nomen congruentiſſime ſignificatur, & ex conſequenti os Dei recte Patrem accipimus, qui idemmet eſt ac ſuus intellectus, quo tanquam per os generare oſtenſum eſt, vnde ab ipſamet ſapientia increata dictum eſt: *f Ego ex ore Altiſsimi prodiui primogenita*. Oſculum autem huiuſcemodi oris quodnam aliud eſt, quam Verbum æternum? quod à tali ore per ineffabilem, atque incomprehenſibilem genitum intellectionem recte oſculi nomine deſignatur, tum quia ei ab illo ſupremo ore propria eſſentialiter communicata eſt natura, non ſecus ac per deoſculationem noſtram proprium quodammodo communicamus animum: tum quia tale Verbum, taliſque Filius à Patre maxime omnium dilectus eſt, prout ab illomet prolatum refertur, quum audita eſt vox de nube dicens. *g Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*. Hæc itaque optime intelligens Eccleſia, Incarnationem efflagitans, non ait ſimpliciter. *Oſculetur me ore ſuo*: ſed *Oſculetur me oſculo oris ſui*, quod ſciret, haud Patrem eſſe incarnandum, ſed Filium, vtpote cui congrueret *h inſtaurare omnia, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt*, per quem iam facta fuerunt omnia. Sic ergo, cum per Incarnationem deoſculari humanam naturam expoſceret, ab illo, & per illum poſtulat oſculari, qui æternum eſſet oſculum Patris.

*Verbum Increatum eſt oſculum Patris.*

f *Eccl*.25.

g *Mat*.17.

h *Eph*.1.10.

Sanctus Bernardus aliam affert prædictæ loquutionis rationem, per os enim oſculans intelligens

*Chriſtus incarnatus eſt*

Verbum

*oſculũ Verbi aſſumentis carnem.*

A Verbum aſſumens : per oſculatum , carnem aſſumptam : & per oſculum , quod pariter & ab oſculante, & ab oſculato conficitur , perſonam ipſam ex vtroque compactam, mediatorem Dei, & hominum Chriſtum Ieſum , neminem inquit Sanctorum præſumpſiſſe, vt diceret : *Oſculetur me ore ſuo*, ipſi duntaxat carni diuinę ſeruantes prærogatiuam iſtam , cui ſingulariter , ſemelque os verbi impreſſum eſt, cum ei ſe *i corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulſit*: Eccleſiam vero illam antiquam Sanctorum Patrum dicere tantum, *Oſculetur me oſculo oris ſui*: humilius nempe ab oſculo oris illius petens ſe oſculari , quod commune ſciret eſſe multorum , qui dicere poſſunt , *k Et nos omnes de plenitudine eius accepimus.*

*i Col.2.9.* *k Ioã.1.16.*

B Neque vero minoris eſt myſterij, quod iuxta Hebraicam , ac Græcam ſept. Interpretum lectionem, id , quod à nobis legitur ſingulariter , *Oſculo oris ſui*, in plurali , *ab oſculis oris ſui*: legi in prima litteræ explicatione notatum eſt. Nam certe idemmet per vtramque lectionem Incarnationis myſterium ab Eccleſia antiquorum Patrum expoſcitur. Verum quod iuxta lectionem noſtram vnica tantum per vnicum æterni Patris oſculum petitur Incarnatio , vnicumque ac ſummum per verbi Incarnationem amoris ſignum: Idipſum, iuxta prædictam lectionem præclara quadam expoſcitur amplificatione : Etenim dum per plurium oſculorum deoſculationem diuini verbi expoſcitur Incarnatio, profecto crediderim in vno illo ſublimi, ac ineffabili oſculo , quod per ſuam nos oſculaturus erat incarnationem, complura ſimul ineſſe oſcula , quibus vna cum illo præcipuo oſculari exoptet Eccleſia. Ea vero illa ſunt vniuerſa , quæ in cœlis , quæue in terris exiſtunt : Præclare hoc indicat Apoſtolus, cum de diuinæ Incarnationis myſterio loquens , de æterno Patre ait : *l Qui etiam proprio filio non pepercit , ſed pro nobis omnibus tradidit illum , quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Et, *m diligentibus Deum* , inquit idem Apoſtolus , *omnia cooperantur in bonum his , qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti* , dicatur iam ab Eccleſia , *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*: tantis enim diuinum verbũ, carne aſſumpta , tantis inquam poſt hanc vnam oſculatus eſt deoſculationem : quanta noſtra indutus carne , vel egit, vel paſſus eſt: quanta in ipſo extiterunt membra , cum in ſingulis quidpiam doloris pro nobis ſubierit : quanta pro nobis fecit itinera : quanta & protulit verba.

*Chriſto nos oſculante per Incarnationẽ oſculis pluribus fuimus oſculati.* *l Rom.8.32.* *Quot dona tot eſſe oſcula.* *m Ro.8.28.* *Oſcula tanta Chriſtus nobis dedit, quanta egit, vel docuit, vel paſſus eſt.* *Secundus ſenſus. Ex Ambr. Bernard. & aliis.*

6 Quod ſi ſumamus Eccleſiam pro altera illa Eccleſia, quam poſt diuini Verbi Incarnationem ab ipſomet Chriſto per precioſi ſanguinis effuſionem deſponſatam notauimus : Videtur mihi hoc loco ille proponi Apoſtolorum , ac Diſcipulorum cœtus , quem primitiuam Patres dixere Eccleſiam : Proponitur autem huiuſmodi Eccleſia eo in tempore quod inter diem Aſcenſionis Domini , diemque Pentecoſtes interceſſit , quando expectabat indui virtute ex alto. Et quiſnam eſt, qui verbis exprimere valeat, quantis Diſcipulorum mentes iactarentur fluctibus , poſtquam dilectiſſimi Magiſtri orbati ſunt præſentia? Indicetur id tamen aliquo pacto ab ipſomet Domino, qui talem eorum prænoſcens perturbationem , talemque mentis languorem , quo per ſuum afficiendi forent diſceſſum, conſolatione huiuſcemodi eos demulcebat. *n Non turbetur cor veſtrum , neque formidet: Audiſtis , quia ego dixi vobis , Vado & venio ad vos : Si diligeretis me , gauderetis vtique , quia vado ad Patrem : o Et ego rogabo Patrem , & alium Paraclitum dabit vobis , vt maneat vobiſcum in æternum , Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere , quia non videt eum , nec ſcit eum : Vos autem cognoſcetis eum , quia apud vos manebit , & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Profecto niſi eorum præuidiſſet animi languorem, niſi præſenſiſſet eorum perturbationem , atque formidinem , haud talibus eos Dominus alloquutus fuiſſet verbis : Non turbetur cor veſtrum , idque frequentius : Iactabantur certe eorum animi : Timebant enim æque ac filioli parentum deſtituti præſentia : Afficiebantur quidem gaudio , quod dilectum ipſum ſuum ad cælos eleuatum vidiſſent , quod illum ad Dei dexteram ſedere ſcirent. Vnde de eis apud Lucam dicitur : *p Et ipſi adorantes Dominum* , nempe , quem in cælos aſcendiſſe conſpexerunt , reuerſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno. Sed tamen ex alia parte haud modica eos premebat triſtitia , cum ſeſe diuina illius præſentia orbatos agnoſcerent . Audi eundem Lucam , hoc indicantem in actibus Apoſtolorum, vbi ait: *q Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum : Cumque intuerentur, in cælum euntem illum : Ecce duo viri aſtiterunt in veſtibus albis, qui & dixerunt : Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cælum? &c.* Si videntibus illis eleuatus eſt : Si nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, ita vt amplius eum cernere nequirent , quinam intuebantur in cælum euntem illum ? niſi quia quum ſe diuina illius præſentia priuatos ſenſere, tanta eos oppreſſit triſtitia , vt in cælum reſpicientes prope deficerent , eo ſpiritus ſuos mittere exoptantes , quo illum proceſſiſſe perſpexerunt. Ne autem omnino deficerent , bene per Angelos dictum eis eſt : Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum ? ac ſi dictum fuiſſet, Quænam vos afficit triſtitia? quo languore C tenemini ? Numquid aſpicientes in cælum omnino deficere vultis in corpore ? Quæ vobis ab ipſo dilecto veſtro dicta ſunt , mente reuoluite , *r Vado, & venio ad vos* : bono animo eſtote , ecce enim hic Ieſus , qui aſſumptus eſt à vobis in cælum , ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Tali itaque languore confecta primitiua Eccleſia, tantiſque animi concuſſa perturbationibus , quaſi reſpuens vniuerſas Angelorum conſolationes præ deſiderio illius Paracliti, quem ſibi toties à ſuo dilecto promiſſum recoleret , *Oſculetur me* , ait, *oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrãtia vnguentis optimis*; ac ſi dicat.

*Poſt Aſcenſionem Domini quanã ratione ſe habuerint Apoſtoli vſque ad Spiritus S. acceptionem.* *n Io.14.28.* *o Io.14.15.* *p Luc.24. 52.* *q Act.1.9.* *r Io.14.28.* *Paraphraſis.*

D Non ſufficit præſentia veſtra , Angeli Sancti , quamuis ſpecioſi ſitis , quantumuis candidiſſimo veſtium decore fulgeatis ; Non ſufficiunt hæc ad tollendum à me languorem , quo langueo ; dilecti mei orbata pręſentia , deſiſtite iam à conſolationibus, quibus inſtar vini me conſolari nitimini : Nolite iam amplius dilecti mei aduentum replicare , quo inſtar vnguentorum optimorum me recreare contenditis : hæc enim omnia haudquaquam plene conſolari me valent : Vnicum tantum languoris , perturbationiſque meæ reſtat remedium , ſi is , qui pro me mori dignatus eſt, illum mihi infundat ſpiritum , illum perfectiſſimum ad me mittat paraclitum , quem toties pollicitus mihi eſt. E Quapropter hoc vnum opto , hoc vnum à te , dilecte mi, flagito , vt oſculeris me oſculo oris tui , mittens ad me tantum conſolatorem , quia meliora ſunt vbera tua, meliores ſunt conſolationes tuæ, quibus per Sanctum Spiritum me conſolaberis , quocumque vino alterius conſolationis, multoque vino fragrantiores mihi per talem ſpiritum gratias , virtuteſque largieris, quam per quoſcumque , ſiue hominum , ſiue Angelorum exempla, vel monita conſequi poſſem. Huiuſmodi orationem ab Eccleſia illa factam crediderim per vniuerſum illud temporis interſtitium, prout etiam ex ipſa Actuum Apoſtolorum lectione colligere licet, vbi dicitur. F *ſ Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione , cum mulieribus , & Maria matre Ieſu , & fratribus eius.*

*ſ Act.1.14.*

7 Verum ſi per adeo ardentes , adeoque perſeuerantes preces nil aliud à ſuo dilecto petebat Eccleſia , deque nulla re alia ad ipſum ſupplicationes offerebat , quam de miſſione Spiritus Sancti , per quem cumulatam ſibi obuenturam ſciret conſolationem , nonne claris vti potuiſſet verbis ijs , quibus idipſum efflagitans vſus eſt Propheta Regius,

t Pſal.103.30.

cum Deum deprecans diceret, t *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ?* Quam igitur ob cauſam ad ſignificandam Spiritus Sancti miſsionem deoſculationis attulit metaphoram? Quidnam illam ad huiuſmodi diuinæ exoſculationis compulit petitionem?

u Geneſ.2.

*Spiritus Sancti miſsio petatur ſub metaphora deoſculationis.*

Recolebat quanta iam in ſuis fidelibus ex diuino ſuſceperat ore: recolebat quomodo ex illo ſacratiſsimo ore parenti ſuo Adæ u inſpiratum fuerit ſpiraculum vitæ, per quod homines ſummi Dei conſequuti eſſent imaginem, per quod homo cunctis præcelleret animalibus, per quod humana natura capax, & particeps eſſet vitæ gratiæ, ac ſapientiæ Dei: Proximam eorum retinebat memoriam, quæ iam à ſuo ſibi peracta eſſent dilecto, quando paucis ante diebus, poſtquam reſurrexerat, & priuſquam in cælum ſeſe transferret x in ſuos inſufflauit diſcipulos, & quemadmodum, ſicut ait Cyrillus lib.12.in Ioannem, c.16.& Athanaſius ad Antioch.q.64.ore ſuo inſufflando dederat animam, quæ eſt principium vitæ temporalis: eodem ore inſufflando daret etiam Spiritum Sanctum, qui eſt principium vitæ ſpiritualis: vt ipſemet, qui fuerat creator, agnoſceretur recreator, ac Redemptor. Recordabatur verborum illorum, quæ ſibi poſt tanti oris inſufflationem ab eo dicta ſenſiſſet. y *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Agnoſcens ergo, talia ac tanta ſe ex illius ſacratiſsimo ore ſuſcepiſſe, & intelligens ſe per illam dilecti ſui inſufflationem vnicam tantum Spiritus Sancti accepiſſe operationem, nempe poteſtatem dimittendi peccata. Agnoſcens demum, poſt Domini ſui aſcenſionem ſe plenitudine omnium donorum Spiritus Sancti donandam, cum à Chriſto ſibi dictum meminiſſet, z *Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos,* congruentiſsima ratione, nunc ad os illud admitti expoſcit, à quo ipſius Spiritus attraheret plenitudinem, vt ſibi aliquā do dicere liceat: a *Os meum aperui, & attraxi Spiritum.* Quidni autem ad hæc ſignificanda deoſculationis vteretur metaphora, cui manifeſte conſtaret, Spiritum Sanctum proprijſsimo nomine ſignificari ſimul, & eſſe amorem, cuius (vt ſupra oſtenſum eſt) nullum aliud inter creata vehementius oſculatione ipſa exhiberi poteſt indicium? At ſi hac deoſculationis metaphora Spiritus Sancti miſsionem à Domino efflagitare volebat, quanam de cauſa non dixit ſimpliciter, *Oſculetur me ore ſuo*: ſed addidit, *oſculo oris ſui*? profecto nos quando quempiam exoſculari contingat, ore ipſo deoſculamur, atque ore etiam dicimur oſculari, neque enim quid ſubſiſtens oſculum eſſe quis dixerit, vt per illud oris fiat exoſculatio: neque ab ipſamet deoſculatione id diſtinguitur realiter, ita vt proprio loquendi modo dicere quis valeat, illam fieri per oſculum, cum potius è contra oſculum per deoſculationem fieri pateat, nihilque aliud ſit oſculum, quam (vt Philoſophorum vocibus vtar) ipſamet oſculatio in facto eſſe, quæ prius erat in fieri.

x Io.20.22. — y Io.20.23. — z Io.16.7. — a Pſal.118.131.

*Spiritus Sanctus quomodo dicatur oſculum oris diuini, per quod à Deo oſculamur.*

*Oſculetur me,* dixit, *oſculo oris ſui,* quod ſibi optime eſſet compertum, haud paria noſtra eſſe diuinis: ita vt quamuis in creatis idem ſit oſculari ore, ac oſculari oſculo oris propter prællegatas rationes: In diuinis tamen maximum inſit diſcrimen inter huiuſmodi loquutionum formulas. Siquidem in diuinis oſculum eſt quid ſubſiſtens per ſe, realiter ab ipſa deoſculatione actiua diſtinctum, quod quidem, per ipſam oris deoſculationem procedens, aptiſsimum extet medium, per quod altera fiat deoſculatio, quæ proprijſsimis verbis dicatur oſculatio oris diuini: Etenim, cum Pater, & filius, mutuo ſeſe diligentes amore, mutuis ſeſe oſculantur oribus, ex huiuſmodi mutua oris deoſculatione tertiam, à ſe ipſis realiter diſtinctam producunt Spiritus Sancti perſonam, quæ quidem quamuis idem realiter ſit cum tali deoſculatione, ſeu proceſsione paſsiua, reali tamen quoque diſtinctione diſtincta ab eadem deoſculatione, ſeu proceſsione actiua, proprijſsimo nomine nuncupatur oſculum oris, cum ab immediata proceſſerit oris deoſculatione, qua

A Pater, ac filius mutuo ſeſe oſculantur, ac diligunt: Sed quiſnam audeat ad tam ſublime, tamque inacceſsibile os abſque vllo admitti medio, præter ipſos, qui iidem in vna exiſtunt eſſentia; præter eos, qui in vna pares ſunt Deitate? Abſit hoc à fideliſsima Chriſti Sponſa, vt audeat admitti immediate ad os Dei; vt petat oſculari ſe ore Dei: Sic enim ad Luciferi perueniret ſuperbiam, qui eo prouectus eſt audaciæ, vt aſſerere nō erubuerit, b *Similis ero Altiſsimo*: ſed ingenti cum reuerentia, demiſſoque animo petat: *Oſculetur me,* non quidem *ore ſuo,* ſicut ſeſe inuicem deoſculati ſunt ab æterno Pater, & Filius: ſed tantum *Oſculo oris ſui,* ſed tantum Spiritu Sācto, qui vt ſuauiſsimum oſculum ex diuino proceſsit ore: B Mittat mihi Spiritum Sanctum, quo vt oſculo diuini oris deoſculata, ipſa quoque quodammodo vna fiam cum illo Deo, qui me per huiuſmodi exoſculatus ſit ſpiritum, iuxta illud Apoſtoli, c *Qui adhæret Deo,* mediante nimirum huiuſmodi oſculo, mediante huiuſmodi ſpiritu, *vnus ſpiritus eſt cum illo.*

b Eſa.14.14. — c 1.Cor.6.17.

*Bernardus Ser.8.in Cant.*

Ab his parum differt ratio allata à Bernardo, dum ait, oſculum de ore eſſe tantum in diuinis, cum nimirum Pater diligit Filium eique communicat omnem eſſentiam diuinam, viciſſimque ab eo diligitur, ita vt recte filius dixerit, d *Ego & Pater vnum ſumus.* Sic cum Pater recte accipiatur oſculans, filius vero oſculatus, non incongrue per ipſum oſculum intelligi Spiritum S. quo mutuo Pater, Filiuſque ſe diligunt, qui ve Patris, filijque ſit gluten, indiuiduus amor, atque indiuiſibilis vnitas: C Quod cum ita ſit, recta ratione Eccleſiaſtica, cum petit ſibi reuelari Dei cognitionem, eiuſdemque infundi dilectionem: non dicere, *Oſculetur me ore ſuo:* quia Filius tantum accepit oſculum, cui communicata eſt omnis plenitudo diuinitatis, qui ſolus noſſe ſe dicit Patrem, cum ait, e *Nemo nouit Patrem, niſi Filius*: ſed dicere, *Oſculetur me oſculo oris ſui,* cum peteret ſibi infundi Spiritum S. per quem dictam Dei aſſequeretur cognitionem, atque dilectionem: Petit autem à Filio, inquit Bernardus, quia filij ſit, cui voluerit reuelare, idque per oſculum, id eſt, D per Spiritum S. Apoſtolo teſte, qui ait, f *Nobis reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Hæc vero reuelatio, quæ fit per Spiritum Sanctū non ſolum illuſtrat ad agnitionem, ſed etiam attēdit ad amorem, Apoſtolo dicēte, g *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.*

d Io.10.30. — e Luc.10.22. — f 1.Cor.2.10. — g Rom.5.5.

Ex his omnibus, ſiue Eccleſia petierit admitti ad Dei cognitionem per Spiritum Sanctum, vt ait Bernardus: ſiue ſimpliciter, Deo per eumdem Spiritum adhærere concupierit, vt à nobis aſſertum eſt, patet, quam proprie, quamve prudenter illa huiuſcemodi ſit vſa loquutionis formula, *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

*Spiritum S. eſſe donum præcipuum.* — *S. Thomas 1.p.q.38.a.2.*

E Haud minori tamen prudentia ipſam loquutam crediderim, dum etſi iuxta noſtram lectionem in ſingulari dixit, *Oſculetur me oſculo oris ſui*: iuxta Hebraicam lectionem ait in plurali, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*: Satis enim illi conſtabat, Spiritum S. donum inter omnia diuina dona eſſe præcipuum, vtpote cui vni competeret procedere, vt donum ex vi originis, procedit enim à Patre, & Filio per actum voluntatis ex vi originis; vt amor, & amor: vt amor donum eſt, imo rationem habet primi doni, vt bene ait Sanctus Thom. hinc eſt, quod ſæpius in Scriptura ſacra, doni nomine ipſum Spiritum Sanctum nuncupatum reperimus: vt, cum Simoni, illum pecunia emere ſtudenti, à Petro reſponſum legimus. h *Pecunia tua tecum ſit in perditione,* F *quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſsideri,* & in ipſomet libro ab eodem Petro ad nuper conuerſos dictum inuenimus. i *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti:* Hinc eſt etiam, quod Eccleſia illum petens nomine oſculi, quod eſt præcipuum, etiam in creatis, amoris donum, vel in ſingulari petijt, quod vnum, ac ſingulare eſſe intelligeret: vel etiam in plurali, quod ſibi compertiſſimum eſſet iſtudmet donum, & vnum, & plura ſimul eſſe dona. Nouerat enim ſeptem eius eſſe dona, quæ ab Eſaia k enumerata fuere: Nouerat l diuiſiones donorum

h Act.8.20. — i Act.2.38. — *Spiritus S. & vnum donum, & plura dona.* — k Eſa.11.2. — l 1.Cor.12.4.

norum, ac gratiarum eſſe, quamuis idem ſit ſpiritus: Nouerat vnicuique dari manifeſtationem ſpiritus ad vtilitatem, alij quidem per ſpiritum dari ſermonem ſapientiæ, alij ſermonem ſcientiæ ſecundum eumdem ſpiritum: alteri fidem in eodem ſpiritu: alteri gratiam ſanitatum in vno ſpiritu; alij operationem virtutum. alij prophetiam; alij diſcretionem ſpirituum; alij genera linguarum; alij interpretationem ſermonum. Quapropter prudentiſsime petit hæc omnia dona in vno ſpiritu dicens: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*, cum ipſa vnicum tantum extet corpus cuius ij diuerſa ſint membra, quibus ſingula vnicuique collata ſunt ſpiritus dona. Et hæc de ſecunda expoſitione.

---

## Verſ. II. Cap. I. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt anima Iuſti.*

*Partim ex Nyſſ. Greg. Pap. Aug. & Bernardo.*

*Sine delectatione hominem viuere non poſse.*

*Ariſt. Eth. 4*

8 QVæ terrenis propter Deum ſeſe orbauit voluptatibus, oſculo nunc diuinarum conſolationum refici ſe ab ipſo dilecto ſuo efflagitat pia Anima in veſtibulo Cantici huius, in quo ſtudium vitæ delineatur ſpiritualis. Siquidem à Deo natura inſitum vniuerſis eſt pectoribus, tum ijs, quæ ſunt rationis expertia, tum ijs, quæ ratione participant, voluptatem vt appetant, ac delectationem, ita vt Philoſophus aſſeruerit, abſque delectatione vitam ab animantibus tranſigi minime poſſe: cum illa perficiat operationes, & ipſum etiam viuere, quod maxime expetitur ab omnibus: Et continuo probamus experimento, illud ab vnoquoque promptius fieri, in quo oblectationes imaginentur eſſe maiores; Hinc eſt, quod ſingulari prouidentia, atque benignitate Deus qui ſumma eſt ſapientia, quo diutius animantia naturali perſeuerarent in vita, delectationem, ac voluptatẽ ſingulis ijs eorum indidit operationibus, quæ ad huiuſmodi vitam ſuſtentãdam, ac longius prorogandam neceſſaria eſſent, vt patet in comeſtione, potu, generatione, ſomno, ac cæteris vniuerſis: Quod ſi ad naturalem vitam conſeruandam, id tanta prouidentia conſpicimus factum, multo certe magis idipſum, quo ſpiritualem vitam agere, perpetuoque in ea perſeuerare homines poſſent, in operationibus ijs præſtitum exiſtimare debemus, quibus vita vniuerſa peragitur ſpiritualis. Indicauit hoc Moyſes paucis, ſed tamen efficaciſsimis verbis, quibus poſt primi hominis enarratam creationem, ait, tuliſſe Dominum Deum hominem, & poſuiſſe eum in Paradiſum voluptatis, vt operaretur: Agnoſcens enim Dominus, vniuerſam ſpiritualem vitam in eo ſitam eſſe, vt ſpirituales actiones bene agantur, ac prompte, non ſecus atque in naturali item vita contingit; Quo melius, promptiuſque homines in huiuſcemodi ſeſe exercerent operationibus, primum totius generis humani parentem poſuit in Paradiſum voluptatis, vbi tanta erat voluptatum copia, vt & per eximias delectationes alliceretur ad operandum, & per earumdem oblectationum vigorem ab huiuſmodi operibus nunquam defatigatus vel ad punctum deſiſteret. Et quid enim voluptatis ibi deficeret, vbi locus eſſet voluptatis? Et quanam ratione non operaretur, qui tantis ad operandum alliceretur delectationibus? Valde autem hic animaduertendum videtur, quod in hunc locum, ad Paradiſum voluptatis Deus tunc hominem poſuit, vt operaretur, quum in principio eſſet vitæ ſpiritualis, ſic enim paulo ſuperius idem dixerat Moyſes: *a Plantauerat autem Deus Paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Ad quid eum ibi poſuit, niſi vt operaretur? quando vero poſuit? certe à principio: Sic enim Dei eſt in more poſitum, vt cum quiſquam in principio fuerit conuerſionis, quo facilius in vita ſe exerceat ſpirituali quove promptius in ſpiritualibus perſeueret operationibus, prædulcibus, iiſque plurimis, atque eximijs eum perfundat voluptatibus, quibus, inſtar tenelli infantis quaſi dulci quodam lacte eum in huiuſmodi alens vita & augmentum & vires tales illi exhibeat, vt ſpirituales operans operationes, nedum in ipſis minime deficiat; ſed magis, ac magis proficiat, atque ad maiora ſemper aſcendat. Habemus hæc ab ipſomet Domino per Oſeam Prophetam perpulchre explicata, iuxta expoſitionem S. Hieronymi. *b Ecce ego lactabo eam, & ducam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Loquitur enim de Anima, nuper à peccatis conuerſa, quæ in vita ſpirituali adeo ſit tenella, vt lacte potius quam ſolido alenda ſit pane; Propterea haud minori illam proſequens dilectione, nec minore m de illa gerens ſollicitudinem, quam tenerrima mater de proprio infantulo: Ecce, inquit, ego lactabo eam, dulciſsimo lacte conſolationum mearum; quo facile, ac prompte ſpiritualia exercere valeat opera: atque, ne ab vlla re temporali, ne ve ab aliqua ſæculi voluptate abrepta amoueatur vita cœptove deſiſtat ab opere, ducam eam in ſolitudinem, alienans ipſam ab vniuerſis hiſce terrenis, certamque illam reddens, præter me nihil in toto hoc terrarum orbe reperiri, quod bonam, veram, ſolidamve afferre queat voluptatem; cum autem ita eam in huiuſmodi duxero ſolitudinem, vbi ſola mecum commoretur vnico, ac ſolo dilecto ſuo, meas tantum diuinas, ac ſpirituales admittens conſolationes, ex meis tantum pendens vberibus, tunc loquar ad cor eius. Quænam eſt iſta loquutio ad cor? quo ore? quibus fit verbis? Hieronymus, verbis conſolatorijs, ac blandis eam cenſet fieri, & idcirco pro eo quod in ca. 34. verſ. 3. Geneſ. in textu Hebraico dicitur, quod Sichem loquutus eſt ad cor puellæ Dinæ, vertit, triſtem deliniuit blanditijs. At profecto in humanis nullam reperio aptiorem, vel efficaciorem loquutionem ad cor, quam ea, quæ fit per mutuam exoſculationem, in qua non extrinſeca loquantur ora, ſed intima inter ſe confabulentur præcordia; in qua verba ipſa ſunt oſcula: in qua denique per huiuſmodi affectuum verba ſignificatur, quam ardens in vnoquoque lateat amor: non ſecus ac per externas voces interni explicantur mentis conceptus: tali quoque Dominum loqui crediderim loquutione, talibus eam alloquuturum verbis, cum ſe ad cor ipſius aſſerit loquuturum, oſculis nimirum diuinæ dulcedinis ſeſe illi vniendo, ac per huiuſcemodi oſcula ſuum illi exhibendo amorem. Quapropter nil mirum, ſi Anima Sancta, tantam memoria verſans promiſſionem, nunc ea proferat verba, quæ præ manibus exponenda habemus: *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino fragrantia.*

*Conſolationibus ſenſibilibus à Deo paſcuntur incipientes.*

*a Geneſ. 2. 8*

*Hieron. in Oſeam.*

*b Oſeæ 2. 14.*

*Conſolationibus ſpiritualibus orbata quomodo langueat Anima incipiens.*

Proponitur enim hoc loco Anima Deo dicata, quæ deficiat præ deſiderio earum cõſolationũ, quibus paulo ante in ſuæ conuerſionis initio refici conſueuerat, quibus perfruebatur in ſpiritalibus ſtudijs; neque enim agnoſcit, quam ob cauſam in eis à Domino fuerit orbata: neque immenſa diuinæ prouidentiæ penetrat conſilia, quibus ad maiorem ipſius profectum tales ei ad tempus ſubtractæ ſint voluptates, taleſque dulcedines; ne ſemper paruula atque in incipientium gradu perſiſtens molli tantummodo aſſueſceret ſenſibilium conſolationum lacte: ſed aliquando ad ſolidum quoque ſeſe conuerteret tribulationum panem, quo & ſolidiores adipiſceretur vires, & maiori in ſpiritualibus ſtudijs proficeret incremento.

*c Pſal. 118. 82.*

Exprimit præclare hunc animæ languorem Dauid Propheta, cum ait: *c Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum, dicentes quando conſolaberis me.* Quidnam ſibi volunt oculi ab eloquio? per oculos Propheta non intelligit oculos corporeos; ſed internos mentis oculos, ſed ipſam mentem, ſed ipſum intimum cor, oculorum nomine ſignificatum, quod inſtar oculorum diuina intelligat, diuina conſpiciat, quod in diuinarum conſolationum apprehenſione reficiatur æque ac corporei oculi recreantur intuitu pulchri, ac delectabilium: quod autem oculorum metaphora ipſam mentem, ipſumque ſignificarit cor, ex ipſamet eius locutionis formula, ſi recte ſingula perpendantur, manifeſtum fiet. Siquidem, ſi de corporeis loqueretur oculis, poſtquam dixit, Defecerunt

cerunt oculi mei in eloquium tuum, ſubintuliſſet. Quando conſolaberis nos; at vero cum dicat, quando conſolaberis me, apertiſſime nobis perſuadet, ſe per oculorum nomen vnam tantum ſignificaſſe mentem, vnum tantum intelligere cor: quo quidem corde recolens pia Anima, quæ à Deo ſibi in principio ſuæ conuerſionis promiſſa eſſent, illiſque ſe defraudatam conſpiciens, dum ſenſibilibus, diuinis tamen deſtituta eſt conſolationibus, languens, atque prope deficiens, ad Dominum, qui ſibi talia ſpopondiſſet ait, Defecerunt oculi mei, defecerunt omnes potentiæ cordis mei, defecit ipſum cor meum in eloquium tuum, quo mihi tanta promiſeras, dicentes quando conſolaberis me cœleſtibus illis conſolationibus, quibus me conſolari pollicitus es? Hoc ipſum, alijs tamen verbis, hoc loco à Salomone ſignificatum habemus, idque multo aptiori metaphora: proponit enim Animam, diuinarum cõſolationum deſiderio languentem, quæ cum ſibi tali prope deficienti præ cupiditate, multiplices ab hominibus ſæculi huius offerrentur delitiæ, ac voluptates terrenæ, vt per eas quaſi vino quodam, & quaſi vnguẽtis optimis, ſeſe recrearet, ad illos conuerſa dicit, *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*, ac ſi diceret.

Paraphraſis. Quid me iſtiuſmodi ſæculi voluptatibus recreare nitimini? probata iam diu ſunt à me omnia, nec illis plane vllatenus valui conſolari: auferte iſta hinc: neq; enim vniuerſa hæc meum implere poſſunt deſideriũ, neque iſtiuſmodi medicamentis meus curari poteſt languor, adhibeatis licet innumera ex hiſce, nihil agetis, vnicum tantum mihi ſupereſt remedium, ſi dilectus ipſe meus, ſi ipſe medicus meus vnicum mihi adhibeat medicamentum: ſi is, æque ac mihi pollicitus eſt, loquatur ad cor meum: ſi oſculetur me oſculo oris ſui: ſi mihi per oſculum oris ſui ineffabilem porrigat ſui amoris dulcedinem.

9 Conſiderandum autem permaxime eſt, quanam de cauſa hac petendi ratione formula ipſa vſa ſit, cum ad idipſum ſignificandum breuius dixiſſet, *Oſculetur me ore ſuo*, certe enim aliquid diuerſitatis inter oſculationem oris, & oſculationem oſculi oris ab illa dignoſcebatur, propter quam non audens dicere, *Oſculetur me ore ſuo*; ait, *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Agnoſcebat anima Sancta, eos tantum ab immediato oſculari ore Dei, qui reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eamdem imaginem transformantur à charitate, gloria, atque delicijs vitæ præſentis, in charitatem, ac gloriam ineffabilem, & in delitiarum cumulum, atque in æternam fœlicitatem vitæ futuræ: Illos vero quantumlibet iuſtos, quãtumlibet ſanctos, qui carneis adhuc detinentur vinculis oſculari tantum oſculis oris Dei, quia ſicut per ſpeculum tantum, & in ænigmate Deum vident per ſenſuum phantaſmata, ita eam tantum ex tali contemplatione percipiunt diuinarum delitiarum partem, quæ ſenſuum phantaſmatibus comprehẽdi queat quæue tanquam minima illius ſummæ fœlicitatis particula humanæ imbecillitati ſit proportionata. Quomodo enim anima Deum facie ad faciem intueri poteſt, quin in illum transformetur? quomodo beatifica perfruetur fœlicitate, quin in illam tota abſorbeatur? quomodo diuinam charitatem comprehendit, quin tota in amorem liqueſcat? Quomodo ore Dei oſculari poteſt, quin ſuper illud moriens egrediatur à corpore? Exemplo Moyſis hoc quiſque percipere valebit; cum enim ipſe ad tantam cum Deo perueniſſet neceſſitudinem, vt de eo dictum ſit: *d Non ſurrexit vltra Propheta in Iſrael, ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem*; cum à diuino oſcularetur ore, tantam ex ipſo ore percepit dulcedinis copiam, tamque ingentem delitiarum cumulum, vt eas in carne ferre non valens, ſuper illud diuinum os è corpore efflarit animam: Indicatur id omne ex illo Deuteronomij loco, in quo illius enarratur obitus, (liceat mihi deducere id ex formula loquutionis Hebraicæ) etenim pro eo quod nos in lectione vulgata legimus: *e Mortuuſq; eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino*: Hebræi habent, Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab יהוה לפי. ngalpi iehoual, id eſt ſuper os Domini: Quomodo autem ſuper tam eximium os non moreretur, ſi ab ipſomet Domino aſſertum legimus. *f Nõ videbit me homo, & viuet?*

*Conſolationes ſpirituales præſentis vitæque quomodo differant ab iis, qui buſfruuntur beati.*

*Conſolationes beatorũ percipi nequeunt in hac vita.*

d Deut. 34. 10.

e Deut. 34. 5

f Exod. 33. 20.

Porro tãta eſt iſtius rei veritas quod ab ipſomet ore diuino nullus ſit, qui in vita præſenti exoſculari queat, quin illico mortem obeat, quamuis ſuauiſſimam, vt etiam ab antiquis Gentium Theologis præclariſſimo idipſum ſignificatum ſit hieroglyphico, imagine nimirum Endymionis, quem Diana in monte altiſſimo compoſitum ſomno exoſculetur. Aſſerebant enim Dianam, quatenus ſyderum vim, quam recipit, ad inferiora tranſmittit, eſſe Reginam, ac dominam cœleſtium proportionum, & intelligentiarum: Endymionem vero animam hominis pij ſignificare, cuius amore flagrantes Deos, vt illam ſibi perfecte coniungere poſſint diuino eam exoſculari ore, dum eſt in alto mõte, nempe dum cogitationem, ac mentem in cœlum attollit, ſicque ipſam altiſſimo mortis ſomno reddere conſopitam.

Petit autem iuxta aliam lectionem, oſculari ab oſculis oris Dei, quia agnoſcit in hac vita, haud fieri poſſe, vt quis vna, eaque perpetua fruatur fœlicitate, quemadmodum in cœleſti patria ijs, qui diuino exoſculantur ore, vnicum, idemque perpetuum ex illo ore exhibetur oſculum, vna eaque ſumma, atque ineffabilis donatur fœlicitas; vnicus enim, ac indeficiens ex tanto ore profluit omnium delitiarum fluuius, de quo per Prophetam dicitur, *g fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei*: quia tamen ex iſto abundantiſſimo, atque indeficienti flumine, tamquam multiplices riui, multiplices ſuper eos, qui in præſenti adhuc detinẽtur vita, deriuant delitiæ, ac conſolationes ſpirituales, ideo magna prudentia eas petens Anima ſancta ait, *Oſculetur me oſculo oris ſui*.

*Conſolationes ſpirituales præſentis vitæ ſunt multæ, cum in futura vnicum tantum ſit oſculum.*

g Pſ. 45. 5.

Quamuis non ſim digna admitti ad illud vnicum oris oſculum, ad illum omnium voluptatum cumulum, obſecro dentur ſaltem mihi ſucceſſiue aliquæ illius particulæ, quia iſtæ quanquam minimæ ſint reſpectu illius torrentis voluptatis, multo tamen meliores ſunt quibuſcumque voluptatibus ſæculi. Paraphraſis.

Quanquam haud abs re fuerit, ſi quiſpiam dixerit, Animam dicere, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*: quod ſciat, tanta Deum erga ipſam charitate affectum, vt nõ in vno duntaxat animæ, ac cordis ore, ſed etiam in ſingulis corporis membris dulciſſimas ei exhibere ſoleat conſolationes. Non ſecus, ac quotidiano experimento, id ab ijs fieri conſpicimus, qui magno puerulum aliquem proſequuntur amore, ideoque nedum eius ori, ſed & genis, & oculis, varijſve illius membris dulciſſima imprimunt oſcula; ſic ipſa, de tanta præſumens dilectione, *Oſculetur me*, dicit, *ab oſculis oris ſui*: quemadmodum idipſum alijs verbis ſignificatum fuit à Propheta, quum ſuum Deo explicans deſiderium dicebat, *h Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea*.

*Animæ Sanctæ exhibentur à Deo conſolationes in ſingulis potentijs.*

h Pſ. 62. 2.

## Verſ. II. Cap. I. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

Si tanta eſt deſiderij cum amore congruentia, vt fere communi Philoſophorum, ac Theologorum opinione aſſeratur, deſiderium eſſe amoris effectum, eoque tantum ab amore differre, quod amor ſimpliciter appetat bonum, ſimpliciterque in illud tendat abſtrahendo à præſentia, vel abſentia illius, deſiderium vero in ipſum tendat bonum, quod per amorem appetitum ſit: ſed quatenus abſens eſt: Nec defuerunt, qui deſiderium exiſtimarunt, eſſe ipſummet amorem: profecto ex amoris magnitudine, deſiderij quoque arguenda eſt quantitas: & quanto quiſque in quempiam flagrat amore, tanto illiuſmet dicendus eſt languere deſi- 10

*Deſiderium procedit ab amore.*

*Aug. l. 83. q. 33.*

*Maria deſiderauit verbi Incarnationẽ ſuper homines.*

deſiderio. Quamobrem cum Beatiſsima Virgo Maria ſupra omnem creaturam, (vnica excepta humanitate Chriſti) diuino amore flagrarit, neceſſario illud conſequitur, vt ſuper omnes antiquos patres diuinæ Incarnationis langueret deſiderio, per quam tanto præ alijs Deo dilecto ſuo arctius vniretur, quanto præ cæteris vniuerſis vna electa eſſet, ex cuius carne Deus ipſe humanam aſſumeret carnem, & in cuius ventre Chriſtus geſtaretur Deus, & homo. Si ergo Eccleſiam antiquorum patrum, ipſoſque antiquos patres præ diuinæ incarnationis deſiderio, ita languidam oſtendimus, vt prope deficiens hæc dixerit: *Oſculetur me oſculo oris ſui: Quia meliora ſunt, &c.* Quanto congruentius eadem à Beatiſsima Virgine dicta aſſeremus?

*De Annunciatione B. Mariæ.*

Proponitur itaque Beata Virgo, humanas contemplans miſerias, ſimulque diuinas memoria verſans pollicitationes illas, quibus per Verbi Incarnationem, miſerijs ſuccurrendum norat vniuerſis, eaque Prophetarum vaticinia, quæ vel tempus, vel modum prænunciarent tanti myſterij, illud in primis, quo apud Eſaiam per Virginem hæc omnia peragenda prædicitur apertiſsimis verbis ijs, *a Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* In quorum contemplatione, tam vehementi huiuſmodi incarnationis deſiderio inflammata ſit, vt prope animo deſtituta illis exclamarit Pſalmi vocibus, *b Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.* O beatã Virginem illam, ô fœlicíſsimam, omnique præconio dignã huiuſmodi Virginem! Quænam iſta erit? nullam audio, quæ non timens maledictionem illam, qua dicitur. Maledicta ſterilis, quæ non parit, viro non adhæreat. Ego me nulli viro iungere ſtatui: ego cuiquam hominum nolo exhibere cor meum. Ego nolo partem habere cum viro. Virginitatẽ ſeruare propoſui: Deo memetipſum exhibui, & illi ſoli meum tradidi cor, illum pro mea elegi parte, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

*a Eſa. 7. 14* — *b Pſal. 72. 26.*

O vtinam contingat mihi ſaltem, vnam ex minimis eſſe ancillis Virginis illius, quæ ad tantam prouehenda ſit dignitatem: vtinam id ſaltem mihi contingat, vt tam eximiam Virginem, tamque ineffabile Incarnationis Myſterium meis conſpicere valeam oculis. Defecit caro mea, & cor meum præ tantæ rei deſiderio. Cum autem in eo animi deliquio illico Gabriel Angelus, è cælis miſſus apparens præclariſsimis eam laudibus attollere niteretur, ac recreare ſublimi illa ſalutatione, *c Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus,* ipſa his omnibus magis perturbata iuxta id, quod in Euangelio turbata dicitur in ſermone illius, ea omnia reſpuens dixerit: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Quia meliora ſunt vbera tua vino fragrantia:* ac ſi diceret.

*c Luc. 27.*

*Paraphraſis.* — *Ex Rup. Abb. lib. 1. in Cant.*

Ad quid tot mihi laudes? quorſum tantis me extollis præconijs, ijſque inſtar vini, ac vnguentorum optimorum me recreare conaris? Laus mea Dominus eſt. Iſta omnia meum curare nequeunt languorem. Defecit anima mea, & cor meum: ab iſto deliquio vnus eſt, qui me erigere queat, Deus cordis mei, & pars mea: illud vnum mihi ſolatio incipit eſſe, quod à te Angele Dei nunciatum audio, dum poſt illa in me collata præconia, mihi ſubinfers, Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum, ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum, hic erit magnus, & filius Altiſsimi vocabitur. Sed adhuc deficit anima mea, & cor meum dum ignoro, quomodo fiet iſtud in me, quę virum non cognoſco, quæ vnum tantum agnoſco, Deum cordis mei qui & vna eſt pars mea in æternum. Sed ſi de Spiritu Sancto abſque vllius viri congreſſu paritura ſum, vt aſſeris. Certe hoc illud vnum eſt, quo meo ſatisfiet deſiderio: quod meum penitus iuuabit languorem: quo meus erigetur animus. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Quia meliora ſunt vbera tua vino fragrãtia vnguentis optimis;* ſumat carnem ex me. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Fiat mihi de verbo ſecundum verbum tuum. Verbum, quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea ſecundum verbum tuum.

*Chriſtus conceptus de Spiritu Sancto, & quomodo.*

Notandum autem hoc loco, quam congrue Beata Virgo, dum ab Angelo audierat verba illa, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi, non dixit ſimpliciter: *Oſculetur me ore ſuo*, ſed, *oſculo oris ſui.*

*In ſenſu ſecundo, de Eccleſia*

Quid enim per oſculum oris verbi diuini, niſi Spiritus Sanctus ſignificatur? quem ſupra latius probauimus oſculum eſſe Patris, ac filij, quatenus à Patre filioque procedit oſculum vnum, ab illis perſonaliter diſtinctum, quo ambo ſeſe vnico, æternoque deoſculentur amore: Sic itaque B. Virgo, diuini Verbi Incarnationem efflagitans, ipſum deprecatur Verbum, vt ad ſe veniens, diuina, ac incomprehenſibili natura, quæ ab æterno conſubſtantialis eſt Patri, humanam exoſculans naturam, ex ſuis viſceribus carnem ſumat, ac ita ipſam oſculetur oſculo Spiritus Sancti, de quo in ſuo concipiendum eſſet ventre, & per quem talis duarum naturarum exoſculatio ac vnio in ventre facienda eſſet eodem.

*Conceptio Chriſti quo modo tribuatur Spiritui Sancto.*

Notum eſt autem cuilibet, qui Theologiam ſaltem primis attigerit labijs, cum dicitur opus conceptionis verbi diuini fieri, aut factum eſſe de Spiritu Sancto, vel per Spiritum Sanctum, non excludi ab efficientia huiuſcemodi operis Patrem ac filium: cum opera Trinitatis ad extra ſint indiuiſa: ſed per appropriationem id præcipue dici de Spiritu Sancto, quia ſit præcipuum opus amoris. Adde, quod (vt præclare ait S. Thomas) Spiritui Sancto attribuitur formatio corporis, quod aſſumitur à filio, quia ipſe Spiritus Sanctus eſt ſpiritus filij: iuxta illud, *d* Miſit Deus ſpiritum filij ſui: ſicut autem virtus animæ, quæ eſt in ſemine, per ſpiritum, qui in ſemine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum: Ita virtus Dei, quæ eſt ipſe filius per Spiritum Sanctum corpus formauit, quod aſſumpſit, iuxta illud, Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, quaſi ad formandam, & præparandam materiam corporis Chriſti, & virtus Altiſsimi, id eſt, Chriſtus, obumbrabit tibi, id eſt, corpus in te humanitatis accipiet, per incorporeum lumen diuinitatis. Dicat itaque B. Virgo, & congruentiſsime dicat ad verbum. *Oſculeris me oſculo oris tui*, ſumas ex me carnem de Spiritu Sancto.

*S. Thomas 3. p. q. 32. art. 1. ad 1.* — *d Gal. 4. 7.*

*Alter ſenſus.*

Dicat quoque iuxta aliam lectionem: *Oſculetur me ab oſculo oris ſui*: Veniat nimirum dilectus meus Chriſtus, ſumat ex me carnem: veniat in hunc mundum, meque ſuo paruulo ore oſculetur; aliquid mihi ex ſuis oſculis impertiatur. Quia iſtiuſmodi amoris indicia meliora mihi erunt quacumque voluptate, &c.

---

## Verſ. II. Cap. I. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*

*Appendix Expoſitionum ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica ſic habet. Dixit Salomõ Propheta. Benedictum nomen Domini, qui dedit nobis legem per manum Moyſi ſcribæ magni, ſcriptam in duabus tabulis lapideis: & loquebatur nobiſcum facie ad faciem, ſicut vir, qui oſculatur ſocium ſuum. II

Sanctorum Patrum expoſitiones quas verbis hiſce afferunt, ad tres referri poſſunt ſenſus precipuos: ad ſonum litteræ, & dramatis: ad Eccleſiam: vel ad piam animam.

*Origenes Homil. 1. ex 4.*

Quo ad primum. Origenes, proponi, inquit, hoc loco ſponſam quandam, quæ, ſuſceptis quibuſdam ſponſaliorum nomine, ac dotis titulo, ijſque præſtantiſſimis à ſuo dilectiſſimo ſponſo miſſis muneribus, tanto illius accenſa ſit deſiderio, vt cum illum ad ſe venire non videat, ad Deum, quem illius Patrem intelligit, ſeſe conuertens dicat, *Oſculetur me ab oſculo oris ſui.*

*Ambroſius Serm. 1. in Pſalm. 118. ver. 1. & 2.*

Conſentientia his fere ſunt, quæ aſſeruntur ab Ambroſio, dum ait. Conſtitue Virginem deſponſatam multo tempore, & iuſto feruentem amore, quæ multa

præclara

præclara opera dilecta probabilium teſtium aſſertione A cognouerit, deſiderijs ſuſpenſis dilatam frequenter, iam non ferentem moras, quia omnia feciſſet, vt ſponſum videret, aliquando votis potitam ſuis, ad improuiſum ſponſi aduentum gaudio conturbatam, non quærere primordia ſalutationis, non verborum vices, ſed ſtatim quod deſideraſſet, exigere.

*Patrum Eccleſia Incarnationem verbi quam ardenter expetierit.*

Quo ad ſecundum. Sumuntur hæc communiori Patrum ſententia, vt dicta à ſynagoga & Eccleſia, quæ Chriſti præceſſit aduentum, expetente, atque efflagitante iamdiu promiſſam Diuini Verbi Incarnationem. Quamuis autem in re ipſa, atque in ſenſu iſtiuſmodi conueniant: differunt tamen plerique ex patribus ijs in afferenda ratione, & congruentia, qua hæc Verbi B incarnatio ſub metaphora exoſculationis, & oſculi petita ab illa ſit Eccleſia.

*Origenes Hom. 1. ex 4.*

*Eccleſia optabat per incarnationem oſculari à Verbo, vt ab illo edoceretur.*

*a Gal. 3. 19.*

Origenes quippe per oſculi metaphoram propterea petitam eam cenſet, quod Eccleſia ob id potiſſimum Incarnatum Verbum videre peroptabat, vt ipſius ſermones ex proprio eius ore prolatos acciperet. Sic enim hæc explicat. Eccleſia, cum à diuino verbo pro ſponſalijs, atque in dotem legem accepiſſet, Quæ per Angelos diſpoſita dicitur ab Apoſtolo *a in manu mediatoris*: multamque doctrinã, ingenteſque promiſſiones à Prophetis, qui ſibi eiuſdem ſponſi ſui nomine longo iam tempore miniſtraſſent. Ex ipſis huiuſcemodi promiſſis, atque muneribus, maiori in illum charitate C ſuccenſa, cum illum ad ſe non videat aduentantem, præ illius deſiderio ad æternum patrem conuerſam dicat, *Oſculetur, &c.* q. d. obſecro Domine, vt tandem miſeratus amorem noſtrum mittas eum, vt iam non mihi per miniſtros ſuos duntaxat, & Prophetas loquatur, ſed ipſe per ſemetipſum veniat, & oſculetur me ab oſculis oris ſui, verba ſcilicet in os meum ſui oris infundat. Ipſum carne indutum audiam loquentem, ipſum videam docentem. Hæc enim ſunt Chriſti oſcula, iuxta promiſſionem, quæ eſt apud Eſaiam: *b Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe Dominus ſaluabit nos.* Cum Origine conſentit Hieronymus epiſt. 146. ad Damaſum, Io. Chryſoſt. hom. 8. in ſymbolum, quæ eſt de Turture, tomo 5. Caſſiodor. Beda, Philo Carpathius, Aponius, & Anſelmus D in Cant. necnon & Gregorius Papa libr. 19. Moral. capite 22.

*b Eſa. 33. 9. Secund. Sep.*

*Origenes. Hieronym. Io. Chryſoſt. Caſſiodor. Beda. Philo Carpat. Aponius. Anſelmus. Greg. Papa.*

*Chriſtus eſt os Dei.*

*c Eſa. 58. 14.*

Idem vero Gregorius eiuſdem metaphoram inde ſumit, quia Chriſtus ſit os Dei, ſic namq; libr. 27. Moral. lib. 13. ait. Poteſt per os Dei vnigenitus filius deſignari, ſicut brachium eius dicitur, quia per eum cuncta pater operatur. Hinc eſt, quod per Prophetã dicitur: *c Os Domini loquutum eſt.* Ac ſi oris nomine patenter diceretur, verbum: ſicut nos quoque pro verbis linguam dicere ſolemus, vt quum Græcam, vel Latinam linguã dicimus, Latina, vel Græca verba monſtremus: orans ergo ſponſa patrem ſponſi, ac dicens: *Oſculetur me oſculo oris ſui*; Tantundem eſt ac ſi dicat: Tangat me dulcedine præſentiæ Vnigeniti filij Redemptoris mei. E

*Incarnatio dicitur oſculatio, quia per illam & nos ſpiritaliter Deum oſculamur. Theodorit.*

Theodoritus in Cantic. hac metaphora vſam, inquit, Eccleſiam: quia idcirco exoptatam peteret incarnationem verbi, & aduentum Chriſti, cuius pulchritudinẽ eximiam, robur, atque tegmen per Prophetas ſæpius commendata acceperat, vt in complexum illius rueret, atque illi oſcula daret ſpiritalia.

*Incarnatio dicitur oſculatio propter pacem, quæ per eam exhibita eſt mundo. Iuſt. Orgelit.*

*d 2. Cor. 5.*

*Bernardus.*

Iuſtus Orgelitanus expoſitione in Cantic. oſculi metaphoram inquit vſurpatam, quia oſculum eſt ſymbolum pacis, & reconciliationis: quandoquidem ad hoc in primis Eccleſia Incarnationem ipſam efflagitauit, vt F per Incarnatum Dei filium Patri reconciliaretur, iuxta illud Apoſtoli, *d Quoniam Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis.*

Hanc ipſam rationem tetigiſſe videtur Bernardus ſerm. 2. in Cant. circa medium, vbi ita hæc explicat. Si mihi vult eſſe perſuaſum Deus, quod de ſuæ beneplacito voluntatis, tam crebra iam legatione ſpondet, nec exhibet; *Oſculetur me oſculo oris ſui*, ſicque ſigno pacis faciat, de pace ſecurum.

Quamquam eodem ſermone, & alteram quoque rationem cum prædicta coniungens dicat: Fœlix oſculum, ac ſtupenda dignatione mirabile, in quo non os ori imprimitur, ſed Deus homini vnitur, & ibi quidem contactus labiorum complexum ſignificat animorum, hic autem conſideratio naturarum diuinis humana cõponit, quæ in terra ſunt, & quæ in cælis pacificans. *e Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.*

*Incarnatio dicitur oſculatio propter vnionem naturæ diuinæ cum natura humana.*

*e Eph. 2. 14.*

*Eccleſia petens oſculum oris diuini peti, exhibitionem Spiritus ſancti.*

*Ambroſius.*

*Bernardus.*

Sunt qui hæc verba haud ſynagogæ, ſed ei tribuunt Eccleſiæ, quæ per Incarnatum Verbum collecta, tam ex Iſrael eſt, quam ex Gentibus. Et hi aſſerunt, per ea efflagitari immiſſionem, aut infuſionem Spiritus ſancti. Ita Ambroſius ſermo 1. in Pſal. 118. verſ. 1. & 2. & in lib. de Iſaac, & Anima, cap. 3. dicens: Petit ſponſi oſculum, per quod ſibi transfunditur Spiritus oſculantis. Sicut etiam ij, qui ſe oſculãtur non ſunt labiorum prælibatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi inuicem videntur infundere. Ita pariter & Bernardus ſermo. 8. in Cant. Petit, inquit, oſculum, id eſt, Spiritum Sanctum inuocat, per quem accipiat ſimul, & ſcientiæ guſtum, & gratiæ condimentum. Et paulo poſt initium ſermonis: Sufficit, ait, ſponſæ, ſi oſculetur ab oſculo ſponſi, etiamſi nõ oſculetur ab ore. Nec enim exiguum quid, aut vile putat oſculari ab oſculo, quod non eſt aliud niſi infundi Spiritu Sancto.

Quo ad tertium: Triplici ſenſu animæ piæ hæc tributa à Patribus reperio.

*Oſculũ verbi lumen diuinæ cognitionis. Origenes.*

Quidam enim arbitrati ſunt proponi in his ardens eius deſiderium cogitationis rerum diuinarum, & illuſtrationis mentis. Quod hoc pacto explicat Origenes, Homil. 1. ex quatuor. Cum Anima, accepta in dotem, ac pro ſponſalibus à diuino verbo lege naturæ, lege ſcripta, ac rationali ſenſu, perfectam doctrinam ex hominum ore, qui ſe docerent, haurire nequiret: ſuoque deſiderio, atque amori per huiuſmodi Doctores ſatisfacere non valeret, quo ſui intellectus optaret perfectionem: tunc ad Dominum conuerſam deprecando dicere, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*. Mentem nimirum meam diuini verbi illuminationibus illuſtret; mentem meam diuinum verbum per internas doceat illuſtrationes: Vbi enim Anima à ſemetipſa cœperit obſcura intelligere, & enodare perplexa, tũc iam oſcula ſponſi ſui, id eſt, Verbi Dei, ſuſcepiſſe ſe credat. Bene autem notat Origenes, poni *ab oſculis*, in plurali: vt intelligamus vniuſcuiuſque obſcuri ſenſus illuminationem oſculum eſſe Verbi Dei, ad Animam delatum: quæ & recte dicuntur oſcula oris, quandoquidem os ſponſi intelligimus virtutem Dei, qua illuminat mentem. Idipſum aſſerit & Ambroſius lib. de Iſaac, & Anima, cap. 3. vbi ait, Oſculum verbi eſt lumen cognitionis ſacræ. Et in eadem fere recidunt, quæ aſſeruntur à Gregorio Nyſſeno hom. 1. his verbis: Quia verba ſponſi ſpiritus ſunt, & vita: quicumque autem conglutinatur ſpiritui, fit ſpiritus, & qui vitæ coniungitur, tranſit à morte ad vitam, propterea ſpiritualis Anima deſiderat appropinquare fonti vitæ, nempe ori ſponſi, vnde ſcaturientia verba vitæ æternæ implent os, ea attrahens. Quibus & ratio attingitur metaphoræ oſculi. Conſentit his & Catena trium patrum apud Theodoritum.

*Ambroſius.*

*Greg. Nyſſenus.*

*Ex oſculo diuini verbi hauritur ſpiritus & vita.*

*Catena triũ Patrum.*

*Oſculum Dei quum petit pia anima, petit Dei fruitionem, & vnionem.*

*Greg. Nyſſenus.*

*f Exod. 33.*

Alij ſecundo, piam Animam inquiunt hinc efflagitare Dei fruitionem, quæ vnione fit charitatis. Ita Gregorius Nyſſenus homilia prima dicens: Quemadmodum Moyſes, qui dignus eſt habitus *f cum Deo loqui facie ad faciem*, eiuſmodi oſculorum maiori tenebatur deſiderio rogãs, vt videret quem deſiderabat, poſtquam ei toties Deus apparuiſſet, perinde ac ſi nunquam eum fuiſſet cõtemplatus: Ita cæteri omnes, quorum diuinum deſiderium inſidebat in imis penetralibus nunquam ſuum ſtiterunt deſiderium, quicquid eis eueniebat diuinitus, quo fruerentur eo, qui deſiderabatur, materiam arripientes, & fomitem maioris deſiderij. Quomodo etiam quæ nunc quoque Deo coniungitur anima ſatiari non poteſt fruitione, quo copioſius fruitione impletur, eo vehementiori vigens deſiderio, atque adeo dicens: *Oſculetur me oſculo oris ſui*.

*Auguſtin.*

His conſentiunt quæ dicuntur ab Auguſtino lib.

de

Gregorius. Bernard.

de Amicitia,cap.6.to.4. Gregorio Papa explicatione in Cant. & à Bernardo,qui ſerm.3.4. & 9. diſtinguit triplex oſculum, quorum primum ſit pedum, quod nobis conceditur, cum exiſtentes in gradu incipientium à peccatis conuertimur, ſicque auferentes peccata, quæ ſeparabant nos à Deo, pacem cum ipſo inimus: cum ad miſericordiam, & veritatem, quæ ſunt duo pedes Dei, humiliter prouoluimur, vt per veritatem peccata damnemus, & per miſericordiam veniam ſperemus. Secundum oſculum ſit, cum primum in gradu proficientium exiſtentes, ad bona conſurgimus opera, quod dicitur manus, quia tunc manus Domini oſculamur, cum ei bona opera noſtra offerimus: vel cum ab eo virtutum dona recipimus. Tertium vero fit oſculum oris, quod tunc fit, cum iam conſumpto luctu pœnitentiæ, iam acceptis virtutum donis, mens cæleſti deſiderio inſpirata, gradum perfectionis cum iam attigerit, ad ſecreta interioris cubiculi gaudia impatiẽs amoris introduci deſiderat. Cum ergo, inquit Bernardus, anima perfecta ad duo prima oſcula, remiſſionis, ſcilicet peccatorũ, & donorum virtutũ admiſſam ſe Dei gratia ſentiat, congruentiſſime tertiũ tantum petens, inquit, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, id eſt, hoc vnum quod mihi reliquum eſt, efflagito, vt perfecte per Spiritus Sancti infuſionem cum meo vniar dilecto.

Tametſi hæc oſculorum diſtinctio multo magis ad propoſitum afferri poterit, ſi dixerimus in his verbis, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, vel iuxta originalia, *oſculis oris ſui*, loqui Chriſtum Dominum: Sic enim optime ille vocabit ad triplicem ſtatum animam; ne, cũ fuerit in peccatis, renuat conuerſionem, vel cum fuerit conuerſa, ſiſtat pedem in gradu incipientium, ſed aſcendat ad gradum proficientium, ad bona opera exercenda: inde prouehatur ad perfectionem, vbi per iugem contemplationem ſibi perfecte vniatur amore.

*Ad altare quibus verbis inuitet nos Deus. Ambroſius l. de Sac. c. 2.*

Neque vero nouum eſſet, hæc verba tribuere ſpõſo, cum tot iam ante ſæcula S. Ambroſius hæc tribuens Chriſto Domino, dicat: Veniſti ad altare, vocat te Dominus Ieſus, vel animam tuam, vel Eccleſiam, & ait, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*: Videt, te mũdum eſſe ab omni peccato, quia delicta de terra ſunt: ideo te ſacramentis dignum iudicat, & ideo inuitat ad cœleſte conuiuium dicens, *Oſculetur me ab oſculis oris ſui.*

Videatur idem Bernardus toto ſerm. 7. vbi peregregie de ipſo oris, & fruitionis oſculo agit, exiſtimans hæc eſſe verba piæ animæ exorantis in præſentia Angelorum, atque cum illis colloquentis, & tamquam ſponſi ſui ſodalibus deſiderium cordis ſui aperientis: Vide inquiens familiare amicumque colloquium animæ in carne ſuſpirantis cum cœleſtibus poteſtatibus. Geſtit in oſcula, petit quod cupit, non tamẽ nominat quem amet, quia illos noſſe non dubitat, vtpote de quo ſibi frequens cum illis ſoleat eſſe confabulatio: Propterea non dicit, *Oſculetur me ille, vel ille*, ſed, *oſculetur me*, tantũ; ſicut Maria Magdalenæ non exprimebat ex nomine, quem quæreret, ſed tantum aiebat ei, quem putabat hortulanum: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum. Quem eum? non aperit, quia palam omnibus eſſe credit, quod à ſuo corde nec ad momentum recedere poteſt.

*Ambroſius Theodorit.*

Tertio deniq; Ambroſius lib. de Sacramentis cap. 2. ita hæc tribuit piæ Animæ, vt per eas, cenſeat illam ſuum ingens exprimere deſiderium, quo optat cum Chriſto vniri in Sacramento altaris: ſic enim ait: Anima videt ſe ab omnibus mundatam eſſe peccatis, & dignam, quæ ad altare Chriſti poſſit accedere: quid eſt enim altare, niſi forma corporis Chriſti? Vidit Sacramenta mirabilia, & ait: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*. hoc eſt, oſculum mihi Chriſtus infigat. Quare? *Quia meliora vbera tua ſuper vinum*, hoc eſt, meliores ſenſus, meliora Sacramenta tua ſuper illud vinum, quod etſi ſuauitatem habet, lætitiam habet, gratiam habet: Tamen in illo lætitia ſæcularis, in te autem

*Anima optat admitti ad altare, & ad ſanctiſſimũ Sacramentum.*

iucunditas eſt ſpiritualis. Indicat hũc ſenſum & Theodoritus in ſuis Commentariis. De ſenſu Ruperti Abbatis lib. 1. in Cant. tribuentis hæc verba B. Virgini, nil hic notandum ſupereſt, cum nil noui in eo ſit, quod in quarta expoſitione noſtra non habeatur.

*Rup. Abb.*

## Ex Verſ. II. cap. I. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

### EXPOSITIO I.

*Iuxta ſonum Litteræ.*

QVamuis ex iis, quæ in ſuperioris ſentẽtiæ explicatione dicta ſunt, quid hæc, quæ præ manibus habemus, verba ſignificent facile ab vnoquoque colligi poſſit: Nihilominus haud abs re factum crediderim, ſi ſeiunctim eorum nouam hoc loco inſtituamus conſiderationem. Primo, vt ſenſus ille, qui ſupra indicatus potius, quam explicatus eſt, magis eluceſcat: Secundo, vt præter illum, alterum quoque addamus minime contemnendum: Et Tertio, vt quæ in iis latent ſpiritalia, diligentiori conſiderari poſſint examinatione. 12

Cum itaque in ſuperioribus indicatum ſit, Sponſam hiſce verbis reſpuere vniuerſa vini ſolatia, quæ ſibi præ amore deliquium patienti à ſuis oblata eſſent ſocijs, quia ab vna dumtaxat dilecti ſui recreari poſſet præſentia, ab vno illius erigi poſſet oſculo, cuius vbera, atque amores multo eſſent quocumque vino præſtantiora. Animaduertendum, vberum nomine hoc loco non tam ſignificari ipſa vbera ſeu mammas, quam amores: metonymice enim hac voce ſignificatur amor, quatenus amoris ſedes eſt in vberibus, & in corde, cui ipſa adhærent vbera. Sic in libro Prouerbiorum, ab impudica illa fœmina ad ſuum dicitur amaſium: a *Veni inebriemur vberibus*, quod melius patet per ea, quæ ſubdit: *Et fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies.*

a Prouer. 7. 18.

Confirmatur hoc ex ipſa Hebraicę vocis ſignificatione: In Hebræo enim, vbi noſter legit, *vbera tua*, habetur דודיך dodecha: דוד dod autem dictio anceps eſt, quippe quæ, & ipſa ſignificet vbera, & frequentius in vſu ſit ad deſignandum amorem, amatorem, amicum, atque dilectum; prout etiam à noſtro Interprete frequentiſsime in hoc cantico dilecti vocem illam reperimus expreſſam: Demum ex re ipſa hoc nobis fiet manifeſtum, ſi conſideremus, hæc verba *meliora ſunt vbera tua vino*, non de aliqua proferri muliere, cuius vbera commendari ſoleant, vt in ſubſequentibus factum apparet, cum ſponſæ vbera cõparantur duobus hinnulis capreæ: Sed de viro: at quis vnquam in homine vbera commendata intellexit? Bene tamen, & Spiritus Sanctus hac voce vſus eſt ancipiti: & noſter interpres, ſequens Septuaginta, *vbera tua* legit, quo maiora nobis indicarentur myſteria, vt ex ijs manifeſtum fiet, quæ in ſubſequẽtibus dicentur expoſitionibus.

*Secundus ſenſus.*

Haud tamen à veritate aberrauerit quis, ſi tam vberum, quam vini nomen hoc loco metaphorice dixerit poſitum, vt per vbera & amor ſignificetur, & ipſius exhibitio deſignetur amoris: per vinũ autem ea exprimatur indignatio, quæ frequens inter amãtes ſoleat cõmoueri: Neque vero id nouum in Scriptura ſacra cenſeri debet, vt per vini metaphoram, ira deſignetur, & indignatio, atque etiam ipſius indignationis ſupplicia: nam apud Micheam b prophetã legimus. *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem*, id eſt, prophetabo vinum furoris, ac indignationis: prædicam tibi ſupplicia, quibus per diuinam punieris indignationẽ. Et Ieremiæ 25. dicitur. c *Sume Calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gẽtibus, ad quas ego mittam te*: Dauid quoq. *quia d calix*, inquit, *in manu Domini vini meri plenus mixto*: & in Apocaly-

b Mich. 2.
c Ierem. 25. 15.
d Pſ. 74. 9.

e *Apoc.* 14. 10. calypſi habemus: *e Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum eſt mero in calice iræ ipſius.*

Si itaque metaphoricè ſponſam hoc loco dicamus loquutam, huiuſcemodi ſenſus afferri poterit pro verbis hiſce. Vt in hoc Epithalamio inducatur ſponſa, quæ cum iamdiu dilecti ſui præſtolata eſſet aduẽtum, neq; illum aduentantem conſpiceret, præ illius deſiderio maximum animi patiatur languorem, ac prope deficiat. Cui cùm ab adſtantibus puellis diceretur, quampiam ob rem ſuum ei forſan indignatum ſponſum, prout ſæpiſsimè inter amantes contingere ſolet, atque idcirco eum trahere moras; ipſa in illius amore confiſa reſponderit, *Oſculetur me oſculo oris ſui*: B *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: ac ſi dicat.

Paraphraſis. Quid mihi turbas facitis? Quid afflictionem additis afflictæ? Conſolatrices oneroſæ vos eſtis: Veniet dilectus meus, & oſculabitur me: ſat mihi notum eſt, quo me proſequatur amore: Certè multo vehementior in eo ardet amore flamma, quàm quæ ab vlla extingui valeat indignatione. Veniet, non diffidam vnquam, veniet & ad ſui in me amoris oſtenſionem oſculabitur me oſculo oris ſui. Sic in hoc ſenſu, *Oſculetur* pro oſculabitur poſitum erit: frequentiſsimum enim in Scriptura Sacra id reperitur, vt imperatiua, ſiue optatiua pro futuris ponantur, immò & apud C Hebræos futura pro imperatiuis, ac deprecatiuis ponuntur, atque etiam hoc loco verbum ישקני iſciaccheni, futurum eſt, *Oſculabitur me*, cum Hebræi, & deprecatiuo careant, & optatiuo.

Paraphraſis. Quamuis etiam deprecatiuè hæc ipſa accipi poſſunt: vt ſponſa ad ſocias dicat.

Scio, dilectum meum haud me derelicturum ob vllam indignationem. Dicatis quidquid vobis libuerit, ego non deſpero, deſiderium meum vehementius eſt: Non deſiſtam illum præſtolari. Veni dilecte mi, & oſculeris me oſculo oris tui, quia haud mihi perſuadere poſſum, tantam in te commotam indignationem, D vt priſtinæ oblitus ſis dilectionis, cum multo vehementiora ſint tui in me amoris, quam indignationis indicia.

Mutatio perſonæ tertiæ in primam nullum offendat, cum id ex amoris vehementia contingere ſoleat.

---

## *Ex Verſ. II. cap. I. Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

### EXPOSITIO II.

E

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

13 *Primi ſenſus applicatio prima. Ex Nyſſeno, Anſelmo.* SI tantum apud parentes noſtros falſa illa ſcientiæ potuit promiſſio, qua à ſerpente audierant, *a In quocumque die comederitis ex hoc fructu, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum.* (a *Gen.* 3. 5.) Si improbus in ipſo ſcientiæ appetitu tantas habuit vires, vt & fallaciæ deceptoris ſui maiorem, quam diuinæ veritati præſtiterint fidem: & ſe vna cum vniuerſo genere ſuo perpetuæ morti obnoxios conſtituere nõ dubitarint. (*Scientiæ deſiderium quantum habeat virium.*) Haud certe mirum, quod tantum apud Ec- F cleſiam habuerit roboris veriſsima Omnipotentis Dei promiſsio, qua per Prophetas, ac per ſemetipſum hominibus diuinam, perfectamq; pollicitus fuerat ſcientiam, vt præ ſcientiæ illius deſiderio ſcientiam humanam neglexerit, & inanem carnis reſpuerit ſapientiam: ac tota præ illius liquefacta ſit deſiderio, ex cuius ore tantæ ſatisfaciendum ſibi noſſet ſcientiæ cupiditati.

Audierat ipſummet Dominum per Prophetam dicentem. *b Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua ambulabis.* (b *Pſ.* 31. 8.) Hæcque, & his ſimilia memoria verſans maiori ſemper incaleſcebat tantæ ſcientiæ deſiderio, frequentiſſimiſque ad eam anhelans ſuſpiriis, ſæpius repetebat. Doce me iuſtificationes tuas. *c Viam mandatorum tuorum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.* (c *Pſal.* 118. 26.) A Offerebant autem ei Philoſophi humanam philoſophiam: porrigebant ſapientes ſæculi inanem aſtrorum, orbium cœleſtium, vniuerſarumque ſublunarium rerum cognitionem: propinabant vinum mundanæ eloquentiæ, vt illam in tanto recrearent languore, vt illius ſedarent ſcientiæ ſitim. At ipſa ſat ſibi conſcia de cuius ſcientiæ langueret deſiderio, eas reſpuens omnes ad illud anhelat verbum, à quo ſolo perfectam edocta ſapientiam, cumulate ſibi ſatisfaciendum intelligeret. *d Oſculetur me*, inquiens, *oſculo oris ſui.* (d *Cant.* 1.)

B Paraphraſis. Veniat ille, qui me diuino exoſculans ore, perfectiſſimum mihi imprimat diuinæ ſcientiæ oſculum, qui per huiuſmodi oſculum oris ſui *e bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam* doceat me: (e *Pſ.* 118. 65.) Quia multo præſtantior eſt illius doctrina, atque ſcientia quacumque ſcientia humana, & quacumque ſapientia mundi.

Sed valde notanda ſunt ipſius Eccleſiæ verba, quibus diuinæ ſapientiæ ſuper ſapientiam humanam expreſſit præſtantiam: neque enim melius, neque efficacius id à quoquam exprimi potuiſſet, nam ſingulis verbis inſignes indicauit diuinæ ſapientiæ prærogatiuas. *Quia meliora ſunt*, inquit, *vbera tua vino.*

Primo dicit, ſapientiam Dei eſſe meliorem, non C ſimpliciter præſtantiorem, aut nobiliorem.

Secundo, illam nomine nuncupat vberum.

Tertio addit, eam non eſſe ſimpliciter vbera cuiuſcumque, ſed vbera Dei, dicens, *tua.*

Et quarto, quamlibet aliam mundi ſcientiam vini exprimit metaphora.

*Sapientia mundi haud reddit probos ſæculi ſapientes.* Bene autẽ indicatur primo ſapientiæ diuinæ præſtantia ſuper humanam ſapientiã, ex eo, quod melior ſit: quippe quæ eos, qui ipſam didicerint, meliores reddat, cum è contra per inanem philoſophiam, nec boni extiterint ſæculi ſapientes. Quapropter præclare ab Apoſtolo dicitur, *f Sapientia huius mundi, ſtultitia* D *eſt apud Deum*: (f 1. *Cor.* 3. 19.) Quæ enim maior ſtultitia, quam ſcire rectum aſtrorum ordinem, ſi tu neſcias in rebus tuis ordinem rectum ſeruare? quam ſcire perſeuerantes iuxta primam Dei ordinationem cæleſtium orbium volutiones, ſi tu Dei neſcias obtemperare præceptis? quam ſcire virtutũ definitiones, diuiſiones, atq; proprietates, ſi tu eas acquirere non ſtudeas? Poteſtne maior reperiri ſtultitia quam aliena quærere, cum ſua neſciat: ſcrutari Cæli plagas, mundi ſpacia rimari, animantiũ naturas inueſtigare, quæ ſibi prodeſſe nõ poſſunt, cum Deũ ignoret, quem ſolũ deberet inquirere: cũ ſemetipſũ non agnoſcat, cui totus indulgere debe- E ret? Et quam ſtultitiã reperies maiorem, quam Deum cognoſcere, atq; illum non venerari, vt decet: illique non inſeruire, prout tantæ congruit maieſtati? Quid ſtultius, quã noſſe quid faciendũ ſit, illudq; phalerata verborũ tractare eloquentia, ſi id nunquam exequutioni mãdetur? Præclare Richardus de S. Victore, qui (*Richardus lib.* 1. *de eruditione hominis interioris, cap.* 38.) de virtutibus, inquit, prudenter diſſerere ſolent eaſq; in ſe habere non ſtudent, ex auro ſcientiæ, & argento eloquentiæ idolum ſibi faciunt: ſcientia enim ſanctitatis ſine intentione bona quid aliud eſt, quam imago ſine vita: ſcientia ſola ſine ſanctitatis effectu, & bonitatis affectu, quid aliud eſt, quam ſimulacrum vanũ ſi- (*Sapientia mundi eſt idolum.*) F ne motu, & ſẽſu? bene de his dicitur, *g Simulacra gentiũ argentum, & aurum, opera manuum hominum*: (g *Pſ.* 113.) os habẽt, & non loquentur: ,, ſiquidem inanis ſcientia optime fortaſſe nouit, quæ ſit virtus confeſſionis, quomodo cõfiteri, Deumq; laudare debeat, & tamen non confitetur, nec laudat: ſic os habet, & nõ loquitur. Nouit quomodo vitã ſuam circũſpicere debeat, eã tamen quomodo oportet circũſpicere diſſimulat, ſic oculos habet, & non videt. Nouit, quæ virtus ſit obedientiæ, & qualis debeat eſſe, nec tamẽ vult obedire, ſic aures habet, & non audit. Per ſcientiã huiuſmodi homo diſcernendi inſtrumentum fortaſſis habet ſpiritualis odoramenti, ſed dum in moribus diſcernendis nullum ſtudiũ imponit, de inutili inſtrumento inaniter gloriatur, nares enim habet, & non odoratur. Scit, quomodo

,, modo ſe oporteat in bono opere exercere, nec tamẽ ,, vult fructum boni operis per experientiã capere, ſic ,, manus habet, & non palpat. Profectuum pedes per ,, ſcientiã accepit, & quomodo in anteriora ſe extendere ,, oporteat didicit, ſed pedes habẽs minime incedit, ,, ſi ad profectum non tendit. Supplicandi doctrinam ,, accepit, & non vult ſupplicare, ſi guttur habet, & ,, non clamat.

*Sapientia vera illuſtrat intellectum & mouet affectũ.*

Quid ergo mirum, ſi per huiuſmodi ſimulachrum boni effecti non fuerint? Sapientia vera non tantum illuſtrat intellectum, verum etiam mouet affectũ. Etenim cum voluntas noſtra cæca ex ſui natura ſit, traditum tamen habet à Deo intellectum, qui per ſcientiæ lumen illuſtratus, tanquam miniſter ei facẽ præfert, viamque oſtendit, quo mouendum, quoue incedendum ſit: quid amandũ, quid odio proſequendũ: quid faciendum, quidve ſit fugiendum.

*Simile.*

at vero quẽadmodũ vſu venire conſpicimus, vt ſi inter eũ, qui facem præfert, atque illum, qui talem proſequitur facem, dẽſum aliquod ponatur corpus, ipſum facis impeditur lumen, & ſolummodo obſcura ex eo corpore prouenit vmbra, ita vt præ obſcuritate is, cui præfertur fax illa, nec pedẽ mouere valeat. Ita profecto, & ſapiẽtibus mũdi huius cotingere crediderim, qui inter intellectum, ſcientiæ lumine illuſtratum, ac volũtatem ſuam, quæ ab huiuſmodi lumine illuſtrãda, ac dirigenda eſſet intermedia ponũt mundana: nil enim mirum, ſi verũ impediant ſcientiæ lumen: nil mirum ſi eorum voluntas nullatenus ſe mouere poſſit, cum vniuerſum illud ſcientiæ lumen, in denſo, atq; terreſtri intermedio detentum nil aliud eorum offerat voluntati, præterquã obſcuriſſimam humanarũ rerum vmbram. Hincq; factum eſt, vt tota Philoſophorum ſapientia in rebus vanis conſiderandis, ac perſcrutãdis, & in propria gloria aucupanda conſumeretur: nullumq; in eo ſtudium ij collocarint, vt per eamdẽ ſcientiã affectu mouerẽtur ad ea, quæ ſibi vtilia eſſent peragenda, atq; ad fugienda illa, quæ ſibi plurimum detrimenti afferrent. Exactiſſime hæc omnia, breuiſſimis licet verbis, ab Apoſtolo expreſſa, intelligo in iis, quæ paulo ſuperius allata ſunt. *h Cum cognouiſſent Deũ, non ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerũt*. Quare? *Quia euanuerũt in cogitationibus ſuis*: quia totũ ſcientiæ lumen conſumpſerunt in vanis ſpeculationibus, in perſcrutandis vanitatibus, atq; mundanis, quæ inter intellectum ſuum, ac propriam voluntatem, proprium affectum ipſi ſibimet intermedia poſuerunt. Vnde contingit, vt ex terreſtrium rerum vmbra obſcuratum ſit inſipiens cor eorum: ſicq; cum diceret ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, eam ſectantes ſapiẽtiam, quæ cum bonos eos non effecerit, ſtultitiæ potius, quam ſapientiæ nuncupanda ſit nomine: *meliora* ſunt *vbera* ſcientiæ *vino* ſcientiæ ſæcularis, Sancta ait Eccleſia. Etenim ſcientia quæ ex diuini verbi profluit ore, quoſcumque potuerit doctos reddit, & meliores; nam lumen (vt dictum eſt) exhibet voluntati, quo per virtutis viam incedere queat; atq; hoc illud eſt, quod & ab ipſomet Domino verbis iis pollicitum ſibi ea recolebat in pſalmis, vbi dicitur, *i intellectũ tibi dabo*, id eſt, eam te docebo ſcientiã, qua & doctus fias, & bonus: inſtruã te in via hac, qua ambulabis. Neq; enim intellectum tantum, ſed etiam cor per ſuam Deus illuſtrat doctrinam. Vnde per Ieremiam, hanc ipſam pollicens ſapientiã. *k Dabo*, ait Dominus, *legẽ meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eã*. Et bene in corde potiſſimum, & in intimis viſceribus, *l. Viuus eſt nãque ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingẽs vſq; ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus, cõpagum quoque, ac medullarũ, & diſcretor cogitationũ, & intẽtionũ cordis*.

*h Rom. 1. 21*

*i Pſ. 31. 8.*

*k Ier. 31. 33.*

*l Heb. 4. 12.*

*Simile.*

At quemadmodum lux ſolis non ſolũ illuſtrat, ſed etiam influit calorem, virtutem, ac motum in id, quod irradiat, ſuaque vi vſque ad illius intima penetrat. Ita quoque & diuini verbi lux nõ modo intellectum illuſtrat: ſed & gratiam, & motum præſtat affectui, cunctaq; cordis intima penetrat, quod in ſubſequentibus ab ipſamet Eccleſia expertum intelligemus, cum dicet: *m Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus loquutus eſt*. ad verbi enim illuſtrationem, ad diuinę doctrinę lumen cuncta illius commota ſunt intima, tantoque eius præcordia exarſerunt calore: vt tota prę amore liquefacta facillime per viam mãdatorum Dei cucurrerit: iure igitur optimo ait nunc ad ſapientes ſæculi, *Oſculetur me* Deus *oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera eius vino*.

*m Can. 5. 6*

*Sapiẽtia & doctrina Dei cur vberum nomine nuncupetur.*

Quomodo autem cunctis humanæ ſapientiæ artibus non pręferatur ab vnoquoque ſcientia talis, cũ ex diuinis profluat vberibus? Sed ſi ex diuinis profluit vberibus, quanam ratione ipſorũ vberum ſortita eſt nomen? An fortaſſe quia ſapientia increata, vnam eandemq; habens eſſentiam cum ſuo principio, ſicut vno, eodemq; Dei nomine nuncupatur; ita vnum, idemque vberum ſortita ſit vocabulum.

*Sapientia Dei humilibus tantum exhibetur.*

An vero quia ſicut vbera iis tantum ſugenda traduntur, qui paruuli extiterint, quiue toti ab ipſis pẽdeant: Ita quoque & diuina doctrina iis tantum exhibeatur, qui ſimplicitate, ac humilitate ſunt paruuli, quive toti ex diuina pendeant prouidentia, atque benignitate? Vnde terribili illi imprecationi quendam ſeſe ſubieciſſe legimus. *n Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animã meam*; Si mente, ac animo humilem me non exhibeo: ſi puritate, ſimplicitate, atq; animi demiſſione paruulus non ſum: ſi inſtar infantuli totus non pendeo à Dei vberibus, atq; ab eius eruditione: ſicut ablactatus eſt ſuper matre ſua; ita retributio in anima mea, id eſt, illud ipſum mihi contingat, quod puerulo illi euenire ſolet, qui ante tẽpus à matre fuerit ablactatus, qui maternis deſtitutis vberibus infeliciſſimã cogitur mortẽ obire, quaſi dicat, niſi humilis, ſimplex, ac paruulus extitero, merito à diuinis repellar vberibus: merito diuina deſtituar doctrina, quæ paruulis tantummodo porrigi ſolet. Quapropter Apoſtolus ſingulos adhortans fidelium, vt ad huiuſcemodi vbera ſugenda reddãtur idonei, ait: *o Quaſi modo geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem*. Si tamen guſtaſtis, quoniam ſuauis eſt Dominus. Quo loco animaduertendum, Apoſtolum maxima loquutũ cautela, vt ſignificaret, quomodo paruulum ſe exhibere quis debeat, vt dignus ſit, cui diuina doctrinæ vbera præbeantur, neq; enim paruuli omnes ad iſta admittuntur vbera: ſed ij tantum, qui grandæui quidem ſint ſenſu, atque prudentia, ſed tamẽ animi demiſſione, ac puritate ſe exhibeant paruulos, qui ſint quaſi modo geniti infantes, qui ſint rationabiles, id eſt, prudentes, ſicut ſerpẽtes: ſed ſine dolo, ac ſimplices, ſicut columbæ: At vero iis, qui paruuli ſenſu ſint, atque prudentia, animi tamen eleuatione, atque ſuperbia exiſtant gigantes, nullatenus tam ſancta præbentur vbera: Hos ſiquidẽ paruulos mundanæ potius ſapientiæ ad ſua inuitans aridiſſima vbera. *p Quis eſt*, inquit, *paruulus declinet ad me, & vecordi loquuta eſt*. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt: à quibus tamen vberibus è veſtigio illos diuina deterrere ſtudet ſapientia, dum ait: *q* Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, id eſt, ſæculi ſapientes tibi mundanæ ſciẽtiæ, ac ſapiẽtiæ carnis vbera obtulerint, vt ex eis exitioſum lac ſugas, ne acquieſcas illis: ſed ab iis te auertens, eorumque declinans ſuperbiam, atque inſipientiam, eſto paruulus, ſed rationabilis, & ſine dolo, vt vbera mea ſugere tibi liceat, neque enim vllo pacto mea tibi vbera ſugere fas eſt, niſi à peſſimis illis ſis auulſus vberibus: niſi pernicioſiſſimum reliqueris lac ſapientiæ carnis; atque humanæ doctrinę. *r Quem docebo ſcientiam? quem intelligere faciam auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus*, ait ipſemet Dominus apud Eſaiam.

*n Pſ. 130. 2.*

*o 1. Pe. 2. 2.*

*Paruulorum duplex genus.*

*p Prou. 9. 16.*

*q Pro. 1. 10*

*r Iſa. 28. 9.*

Hanc vberũ diſtinctionem optime intelligens Eccleſia, dum ſapientiæ ac doctrinæ diuinæ excellentiam præ cũctis mundanæ ſapientiæ artibus demonſtrare contendit, exactiſſima vſa eſt in ſingulis verbis cautela, cum enim præclariſsimum illius inſigne per vberum indicaſſet nuncupationem: ſciens, ipſam mundanam ſcientiam, ſicut falſo ſibi nomen adſcri-

pſit ſapientiæ: ita pariter falſiſsime quoque vberum vſurpare vocabulum, non dixit, *Quia meliora ſunt vbera* ſimpliciter; ſed addens, *tua*, palam oſtendit, ſe de veris loqui vberibus, deque vera ſapientia, ac de doctrina Dei: quæ tanto ſcientiæ præſtaret humanæ, quanto vbera, & vbera verbi Dei, viliſsimo ac terreſtri præſtarent vino inebrianti. A

Quamuis per hanc *vini* appellationem, qua mundi ſignificauit ſapientiam, & alias prudentiſsima Eccleſia indicet diuinæ doctrinæ prærogatiuas, quibus illa ſit præſtantior: Etenim quemadmodum vinum ſi abſque aquæ admixtione potetur, complures, eoſque pergraues ad caput emittens vapores, miſerum illũ, qui biberit, inebriare conſpicimus: vnde fit, vt is primo abſurdiſsima proferat deliramenta. Secundo, inſanis cõmoueatur indignationibus. Tertio moleſtiſsimis opprimatur doloribus. Quarto, obſtupeſcat. Quinto, perturbatum habeat aſpectũ, vt nec, quæ ante oculos habet, diſcernere queat, & quod vnum eſt, plura ſibi eſſe videantur, quodve fixum eſt, ac ſtabile, in orbem exiſtimet circumferri. Sexto, frigus maximum extrinſeco præſeferat tremore, tametſi vinum ipſum ex natura ſua calefaciendi vim habeat. Eodem certe modo, & mundi ſapientia, ſi abſque admixtione diſcatur ſapientiæ diuinæ, de qua dicitur. *f Aqua ſapientiæ potabit illũ*, plurimos ad diſcentis mentẽ ſuperbiæ, & inflationis emittit vapores: iuxta illud Apoſtoli, *t ſcientia inflat*, vnde & præclare per ſapientiã dicitur. *u Ignis probat ferrum durum ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum*, id eſt, ſicut ignis probat ferri duritiẽ, cũ quantumlibet illud molle reddere videatur, nunquam tamen conſumere id poteſt: ſic vinum in ebrietate potatum oſtendit, quanta in potantium cordibus eleuata extet ſuperbia: vel melius iuxta lectionem Græcam, quæ ſic habet, κάμινος δοκιμάζει στόμωμα ἐν βαφῇ, οὕτως οἶνος καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων, id eſt, fornax probat aciem in tinctura, ſic vinum corda in contentione ſuperborum; vel iuxta aliam lectionem, ſic vinum corda ſuperborum in ebrietate, ἐν μέθῃ. D

*Simile.*
*Sciẽtiæ mũdi damna eadẽ quæ & vini.* B
*Scientia mũdi ſuperbiam ſuſcitat.*
*f Eccl.15.3.* C
*t 1 Cor.8.5.*
*u Eccl.31.31.*

Ac ſi dicat, quod ſicut per tincturam ferri in aquam ignis probat ac oſtẽdit hominibus gladium acutum, ſiquidem ſi cõparanda eſt acies gladij, aliquoties ferrum, aut chalybs candens aquæ intingitur; ſicque melius induratur, & duriorem adipiſcitur tẽperaturã. Ita pariter & vinum oſtendit ac manifeſtat hominibus corda ſuperborũ, dum illa per ebrietatẽ madefiunt, & veluti vino immerguntur, quod non tam de vino vitis intelligendum eſt, quam de ipſa mundi ſapientia, vini nomine ſignificata. Neq; enim minus per huiuſmodi ſcientiam, quam per vinum & fiunt, & oſtenduntur corda ſuperba. Quod ſi ęque ac vinũ inebriat ſcientia mundi per inflationem atque ſuperbiam, quid mirum, ſi ea omnia in illo, qui ſic per eum inebriatus ſit contingere videamus, quæ eis diximus euenire, qui mero inebriati ſint? E

Primo enim per ſuperbiam ipſam in delirium incidens abſurdiſsima profert deliramenta. Et quænam maiora deliria dici queunt, quam non eſſe Deum in rerum natura, quam non eſſe Dei prouidentiam, quæ vniuerſa gubernet, ac ſeruet? quam negare animę immortalitatem? Et tamen præ ſuperbia ſapientes ſæculi, quos aptiori vocabulo inſipientes dixeris, quam ſapientes, ad tantam peruenerunt inſipientiam, vt ea proferre non dubitarint. *x dixit inſipiens in corde ſuo*, ait Propheta. Quid? *Non eſt Deus*. De his enim mundi ſapientibus videntur hæc ſumpſiſſe Euſebius Cæſarienſis, & Auguſtinus expoſ. in Pſalmo decimotertio, & contra eoſqui diuinam negarent prouidentiam audi Eccleſiaſtem: *y Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo, Non eſt prouidentia. Ne forte iratus Deus contra ſermones tuos, diſsipet cuncta opera manuum tuarum*. An fortaſſe erubuerunt hominem beſtiis ſimilem, atque mortalem aſſerere? Audi quid à nonnullis eorum proferatur. *z Vnus interitus eſt hominis, atque iumentorum, & æqua vtriuſque conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur, ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, cuncta ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum.* F

*Sciẽtia eum ſuperbia facit proferre deliria.*
*x Pſ.52.2.*
*y Eccl.5.4.*
*z Eccl.3.19.*

Secundo præ eadem ſuperbia inſaniſsimis cõmouetur indignationibus, iuxta illud. *a* In multa ſapientia multa eſt indignatio, tum propter opinionum diuerſitatem, pro quibus iugiter contendunt, tum propter continuas æmulationes, aut etiam quia quempiam ſibi præferri non ſuſtinent.

*Scientia mũdi cauſat indignationes.*
*a Eccl.1.18*

Tertio grauiſsimis opprimitur doloribus, iuxta illud. *b Qui addit ſcientiam, addit dolorem*, ſeu laborem: eo quod quanto plura didicerit, tanto maiorem ſibi intelligat impendendum laborem in iis addiſcendis, quæ multo plura ignorata ſuperſunt.

*Scientia mũdi cauſat dolores.*
*b Eccl.1.18*

Quarto, altiora ſe præ ſuperbia perſcrutans, ita obſtupeſcit, vt neque de iis, quæ ſcit, recte valeat loqui. Vnde à Salomone monemur: *c Ne plus ſapias, quã neceſſe ſit, nẽ obſtupeſcas*: id eſt, ne per ſuperbiam plus de temetipſo ſentiens, maiora præſumas inueſtigare, quam tuum ingenium ferre valeat: ne non ſolum non proficiat ingenium tuum ex ſuperuacanea ſapientia, ſed & retundatur, & obtuſa fiat mentis tuæ acies: Id enim iis, qui nimis ſapere voluerint, euenire ſolet, quod & in acie ferri, cum adhibetur ad ſcindendum aliquid durius, quam ipſius vis ferat: quodque oculorum aciei ad lucem improportionatam intentæ, & quod demum euenit dentibus, pomum immaturum, aut acerbam adhuc vuam mordentibus, ita enim obſtupeſcunt, vt nequeãt ſine dolore etiam aptos, ac maturos manducare cibos.

*Scientia mũdi inducit ſtuporem.*
*c Eccl.7.17.*
*Simile.*

Quinto, ita præ ſuperbia turbatum habet aſpectũ, vt nec ea, quæ ſunt maxime propinqua, atque facillima cognoſcere valeat; legat librum Iob *d* capite trigeſimooctauo, trigeſimonono, & quadrageſimo, & animaduertet vnuſquiſque, quanta à ſapientibus mundi ignorentur, quæ facillima videntur. Et quid homini magis proximũ quam ipſemet? & tamẽ mũdi ſapientes, nec ſua, nec ſeipſos agnouere. Ex rebus viſibilibus Deum quidem eſſe intellexerunt: verumtamen adeo obtuſam intellectus aciem habuerũt, vt cũ vnus tantum eſſet, atq; præcelſus, complures ipſi Deos, eoſq; viliſsimos exiſtimarint: *e Mutauerũt enim gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinẽ corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & ſerpentiũ*: Ac demũ in vertiginẽ verſi cuncta in cõtrarium accepere, nil recte intelligentes, ſed ſingulis in rebus errantes: Quamobrem eos irridẽs Eſaias ait, *f Vbi nunc ſunt ſapientes tui, annuncient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Ægyptum: ſtulti facti ſunt Principes Taneos, emarcuerunt Principes Mepheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum eius: Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum, in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, & vomens.*

*Scientia mũdi turbat intellectus aciem.*
*d Iob. 38.*
*e Ro. 1.23.*
*f Iſa.19.11*

Sexto, quamuis ſcientia, & cognitio ex natura ſua charitatis calore animam calefacere ſoleat, cum quo plura cognoſcantur, eo maiora amoris incentiua ſuſcitari debeant in Deum, à quo tanta prouenerint: Nihilominus adeo illa præ ſuperbia ij abuſi ſunt, vt quanto plura intelligerent, tanto magis in charitate ipſa refrigeſcerẽt: tantoque algore ſunt affecti, vt bene cõtra illos eam ſententiam prolatam cenſeas, quã ſic iuxta Lectionẽ Sept. cõtra Cain illatam legimus: *g Triſtis, ac tremens eris ſuper terram*: *h* Ipſi enim vidẽtes, ac per talem ſcientiam ſic ea, quæ ſunt in mundo praue intelligentes, *admirati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos*: Et quod peius eſt, *i illuc trepidauerunt timore, vbi non erat timor*: trepidabant enim gloriam terrenam amittere, quæ nihil aliud eſt, quam mera vanitas: Deum autem offendere, & à gloria æterna excidere minime timebant. Quapropter, *k Sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobũ ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia*, & cæteris, quæ ab Apoſtolo enumerantur: & cum iuſtitiã cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.

*Scientia mundi refrigeſcere facit à charitate.*
*g Gen.4.12*
*h Pſ.47.6.*
*i Pſ.13.5.*
*k Ro.1.28.*

Ex his omnibus apertiſsime conſtat, quam vere

ac

*Sapiẽtia & doctrina Chriſti humilitatem conferens quanta bona largiatur.*

ac congrue dicatur ab Eccleſia, *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: quamve rationabiliter vinum reſpuens huiuſmodi ſcientiæ humanę, diuinam efflagitet doctrinam, per quam haud quaquam infletur, ſed maiorem acquirens humilitatem, multo maiorem adipiſcatur & exaltationem, iuxta illud, *l Sapientia humiliati exaltabit caput illius.* Nec mirum, cum ipſam tanquam paruulus ex diuinis ſugens vberibus, per eam non modo in ſcientia creſcat quotidie: ſed etiam in prudentia, in charitate, atque etiam in ſanctitate: prout Apoſtolum pro ſuis Philippenſibus exoptaſſe intelligimus, cũ diceret: *m Et hoc oro, vt charitas veſtra magis, ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu, vt probetis potiora, vt ſitis ſinceri ſine offenſa in diem Chriſti.*

*l Eccl. 11. 1.*
*m Phil. 1. 9*

17 Sed haud minori promptitudine ea proferre non dubitet, deſpiciens quoque & vinum doctrinæ legis, ac Prophetarum, quod ſibi à Scribis offerebatur, vt per illud ab eo recrearetur languore, quo præ deſiderio doctrinæ Chriſti prope deficiebat: Neque enim per huiuſmodi vinum curari hic poteſt languor, cuius vnicum tantum erat medicamentum, Incarnatio Verbi, eiuſque doctrina. *Quia meliora ſunt vbera eius vino*: Quia multo præſtantior eſt Chriſti doctrina illa omni, quæ, vel per legem tradita eſt, vel per Prophetas. Tres huius rei rationes, eaſque potiſſimas ipſamet indicat Eccleſia: dum, vnam efflagitans, & alterã reſpuens, ait: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: Etenim cum Euangelicam doctrinam *vberum* expreſſerit nomine, profecto iuxta triplicem vocis *vberum* ſignificationem, triplicem quoque ipſius doctrinæ indicauit prærogatiuam, nec non & triplicem rationem, qua eadem præferenda ſit vino doctrinæ legis, ac Prophetarum. Ponderemus ſingula.

*Doctrina Euangelica præſtantior doctrina legis, ac Prophetarum.*
*Doctrina Prophetarũ aſpera, timoremque incutiens.*

Prima vberum ſignificatio, prout clarius in litteræ explicatum eſt expoſitione, eſt, vt metonymice pro amoribus, ſeu pro dilectione hoc loco ponantur: Quod ſi ita eſt; Ecquænam efficacior afferri poſſet ratio ad exprimendã Euangelicæ doctrinæ præſtantiam ſuper doctrina legis, ac Prophetarum, quam quod hæc ſit vinum aſperrimum, illa ſit ſuauiſſimus amor? Quod Prophetarum doctrina aſperrimum extet vinum, haud longa indiget probatione, cum apertiſſime vnicuique id pateat, qui eorum volumina legerit: quid enim aliud continent, quam acerrimas increpationes? quã terribiles minas? quid aliud prænũciant, quam grauiſſima onera, quibus infelices opprimendi eſſent populi? quod ſi quãdo quid læti in ipſis reperiatur, pro tempore Euangelicæ doctrinæ illud omne prænunciatũ inuenies, quando de timore trãſeundum eſſet ad amorem: quando ſerui adoptandi eſſent in filios: quando Dominus, & Deus terribilis, atque Zelotes in benigniſſimũ Patrem, in amabiliſſimum vertendus eſſet & fratrem. Quid dicam de legis doctrina? An non aſperrimum vinum, quæ timoris lex erat atque tremoris? Signa ipſa externa, quibus quodammodo conſignata eſt, hoc optime declarant. Quid enim, quando illa ſuper Sinaĩ data eſt, quid apparuit præterquam terribilia? quid auditum, præterquam horribiles ſonitus? Nonne vniuerſus populus ingenti concuſſus eſt timore? *n Et ecce* (dicitur in libro Exodi) *cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorq; buccinæ vehemẽtius perſtrepebat, & timuit omnis populus, qui erat in Caſtris: Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eũ in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace, eratq; omnis mons terribilis.* Nõ ſic lex Euãgelij, quæ haud timoris, ſed amoris lex eſſet. Vnde Apoſtolus. *o Non acceſſiſtis*, ait fidelibus, *ad tractabilem montem, & accenſibilẽ ignem, & turbinẽ, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum, quã qui audierũt, excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbũ. Non enim portabant, quod dicebatur, & ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur, & ita terrribile erat, quod videbatur: Moyſes dixit. Exterritus ſum, & tremebundus. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hieruſalem cœleſtem, & multorum milliũ Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorũ: qui conſcripti ſunt in cælis, & iudicẽ omnium Deum, & ſpiritum iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorẽ Ieſum.*

*Doctrina legis aſperrima, cum eſſet timoris.*
*n Exod. 19. 16.*
*o Hebr. 12. 18.*

*Euangelium amorũ ſigno conſignatum eſt.*
*p Act. 2. 2.*

Quod ſi inſpiciantur ſigna ipſa, quibus hæc cõſignata lex eſt, profecto negare poterit nemo, quod hæc amoris ſit, æque ac illa antiquior timoris extiterat. *p Factus eſt enim repente de cælo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totã domum, vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, ſeditque ſupra ſingulos eorũ, & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto.* Et quidnam eſt aliud Spiritus Sanctus, quã ipſemet amor? quodve efficacius reperiri poteſt amoris ſignum, quam ignis? Et ſi vniuerſa lex Euangelij, amoris notis inſcripta, atque amoris verbis dicta eſſet, quonam meliori eam decebat conſignari ſigno, quam linguis igneis?

*Teſtamentũ nouum conſignatum eſt ſigno amoris in latere Chriſti.*
*q Ioan. 19. 30.*

Quod ſi aliam quæris conſignationem, qua Chriſtus eam in ſuo conſignauit corpore; quod aliud reperies ſignum, niſi amorem? Etenim, cum teſtamentũ ſuum Dominus completum ſignificaſſet, quando in cruce pendens extrema illa protulit verba. *q Et conſummatum eſt*: nullo alio illud ſignare voluit ſigno, præterquam ſacratiſſimo cordis vulnere: vt ſignificaret vniuerſum teſtamentum, ac legem illã ex amore, ex intimis cordis penetralibus proceſſiſſe: eoque illam ſpectare, vt & ad amorem impellat ſingulos, & in ſingulorum cordibus, vbi amoris ſedes eſſet, remaneret ſcripta: Quæ omnia & apertiſſimis verbis, & ſub figura in ſacris litteris explicata reperiuntur: Nam apud Ezechielem clariſsime Dominus: *r Dabo vobis*, inquit, *cor nouum, & ſpiritum nouum ponã in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & legẽ meam cuſtodiatis, & operemini.* Quibus verbis apertiſſime indicantur ſignacula amoris, Spiritus nempe Sanctus, atque cor, in quo in ipſa ſcribenda eſſet lex: & bene pollicetur Dominus, ſe ablaturũ cor lapideũ de medio populi illius, qui legem in tabulis lapideis ſcriptam habuiſſet, vtpote duriſsimam, atque aſperrimam. Sub figura vero hac ipſa in libro Ioſue ſignificantur, quando Ieſus ſuperata *ſ* ciuitate Hai ædificauit altare ex lapidibus integris, quibus ferrum non eſt iniectum, & ſcripſit ſuper ipſos lapides Deuteronomium legis Moyſi. Quid enim hæc ſibi voluerunt? niſi quod à Domino noſtro factum dicimus, cum nouam traderet Euangelij legem? Sic enim, inquit Origenes, & Ieſus noſter poſt ſuperatos Dæmones, & vitia, ædificat altare, in quo Patrem propitium reddat, ex fidelibus, puris, integris, & qui ignita maligni iacula concupiſcentiæ non receperint, quive ferrum pugnæ, ac litium nunquam admiſerint, & pacificis: ſcripſit autem in eorum cordibus Deuteronomium, quod ſecundam legem ſonat: ſcripſit legem amoris, quam norat, ab Eccleſia efflagitatam, cum diceret. *t Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas*: id eſt, ſatis iam te mihi exhibuiſti terribilem, quum me per primam edocuiſti legem: at cum compertiſſimũ mihi ſit, te ſumma præſtare bonitate, ac benignitate, & ingenti me proſequi dilectione, illud vnum iam oro, vt in bonitate tua doceas me iuſtificationes tuas. Conſidera, inquit Ambroſius, medicum, vtilia apponentem medicamenta vulneribus, ea tamen, quæ mordeant vlcerum virus, aut certe ferro putrefacta reſecantem: Cum in eo ipſo bonus ſit medicus, quia vtilitatem operatur ægroti, & faciat quod prodeſſe nouerit: Tamen, quia æger dolorem, aut non vult, aut nõ poteſt ſuſtinere propter infirmitatẽ affectus ſui, rogat, vt medicus eum quadam bonitate, & ſuauitate ſua curet, & non aſperitatẽ adhibeat medicamentorum: non ferro incidat vulnerũ fibras; aut ſi aliter non poteſt, vt cũ moderatione faciat, & quadã ſubtilitate mitiget vim doloris: Et ideo cũ in Euangelij bonitate melius doceatur Eccleſia iuſtificationes Dei quam in legis ſeueritate: congruentiſsime, & in iſto amoris Cãtico hanc, quæ in bonitate docẽda ſit, amoris legem, ac doctrinam exoptans exclamet: *Oſculetur me oſculo oris ſui: Quia meliora ſunt vbera tua vino*, quia multo prẹſtãtior eſt doctrina iſta, qua in bonitate tua me docere pollicitus es, aſpero illo vino anti-

*r Ezech. 36. 26.*
*ſ Ioſ. 8. 31.*
*t Pſal. 118. 68.*
*Ambroſius Serm. 9. in Pſ. 118. verſ. 2.*

quæ legis, qua me ſumma nūcuſq; erudiſti ſeueritate. A At non ſolum ob hanc Euangelicæ doctrinæ prærogatiuam, ſed ob aliam quoque ardentius idipſum efflagitat, ob aliam inquit Euangelij excellentiam, quæ ex ſecundo vocis *vberum* ſignificatu colligitur. Etenim, ſi vberum nomine ipſamet, vt ſonat, vbera ſignificata intelligantur: haud obſcure ex hoc loco colligere fas eſt, Euangelij legem eſſe quid diuini, ac cæleſtis diuinamq; in ſe continere, atque in alios conferre gratiam. Nam quemadmodum vbera carnis carnalia ſunt, & quod ex eis profertur, ex intimis eiuſdem corporis prolatum, carnale etiam quodammodo eſt, carniſve & nutritioni, & augmento inſeruit lactentibus: Eodem pacto & Chriſti veri Dei ac hominis doctrina diuina, atque cæleſtis dicenda eſt, & quod ex illa profluit cæleſte, ac diuinum cæleſtes, atque diuinos eos reddit, qui eius participes fuerint diuinæ cognitionis, iuxta illud Petri. *u Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri, quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitā, & pietatē donata ſunt, per cognitionē eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quē maxime, & precioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionē.* Hanc autem doctrinæ Chriſti prærogatiuam ex his verbis: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, colligendā inde C mihi perſuadeo, quod, dū fit comparatio inter eam, atq; doctrinam legis: per vinum, quo nuncupatur legis doctrina, indicari videatur, legem illam eſſe terrenam, atque ex ea nil, præterquam terrena profluere: cum vinum terrena res ſit, & ex vino terrena tantum proueniant. Quare, ſicut ex eo quod vinum terrenum eſt, indicatur, legem illam terrenam extitiſſe: Ita pariter, ex eo quod vbera Chriſti diuina ſunt, atque cæleſtia illius etiam doctrinam, quæ per ea ſignificatur, diuinam eſſe, atque cæleſtem, indicari manifeſtum eſt, ſicut etiam indicatur, diuinū atq; cæleſte quid eſſe, quę ex illa profluit gratia. Porro quod antiquæ D legis doctrina terrena fuerit, patet ex eo, quod per terrenū data eſt hominē, prout à Ioanne Baptiſta ſignificatum eſt, cum diceret, *x Lex per Moyſen data eſt*: ſicut autem lex illa per Moyſen data eſt terrenum, quæ per ſe ad terram deprimeret, terrenaque profluerct. Ita gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: Ita & Euangelij lex per Ieſum Chriſtum Deū facta, atq; cæleſtem, & cæleſtis, & diuina dicenda eſt, adeoque cæleſtis, atque diuina, vt & homines ipſos cæleſtes reddat, atque diuinos; diuinam conferens gratiam, veraſque, ac cæleſtes pollicitans promiſſiones: Neque enim per hanc ſicut per illam promittitur amplius terra, melle, ac lacte manans abundantia E frumenti, vini, & olei, cæteraque ſimilia: ſed adoptio filiorum Dei; ſed hæreditas Regni cæleſtis: ſed abundantia Spiritus Sancti. Quod ſi *vberum* vocem in tertio ſumamus ſignificatu, nimirum pro lacte, quod in vberibus continetur, atque ex ipſis manat, vt ſit poſitum continens pro contento, tertia quoque apparebit ratio, eaque perpulchra, atque ſubtilis, qua iure ab Eccleſia doctrina Chriſti præſtantior aſſeritur vino legis antiquæ, ſeu etiam doctrinæ Prophetarum, & *meliora ſunt vbera eius vino*. Vt autem hæc ratio bene percipiatur, animaduertendum eſt, lac matris, quo infans nutritur, eſſe ipſummet panem quo nu- F trimur grandiores: Etenim, cum à paruulo ſolidus comedi nequeat panis, comeditur à matre, ſicque per illius traijcitur mammillas, in lac liquidum, ac molle conuerſum, quod ab infante hauriri poſſit, quove ille nutriri valeat, & creſcere. Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum eſſet verbum apud Patrem, per quod facta ſunt omnia panis erat, & panis Angelorum, qualem caperent pro modo ſuo Angeli, & ex quo in cælo poteſtates & virtutes intellectuales paſcerentur: at vero cū homo infirmus iaceret in terra, nec poſſet ad eū peruenire panis iſte cæleſtis, vt panē Angelorum manducaret homo, qui illum in illa ſolida verbi ſubſtantia comedere minime poterat, tra-

*Euangelij doctrina eſt diuina, & cæleſtis.*

*Simile.*

*u 2. Pet. 1. 2*

*Legis doctrina erat terrena.*

*x Io. 1. 17.*

*Euangelij doctrina perfecta ex Chriſti colligitur geſtis.*

A ijciens ſemetipſum per mammillas naturæ humanæ, quam aſſumere dignatus eſt, & verbum caro factum in molle ſeſe illi exhibuit lac, vt qui infirmus, ac paruulus eſſet, haberet lac, quo in vita ſpirituali nutriri poſſet & creſcere. Vnde quibuſdam infirmis Apoſtolus ait: *y Nō iudicaui, me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtū, & hunc Crucifixum.* Ipſe enim factus eſt nobis ex pane ſolido lac molle, ex cuius hauſtu cumulatam aſſequeremur iuſtitiam: per quod creſceremus in ſanctitate perfecta, & in quo ſolidam addiſceremus ſapientiam, *z Ipſe* (vt idem ait Apoſtolus) *factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redēptio.* Experta iam fuerat Eccleſia, vino illo antiquæ le- B gis ſe ſemper magis, ac magis perturbatam, neque vnquam per illam creſcere valuiſſe ad perfectionem, quandoquidē *a neminem ad perfectū adduxit lex.* Quomodo igitur non exoptaret, quomodo ardentiſſimis ſuſpiriis nō efflagitaret, vt ſibi ſugere liceret lac illud, in quo tota ineſſet Euangelij ſumma, & è quo multo maiores acquireret vires in bonis exequendis, ab illius prouocata exemplis, quam ex quocunque antiquæ legis præcepto, quam ex quibuſlibet Prophetarum increpationibus? è quo multo perfectiori ſe alere poſſet doctrina viua eorum, quæ geſsit, quæve paſſus eſt Chriſtus, quam ex quacunque lege ſcripta, C quam ex quacunque eloquentiſsima Prophetarum oratione? *Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

*y 1. Cor. 2. 1.*

*z 1. Cor. 30.*

*a Heb. 7. 19*

18 Iuxta ſecundum ſenſum, in littera allatum: Proponitur hoc loco antiquorum Patrum Eccleſia, quæ, cū ſibi præ deſiderio incarnationis diuinæ prope deficienti ſuggereretur à quibuſdam vel infidelium, vel eorum, qui firmam, vt par eſſet, diuinis promiſsis, fidem minime præſtarent, verbum non incarnandum: Filium Dei haud amplius à Patre mittendum, eo quod Deus innumeris, atque nefandis commotus ſceleribus, vniuerſo indignatus eſſet humano generi, iis neglectis, vtpote modicum in rebus diuinis verſatis, fixa in ſolidiſſima fidei anchora, ad Pa- D trem miſerationum conuerſa dicat, *Oſculetur me oſculo oris ſui: Quia meliora ſunt vbera tua vino*: Non ſecus ac eam ipſam clarius idem feciſſe inuenimus in pſalmo; quum ad Deum pari modo conuerſa: *b Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine; quibus iuraſti Dauid in veritate tua*, id eſt, vbi eſt *c iuſiurandum, quod iuraſti ad Abrahā patrē noſtrū, daturū te nobis? Erige cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri tui: Sicut loquutus es per os Sanctorum, qui a ſæculo ſunt Prophetarū tuorū, Ad faciendā miſericordiā cū Patribus noſtris, & memorari teſtamēti tui ſancti? d Memor eſto Domine opprobrij ſeruorū tuorū, quod continui in ſinu meo multarū gentiū*: Memēto opprobrij, quod ego E in filiis mei, ac ſeruis tuis ſuſtineo; quod à multis gētibus infidelibus ſuſcepi, quaſi intra ſinum meum: quod pertuli intra me: *Quod exprobrauerunt iſti inimici tui Domine*, quod exprobrauerunt tibi magis, quā mihi, *commutationem Chriſti tui*: quod nimirū mutaueris ſententiam de Chriſto tuo: quod non ſis miſſurus amplius Chriſtum tuum: idq; propterea, quod indignatus ſis peccatis meis: Peccauimus, verum eſt, impie geſſimus; iniquitatem fecimus: *e Ecce tu iratus es, & peccauimus: & in ipſis peccatis ſemper fuimus*: propter peccata iratus es, & poſtquam iratus es, à peccato non deſtitimus. Nihilominus ſuſtinere non poſſum opprobrium iſtud, quod exprobrauerunt inimici tui F Domine. Nihilominus non deſpero de tua immenſa miſericordia: *f Scio enim quod, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis*: Nihilominus certa ſum, quia per aduentum tuum ſaluabimur: Sic itaque & Eccleſia iſtiuſmodi commota opprobrio, ad Deum ipſum conuerſa ait.

*Secundus ſenſus.*

*Peccata nequibant impedire incarnationem.*

*b Pſ. 87. 50*

*c Luc. 1. 73.*

*d Pſ. 88. 51*

*Ibid.*

*e Eſa. 64. 5*

*f Nah. 3. 2.*

*Oſculetur me*: oſculeris me obſecro, *oſculo oris tui*, *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: Neque enim adduci vnquam poſſum, vt de te diffidam, cum perſuaſiſſimum mihi ſit, multo præſtantiora eſſe vbera miſericordiæ tuæ ipſo tuæ indignationis vino: Miſeri iſti putant, te indignatum, vt hominem: aſſerunt, cor tuum indignatione commotum, ita vt te pœnituerit

*Paraphraſis.*

miſe-

miſericordiarum tuarum antiquarum, quas mihi A
pollicitus eſſes à ſæculo: Nihilominus ego audacter
te deprecabor, Veni Domine, noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ? Oſculare me oſculo oris tui, Quia
meliora ſunt vbera tua vino. Quia adeo bona ſunt
vbera miſericordiæ tuæ, vt ſtatim ac indignatione
aliqua commotus es, omnia tibi commoueantur viſcera; illico totus liqueſias corde: Neque enim inſtar
hominis indignationem opere complere vales, quin
ſtatim te pœniteat: cōuerſum, ait Deus ipſe per O-
g *Oſ.*11.8. ſeam in horum confirmationem, *g conuerſum eſt in me
cor meum*, pariter conturbata eſt pœnitudo mea: Non
faciam furorem iræ meæ: Non conuertar, vt diſperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo, in B
h *Eſa.* 30. 19. medio tui Sanctus: *h* Et propterea ait Eſaias, *expectat*,
vel, iuxta vim Hebraici verbi חכה hacha anhelat,
ſeu inhiat Dominus, vt miſereatur veſtri. Et ideo exaltabitur parcens vobis. Quia Deus iudicij Dominus
ſit Deus iudicij, ſit Deus iuſtus, qui aliquando indignatione commotus iudicium exercet, pœnaſque infligit eis, qui ipſum irritare non ceſſant: nihilominus
beati ſunt omnes, qui expectant eum, vel anhelant
ad eum, confidentes in eius miſericordia: Plorans
nequaquam plorabis; miſerans miſerebitur tui: Ad
vocem clamoris tui, ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi: Et dabit vobis panem arctum, & aquam C
breuem: id eſt per aliquantulum temporis quouſq;
venerit plenitudo temporis; adeo modicū panis verbi Sancti ſui, & aquæ ſcientiæ ſalutaris tibi dabit, vt
præ deſiderio illorum ingenti langueas languore, atque etiam prope deficias: Miſericordia tamen motus
mittet ad te vnigenitum filium ſuum, ſapientiam increatam, verbum æternum, neque ipſum faciet auolare à te vltra Doctorem tuum, & erunt oculi tui vidētes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis.

---

## *Ex* Verſ. II. cap. I. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.* D

### Expositio III.

*De Secunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

19 RESpuit quidem paruulus & pretioſiſſima quæcumque propinentur vina, & lautiſſimas, quæ ſibi offerantur dapes, quamuis eſuriat, quamuis ſitiat,
quamuis querulis vocibus prope deficiens ſibi opem
ferri depoſcat: Reſpuit autem illa, quia optime à natura edoctus, ea omnia ſibi inſufficientia intelligit. E
Ad vbera coniectos habet oculos: ad vbera manus
tendit: ac pro vberibus lacrymas fundit, vtpote in
quibus totius inopiæ eius vnicum, ac proprium inſit
præſidium, & à quibus cumulatim ſe nouit aſſequuturum conſolationem. Animam quamlibet eorum,
qui cæli regnum penetrare contendunt, in paruulorum numero conſtituendam negabit nemo, cui Sal-
a *Matt.* 18. 4. uatoris noſtri notum ſit dictū illud. *a Niſi efficiamini
ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum*. Huiuſmodi
igitur anima, cæleſtium conſolationum (diuino ſic
permittente decreto) & fame aliquando oppreſſa, &
ſiti, cum à ſociis iis, quibus diuina parum curæ ſunt,
atque cæleſtia, opulentiſſimum ſibi inſtruatur terrenarum conſolationum conuiuium, pretioſiſſimum- F
que ſæculi voluptatum propinetur vinum, quamuis
arida ſit, quamuis ardentibus ſuſpiriis propriam manifeſtet inopiam, nihilominus ea ipſa renuit, apprime intelligens quàm diuerſum ſit iſtiuſmodi mun-
*Conuiuium ſæculi diuerſum à conuiuio ſpirituali.* danorum conuiuium, ab eo, in quo cæleſtium conſolationum dapes paruulis in Chriſto miniſtrari ſolent, ac porrigi. Recolit enim id, quod per Oſeam
Prophetam dicitur, *b Particeps idolorū Ephraim, dimitte
b *Oſeæ* 4. 17. eum, ſeparatum eſt conuiuium eorum*. Idcirco dimittit
mundum, cum vniuerſa voluptatum eius copia, quæ

A tanti à mundanis fiunt, vt & pro Idolis colantur. Ad
vna tantum Chriſti vbera anhelat: ad ea tantum
ſuos conicit affectus, ac pro iis lacrymas fundit:
iuxta illud Eſaiæ conſilium, *c Super vbera plangite, ſuper* c *Iſa.* 32. 12.
*regione deſiderabili ſuper vinea fertili*, ab his enim cumulate ſuæ ſperat ſatisfaciendum auiditati: ab his ingentem conſolationum ſe nouit aſſequuturum cumulum: atque ex his perfectiſſime inopiæ ſuæ prouidendum confidit, in quibus dapum omnium maxima inſit abundantia, cunctaque impleri queunt deſideria, non ſecus ac in regione deſiderabili; atque
in vinea fertili: Quapropter præclare ad hæc inhians, *Oſculetur me*, inquit, *oſculo oris ſui*; ipſa Dei vbera *Simile.*
B oſculi deſignans nomine, tum quia in ipſis, non ſecus ac in oſculo ſumma inſit voluptas: tum quia
conſolationes eæ, quæ ex ipſis hauriuntur ſpirituales
ſint, atque diuinæ, non ſecus ac ex oſculo oſculantis
ſpiritum communicari animaduertimus. Deinde
apertius ſe declarans, afferenſque quodammodo
rationem, quare oblatas ſæculi reſpuat voluptates,
quia ſeparatum ſit conuiuium eorum, ſubdit: *Quia
meliora ſunt vbera tua vino*: qua, breui licet ſententia,
non modo diuerſitatem oſtendit conſolationum
mundi à Chriſti conſolationibus: ſed etiam quantum hæ illis præferendæ ſint, indicat: Quid dico indicat, cum potius efficaciſſimis id probet rationibus?
C Ecqua enim longiſſima, atque etiam eloquentiſſima,
oratione melius probari poſſet, quam diuinæ iſtæ,
cæleſteſq; conſolationes præſtantiores conſolationibus ſint terrenis, quam, illas vberum, has vini ſignificare nomine?

Etenim his nominibus triplici id probatur ratione, Primo ex abundantia, & perpetuitate ſpiritualium, atque & è contra ex inopia, ac breuitate temporalium, ac terrenarum. Secundo ex earum ſuperfluitate, & illarum neceſſitate. Tertio demum ex perfecta vuarum dulcedine, & ex admixta aliarum aſperitate, & amaritudine.

D Quid vino acrius? *d Amaritudo animæ*, inquit ſapiens, *vinū multum potatum*: Et in Prouerbiis: *e Cui*, inquit, *væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? nonne his qui cōmorantur in vino,
& ſtudēt calicibus epotandis?* ac ſi diceret: Tanta eſt vini
amaritudo, ſiue tanta in homine ex vino cauſatur
amaritudo, vt nulla alia reperiri queat, quæ cum illa
ſit comparanda: ex illo enim peruenit amaritudo in
intimis animæ paſſionibus: amaritudo in familia
domeſtica: amaritudo in externa conuerſatione
propter eas, quas ſuſcitat rixas: amaritudo in
quibuſcumque actionibus propter innumeras foueas, ingentiaque, quibus ſe ſubiicit, pericula:
E amaritudo in corpore propter vulnera, atq; dolores,
quibus illud opprimit: ac denique amaritudo in honore, quem præ omnibus æſtimare ſolemus, propter
erubeſcentiam, ſuffuſionemque oculorum. Quod
ſi talis, ac tanta vino ineſt, atque ex vino procedit amaritudo, haud certe ea minor eſt, quam
vna cum ſæculi voluptatibus, terreniſque conſolationibus iunctam experimur quotidie, atque deflemus.

d *Eccleſ.* 31. 39. e *Prou.* 21. 29. *Voluptates ſæculi quam amaritudinē afferunt.*

Si enim quæris in honore amaritudinem confuſionis, ac erubeſcentiæ: Et, quod maius dedecus, quæve
confuſio maior, quam, eum, qui in tanto conditus
eſt honore, vt dignus habitus ſit, qui vna cum Ange-
F licis ſpiritibus ad cæleſtium conſolationum admittatur conuiuium, pro viliſſimis terræ, ac carnis voluptatibus inexplicabili ignominia brutis redditum eſſe ſimilem, atque iumentis? *f Homo cum in honore eſſet, non
intellexit*, ait Propheta, *comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*: qui conſolationes intellectu
percipere poterat in rebus ſpeculandis cæleſtibus,
non intellexit: iis minime frui voluit: ſed vna cum
iumentis totum ſeſe terrenis inuoluit: Et *g qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora*, æque ac fœdiſſimi ſcarabei. bene & de his, qui huiuſcemodi opprimuntur amaritudine, *h Confunduntur*, ait Eſaias, *ab*

*Voluptates ſæculi honorē obſunt.* *Voluptates ſæculi quantam afferunt ignominiæ amaritudinē.* f *Pſ.* 48. 21. g *Thren.* 4. 5. h *Eſa.* 1. 29.

*Idolis, quibus ſacrificauerunt, & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* Quidni enim erubeſcerent, qui cum delitiis Paradiſi Dei ſui frui potuerint, vanos, vileſque elegerunt hortos, indigniſsimiſque ſeſe oblectarunt delitiis? Quidni confundantur præ ſumma ignominia, atque opprobrio, qui, cum ex Deo vero, ex Deo totius conſolationis, ex oratione, meditatione, cæteriſque ſpiritualibus, quibus ille colitur exercitiis, inexplicabilibus perfrui debuiſſent conſolationibus, terrena elegerunt, quæ ſibi in Idola erigerent: quibus totis conatibus miniſtrarent: quibus ſemetipſos ita ſacrificarent, vt vniuerſas conſolationes, cunctaſque delitias ſuas in illorum conſtituerint cultu, & ex illorum colligant ſacrificiis? Confundentur certe ab his Idolis, quibus ſacrificauerunt, & erubeſcent ſuper hortis, quos elegerunt, quando tantum intelligent dedecus: prout erubeſcebant ij, ad quos inquit Apoſtolus: *i Quē fructū habuiſtis in illis,* nempe ignominiis, *in quibus nunc erubeſcitis*, quum intellectus oculum purgatum habetis? profecto alium nullum, præterquam confuſionis amaritudinem.

*i Rom. 6. 21*

*Voluptates ſæculi cauſant ægritudines, & dolores in corporibus.*

Quod ſi quæras, qua amaritudine per eaſdem ſæculi voluptates quibuſue vulneribus, atque doloribus corpus ipſum conficiatur: haud longo tibi procedendum eſt itinere, cum quicquid ægritudinis, quicquid doloris humanum cruciat corpus; quæcumque in carne ſcateant vlcera: quæcumque infligantur vulnera, ea omnia ex nimio terrenarum voluptatum vſu, experientia teſte, prouenire nouerimus. *k Putruerunt*, ait Propheta Dauid, *& corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*: quia ſcilicet tam inſipiens fui, vt totum me carnali dederim voluptati. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: quoniam ita me carnis inuolui delitiis, vt ab eis me illuſum non animaduerterim; ideo non ſolum in anima, qua afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: qua miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem; ſed etiam in corpore tantis repletus ſum doloribus, talibus cruciatus ægritudinibus, tantiſque ſcateo vlceribus, vt non ſit ſanitas in carne mea. Vnde bene & illius filius Salomon: *l Tunc ergo* inquit, *fili mi audi me, & attende verbis oris mei: Ne abſtrahatur in viis eius*, ſcilicet voluptatis, *mens tua, neque decipiaris ſemitis eius: multos enim vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea.* Egregie vero idemmet ſapiens humanā deſcribit inſipientiam, propter quam tantum non ſentiat periculorum amaritudinem, tantaque non animaduertat pericula: *m* Statim, inquiens, eam ſcilicet voluptatem, ſequitur quaſi bos ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur: donec ipſa ſæculi voluptas transfigat iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ illius agitur.

*k Pſal. 37. 6.*

*l Pro. 7. 24.*

*m Prou. 7. 22.*

*Voluptates ſæculi cauſant contentiones.*

Propter quid pluribus, ac maioribus in externa cōuerſatione contendimus rixis, quam propter huiuſmodi voluptates aſſequēdas? habemus in libro Geneſis ſingularem id exprimentem hiſtoriā. *n* Quando Iſaac fodit duos primos puteos, pro quibus rixati ſunt Philiſthei, & quādo tertium fodit, pro quo haud quaquam rixati ſunt: *Foderunt* enim, dicit textus *ſerui Iſaac in torrente, & repererunt aquā viuam, ſed & ibi iurgiū fuit Paſtorum Geraræ aduerſus Paſtores Iſaac, dicentium; Noſtra eſt aqua. Quamobrem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocauit calumniam: Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati ſunt, appellauitque eum inimicitias: Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt*: itaque vocauit nomen eius Latitudo, dicens, *Nunc dilatauit nos Dominus*: Qui ſunt ſerui Iſaac, qui interpretatur riſus, niſi appetitus cuiuſcumque, qui riſui indulgere, cōſolationibuſque ſeſe ſtudeat oblectare? Huiuſmodi appetitus tunc fodiunt primos puteos, cum iuxta Domini querelam, *o* ipſum *derelinquentes Deum fontem aquæ viuæ, fodiunt ſibi ciſternas diſſipatas* voluptatum ſæculi, quæ continere non valent aquas delectationum, ac conſolationum, & quod eædem conſolationes maximam in ſe admixtam habeant amaritudinem; & bene pro his puteis paſtores referuntur rixati, quia cum duo tantum ſint putei, & magna paſtorum, ac gregum potandorum ſit multitudo: cum pauca ſint, quæ voluptatem afferant, & è contra infinitus numerus eorum, qui voluptatem quærunt, ac inſatiabilis vniuſcuiuſq; appetitus, profecto neceſſe eſt, vt pro huiuſmodi rebus maximæ concitentur contentiones: quandoquidem quilibet dubitans, ne ſibi deficiant, neve ſibi præripiantur, cum reliquis facillime contendit, vt primus illis perfrui valeat: & quia ſingulorum exſatiari non poteſt appetitus, omnia pro ſemetipſo vellet vnuſquiſque: & cum cuipiam iniuriam fecerit, ab illo ſuſtinet calumnias: & quum ab aliquo, ne ea aſſequatur, quoquo pacto impeditur, illico inimicitias ſuſcitat: ac propterea cogn̄ris nominibus puteos illos legimus nuncupatos, alterum calūniam, alterū vero inimicitias: Sicut è contra aptiſsimo etiam latitudinis nomine tertium puteum inuenimus appellatum, pro quo nullæ commotæ ſunt contentiones, quemve pacifice obtinuit, ſummaque tranquillitate perfruitus eſt Iſaac: ex cuius demum pacifico vſu ipſemet Iſaac ſeſe à Domino dilatatum agnouit. Etenim puteus iſte Deus eſt, qui ſe *p Fontem aquæ viuæ* per Ieremiam nuncupauit, quive etiam *q fons hortorum* cœleſtium eſt, & puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano: Hunc puteum haud fodiunt ſerui Iſaac, æquè ac ſuperiores, ſed ipſemet Iſaac: non appetitus carnales, ſed ipſamet mens lætabunda, & gaudens: fodit autem tunc iſtum puteum in terra aliena, quando in hac miſera vita, in hac lacrymarum valle *r delectatur ſuper Domino, ſ* quando *exultat in Domino, & delectatur ſuper ſalutari ſuo.* Quādo inquit: *t Mihi autem adhærere Deo bonū eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* Puteus iſte vnus eſt, attamen pro illo nulla ſuſcitatur contentio, nullæ mouentur rixæ, quia tantas habet aquas viuas conſolationum, quæ fluunt impetu de Libano, atque de cælis, vt latitudo propriiſsimo dicatur nomine: quod, & ſi innumeri ex illo ſpirituales haurire velint conſolationes, vniuerſi latiſsimum habeat locum, copioſiſsimaſque hauriant aquas. Tanta eſt enim iſtius putei latitudo, adeoque magna ſpiritualium delectationum in ipſo eſt copia, vt emphaſi quadam Propheta ſic exclamarit aliquando, *u Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcōdiſti* (intra puteum) *timētibus te*: & quum ad puteum illum diuina adductus eſt gratia, *x & eduxit*, ait, *me in latitudine.* Vt autem ad propoſitum redeamus, cum per allatam hiſtoriā optimè ſit probatum, quam magna ob contentiones, & rixas in terrenis voluptatibus inſit amaritudo, æque ac in vino.

*n Gen. 26. 15.*

*o Ier. 2. 13.*

*p Ier. 2. 13.*

*q Cant 4. 15*

*r Eſ. 58. 14.*

*ſ Pſ. 34. 9.*

*t Pſ. 72. 28.*

*u Pſ. 30. 20*

*x Pſ. 17. 20*

*Voluptates ſæculi conturbant familias, amaritudineque afferunt parentibus eorum, qui illis indulgent.*

Reliquum modo eſt, oſtendere, quomodo eædem voluptates, non ſecus ac ipſum vinum domui etiam ſuæ, ac præſertim patri ſummam afferant amaritudinem: quod quidem vtinam quotidiano à nobis nō probaretur experimento: breui tamen oratione à Salomone idipſum expreſſum habemus, cum diceret. *y Qui commeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum*: Ecquis enim peius commeſſatores paſcit, quam qui inſatiabilibus cupiditatibus cunctis ſatisfacere ſtudet: quam qui appetitus vniuerſos delitiis quibuſcumque paſcere, ac recreare contendit? tales profecto tantam, & patri, & toti domui ſuæ afferunt amaritudinem, & confuſionem, vt vix mente id concipi poſsit.

*y Pro. 28. 7*

*Voluptates ſæculi affligunt animam.*

Quid dicam de interna animi amaritudine, qua vnuſquiſque cruciatur intrinſecus, dum iſtis perfruitur delitiis? Quid de aſperrimis conſcientiæ redargutionibus, quibus tamquam acutiſsimis mordemur dentibus? Certe, ſi cuipiam hac de re fides præſtanda ſit, Salomoni opulentiſsimo, ac delicioſiſsimo Regi præſtandam eſſe ceediderim: Qui cum in libro Eccleſiaſtes longe enarraſſet, quomodo totum ſuum in eo collocarit ſtudium, vt quotquot vel mente excogitarj

cogitari poſſunt, perfrueretur delitiis, ac voluptatibus, quæ ex hiſce terrenis rebus percipi queunt, cõcludit tandẽ, ſæpiuſq; id repetit, vniuerſa illa nil aliud eſſe, quã meram vanitatẽ, atque in omnibus voluptatibus iis vidiſſe, ac ſenſiſſe afflictionem ſpiritus: Quapropter tanquam is qui de omnibus periculum fecerit, paternam ſingulis ſub vini metaphora in libro Prouerbiorum dat admonitionem, dicens: *a Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, ſed in nouiſsimo mordebit, vt coluber & ſicut regulus veneno diffundet*: ac ſi dicat: Ne attendas terrenarum voluptatum initia, quod in hiſce terrenis rebus, quæ vitro ſunt multo fragiliores, pulchram habeant ſpeciem, quod ſuauitatem ſummam polliceantur: Nam licet in principio ex iis maximam tibi videaris percipere dulcedinem: in fine tamẽ tantam ſenties amaritudinem, vt præ animi, atque etiam corporis afflictione cõſiſtere nequeas, æque ac is, quem acutiſſimis dentibus momordit coluber: quemve veneno ſuo infecit regulus.

*a Prou. 23. 31.*

Hanc autem ſapientis admonitionem iugiter in mente impreſſam habet anima Sancta: idcirco nunc eas ab hominibus ſæculi ſibi oblatas reſpuens, ait, *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino*: ac ſi diceret.

*Paraphraſis.* Satis me iſta deceperunt, quando eorum non agnoſcebã amaritudinẽ: quando mihi, quaſlibet eſuriẽti voluptates, etiam amara dulcia eſſe videbantur: At modo, quid mihi ea iterum ſuggeritis? *a Nunquid poteſt comedi inſulſum?* nunquid voluptas percipi poteſt ex re, quæ diuinæ conſolationis non ſit ſale condita? aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortẽ? auferte iam iſta hinc, quia *b cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ*, quod ſibi conſcium eſt ſecreti mœroris, *in gaudio eius non miſcebitur extraneus*, haud facile ſolatiis iſtis capietur, quæ extrinſecus adhibetur: *c Narrauerunt mihi Domine iniqui delectationes* (ſic legit Aug.) *ſed non vt lex tua*: oſculare me ergo ſuauiſſimo oſculo oris tui, quia meliora ſunt vbera tua vino: quia cum delectationes illæ tuæ ſint inſtar vberum, ipſamet proferunt dulcedinem.

*a Iob.6.6.* *b Prou. 14. 10.* *c Pſ. 118. 85.*

20 *Voluptates ſæculi haud eſſe neceſſarias ſed ſuperfluas.*

Non ſolum autem ob hanc amaritudinis rationem Anima Sancta reſpuens vinum mundanarum conſolationum diuinas illis præponendas ſignificat delitias, ſed etiam ob ſecundam, quam tetigimus rationem, neceſſitatis nimirum cæleſtium, & ſuperfluitatis mundanarum. Etenim vinum haud eſſe ad vitam neceſſarium, ſed potius quid ſuperfluum, patet primo, vt quotidiana experientia, qua complures videmus abſque vllo vini vſu longiſſimam prorogare vitam. Secundo, ex eo, quod inter neceſſaria à ſapiente minime id ponatur, cum in libro Eccleſiaſtici ait, *d initium*, vel ἀρχὴ, id eſt, ſummæ *vitæ hominis*, ſumma eorum, quæ neceſſaria ſunt ad vitam hominis ſuſtentandam, *aqua, & panis, & veſtimentũ, & domus protegens turpitudinẽ*: tertio demũ idipſum ex eo probatur, quod *e* Nazareis, qui in antiqua lege Sanctorum & religioſorum typum gerebant, omnis vini vſus interdicitur. Sic de *f* naſcituro Sampſone prohibetur patri Manue, vt eum neque vinum, neque ſiceram bibere ſinat: Quia Nazareus futurus eſſet ex vtero matris ſuæ: ſic etiam de Ioanne Baptiſta dicitur Zachariæ, *g Vinũ & ſicerã non bibet, & ſpiritu Sancto replebitur ex vtero matris ſuæ*. Quod ſi haud neceſſarium eſt vinum, ſed potius quid ſuperfluum, atq; indecens iis eſt, qui tanquam Nazarei ſeſe Domino dicarent, multo magis hoc ipſum de ſæculi aſſerendum eſt voluptatibus, quæ vini nomine ſignificatæ ſunt: Hinc eſt, quod etiã à ſapientiſſimis Philoſophorum Gentilium, nedum tanquam ſuperfluæ, & non neceſſariæ: verum, vt maxime omnium damnoſæ, abdicatæ ſunt: Quod multo magis à fidelibus ſuis Dominum noſtrum requiſiſſe apparet, vbi dixit: *h Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*, renunciando ſcilicet terrenis voluptatibus, *& tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Idcirco Anima Sancta, quæ & veram profitetur ſapientiam, & cum Nazareis totam ſeſe Deo dicauit, ſponſumque ſuum ſequi deſiderat, vinum iſtud, & voluptates iſtas reſpuit, tanquam ſibi ſuperfluas, atque damnoſas, expoſcens cæleſtes illas conſolationes, ſine quibus in ſpirituali vita diutius vix perſeuerare licet, dicens, *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino*: vberum eas exprimens nomine: quod ſicut vberũ vſus paruulis adeo eſt neceſſarius, vt ſine illis nullus reperiatur, qui nedũ adoleſcat, ſed vel breuiſsimã tranſigere queat vitã. Ita quoque tãta ſit iis, qui paruuli ſpiritu, atque malitia extiterint, ſpiritualium, ac diuinarum conſolationum neceſſitas, vt ſi quis illis omnino caruerit, ſi illis diutius fuerit orbatus, in vita ſpirituali neque proficere, neque vllo pacto valeat perdurare: per ſpirituales autem conſolationes hoc loco non ſolum intelligimus conſolationes, guſtuſque illos ſenſibiles, quos percipiunt animæ deuotæ in exercitiis orationis, ac meditationes, ſed etiã eas, quas ſentiunt iuſti in quocũq; ſpirituali exercitio, ſiue etiã in tribulationibus ipſis: qualibus perfruebatur Apoſtolus, cum diceret: *i Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra*. Vnde apparet quam congrue ab ipſa anima propter iſtiuſmodi vberum neceſsitatem dictum ſit. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

*d Eccl. 29. 28.* *e Num. 6.* *f Iud.13. 5.* *g Luc.1.15.* *h Luc.9.23.* *Conſolationes ſpirituales neceſſariæ ad vitam ſpiritualem prorogandam.* *i 2. Cor.7.4*

*Conſolationum & deliciarũ ſpiritualium copia quanta ſit.*

Quamquam per hanc loquendi formam, ac per nomina, quibus vtrumque ſignificat conſolationum genus, tertiam quoque ambabus iis, quæ allatæ ſunt, euidentiorem indicat rationem, qua ſpirituales delitiæ, delitiis præſtantiores ſint ſæculi, quave has reſpuat, illas vero efflagitet, nempe ex ſpiritualium abũdantia, & perpetuitate, atq; ex terrenarum inopia ac breuitate. Siquidem vinum ſemel tantum ex botris exprimitur, idque modicum: & cum ſemel expreſſum fuerit, & conſumptum, haud amplius idipſum exprimi poteſt, cum botri illi, & vua illa, ex qua fuerat expreſſum, non habeat iam, quod denuo fundat, ſed in perpetua proiecta ſit ariditate: At vero vbera, cum ſemel fuerint expreſſa, adhuc habent, quod exhibeant ſugentibus: & cum exhauſta videntur, rurſum de fonte materni pectoris ſumunt, quod eiſdem propinent ſugentibus, ſic autem pariter & conſolationes terrenæ cum vix ad modicũ temporis ex hiſce terrenis rebus exprimantur ſemel, vel aliquoties, ad ſummam illico deficiũt, in maxima eos, qui illas expreſſerant, relinquentes inopia, atque ariditate: quod bene per Ioelem Prophetam eis ſignificatum eſt, cũ diceret. *k Expergiſcimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro*: ac ſi dicat: bibiſtis illud cum dulcedine, haud ſentientes amaritudinem, ſed ſi ob tam magnam quæ talibus delitiis ineſt amaritudinem, à veſtro mortali ſomno expergiſci negligitis: expergiſcimini iam, & maximis vlulate fletibus, quod eæ ipſæ, quas tanto ſtudio ex terrenis rebus expreſsiſtis, illico perierunt ab ore veſtro, illico defecerunt præ ſumma ipſarum inopia, præque magna terrenarum rerum breuitate, atque ariditate. E contra vero conſolationum ſpiritualium tanta eſt copia, vt quantumcumque earum quis fuerit particeps, ſemper eadem reperiat vbera plena, quæ ſugat. Explicat id præclare Eſaias, ipſummet proponens Dominum, qui ad tales conſolationes quoſlibet vocet his verbis, *l Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite: Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac*: Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſsitudine anima veſtra. In quibus quatuor de diuinarum conſolationum vberibus ſignificantur.

*Voluptatum ſimul inopia ac breuitas.* *k Ioel.1.4.* *l Eſa.55.1*

*Conſolationum ſpiritualium ſufficientia qualis.*

Primũm, ſumma earum excellẽtia, quippe quæ nõ ſolum ſitim, ſed & famem tollant, cunctorumq; delectabiliũ; quæ vel guſtui grata ſunt, vel ad humanam vitã ſint neceſſaria, vim in ſemetipſis contineant, atque proprietatem: vnde & aquæ dicũtur, & panis, & vinum,

vinum, & lac, potatæ ſitim extinguunt, omnemq; ab animа inſtar aquarum tollunt ariditatem; & inſtar vini vniuerſum ab ea tollunt mœrorem; Et quum comeduntur, omnem à prouectioribus, inſtar panis abigunt famem diuinorum; atque etiam cunctam ab iis, qui in inſipientium gradu extiterint, inſtar lactis expellunt debilitatem. A

*In conſolationibus ſpiritualibus exhibendis quam promptus, & largus ſit Deus.*

Significatur ſecundo ingens Dei in iſtis conſolationum vberibus exhibendis promptitudo: quippe qui nō modo eaſemper pro quibuſcumque qui ea ſugere velint, parata eſſe voluerit: ſed inſuper continuis quoſlibet ad ea ſugenda vocet clamoribus.

Tertio indicatur, præclara eiuſdem Dei in illis porrigendis largitas, ac liberalitas, quippe qui abſque vllo temporalium rerum pretio illas largiatur, ac ſimul eis quodammodo vendat: Nec non ipſarum cōſolationum valor ſignificatur immenſus, vtpote quæ nullum ex iis, quæ in terra ſunt precioſiſsima, idoneū habeant precium, cum tamen ſuum, idemque ſummum eas habere neceſſe ſit precium, quo emantur. Quomodo enim dicuntur emi, ſi abſque argento, & abſque vlla conferantur commutatione? profecto, cum nihil in humanis, nihilve in rebus terrenis habeamus, quod illis ſit æquiualens, cum per nulla opera noſtra vt ſic, eas mereri valeamus, dantur nobis abſque argento, & abſq; vlla commutatione, nihilominus cum hoc pacto abſque vlla dantur commutatione, emi dicuntur, & emi precio maximo. Sanguine Ieſu Chriſti, in quo, vt ait Apoſtolus, *m Habemus redēptionem per ſanguinem eius, remiſsionem peccatorū, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis in omni ſapientia, & prudentia.* B C

*m Eph. 17.*

*Voluptatum ſæculi inopia, & conſolationum ſpiritualiū quanta ſit copia.*

Quarto demum ſignificatur, in iiſdem verbis ſumma voluptatum terrenarum inopia: Nam quantuuis pro illis quis expendat, vel bonorum temporalium, vel laboris, nunquam tantum ex eis percipere, vel haurire poteſt, vt iis vel quaſi pane valeat ſe recreare, ac vires aliquantulas ſumere. Quod vehementer admirans Dominus indicat, dum eis, qui rebus tam aridis tanto ſtudio indulgent, vt abſque vllo fructu ſua vniuerſa conſumant: Quare inquit, appenditis argentum non in manibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Cū è contra, ea ſit diuinarum conſolationum copia, vt quotquot Dei ſuxerint vbera, ſemper abſque vllo labore tantum inueniant, quod hauriant, & vnuſquiſque maxima ſe recreare queat abundantia, ſingulorum enim, qui tale comederint lac, delectabitur anima in craſſitudine. D

*Bernardus Serm. 9. in Cant. in fin.*

Hanc tertiam rationem, qua terrenis voluptatibus præſtant ſpirituales, atque cæleſtes conſolationes, tangit Bernardus, dicens, pulchre ſponſam vino comparare carnalem affectum: quia, ſicut vua ſemel expreſſa non habet iam, quod denuo fundat, ſed perpetua ariditate damnatur: Sic caro in preſſura mortis ab omni prorſus ſua delectatione ſiccatur, nec vltra reuireſcit ad libidines. Verum vbera non ſic: Hæc enim cum exhauſta fuerint rurſum de fonte materni pectoris ſumunt quod propinent ſugentibus: Merito proinde, inquit Bernardus, meliora carnis, ſæculive amore aſſeruntur vbera ſponſæ, (accipit enim hæc tanquam ad ſponſam dicta,) quæ nullo vnquam lactentium numero areſiunt: ſed ſemper abundant de viſceribus charitatis, vt iterum fluant. Hæc dicta ſufficiant circa primum præſentis ſententiæ ſenſum, quantum ſpectant ad Animam: Sed ne omnino ieiuni tranſeamus ad ſenſum alterum, quem ſecundo loco in littera attulimus. E F

21 *Secundus ſenſus. Conſolationibus ſpiritualibus deſtituta quid facere debeat Anima.*

Iuxta eum dicendum, hoc loco proponi à Spiritu Sancto Animam diuinæ miſericordiæ, ac bonitati firmiſſime nitentem: quæ cum ad modicum temporis aliquando abſque vllo ſpiritualium rerum guſtu, atque in magna ariditate à Deo derelicta videretur, & à nonnullis, qui in vita ſpirituali parum verſati eſſent, in deſperationē prope adduceretur, quaſi Deus ob peccatum aliquod occultum ei indignatus haud amplius ad ipſam eſſet venturus, ſuiſq; ſpiritualibus, atq; diuinis conſolationibus eā haud amplius recreaturus; in illius benignitate confidens, eoſque deſpiciens ad ſuum conuertatur conſolatorem, & dicat.

*Paraphraſis.*

*Oſculetur me*, vel, *Oſculeris me oſculo oris tui.* Nō deſpero, quantumuis te meis offenderim ſceleribus. Recolo te dixiſſe, *n In quacumq; hora ingemuerit peccator, omniū iniquitatum eius non recordabor amplius.* Veni obſecro, & me tua dilectiſſima præſentia deoſculare oſculo conſolationum tuarum: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: quia multo præſtantiora ſunt vbera miſericordiæ, ac benignitatis tuæ, quolibet vino indignationis, quā in nos videaris commotus. Quomodo autem ita indignatus eſſe potes, vt me penitus relinquas? cum adeo præſtent vbera miſericordiæ tuæ vino talis indignationis, vt tu ipſe vniuerſo populo tuo ſignificatum reliqueris, & ſemper ſingulos portaturum filios tuos, eoſque tua conſolaturum gratia cum diceres: *o Audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua: Vſq; ad ſenectam ego ipſe, & vſque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram, ego portabo, & ſaluabo*: Quid timeam iam indignationem tuam, cum vbera benignitatis, ac miſericordiæ tuæ ſuperent omnem matris miſericordiam? Mater portat filios in vtero, eoſque natos tamdiu geſtat in vlnis, propriiſq; alit vberibus, quamdiu adoleuerint, cum autem creuerint, à ſe eorum abdicant curam: Tu vero non modo nos in tuo portaſti vtero: non modo cum initio eſſemus conuerſionis in tuis portaſti vlnis, tuiſque pauiſti conſolationum vberibus, ſed pro ea, qua in nos affectus es miſericordia, nunquam nos deſerere vales, polliceris enim, te non ſolum cum adoleuerimus, ſed etiam vſque ad extremum vitæ noſtræ nos geſtaturum, noſtrique curam habiturum, ac tua conſolaturum præſentia. Quid mihi obiiciunt indignationem tuam, cum meliora ſint vbera miſericordiæ tuæ vino ipſius indignationis? Peccaui, verum eſt, teque ad iracundiam meis concitaui peccatis: At indignatio tua multum ſuperatur à miſericordia: cum enim noſcas me paruulum eſſe, infirmum, ac puerū delicatum, quamuis irritatus, quamuis indignatione commotus, in modico, & ad punctū me dereliquiſſe videaris, haud tamen mei obliuiſci potes, haud me diutius à tuis abdicas vberibus: ſed illico commouētur viſcera tua ſuper me, ſic enim aliquando ipſemet ſignificas, dicens, *p Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus, quia ex quo loquutus ſum de eo:* (nimirum in indignatione) *adhuc recordor eius: Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor eius*: Et cur Domine Deus, & Pater vitæ meæ, niſi quia vbera tua meliora ſunt vino?

*n Ezech. 18. 22.*

*o Eſa. 46. 3*

*p Ier. 31. 20*

---

## Ex Verſ. II. cap. I. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

Verti non immerito ſolet in controuerſiā, quidnam in Beata Virgine extiterit præſtantius, Eſſene plenam gratia, de quo ab Angelo eam legimus commendatam: An vero eſſe matrem Dei: Et quidē S. Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate, ſimpliciter aſſerere videtur, præſtātius fuiſſe, quod extiterit gratia plena, ait enim, Beatior Maria præcipiendo fidem Chriſti, quam concipiendo carnem Chriſti: Nam & dicēti cuidam, *a Beatus vēter qui te portauit*, ipſe reſpōdit. *Imo beati, qui audiunt verbū Dei, & cuſtodiunt*: Denique fratribus eius, id eſt, ſecundum carnem cognatis, qui non in eum crediderunt, quid profuit illa cognatio? Sic & materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde, quam carne geſtaſſet. Hæc Auguſtinus.

22 *In Maria quid fuerit præſtantius eſſe gratia plenam, an eſſe matrem Dei.*

*Aug. ca. 3.*

*a Luc. 11. 17.*

*Maternitas in B. Virgine fuit præſtantior quacumque alia prærogatiua illius.*

Nihilominus cum ab ipſamet B. Virgine hoc

loco

loco dicantur: Meliora vbera, & amores Dei, quocũque vino laudis Angelicæ, vel humanæ: in contrariã libentiſſime adducor ſententiam, vt præſtantius illi fuerit, ita à Deo dilectam fuiſſe, vt eam pro ſua elegerit matre, quam quod reliquis omnibus gratiarũ priuilegiis ab illo fuerit cumulata. Id autem mihi exinde perſuadeo, quod ideo tanta illi gratiarum collata eſt plenitudo, tam excellens gratiarum cumulus, tamquam maturo tempore, vt eſſet idonea dignitati matris, ad quam fuerat electa, vnde, ſi fiat ſermo de maternitate, ſeiũcta à diuinæ gratiæ prærogatiua, verum eſt quod ab Auguſtino aſſeritur, Nihil Mariæ profuturam fuiſſe Chriſti maternitatẽ, niſi per gratiam eum concepiſcet prius mente, quam corpore: niſi per diuinæ gratię plenitudinem Chriſtum prius in mente quam in carne guſtaſſet: Attamen Chriſti maternitati tã inſignis cõgruebat diuinę gratiæ pręparatio. Si enim Rex Dauid pro conſtructione tẽpli tam immenſam auri, argẽti, cæterorumq; omniũ fecit præparationem, vt vniuerſis, qui eam legerint grandis incutiatur admiratio: idque propterea ab eo actum eſt, quod non homini, quãtumlibet præinſigni, ſed Domino Deo conſtruenda eſſet habitatio, ſic quippe ipſemet loquitur: *b Opus grãde eſt, neq; enim homini præparatur habitatio, ſed Domino Deo*: profecto multo maior à ſummo omniũ Rege in Beata Virgine facienda erat præparatio & priuilegiorũ, & gratiarũ, cũ in illius ventre opus tam grande, ac tam ſublime pararetur, habitatio Dei pariter, ac hominis, opus incarnationis diuinæ, cũ Beata Virgo illius pararetur mater in terris, qui æternum Deum haberet Patrem in cælis. Quod, ſi iuxta vulgatam illam Ariſtotelis propoſitionem, Propter quod vnumquodque tale, illud magis tale, argumẽtari licet: Certe id inferre facillime fas eſt, Dei matrẽ eſſe, Deũ peperiſſe in Beata Virgine præſtantius extitiſſe, quam gratiarũ omnium cumulum, quandoquidem reliqua omnia priuilegia, reliquæ gratiæ, in tãta præſertim copia propter hoc vnum ei collata ſunt, quia mater Dei eſſet futura. Quapropter præclare ipſamet, cum ſingularem illam Gabrielis audiſſet laudem Aue gratia plena: cũque huiuſcemodi reſpuens virum ad Deum conuerſa diuinæ ſe ſubiecerit voluntati, diuinamque efflagitarit Incarnationem, per verba illa: *Oſculetur me oſculo oris ſui*: prout longius ſupra eſt explicatum: Hanc in iſtis verbis, ait, affert rationem, quare id tanto expoſceret ſtudio, quæ tanto plena eſſet gratiarum cumulo, & ait: *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, ac ſi diceret.

b 1. Paral. 29. 1.

Paraphraſis.

Quamuis tua Domine benignitate tantis ſim cumulata gratiis: quamuis ſuauiſsimũ mihi ſit, quo tua liberalitate & dici merear, & ſim gratia plena: Laus tamen iſta haud conferenda eſt cum ſingulari hoc priuilegio, quo mater tua conſtituar: idcirco obſecro te, vt oſculans me oſculo oris tui, ſumas ex me carnẽ de Spiritu Sancto. Quia meliora ſunt iſta amoris inditia, quibus Dei mater & dicar, & ſim quã ſit vinum cuiuſcumque alterius priuilegij, alterius laudis quãtumuis inſignis, quantumuis eximiæ.

Bene autem præſtantiſsimam laudem illam Angeli per vini deſignauit metaphoram, quia ſicut per vinum potum ſolet conturbari mens potantis: Ita per laudem huiuſmodi adeo eximiã, adeoque excelſam, & mens eius conturbata eſt humillimæ Virginis, cõturbatione licet ſalubri: ideoque in Euangelio dicitur; *c Quæ cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.*

c Luc. 1. 29

*Maternitas B. Mariæ quam proportionẽ habeat cum vberib. Dei.*

At quam proportionem, dicet aliquis, vbera Dei habent, cum maternitatis inſigni quo à Deo ſingulari donata eſt priuilegio, vt Virgo mater eſſet, & mater Dei: Si de propriis dixiſſet *Quia meliora ſunt vbera mea vino*, haud impropria eſſet loquutio, aptaque eſſet metaphora vberum, quibus maternitatem ipſam ſuã deſignaret, cum in vberibus præcipuum matris conſtitutũ ſit munus alendi filios, quos peperit: Nihilominus & propriiſsime quoque loquuta eſt, cum dixit. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.* Siue enim vberum Dei appellatione amor Dei ſignificetur, ſiue proprio ſignificatu vbera ipſa deſignentur, ſiue lac indicetur, quod ex vberibus fluit: Recte & proprie B. Virginis maternitas per ea ſignatur: Nam cum in ipſa Virgine lac miraculoſum fuerit, & vbera cæleſti lacte exuberantia Dei ſingulare munus extiterint, vnde ab Eccleſia dicuntur vbera Sacra, & de cœlo plena: iure optimo Virgo beatiſsima, *vbera tua*, dixit, potius quam *vbera mea*. ac ſi dixiſſet vbera, & lac, dona tua à te Deo meo mihi collata, vt ipſa mater tua exinde intelligerẽ, quod te lactarẽ ſacro vbere de cælo pleno. Proprius tamẽ *vbera tua* dixit ad tam excelſam deſignandam maternitatem, per Dei vbera illius intelligens amores, quia nulla alia in re Dei amorem efficacius in ſe exhibitũ nouerat, quam per donum ipſum maternitatis huiuſmodi: ſicut nec Chriſto Pater vlla in gratia quantumuis eximia præſtantius, ac validius amoris præſtitit ſpecimen, quam in collatione filiationis eius: quod egregie explicatur ab Apoſtolo in epiſtola ad Hebræos, *d* vbi ait: *Tãto melior Angelus effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo Angelorũ, Filius meus es tu, ego hodie genui te? & ad Angelos quidem dixit: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammã ignis. Ad filiũ autem: Thronus tuus Deus in ſæculũ ſæculi*, & cætera. Per reliquas ſane gratias vniuerſas, quantumcumq; eximias, Beata Virgo nullo magis honorifico inſignita eſt nomine, quam miniſtræ, & ancillæ Dei, ſicut & Angeli inſigni gratiarũ decore ſublimes, idipſum miniſtrorũ Dei nomen ſortiti ſunt: ideoque dixit, Ecce Ancilla Domini, at vero per ſingulare hoc maternitatis priuilegium, illuſtriſsimum matris Dei nomen adepta eſt, & ſingularem diuini amoris, eiuſdemque diuinitatis adepta eſt participationem.

d Heb. 1. 4.

---

## *Ex* Verſ. II. cap. I. *Quia meliora ſunt vbera tua vino.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica. Præ multitudine dilectionis, qua dilexit nos magis, quam Septuaginta nationes. 23

Conueniunt Patres vniuerſi in hoc, vt verba hæc ad pręſentem dicta ſint ſponſum, qui ſponſæ ipſi ſeſe exhibuerit ſtatim, ac protulit ea verba, *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Sed quamuis ſecundum Origenem tam homilia prima ex duabus, quem homilia item prima ex quatuor, Theodoritum, atque Gregorium Papam expoſitione in Cantic. vocatus, atq; rogatus ad ſpõſam illico acceſsiſſe dicatur, vt illam compotem efficeret votorum eius, quæ ipſi propoſuerat dicens *Oſculetur me oſculo oris ſui*. Vnde & colligit egregie idemmet Origenes, quanta cum celeritate Deus ſpiritualis ſponſæ exaudiat preces, & vota: cum in mediis precibus ſponſam hic audierit, iuxta illud, *a Adhuc te loquente dicam, Ecce adſum.*

*Origenes.*

*Theodor.*

*Greg. Pap.*

*In mediis precibus exaudit Dominus vota piæ animæ orantis.*

a *Eſa.* 59. 9. *ſecundum Sept.*

Tamen Bernardus ſermone nono in Cant. qui (vt notatum eſt in præcedẽtium verborum catena) ſpõſam cũ ſodalibus ibi locutam de amoribus ſponſi exiſtimauit, haudquaquam vult ſponſum hoc loco ſpõſæ ſe exhibuiſſe vocatum, atque rogatum, at ſua ſpõte. Vnde colligit, Deum non ſolum preces ſpiritualis ſpõſæ celeriter audire, cum inuocatur, verum etiam eidem præſto eſſe, & gratias elargiri de ſe loquẽti, & confabulanti. Nõ vocatus nunc, inquit, adfuit, & delectatus verbis præuenit preces, iuxta illud, *b Antequã clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus, ego audiam.*

*Bernard.*

*De ſe loquentibus illico Deus adeſt, eorumque vota exaudit, antequã inuocetur.*

b *Eſai.* 65. 24.

In allegoria explicanda tanta inter eoſdem Patres eſt ſententiarum varietas vt difficile admodum ſit ad exiguum numerum, vel ad concordiam eas adducere vniuerſas.

Com-

*Lex & doctrina noui teſtamenti præſtantior lege teſtamẽti veteris.*
*Origenes. Caſsiodor. Beda. Aponius. Iuſtus Org.*

A Communior eſt, vt vberum Dei metaphora dulcis noui teſtamenti gratia, atque doctrina deſignetur, quæ præſtantior aſſeratur rigore, & auſteritate veteris teſtamenti, vini appellatione ſignati. Ita Origen. ho. 1. ex 4. Caſſiodorus, Beda, Aponius, Iuſtus Orgelit. expoſ. in Cant. & alij, quẽ ſenſum longius pertractatum habes in ſecunda noſtra expoſitione.

24 Plerique per vbera Dei ex carnalium vberum ſitu, & poſitione in pectore, & ſupra cor, ipſum Dei pectus, ſeu cor deſignatum accipiunt: Differunt autem hi in explicando, quodnam iſtud ſit pectus, atque cor Dei, & cui præferatur vino.

*Origenes.*
*c Io. 13. 23.*
*Conſiliorum Dei particeps eſt pia Anima charitate flagrans.*

B Siquidem Origenes primum intelligit cogitationes, iudicia, & ſenſus, atque conſilia ipſius, nam ho. 6. in Ezech. ſic ait, *c Ioanes recubuit ſuper pectus Ieſu*, qui communionem habiturus erat intellectuum, & cogitationum ipſius. Et apertius ho. 1. ex duab. in Cãt. Communica, inquit, vt ſponſa cum ſenſibus ſponſi, & ſcies, quia inebriant, & lætificant iſtiuſmodi cogitatus.

*Greg. Nyſſ.*

Idipſum ſenſiſſe videtur Greg. Nyſſ. hom. 1. dum ait: Omnino autem, qui cor quidem occultam, & arcanam diuinitatis virtutem intelligit, nõ errabit: vbera autem bonas diuinæ virtutis pro nobis operationes merito poſſumus exiſtimare, per quas vniuſcuiuſque vitam, tanquam nutrix alit Deus, vnicuique C eorum, qui accipiunt, conueniens largiens nutrimentum. Quibus verbis & illud intelligere videtur hoc loco ſignificatum, iudicia ipſa, & conſilia Dei atque eorum opera iis, qui ea percipiant deſeruire pro nutrimento lactis, atque vini, iuxta poſſibilitatem, & captum vniuſcuiuſque, idq; multo præſtantius quam quod terrenum eſt vinum.

*Piæ animæ conſilia Dei, & participatio eſſectuum eorũ deſeruiunt pro quolibet nutrimento.*

*Origenes.*
*d Ioa. 13. 23*
*Sapientia & doctrina, quæ in duobus eſt teſtamentis, præſtantior & dulcior omni voluptate ſen bi'i.*
*Ambroſius.*

Alio pacto Orig. hom. 1. ex 4. in Cant. per cor, ac pectus Chriſti, illius ſcientiam, atque dogmata intelligit. Certum eſt enim, ait, quod *d* Ioannes in principali cordis Ieſu, atq; in internis doctrinæ eius ſenſibus requieuiſſe dicatur in Euangelio, ibi requirens, D & perſcrutans theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ, qui reconditi erant in Chriſto Ieſu, ſic ergo hoc loco ait Sponſa: Cor tuum ô ſponſe, & mens id eſt dogmata, quæ intra te ſunt, vel doctrinæ gratia ſuperat omne vinum, quod cor hominis lætificare ſolet.

Ad idem recidunt, quæ ait Amb. lib. de Iſaac, c. 3. à quo tamen apertius hic ſenſus explicatur ſerm. 1. in pſal. 118. v. 1. his verbis. Tanquam deſpiciens omnes iucunditates, & delectationes ſuas, cæleſtibus cupiẽs inhærere mandatis, ait. Quoniam optima præcepta teſtamentorum ſuper omnem appetentiam carnis, & ſæculi voluptatem. Meminerat enim, ſe in Eua ante ſic lapſam.

*Greg. Nyſſ.*
*Doctrina Chriſti quãtũuis infantilis melior eſt quacunque doctrina & ſapientia humana.*

E At vero Greg. Nyſſ. hom. 1. eandem Dei doctrinã, & ſapientiam per vbera accipiens, vino cenſet eam præferri omnis humanę ſapientiæ: egregie enim hoc loco ait ſignificatum vniuerſam humanam ſapientiam, atque ſcientiam non poſſe exæquari ſimplici nutrimento diuinarum diſciplinarum, lac fluit ex vberibus, eſt autem nutrimentum infantium. Vinum autem propter vim, & calorem datur fruendum perfectioribus, ſed tamen quod eſt perfectum in externa ſapientia minus eſt, quam diuini Verbi infantilis doctrina. Propterea vino humano meliora ſunt vbera diuina.

*Anſelmus.*

F Ad hunc ipſum ſenſum referri poteſt & expoſitio Anſelmi, qua inquit, doctrinam Euangelicam hic præferri doctrinæ Philoſophorum.

*Sacræ Scripturæ doctrina ſuauior quacumque delectatione humana.*
*Philo Carp.*

Philo Carpathius applicat hæc ad duo teſtamenta. Vt enim, inquit, vbera hinc inde pectori affixa cor ambiunt. Ita duo teſtamenta ex Spiritu Sancto ſpiritalem nobis potionem, diuini lactis inſtar effundunt, noſque ſuper delectationes omnes humanas ſanctiſſime lætificant, atque tuentur.

*Greg. Pap.*

At vero Gregorius Papa lib. 30. Moral. cap. 10. per Chriſti vbera Doctores accipiens. Iſta inquit ſunt vbera, id eſt, Doctores, quæ in arca pectoris fixa, lacte nos potant, quia ipſa arcanis ſummæ contemA plationis inhærentes ſubtili prædicatione nos nutriunt.

*Origenes.*
*Pia anima oblectatur in perſcrutando ſenſu ſpirituali, reiecto ſenſu litteræ.*

25 Origenes hom. 1. ex quatuor, obſcurius verba iſta applicans ad animam, poſſumus dicere, inquit, quia donec quis paruulus eſt, & nondum ſemetipſum ex integro obtulit Deo, bibit vinum, quod affert ager ille, qui habet intra ſe etiam theſaurum abſconditum, & bibẽs lætificatur ex vino. Cum autem obtulerit & deuouerit ſemetipſum Deo, ac Nazareus fuerit effectus, atque inuenerit theſaurum abſconditum, & ad ipſa vbera, fonteſque peruenerit Verbi Dei, vinum, & ciceram iam non bibet, dicens ad ipſum Dei Verbum de his theſauris, qui in ipſo ſcientiæ, & ſapiẽtiæ B reconditi ſunt, *Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinũ*. Quo loco videtur iſtiuſmodi ſenſum afferre, vt anima imperfectior in agro ſacrarum litterarum vino lætificetur ſenſus litteralis: quod tamẽ vinum poſtea reijciat quum perfectior effecta, arctiuſque Deo iuncta theſauros complectitur ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, qui in eodem agro abſconditi ſunt, ſpiritualique ſenſu, & abſconditis oblectata myſteriis dicat, *bona ſunt vbera tua vino.*

*Guſtãs Dei Sapientiam reijcit ſapientiam humanam.*

Vel per agrum accipit Orig. Eccleſiam, in qua pia anima, dum imperfectior eſt, delectetur vino ſcientiarum humanarum, quas poſtmodum contemnat, C dum perfectius Deo ſacrata diuinam guſtauerit ſapientiam, iuxta ſenſum allatum ex Nyſſeno.

*Tres Patres. Euchariſtiæ Sacramentũ eſt melius, ac ſuauius quacumque re mundi.*
*Ambr.*

Catena trium Patrum apud Theodoritũ commẽdari per hæc putat ſacramenta altaris, quæ tantam conferant dulcedinem, vt cũ ea vix comparari queat dulcedo cuiuſlibet rei: ait enim. Quod ſi vbera myſtice etiam vis intelligere, per vbera illa admiranda, & vino præſtantiora, cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur. Quem ſenſum attulimus ſupra in Appendice ſuperioris ſententiæ ſignificatum quoque ab Ambroſio l. 5. de Sacramentis, c. 2.

*Greg. Pap. Charitatis doctrina præſtantior quacumque cura temporali.*

Gregorius Papa expoſ. in Cant. per duo Chriſti D vbera duplicem accipiens dilectionẽ, cuius doctrina præſtãtior ſit omni re temporali. Ex duplici, inquit, hoc vbere anima lacte pietatis nutritur: per vinũ vero intelligens curam temporalem, à qua mens cuiuſlibet ſæcularis inebriatur ita, vt ad inuiſibilia cognoſcenda inſenſibilis reddatur: vbera, inquit, vino meliora exiſtunt, quia illud necat, hæc nutriunt: illud oculos mentis turbat, hæc acuunt: illud apoſtatare facit etiam ſapientes, hæc ipſos idiotas vtique ſapiẽtiſſimos faciunt, quæ quot vicibus ſponſa cum dilectionis vbertate ſugit, tot ſententias ſapientiæ in ventrem memoriæ trahit.

*Bernardus ſer. 9.*
*Vbera longanimitatis, & miſericordiæ Chriſti efficatiora ſunt ad ſpiritualem profectũ quam increpatio prælatorum.*
*e Pſ. 102. 8*

E Bernardus Abbas per duo Chriſti vbera intelligẽs eius longanimitatem, & miſericordiã. Anima, inquit, experta geminam Chriſti bonitatem: gemina enim dulcedo ſuauitatis exuberat in pectore Ieſu, Lõganimitas nimirum in expectando, & facilitas in donando, iuxta illud Pſalmi. *e Longanimis, & multũ miſericors:* huius inquam geminæ bonitatis, horum vberũ dulcedinem experta anima, inquit, audaciam ſumſiſſe ex his vberibus, vt peteret oſculari: quaſi dicat ſpõſo, quem ſibi illico præſentem vidit ex improuiſo.

Quid mirum, ſi ſic præſumo de te, ô ſponſe, quę de tuis vberibus tantam ſum experta abundantiã ſuauitatis? certe ad audendum me illa prouocarunt non F meorũ confidentia meritorum: pinguedo enim gratiæ, quæ de tuis vberibus fluit, efficacior mihi eſt ad ſpititualem profectũ, quam mordax increpatio Prælatorum. Hunc ipſum ſenſum videtur ſequi etiam Hugo de Sancto Victore libro 2. Miſcellan. 2. tit. 53. tom. 3.

*Hugo Victo.*
*Aponius.*
*Ioannes Baptiſta, & Ioannes Euangeliſta duo vbera Chriſti præſtantiora quorũcumq; Prophetarũ doctrina.*

Aponius l. 1. in Can. per Chriſti vbera duos intelligit, Ioannẽ Baptiſtã, & Euangeliſtã, dicens. Non eſt incõueniens duo vbera Chriſti Baptiſtã, & Euangeliſtã duos Ioannes intelligi proprie, qui Eccleſiæ poſt oſcula Incarnationis pleniſſima vbera ſunt propinati. Cum alter eum ſolum, peccatum mundi tollentẽ, Agnumq; demonſtrat Eccleſiæ, Alter in principio

Verbum

Verbum Deum,apud Deum Patrem manentem:qui per immaculatam vitam , ita in Chriſti amore , quaſi vbera pectori adhæſerunt. Porro hæc duo vbera fundentia lac doctrinæ incarnationis,& æternæ filiationis verbi , præſtantiora vino doctrinæ omnium Prophetarũ extitiſſe ex hoc loco videtur colligere idem Aponius.

*Rup. Abbas. Dulcedo amoris Dei & Spiritus ſancti quam eximia fuerit in B. Maria.* Rupertus Abbas libro primo in Cantic. per duo Dei vbera duplicem intelligit diuini amoris,& Spiritus ſancti dulcedinem : duoque præcipua data eiuſdem Spiritus , alterum in remiſſionem peccatorum, alterũ in diuerſarum gratiarum diuiſiones, tribuenſque verba iſta BeatæMariæ,quæ hiſce ambobus vberibus lactata ſignificatur per illa Angeli verba. B *f Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*,quatenus & in conceptione filij preſeruata eſt ab omni ſorde corruptionis, & omni gratiarum genere decorata eſt per ſuperuenientem ſpiritum. Ideo ait, rectè nunc eam dicere , *meliora vbera* iſta *vino* , quod optimè agnoſceret. quam melior, dulcior, & fortior eſſet huiuſmodi voluptas,ſiue amor Dei, in quo concepit , vino voluptatis carnalis , ſine cuius ebrietate nulla vnquam mulier præter ipſam concipere potuit aut poterit.

*f Luc. 1. 35.*

*Bernard. Gratia, quæ confertur in oratione melior eſt ſcientia ſæculari.* Singulari modo Bernardus ſermone nono in Cantic.de vberibus ſponſæ,atq;animæ hæc accipit,velut C dicta à ſponſo in hunc ſenſum. Habes ſponſa , quod petiſti,& hoc tibi ſignũ,quia meliora facta ſunt vbera tua vino. Hinc te ſcilicet noueris oſculum accepiſſe, quod te concepiſſe ſentis,vnde & vbera tua intumuerunt,facta in vbertate lactis meliora vino ſcietiæ ſæcularis,quæ quidē inebriat,ſed curioſitate, non charitate:implens,non nutriens:inflans,non ædificans.

Vel vt dicta ab eiuſdem ſponſæ ſodalibus , idque duplici modo.

*Scietiæ dona neceſſariora vino contemplationis.* Primò , vt tale quid ſibi velint , iniuſtè murmuras aduerſus ſponſum , quia id plus valet , quod ille iam dedit , quam quod tu petis , quod enim poſtulas, te D quidem delectat : Sed vbera,quibus paruulos alis, quos & paſcis, meliora , ideſt neceſſariora ſunt vino contemplationis.

*In aliorum cura & eruditione maior fructus, quã in contemplatione.* Secundò , vt eidem animæ deſideranti ſecretum contemplationis , & curæ ipſarum propriam præferenti quietem dicant. Noli,& cætera,vt ſupra : quia maior in vberibus , quam in amplexibus fructus extitit:per ea enim nos vendicas à carnalibus deſideriis, quæ vini nomine deſignantur.

*Prælatorum duo vbera ſunt congratulatio , & compaſſio.* Declarat autem Bernardus ſerm. 10. quænam ſint vbera ſponſæ illius , quæ alijs benè præſit , vel alios benè doceat, nimirum duplicem affectũ maternum congratulationis, & compaſſionis, iuxta illud Apo- E ſtoli,*g Gaudere cum gaudentibus,& flere cum flentibus*.pro diuerſitate autem iſtorum vberum diuerſas,& lactis proponit ſpecies, vt congratulatio quidem exhortationis,compaſſio vero conſolationis lac fundat. Porro vtramque ſpeciem dicit vbertim cœlitus irrorari pectori ſuo , ſpiritualem matrem toties ſentire , quoties diuinum oſculum ſumit.

*g Rom. 12. 15.*

## Verſ. III. Cap. I. *Fragrantia vnguentis optimis.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

1 CVm ex communi ferè omnium noſtrorum ſententia verba iſta ad ſuperiora referri ſoleant,quaſi adiectiuum *fragrantia* ſit appoſitum *vberum*, quæ in præcedenti verſu dicta ſunt meliora vino. Idcirco ſententiæ huic inhærentes, quam , vt videmus communiorem , ita & probabiliorem pariter exiſtimare debemus , ſupponendum adiectiuũ *fragrantia* dupliciter accipi poſſe,vel vt ſimpliciter poſitum,ſicut ſonat,vel vt ſit poſitum pro comparatiuo *fragrantiora*, iuxta frequentiſſimam, tum ſacrarum tum profana- A rum litterarum conſuetudinem.

*Primus ſenſus. Beda. Iuſt. Orgelit. Anſelmus.* Si hoc ſecundo modo ſumatur , ſenſus eſt planus, vt ſicut vbera quo ad ſaporem, atque dulcedinem,ſic etiam vim, atque virtutem iam prælata ſunt vino, quod inter liquores omnes iucundiſſimum,atq; efficaciſſimum exiſtimari ſolet,ſic & modo quo ad odorem eadem præferãtur vnguentis,ac aromatibus ijs, quæ odoris fragrantia maximè excellant,vt ſic appareat,iure à ſponſa reiecta fuiſſe & vina,& vnguenta, quibus ipſam recreare ſtuduiſſent eius ſociæ.

*Secundus ſenſus. Caſsiodor. Greg. PP. Rup. Abb. Bernard.* Si vero ſumatur primo modo, ſic tale adiectiuum erit appoſitum vberũ in hoc ſenſu, vt ipſa vbera cum ſint fragrantia vnguentis optimis, cũ redoleant odorem optimorum aromatum,ſint meliora vino,quantumlibet ſuauiſſimo , quantumlibet redolenti , cuius odore ipſam recreare ſtuderent: ac ſi diceret ſponſa.

*Paraphraſis.* Quid mihi,præ deſiderio dilecti mei deficienti affertis vini odores?Nolo iſtiuſmodi medicamenta,veniat , veniat ille , & oſculetur me oſculo oris ſui, ſat enim noui, quia vbera eius fragrantia vnguentis optimis meliora ſunt vino. Atque hic ſenſus magis accedit ad eum , quem ex originalibus deducere fas eſt.

*Tertius ſenſus.* Originalia quippe neutiquam hæc referre videntur ad ſuperiora. Nam Hebrea,præcedentem ſententiam ſigno illo finiunt, quod vocant ſoph paſſuk , & C hic nouam incipiunt ſententiam , atque ſic legunt לריח שמניך טובים lereah ſcemanecha thobim,id eſt , *odori* , vel *ad odorem* vel *propter odorem vnguentorum tuorum optimorum*: tum ſubdunt : *Oleum effuſum nomen tuum*. Quis verò non videat , hunc eſſe ſermonem præciſum,amanti,atque præ amore deficienti maximè congruum?qui quidem ſic præciſè cum admiratione prolatus , iſto vel ſimili modo ſupplendus eſt. Odori,vel ad odorem vnguentorum tuorum,quibus es delibutus,quis alius comparari poteſt?Quem ſenſum reddiderunt Septuaginta Interpretes,cum verterint, *& odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata*: καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. Ad quē ſenſum haud D difficile etiam litera noſtra referetur , ſi ipſa quoque accepta , vt ſermo præciſus cum admiratione ſic ſuppleatur *fragrantia* (ſubſtantiuè) vnguentis , vel vnguentis optimis, ſcilicet tuis, cuinam comparari poteſt fragrantiæ alteri?ac ſi dicat. Talis, ac tanta eſt,vt nulla alia ei comparari queat.

*Origenes. Greg. Nyſſ. Theodor. Philo. Carp. Aponius.*

*Quartus ſenſus. Littera lamed ſumi ſolita pro præpoſitione propter.* Quanquam , ſi dictionem לריח lereah vertamus, *propter odorem*(ſæpius enim prout ijs notũ eſt,qui Hebraicam callent linguam,littera ל lamed aſſumi ſolet pro præpoſitione propter :) ſic ſermo præciſus iſto modo ſuppleri poterit. Propter odorem vnguentorũ tuorum optimorum,ipſa,qua iam deficio, recreabor E illico atq;animam ſumã. Ad quem ſenſum reducetur quoque & littera noſtra , ſi ſubſtantiuum *fragrantia*, ſumatur in ſeptimo caſu:ac ſi diceret ſpõſa ad ſocias.

*Paraphraſis.* Auferte iſta hinc,auferte vina,auferte & vnguenta. Neq; enim his recreari valeo. Veniat modo dilectus meus. Oſculetur me oſculo oris ſui. hoc eſt vnicum languoris mei remediũ:quia mihi meliora ſunt vbera eius vino : & tantus eſt odor vnguentorum, quibus ipſe eſt delibutus,vt per eius fragrantiã illico reficiẽda ſim. Ad exaggerandã autem iſtam ſponſi fragrantiã benè ſubdit, *Oleum effuſum nomen tuum*,id eſt,tanta F eſt iſta fragrantia,vt non ſolũ dici queat ſumme odoratus,ſed oleũ,& vnguentũ ipſum effuſum:ipſeq;bonus odor nominetur,prout latius infra explicabitur.

## Verſ. III. Cap. I. *Fragrantia vnguentis optimis.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

3 *Primus ſenſus.* VVlgata Philoſophorum opinione aſſeritur,odoratus organum ſecundum participationem aliquam eſſe naturæ igneæ,non ſecus ac organum viſus

*Simile.*
*Charitatis calore ſuccenſus debet eſſe, qui diuina intelligere ſtudeat.*

A eſt de natura aquæ,& organum auditus eſt de natura aeris. Quod ſi hoc verum eſt, prout veriſſimum eſſe exiſtimo, & ſi ſenſibilibus, ac carnalibus ſpiritualia comparanda ſint, haud incongruè dicet quis, eum, qui diuinorum operum percipiat fragrantiam, participem aliquo pacto eſſe debere charitatis.

*a Sap.13.1.*

Hinc.n.factum,vt gentes illæ,quæ ignis huius omnino expertes fuere,quantumlibet magna, & admirabilia Dei intuerentur opera,nunquam tamen operum eorum,vel naturæ diuinæ perceperint odorem, prout bene de ijs in lib. Sapientiæ dicitur. *a Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei* (non ea, quæ tantummodo inflat, ſed ea, quæ per charitatem B ædificat)& de his,quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum, qui eſt:neque operibus attendentes agnouerunt, quis eſſet artifex: cum à magnitudine creaturæ, & ſpeciei cognoſcibiliter potuerit creator

3 horum videri. Nec mirum,quod ipſius tam eximiam percipere non potuerint fragrantiam, cum vani eſſent à charitate,cum ignis eius eſſent expertes,è contra vero Eccleſia ſancta, quæ in ſuis fidelibus iam ab orbe condito per dilectionem Deo eſt deſponſata, dum iugiter ſecundum aliquid igneam vim charitatis habuerit, eximiam diuinæ naturæ fragrantiam ex

*b Rom.1.20.*

eius percepit operibus,*b inuiſibilia Dei à creatura mundi,per ea,quæ facta ſunt*,conſpiciens intellectu, odoratuque olfaciens diuinorum operũ odorem,ait, *Quia* C *vbera tua fragrantiora* ſunt *vnguentis optimis*,ſignificans, vbera miſericordiæ Dei,quibus ille per oſculum oris ſui, ac per Verbi Incarnationem perfectiſſimo modo ſuã nobis communicauit bonitatem,multo eſſe cunctis alijs gratijs,ac donis,quæ in nos contulit,fragrãtiora. Odor in rebus creatis non tam eſt ipſa rerum natura,quam illius indicium.Si quemadmodum cum vel roſæ, vel alicuius redolentis pomi odorem percipimus,non tam roſam,vel pomum percipimus,quam ipſius indicium quoddã ita euidens,vt ex ipſo eius odore illico intelligamus, quod in manibus habemus, vel quod prope nos eſt, eſſe roſam, vel tale pomum, D quod tam ſuauem redoleat odorem: eadem ratione & in diuinis odor Dei haud eſt ipſa Dei natura diuina,neque odor operum Dei ipſa ſunt Dei opera: ſed eſt ipſius naturæ diuinæ indicium illuſtre, ipſarumque gratiarum, atque operum eius manifeſtiſſimum ſignu. Ita vt ex odore Dei,quem in rebus hiſce creatis, ac ſenſibilibus illum redolere ſentimus, eius immenſam, ſublimem, atque incomprehenſibilem aliquatenus intelligamus naturam:& ex maiori,vel minori fragrantia bonitatis,quam ex diuinis donis,gratijs ac beneficijs accipimus, maiora, vel minora ipſa eſſe dona,ac beneficia cognoſcamus.

*Odor diuinorum quidnam ſit.*
*Simile.*

*Simile.*
4
*Gratia & beneficium eo maius quo magis ex amore procedit.*
*c Cant.4.16.*

E Porro quemadmodum in vnguentis, floribus,cæteriſq; odoratis rebus maiorem aduertimus tunc ea diffundere ex ſe odorem,quãdo calore quopiã ignis, vel aëris,aut calidi alicuius vẽti fuerint calefacta,vnde ſponſa inferius dicet, *c Surge Aquilo,& veni Auſter, & perfla hortum meum,& fluent aromata eius*.Eodẽ pacto tanto maiorem vnaquæque gratia, & vnumquodque Dei beneficiũ redolebit odorem,quanto magis charitatis igne fuerint ſuccenſa,quanto magis ex diuino proceſſerint amore,propterea Eccleſia ſancta ex diuinis vberibus, quibus Deus perfectiſſimè ſeſe nobis communicans per incarnationẽ ſingularem atq; præſtantiſsimã nobis exhibuit miſericordiam, & gratiã, F maiora quam ex cũctis alijs gratijs,ac beneficijs percipiens amoris eius indicia,recte ait, *Quia fragrantiora ſunt vbera tua vnguentis optimis*,per vbera Dei ſignificãs beneficiũ Incarnationis,ac Redẽptionis, quo perfectiſsimo modo ſuã nobis communicauit bonitatem, per vnguẽta vero optima reliquas omnes intelligens gratias,reliqua beneficia,quibus ſuæ quoque naturæ, ac bonitatis haud mediocrem redolet fragrantiam.

*Beneficia Dei quare dicuntur vnguenta optima.*
*Simile.*
*d Iac.1.17.*

Quæ haud vnguenta ſimpliciter, ſed vnguenta optima dicuntur.

Primum, quia cum ab optimo proueniant,*d à quo omne datum optimum,& omne donum perfectũ eſt*, optima ſint neceſſe eſt.Deinde quia quemadmodũ ea dicere ſolemus vnguenta optima, quæ ex pluribus odoratis ſpeciebus compoſita,per illam proportionatam mixtionem eximiam redoleant fragrantiam: quale eſt illud,quod à Domino inſtitutum legimus in *e* Exodo.

*e Exod.30.34.*
*In ſingulis Dei beneficiis ſunt plura beneficia.*

Ita quoq;& ſingula Dei beneficia complures ſemper admixtas habent & alias gratias, quæ omnes ſimul in vnum compoſitæ,optima conficiunt vnguenta,eximium redolentia diuinæ naturæ,ac diuinæ bonitatis odorem.Ecquis enim enumerare poſsit,quãta, exempli gratia, in vno beneficio creationis admixta ſint particularia beneficia? quot enim diſtinctæ res ad noſtrum creatæ ſunt vſum,tot in vno creationis beneficio diſtincta collata ſunt dona,quæ ſingula per ſe diſiuncta egregium diuinæ bonitatis redolent odorem: & ſimul in vnum compoſita optimum conficiunt vnguentum, quod & optimam redolet fragrantiã.Omnibus ergo iſtiuſmodi vnguentis optimis diuina vbera fragrantiora aſſerit Eccleſia, quia beneficium Incarnationis, ac Redemptionis, quod tanto charitatis igne ſuccenſum eſt,vt pro vberum,ſiue amorum nomine ſignificari debuerit:& in quo ipſa diuinæ miſericordiæ vbera nobis exhibita ſunt maiora, quam reliqua omnia, quæ in nos collata ſint beneficia, diuinæ bonitatis indicia exhibeat: quod indicat Apoſtolus,cum ait,*f Deus,qui diues eſt in miſericordia* (en vbera eius) *propter nimirum charitatem ſuam,qua dilexit nos*(en quomodo hæc vbera igne charitatis ſuccenſa ſint)*& cum eſſemus mortui peccatis,conuiuificauit nos Chriſto*, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit,& conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu:en quomodo tradidit nobis ipſa vbera miſericordiæ,quorum odor, atque fragrantia tanta extitit,vt vnguenta optima ſuperarit: vnde & bene ſubdit:Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Exemplo humanitatis deſumpto hæc omnia comprobare facile licet.Ponamus,Regem infimæ conditionis hominem quempiam eleuare ad ſtatum nobilitatis: tum illum equeſtri exornare dignitate: deinde ingentes illi præbere cenſuũ copias: tum inter primos, ac intimos ſuos eum adſciſcere. Certè per hæc omnia maxima bonitatis, ac benignitatis ſuæ Rex ille exhiberet indicia.

*Incarnationis beneficiũ melius notã facit diuinam bonitatẽ quã reliqua beneficia omnia.*
*f Eph.2.4.*
*Simile.*

Nihilominus ſi homine illo in captiuitatem ducto, mortiſq; ſententia damnato, Rex ipſe,vt illum & ex captiuitate erueret,& ex morte liberaret, ſemetipſũ pro eo traderet:illius veſtes indueret,illius captiuitati ſe ſubiiceret,ac pro illo mortis ſubiret ſententiam: profectò beneficium iſtud præſtantius eſſet quolibet alio: profectò per hoc vnum illuſtrius captiuo illi,ac ſingulis, qui hoc audirent, innoteſceret ſingularis in eum Regis huius charitas,quam per vniuerſa alia beneficia quantumlibet optima; quantumlibet eximia.

Sic profectò ex his ad diuina aſcendentes, quantũuis præclara eſſent beneficia creationis,conſeruationis,electionis, & cæterorũ huiuſmodi,ex quibus, tamquam ex vnguentis optimis ingens diuinæ bonitatis ad Eccleſiam perueniret fragrantia.Nihilominus quando rex Altiſsimus, porrigens nobis vbera miſericordiæ,ac benignitatis ſuæ,pro nobis,ſub diabolica captiuitate conſtitutis tradidit ſemetipſum, noſtra indutum carne, factum pro nobis maledictum, & vt nos à morte redimeret, ſemetipſum morti ſubiecit, tunc ingenti voce exclamandum, *fragrantiora vbera eius vnguentis optimis,g In hoc* enim(vt bene dilectus ait Diſcipulus) *apparuit charitas Dei in nobis,quoniam filium ſuum vnigenitũ miſit Deus in mundũ, vt viuamus per eum.*

*g Io.4.9.*

Secundum hunc ergo primum ſenſum, quod ait Eccleſia,breuiter tale eſt.

*Paraphraſis.*

Haud operæ pretium eſt,vt commemoratione peregregij doni ſcientiæ, vel eximiorum aliorum donorum, quibus à Deo decorata ſum, recreare me nitamini, deficientem præ deſiderio Incarnationis: hoc enim vnũ opto,vt veniens dilectus ipſe meus oſculo me oſculetur per incarnationem, quia vbera illius incar-

incarnati, & ea, quæ per incarnationis beneficium is præſtitit amoris indicia, nedum dono ſciētiæ humanæ, præſtantiora mihi ſunt, & dulciora: ſed & præſtantiſsimis quibuſcumque donis alijs ſunt mihi item fragrantiora, cum præ ipſis omnibus maiorem mihi exhibeant bonitatis illius notitiam.

*Secundus ſenſus. Ex Origene aliqua. Doctrina Chriſti cur melior ſit doctrina Philoſophorum.*

5 Iuxta ſecundum autem ſenſum, his verbis Eccleſia indicare videtur cauſam, propter quam diuina vbera meliora ſint vino, nempe quia ipſa ſint fragrantia vnguentis optimis, ſimulque multiplicem ſubindicare rationem, quare doctrina Chriſti præferenda ſit vino ſcientiæ ſæcularis, atque doctrinæ eorum, qui ſapientes ſint ſecundum ſæculum.

At vero haudquaquam hæc percipi poſſunt, niprius palam fiat, quibuſnam vnguentis delibuta ſint vbera Chriſti, & quænam ſint iſta vnguēta optima, quorum fragrantia redolet ipſa Chriſti doctrina.

*Doctrina Chriſti fuit fragrans ſecundo genere vnguentorū, ſcilicet gratiæ, & virtutis.*

Multiplicia quidem ea eſſe non eſt quod quis dubitet, ad duo tamen genera illa nos breuiter reducere poſſumus, nempe ad vnguenta gratiæ, quibus Chriſtus eſt plenus, & delibutus, quæve de ſua plenitudine diffundit in alios, & ad vnguēta virtutis, atque bonorum exemplorum, quibus doctrinam ſuam omnibus reddidit fragrantiſsimam. Oſtendit præclare Apoſtolus Petrus hoc duplex vnguentorum genus, & quomodo C ijs delibutus is fuerit, totique mundo eorum impertiuerit fragrantiam. Ait enim: h *Vos ſcitis, quod factum eſt verbum per vniuerſam Iudæam, incipiens enim à Galilæa poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes, Ieſum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu ſancto, & virtute*: Spiritu ſancto, en vnguenta gratiæ: Virtute autem, inquit, deſignans alterum vnguētorum genus, nempe virtutis, atque bonorum exemplorum, vnde & ſubdit, qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, neque enim eius virtus, atq; potentia qua vnctus dicitur, magis exiſtimanda fuiſſe in ea vi, qua mirabilia facere poterat, quamve & vox Græca δύναμις hic D ſignificare videtur, quam in ipſis virtutum habitibus: neque illius progreſſus, quo pertranſibat bene faciendo minor cenſendus fuiſſe progreſſu eo quem faciebat in bonis operibus, cum nec minus per virtutum actus, ac per earundem virtutum exempla ſanaret in anima oppreſſos à diabolo, quā per miracula illa, quibus dæmones à corporibus obſeſſis eijcere ſoleret.

h *Act. 10. 37.*

*Doctrina Philoſophorum haud confirmata fuit virtutum exēplis alijs qui eā docuere.*

Cum igitur Chriſtus Dominus iſtis virtutum vnguentis optimis in perfectiſsimo gradu vnctus eſſet, certe haud dubium, quin & vbera doctrinæ eius ijſdem delibuta fuerint, atque adeo bene ab Eccleſia dicuntur meliora vino ſcientiæ ſæcularis. Siquidem cum E Philoſophi factis omnino contradicerent ijs, quibus alios erudiebant, eorum doctrina tantum aberat, vt virtutum odore recrearet audientes, vt potius illos penitus ab ipſis alienarent virtutibus, vtpote quas vel impoſſibiles, vel non neceſſarias cenſerent.

*Doctrina Chriſti fragrans vnguētis bonorum exemplorum.*

Cum è contra nullus ſit, qui ad virtutem non alliciatur, dum percipiat fragrantiam exemplorum in Chriſto, qui eas edocuit: vnde bene Petrus Apoſtolus, i *Chriſtus paſſus eſt*, inquit, *pro nobis, vobis relinquēs exēplum, vt ſequamini veſtigia eius*, ſic Doctor ipſemet. k *Diſcite à me*, ait, *quia mitis ſum, & humilis corde*: l *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.*

i 1. Pet. 2. 21.
k *Matth.* 11. 29.
l *Io* 13. 15.

*Doctrina Chriſti fragrat vnguētis gratiæ, gratiamque confert.*

F Quod ſi ob iſtud vnguentorum genus Chriſti vbera, atque doctrina adeo ſunt fragrantia, vt meliora ſint vino, ac doctrina ſæculari. Multo id verius aſſerendum erit, ſi conſideretur, quomodo eadem ſint fragrantia altero vnguentorum optimorum genere. Chriſtus enim Dominus ad hoc gratiarum omnium vnctus eſt vnguentis, vt per doctrinæ ſuæ vbera talibus delibuta vnguentis eximiam nobis exhiberet fragrantiam eorundem vnguentorum, atq; eandem aliquo pacto impertiret gratiam, qua veluti ex vnguentis optimis delectationem, & auxilium, & medelam conſequeremur. m *Spiritus Domini ſuper me*, ait, *eo quod vnxerit me Dominus: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem*. Spiritus Domini, quo vnctus A eſt Chriſtus, ipſa eſt gratiæ plenitudo, ipſa ſunt vnguēta optima gratiarū, quibus ille eſt delibutus, quibus vbera eius fragrāt odorem ſuauiſſimum. In vberibus namque præcipuè vnctus ſignificatur, cū dicitur ad quid vnctus fuerit, nempe ad doctrinā ex vberibus propinandā: ad annunciādū, inquit pauperibus miſit me. Bene autem hoc loco animaduertendum, quomodo ex ijs quæ hic dicuntur, nedū ſignificetur, quod Chriſtus vnctus fuerit gratiarum vnguentis, quodve illius doctrina ijſdem gratijs redoleat, verum etiam id innuatur, quod iſtiuſmodi doctrina, in audientium animos ſimilem immittens fragrantiam, eiuſ- B dem gratiæ, eorundemve vnguētorum participes illos efficiat: eadem in illis efficiens, quæ per vnguentorum optimorum fieri ſolent delibutionem.

m *Eſa.* 6. 1.

*Doctrina Chriſti conferens gratiam, confert quoque & delectationem in bene operando.*

Primo enim ſummam fragrantia ſua afferunt delectationem ijs, qui eorum perceperint ſuauitatē, iuxta illud Prouerbiorum. n *Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor*: ſic & bonis amici conſilijs dulcoratur anima: ſic enim & animæ fidelium per fragrantem amici noſtri Chriſti doctrinam, perque gratiam quæ ipſis cum tali doctrina exhibetur, tantam percipiunt oblectationem, vt non modo promptiſſime eam amplectantur, ſed etiā ſumma cum delectatione ea perficiant, quæ per ipſam didicerint, prout fatetur Pro- C pheta, dum ait: o *In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs*. Id autē non obſcure in præcitata Eſaiæ prophetia indicatur: dum ad annunciandum manſuetis miſit me, in lectione Hebraica habetur. Ad euangelizandum pauperibus miſit me, quam lectionem ſequuti ſunt etiam Septuaginta, & Euangeliſta, p quandoquidem verbum euangelizandi ſignificat lætum ac bonum nuncium afferre, læta nunciare. Atq; adeo cum Chriſtus Dominus ad hoc vnctus dicatur, frangrantiamq; in ſua doctrina diuinæ redoleat gratiæ, præſertim in nunciando læta pauperibus, manifeſte colligitur, immenſam ijs, qui paupe- D res ſpiritu eſſent, per eius doctrinam, perque gratiā, quæ cum ea confertur, exhiberi lætitiam, quā & prompte, & alacriter eam opere adimpleant.

n *Prouerb.* 27. 9.
o *Pſa.* 118. 14.
p *Luc.* 4. 18.

*Doctrina Chriſti conferens gratiam confert & medelā.*

Secundo, vnguentis vnguntur homines ad ægritudinum medelam: vnguenta enim, præcipua eſſe inter ea, quæ ſanitatem conferant, nullus eſt qui dubitet; quandoquidem id quotidiano probamus experimento. Vnde & per ſapiētem dicitur, q *Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera eius*. Porro Chriſti doctrinā per gratiæ vnguenta, quæ confert, hoc ipſum in animabus efficere clariſſime ex eadem patet prophetia E qua Chriſtus vnctum ſe ait. Vt mederetur contritis corde; ijs nimirum, qui peccatorum vulneribus cor habent ita transfixum, vt de ipſis vere ea proferri queant, quæ per eundem Prophetam dicuntur. r [*Omne caput languidū, & omne cor mœrens. A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo*:] profecto enim ſi huiuſmodi vulnera peccatotum diuinis hiſce fota fuiſſent vnguentis, illico, & curata eſſent.

q *Eccl.* 38. 7.
r *Iſa.* 1. 5.

*Doctrina Chriſti conferendo gratiam, confert & vires, & auxilia ad bene operandum.*

Neque vero minus per iſtiuſmodi vnctionem eos, quos deliniuerit, corroborat, quam terrena faciant F vnguenta, quibus idcirco paleſtritæ vngi ſolent, vt per ea ſolidiori confirmentur robore; nam ſimul cum doctrina conferens diuinam gratiam, validiſſimas confert & vires, vehementiaque auxilia, quibus facillime & ea, quæ præcipiuntur, perficere valeamus: & ea, quæ nobis impedimento ſunt, ne in viam mandatorum eius progrediamur, facili negotio ſuperare poſſimus: Quod ſubindicatur in verbis ijs, quæ ſubſequūtur. Et prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem: nempe, vt vna cum prædicatione mea illis, qui ſub dæmonis ſeruitute eſſent captiui, quive ſub illius cuſtodia violenter tenerentur clauſi tantum conferrem auxilij, vt facile ſeſe à captiuitate liberare poſſent, atque vniuerſa deſtruere impedimenta.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

*Tertius ſenſus.* *Virtutes Dei quam excellentiores ſint virtutibus creaturarum.* *Euſeb. lib. 4. demonſtr. Euang. c. 15.*

6 Iuxta tertium ſenſum : Eccleſia Sancta hoc loco A extollit virtutum Dei excellentias, aſſerens, eas tales eſſe, vt cum ipſis nullæ creaturarum cõparari queant virtutes. Quanquã autem id multis capitibus probare potuiſſet, tamen verbis conciſis hoc potius indicat, quam vllo pacto probare illud audeat, quod nec verbis exprimi, nec humana mente concipi poſſe exiſtimaret: indicat autem talibus verbis, vt per ipſa efficaciſsimis id, quod intendit, probet rationibus. Dum enim virtutes, quæ ſunt in Deo, vnguenta optima appellat: Tres, eaſque potiſſimas ſubindicat rationes, propter quas virtutes illæ cæterorum omnium virtutibus præferendæ ſint.

B

Etenim cùm vnguenta optima ea à nobis dici ſoleãt (vt ſupra notauimus) ex quibus per proportionatam plurium vnguentorum compoſitionem vnicus, iſque ſuauiſſimus profertur odor, qui illorũ omnium odores in ſe vno complectens, & ab ijs omnibus ſit diſtinctus, & eos omnes propria ſuperet fragrantia. Certè dum virtutes, quæ ſunt in Deo præferuntur reliquis creaturarum omnium virtutibus ex eo quod ſint vnguenta optima, indicatur prima ratio, quare hanc habeant excellentiam, nimirum quod ſingulæ virtutes Dei in ſe habeant & reliquas omnes: nõ ſecus ac vnguenta optima reliqua ex quibus conſtant, in ſe habent vnguenta. Sed multo imò in infinitum præſtantiori modo, nam in vnguentis noſtris neceſſaria eſt compoſitio, atq; admixtio plurium vnguentorum, & quamuis in vno illo, quod ex tali fit cõpoſitione, ſint quodammodo & reliqua vnguenta, haud amplius ibi ea ſunt in propria natura, ſed ex ijs tertium quid eſt reſultans ab ijs omnibus diſtinctũ: At verò virtutes, quæ ſunt in Deo, ſingulæ abſq; vlla compoſitione, abſque vlla permixtione reliquas omnes in ſe continent, atque ob ſummam Dei ſimplicitatem idem ſunt realiter cum reliquis omnibus. Nec ex ipſarum omnium vnione tertium quid reſultat, diſtinctum à reliquis, quamuis in tanta vnione, atq; identitate, ita reliquæ omnes ſint in vna, vt tamẽ & ſingulæ virtualiter ſint diſtinctæ à reliquis, & cunctæ pariter ſint ab inuicem virtualiter diſtinctæ. Cùm enim in Deo ſit vnica eſſentia illimitata, atq; vnicus pariter actus illimitatus: profectò in illa vnica eſſentia eas omnes ſibi identificatas habet perfectiones, quæ in creaturis realiter reperiuntur diſtinctæ, & per illum vnicum actum agit quicquid agerent omnes perfectiones, omneſq; virtutes: non ſecus, ac ſi re ipſa diſtinctæ eſſent: ſic quãuis eæ ſint identificatæ realiter, cũ tamen ante omne opus intellectus ita habeant proprios, & diſtinctos terminos, atq; obiecta, ac ſi eſſent diſtincta actu : ita virtualiter ab inuicem diſtinguuntur, vt dicere liceat, in Deo eſſe Sapientiã, Iuſtitiã, Charitatem, ac reliquas virtutes, non includentes imperfectionem, quatenus per Sapientiã, Iuſtitiam, ac reliquas virtutes ita Deus operatur, ac ſi eæ eſſent ab inuicem diſtinctæ. Bene ergo ab Eccleſia vnguentorum optimorum nomine expreſſæ ita extolluntur, vt cum ijs, nullæ in creatis queant reperiri, quæ vllatenus comparentur: quandoquidem dato quod in creatis virtutes eæ quæ virtutis habent perfectiones, etiam cum cæteris virtutibus iũctæ debeãt eſſe, ita tamẽ ſunt ab inuicẽ diſtinctæ, vt & vna non ſit alia : & altera ſit alteri oppoſita.

*Simile.*

*Virtutes in Deo ſunt omnes, in ſingulis abſque vlla compoſitione.*

C D E

*Virtutes in Deo ſunt abſque omni imperfectione.*

F

Ex iſta prima ratione deducitur & ſecunda, quæ per idem nomen vnguentorũ optimorum haud obſcurè innuitur: Cum enim ea inter vnguenta & eſſe, & dici ſoleant optima, quæ & optimæ ſint compoſitionis, & perfectiſſimum referant odorem, quæve magis ab omni imperfectione, omniq; fætore ſint aliena: profectò arguitur, virtutes, quæ ſunt in Deo, ex eo vniuerſis creaturarum prçferendas eſſe virtutibus, quod in genere virtutum ſint vſquequaq; perfectæ, quodve omnis imperfectionis ſint penitus expertes. Quod & à Philoſophis fortaſſe vulgato illo ſignificatũ eſt nomine, Actus puri, quo Deum nuncuparunt, innuentes, in Deo eſſe omnem puritatem abſq; vlla impuritate, abſq; vlla imperfectione, in Deo eſſe omnem virtutẽ, in ſummo gradu perfectam, non tam in habitu, quam in actu, imò, Deum eſſe ipſammet virtutem, & clarius à Ioanne Theologorum Principe ſub lucis metaphora expreſſum idipſum eſt cum diceret, *f Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.* Quẽadmodũ enim tãta eſt lucis illius, quæ à Sole dimanat, perfectio, vt in eius cõparatione lumina omnia tenebrarum potius, quam lucis nuncupãda ſint nomine: Ita talis eſt virtus, tales ſunt virtutes, quæ in Deo abſque vlla imperfectione exiſtunt, vt in earũ comparatione creaturarũ omniũ virtutes ſordiũ potius, quam virtutum nuncupandæ ſint vocabulo, ac ſummum potius fœtorem quam fragrantiam vllam redoleant. *t Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo,* aut apparere *mundus natus de muliere?* Ecce (dicitur in libro Iob) Luna etiam nõ ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? *u* Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & abſq; vlla iniquitate, iuſtus, & rectus: Deus ſanctus, Deus ἅγιος ἀνοῦ τοῦ ἄγυς, ἀγοῦ τ̂ γαίας, Sanctus ſine ſcelere, ſine terra. *x Sancti eſtote,* ait, *quoniam ego ſanctus ſum,* id eſt, meas imitamini virtutes. eſtote abſque imperfectione: eſtote alieni à rebus hiſce terrenis, quoniam ego virtutibus optimis præditus ſum, ſed quãtumlibet ſancti ſimus, quantaſlibet habeamus virtutes, tantis eæ permixtæ ſunt imperfectionibus, vt rectè noſtrum omnium nomine dixerit Eſaias, *y Et facti ſumus vt immundi omnes, & quaſi pannus menſtruatæ omnes iuſtitiæ noſtræ :* iuſtitiæ noſtræ, virtutes illæ, de quibus tanquam de odoratiſſimis animæ ſanctæ veſtimentis à Domino dictum eſt aliquando, *z Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris,* cum comparãtur virtutibus ijs, quæ ſunt in Deo, dicuntur adeo & fœdæ, & fœtidæ, ac ſi eſſent pannus menſtruatæ. Quid mirum ergo, ſi Eccleſia, cui ſatis hæc erant cõperta, diuinas illas extollẽs virtutes, dicat ingenti cum admiratione. *Odori vnguentorum optimorum,* virtutum optimarum tuarum, quidnam aliud comparari poteſt, quod vel minimam in earum comparatione redoleat fragrantiam?

*Deus actus purus.*

*f 1. Io. 1. 5.* *Simile.* *Deus lux eſt.*

*t Iob. 25. 4.*

*u Deuter. 32. 4.*

*x Leuit. 11.*

*Virtutes noſtræ tantas habent admixtas imperfectiones vt nullatenus comparari queant cum virtutibus, quæ ſunt in Deo.*

*y Eſa. 64.* *z Cant. 4.*

Tertiò denique. Optimum id dicitur in vnoquoq; genere, quod eſt omnium primum eorum, quæ in illo continentur genere, quodve cæterorum eorũ omnium eſt origo, & cauſa : & quod reliquis omnibus perfectius habet eſſe in illo genere. Sic optimam lucem dicimus eam, quæ in Sole refulget, quippe quæ inter luces, ſiue potius lumina omnia ipſa ſit prima, & origo cæterarum omnium, adeo perfectum in illo lucis genere habens eſſe, vt à nullo dependeat. Hac itaq; ratione, & virtutes Dei dicuntur vnguenta optima, quod in genere virtutum optimæ ſint, nimirum omnium primæ, origo, & cauſa, ac reliquis omnibus in genere virtutis eſſe perfectius habentes, vnde fit, vt nec reliquæ omnes cum ijs vllatenus comparãdæ ſint. Etenim quicquid virtutis reperiatur in creaturis, id omne eſt accidens quod poteſt adeſſe, & abeſſe ab illis abſque illarum corruptione. At vero virtutes, quæ ſunt in Deo, ſunt ipſamet eſſentia Dei, & Deus ſubſtantialiter eſt virtus, ſicut ſubſtãtialiter eſt & bonum, & eſſe: vnde per Ioannem dicitur, *a Deus charitas eſt,* id eſt, nõ modo habet charitatẽ, ſicut creaturæ: ſed eſt ipſamet charitas: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, cum idem ſit Deus, ac charitas, & virtus, ideq; ſit charitas, ac ipſemet Deus. Ac veluti chirothecæ eatenus ſuauem, & iucũdum redolent odorem, quatenus vel odorata aqua fuerint madefactæ, vel compoſitis oblitæ vnguentis: attamen licet huius, vel illius vnguenti odorem referre dicantur, nunquam tamen ipſum dicuntur vnguentum, ſed vnguento tantum inunctæ: Ita creaturæ omnes eatenus virtutis aliquem ſpirant odorem, quatenus diuinarum virtutum, diuinæq; gratiæ ſuauitate, & odore perfunduntur : neque tamen idcirco ipſius virtutis, & gratiæ nomen ſibi arrogare poſſunt: ſed vnus Deus ſuo iure ipſa virtus & odorum fons appellatur, cum eſſentialiter (vt iam dictum eſt) charitas ſit, quæ virtutibus ſupereminet omnibus, æquè, ac oleum liquo-

ribus

*Virtutes Dei ſunt origo, & cauſa virtutum omnium.* *Greg. Nyſſen.*

*a Io. 4. 16.*

*Simile.*

ribus ſuperfertur vniuerſis. Ideoque rectè ſubiicitur, A
*Oleū effuſum nomen tuum*, id eſt, Talia ſunt aromata tua
optima, & eæ, quæ in te ſunt, virtutes, vt dici debeas
ipſummet oleum, ipſummet vnguentum, ipſaq; vir-
b Eccl. 1. 1. tus. *b Omnis ſapientia, & virtus à Domino Deo eſt*, ait Sa-
piens, *& cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuū.* Fons ſapien-
tiæ, ac virtutis omnis; verbum Dei in excelſis. Vnus
eſt altiſſimus Creator omnipotens, & Rex potens, &
metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & do-
c Eccl. 1. 9. minans Deus: *c Ipſe creauit illam in Spiritu ſancto*: (ipſe
per gratiam Spiritus ſancti creauit illam in creaturis)
*& effudit illā ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem*
d Iac. 1. 17. *ſecundum datum ſuum.* *d Omne* enim *datum optimum, &*
*omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre lu-* B
*minū, apud quem nō eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obum-*
*Virtutum noſtrarum inſtabilitas.* *bratio.* Siquidem, ſi aliquid ſit in nobis virtutis, odo-
ris, ac lucis, quod ex ſupremo illo fonte hauſerimus;
illud tamen omne tranſmutationi ſubiectum eſt ac
viciſſitudinis obumbrationi: cùm nunc virtutibus
præditi ſuaui redoleamus fragrantia, clariſſimaque
fulgeamus luce, & paulò poſt miſera quadam, ac im-
perfecta viciſsitudine vitiis obnoxij male olentem
ſpiremus odorem, denſiſque perfundamur tenebris.

Paraphraſis. Atque adeo cum ait Eccleſia, *Odori vnguentorum*
*optimorum*, ſecundum tertium ſenſum, tantundem eſt,
ac ſi dicat.

Fragrantia vnguentorum optimorum tuorum Do-
mine, tanta eſt, vt nullatenus virtutes noſtrę cum tuis C
comparandæ ſint. Neque enim tantum virtutes no-
ſtræ ex tuis proceſſerunt, quando in nos infuſæ ſunt:
verum etiam eatenus eæ in nobis perſeuerant, quate-
nus à te conſeruantur, à quo prouenerunt. Audebo
comparare virtutes meas cum virtutibus tuis, odo-
rem virtutum mearum, cum fragrantia illa eſſentiali,
illimitata, ac immutabili, quæ ex vnguentis, ac virtu-
tibus tuis reſultat? Abſit. Fragrantia certè vnguento-
rum tuorum optimorum eſt ſuper omnia aromata,
cùm tu ſis ipſummet oleum, atque aroma. Oleum
enim effuſum nomen tuum.

Quartus ſenſus. Iuxta quartum ſenſum, modicis verbis explicat Ec-
cleſia, quare tanto ardore Chriſti expoſceret incarna- D
tionem, nimirum quia agnoſceret ſe fore omnino
recreandam, atque etiam corroborandam per mani-
feſtationem virtutum illius, perq; optima illius exem-
pla: quorum notitia haud minus mentes fideliū propè
deficientium recreandæ eſſent, quam per odorem
vnguentorum optimorum intima recreantur lan-
guentium præcordia; & propè deficientes corrobo-
rantur vitales ſpiritus. Circa quæ nihil eſt, quod hic
immoremur: cum & nonnulla iam dicta ſint in 2.
ſenſu, & plura dicenda ſint ſæpius in ſequentibus.

---

## Verſ. III. cap. I. *Fragrantia vnguentis optimis.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt anima iuſti.*

7 DVplici ex parte homo cum conſtet, corpore vi-
Primus ſenſus. delicet, atque anima, duplici quoq; voluptatum
genere à prouida donatus eſt natura, carnalibus nem-
*Voluptatum naturalium duo ſunt genera, alterum carnis, alterum mentis.* pè, quibus ſenſitiuus recreetur appetitus, & aliis al-
tioris gradus, quibus mens perfruatur rationalis: Ac F
licet inter has, atque illas ſummum inſit diſcrimen,
vtræque tamen ſuis ita homines ad ſe pertraxerunt
illecebris, vt, nedum habuerint, qui pro ipſis deperi-
rent: verum etiam complures ſic dementarint, vt in
ipſis ſummam ſtatuerint fœlicitatem. Atque adeo,
tam eos qui carnalibus, quam qui intellectualibus in-
hæſere Philoſophorum ſtultos Iure optimo dicet, qui
verè ſapiat: cùm ij, qui carnales complecterentur
haud longè à brutis diſtarent, quibus idem eſt ſenſi-
bilium voluptatum ſcopus, eademq; in voluptatibus

A ijs definita beatitudo: Ij verò, qui voluptatibus intel-
lectualibus indulgentes humanam in eis conſtituere
fœlicitatem, tametſi melius viderentur ſapere: atta-
men æquè ac illi ſtulti extitere, cùm minimè intelle-
xerint, iſtiuſmodi voluptates, quæ puræ, firmæque re
vera ſint, in vna duntaxat perfectiſſimi intelligibilis
Dei contemplatione reperiri. Hinc eſt quod extollēs
Anima Sancta eas, quarum deſiderio propè deficie-
bat, conſolationes, ac voluptates ſpirituales, haud ſa-
tis ſibi eſſe cenſuit, ſi illas præferret voluptatibus ijs,
quibus brutis reddimur ſimiles; ſed inſuper & ijs ip-
ſis eas præſtantiores oſtendit, quas optimus quiſque
mundanæ ſapientiæ ſtudioſus optimas definiret: di-
cens. *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, ſcilicet ſenſibi-
B lium, ac terrenarum voluptatum: ſed *& fragrantiora*
*vnguentis optimis*: benè *fragrantiora*, benè *vnguentis*, &
benè *vnguentis optimis*. Conſolationes enim ſpirituales *Conſolationes ſpirituales conferunt cognitionem Dei.*
non tantum ſunt ſimpliciter meliores voluptatibus
ijs intellectualibus, quas ſibi præfiniebant, qui ſapiē-
tiores erant Philoſophi: ſed inſuper multo maiorem,
quam illæ vt ſic diuini numinis exhibent notitiam:
*a Quia delectaſti me Domine* (inquit Regius Propheta) a Pſal. 91. 5.
*in factura tua, & quia in operibus manuum tuarum exultabo*:
per has exultationes, ac oblectationes tanta diuinæ
maieſtatis tuæ illuſtratus ſum cognitione, vt me con-
tinere non valeam, quin exclamem: *b Quam magnifi-* b Pſ. 91. 6.
*cata ſunt opera tua Domine*: verè enim apparet, te eſſe
C Deum omnipotentem, cuius tam incomprehenſibilia
ſunt conſilia, atque iudicia, tam inueſtigabiles viæ, vt
iure dicere mihi liceat: *Nimis profundæ factæ ſunt cogita-*
*tiones tuæ*: Vir inſipiens, qui per humanam philoſo-
phiam ſapiens ſe exiſtimat indignus eſt, qui tam San-
ctis perfruatur delectationibus, non cognoſcet, &
ſtultus non intelliget hæc: & alibi: *c Anima autem mea* c Pſa. 34. 9.
*exultabit in Domino, & delectabitur ſuper ſalutari ſuo*: Hinc
propter adeo ſublimes, ac ſuaues delectationes, at-
que ex ipſis diuinis conſolationibus tam clarā ipſius
Domini percipiam cognitionem, vt omnia oſſa mea,
omnes potentiæ, ac vires meæ dicturæ ſint, Domine
quis ſimilis tibi? Eſaias quoque Propheta, idipſum
D nobis prænuncians ait: *d Haurietis aquas in gaudio de* d Eſa. 12. 3.
*fontibus Saluatoris*: mentibuſque per iſtiuſmodi conſo-
lationum aquas illuſtratis, dicetis in illa die populis
vniuerſis, Confitemini Domino, & inuocate nomen
eius: Notas facite in populis adinuentiones eius, me-
mentote quoniam excellum eſt nomen eius. Hac er- *Fragrantia ſignificat notitiam.*
go prima ratione fragrantia dicuntur ipſa Domini v-
bera, & fragrantiora vnguentis optimis: cùm odor,
atque fragrantia notitiam deſignare ſoleat, vt patet
ex illo Apoſtoli, vbi ait: *e Deo autem gratias, qui ſemper* e 2. Cor. 2. 14.
*triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ mani-*
*feſtat per nos in omni loco.*

E Quæret autem aliquis: quanam de cauſa delecta- *Voluptates ſpeculatiuæ quare vocentur vnguēta.*
tiones ſpeculatiuæ, quibus mundi ſapientes perfrui
ſolent, vnguentorum nomine ſint ſignificatæ: cùm
certè primo aſpectu inter illas, atque vnguenta nulla
appareat proportio: Facile tamen huic ſatisfiet quæ-
ſtioni: ſi dixerimus, hoc loco per vnguentorum no-
men non tam ſignificari ipſam vnguentorum ſubſtā-
tiam, quam præcipuum eorum effectum, nempe
odorem, ac delectationes, quas per ſuam exhibent
fragrantiam. Cùm autem odor iſte, ac iſtiuſmodi vo-
luptates, quæ per talem præſtantur fragrantiam, fir-
miores ſint, & puriores, quia abſque vlla deturpatio-
ne afficiunt ſenſum olfactus, firmiuſq; eundem oble-
F ctant, quippe quæ, etiam poſtquā euacuata fuerint,
perdurantem ad multum temporis ſpatium ſui relin-
quant odorem. Idcirco vnguentorum nomine, ſiue
potius per vnguentorum delectationes eæ ſignifica-
tæ ſunt voluptates, quæ in philoſophiæ contempla- *Ariſt. l. 10. Ethic. ca. 7.*
tione percipiuntur. Quæ (vt benè inquit Ariſtoteles)
delectationum omnium maximè ſunt admirabiles, *Voluptates ſpeculatiuæ quare poſtponuntur conſolationibus ſpiritualibus.*
tum puritate, tum firmitate.

At adhuc alia ſupereſt difficultas: quomodo præ-
dictæ delectationes ſpeculatiuæ cùm ſint vnguenta
optima, minus tamen, quam aliqua res alia fragran-

tes dici poſſunt: quomodo ab anima fragrantiora eis dicantur vbera Domini: nam certè quod optimum eſt in aliquo genere, hanc habere videtur prærogatiuam, vt nil ei in genere illo queat præferri. Nihilominus verum eſt, quod & illæ ex natura ſua ſunt optimæ inter omnes oblectationes, quibus humana natura perfrui poſſit, cùm optimæ potétiæ, optimæ ſint & operationes, & voluptates. Et ſimul quoq; verum eſt, quod talibus vnguentis optimis fragrantiora ſunt Chriſti vbera: & præterquam quod illæ ex natura ſua præſtantiores ſunt, cùm ſint diuinæ, ratio ea inſuper eſt, quam affert Sapiens in libro Eccleſiaſtes, quia f *Muſcæ morientes perdūt ſuauitatem vnguenti*: quia quod à natura optimū inditū eſt in contemplatione, vt per illud diuini numinis notitia, atque fragrantia ad humanam mentem proueniret, muſcis morientibus, ac ſuperbis, & vanis corruptibilium rerum ſpeculationibus, ita corruptum eſt, vt amiſſa ſuauitate, atque fragrantia, quam reddere debuiſſent, non immerito ab Anima ſancta, & de illis dici potuerit. *Quia meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*, id eſt.

f Eccl. 10. 1

Paraphraſis.

Quia conſolationes tuæ cœleſtes, quibus nedum delectatione me cumulas, ſed & tui eximiam mihi præſtas notitiam, tam vino præferendæ ſunt carnalium voluptatum, quam etiam vnguentis optimis intellectualium delectationum, quæ primum inter delectationes obtinent locum.

Secundus ſenſus. *Conſolationes ſpirituales virtutum affectus optimos iunctos habent.*

Iuxta ſecundum ſenſum, Anima ſancta his verbis potiſſimum indicat rationem, propter quam conſolationes ſpirituales meliores ſint terrenis, ac ſenſibilibus voluptatibus: Nimirum quia vbera conſolationum harū ſint fragrantiora vnguentis optimis: quia tales conſolationes optimos virtutum affectus habeant iunctos. Ecquis enim explicare valeat quos dilectionis, quos ſpei, quos compaſſionis affectus redoleat anima, quæ diuinis in meditatione perfunditur conſolationibus? Quis exprimere queat quæ deſideria ardentia, quæ ſancta propoſita, quive ad virtutes ſtimuli in illis excitentur, qui tantos perceperint guſtus? Et quis fragrantiorem proximis exhibet odorem humilitatis, manſuetudinis, patientiæ, obedientiæ, continentiæ, charitatis, ac reliquarum virtutum omnium, quam is, qui ex diuinis vberibus ſanctarum, atque prædulcium conſolationum lac ſugat? cùm è contra tantum abſit, vt vinum terrenarum conſolationum aliquam conferat virtutem, vt potius vitiorum omnium fœtore repleat eos, qui ipſo delectantur: g *Luxurioſa res vinum*, inquit Sapiens, & *tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit ſapiens*. Quomodo enim Sapiens eſſe is poſsit, ac virtute præditus, in quo per vinum excitantur vitia omnia, tum illa, quæ ex iraſcibili, tum illa, quæ ex concupiſcibili ortum habent? per luxurioſam enim rem hoc loco non ſignificatur tantum inordinata Veneris libido, ſed omnes immodicæ voluptates: ſed omnis ſuperfluitas in veſtitu, potu, & aliis ſimilibus, vnde à Sancto Ambroſio ſic eadem citatur Prouerbiorum ſententia. Prodigum eſt vinum, & contumelioſa ebrietas: qua lectione ſignificatur, vinum dici luxurioſam rem, quoniam prouocat ad luxum, prodigalitatem, gulam, libidinem, atque ad omnem laſciuiam: quæ certè omnia haud minus à terrenis, & carnalibus voluptatibus, quam ab ipſo vino fiunt. Ideo iure optimo dicitur ab anima, *Quia vbera Chriſti fragrantia vnguentis optimis meliora ſunt vino*: id eſt.

g Prou. 20. 1.

*Ambr. li. 2. offic. ca. 21.*

Quia conſolationes Chriſti, ſpirantes eximiorum affectuum, & præſtantiſsimarum virtutum fragrantiam vino præferendæ ſunt voluptatum ſæculi.

8 Tertius ſenſus. *Virtutum, ac gratiarum Chriſti excellentia.*

Iuxta tertium ſenſum, quemadmodum in ſuperiori expoſitione per ea, quæ hic dicuntur, commendatæ ſunt ab Eccleſia virtutes, ac gratiæ diuinæ, vt ſunt in Deo. Ita quoque & ab anima ſancta, nunc extolluntur eædem virtutes, ac gratiæ, vt ſunt in Chriſto homine, earumque ſumma, breuiſsimis licet verbis, commendatur excellentia. Commendatur autem triplici ex capite. Primò ex multiplici gratiarum om-

A nium atque virtutum coniunctione. Secundò ex ingenti earum perfectione, & tertiò ex earundem primatu, & cauſalitate. Hæc enim tria capita, ſiue hæ tres rationes includuntur in nomine illo vnguentorum optimorum, quo ipſæ ſignificatæ ſunt.

*Ex Gregor. Nyſſeno. Origene. Philone Carp.*

Nam primo vnguenta optima (vt notatum eſt ſupra) ea dici ſolent, quæ ex complurium ſuaueolentium aromatum confecta ſunt mixtione, quo fit, vt dum anima, inquit, fragrantiam virtutum, ac gratiarum Chriſti tantam eſſe, vt nulla ſit in creatis, quæ cum illa comparari queat, vocans virtutes, ac gratias eas nomine vnguentorum optimorum, indicet primam rationem immenſæ illorum excellentiæ. In
B Chriſto enim à primo inſtanti conceptionis gratiæ omnes ſimul vnitæ, omneſque virtutes fuerunt, ſemperque in illo perſeuerarunt, ac perdurabunt in æternum. Simul namque in illo primo inſtanti habuit Chriſtus immenſam gratiam vnionis, ex cuius vi fuit abſolute, & ſimpliciter Deo gratus ac ſanctus, omnique virtute præditus, habuit & gratiam habitualem, quamuis enim iſtiuſmodi gratia habitualis, & inhærens animæ per modum formæ permanentis non fuerit neceſſaria animæ eius ad excludendum peccatum, ſicut eſt homini lapſo, neque ad primariam eius ſanctificationem, ſicut fuit neceſſaria Angelis, vel Adæ in ſtatu innocentiæ, quia iam per gratiam vnionis ſanctificatus fuerat. Tamen ad debitam
C illius animæ pulchritudinem, & diſpoſitionem, & ad connaturalem modum operandi, atq; adeo ad perfectam participationem diuinitatis, & conſummatam iuſtificationem, illam habuit in illo inſtanti, æquè, ac alij ſancti, licet multo perfectiori modo: ſimulque in eodem inſtanti eas omnes virtutes infuſas habuit, quæ non includerent imperfectionem. Bene igitur ab anima ei dicitur, *Odori vnguentorum optimorum tuorum*, nullus ſcilicet alius cuiuſcumque creaturæ comparari poteſt: cùm in creatura nulla tam arcta gratiarum omnium, atque virtutum reperiri queat coniunctio. Quod ipſum clarius per Dauid Prophetam ex-
D preſſum eſt, cùm ad eundem dicit, h *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*, ac ſi diceret. O Chriſte, propterea vnxit te Deus, Deus tuus (repetitio iuxta conſuetam ſcripturarum phraſim) oleo lætitiæ vnguento Spiritus ſancti: propterea gratia vnionis ſanctificauit te Verbum diuinum: propterea gratia habituali exornauit te Deus tuus Pater tuus, ac ipſa Deitas tua: propterea tanta gratiarum copia repletus es præ conſortibus, ac participibus tuis, præ ijs, qui hoc ipſo oleo lætitię vncti ſunt, qui cum Apoſtolo dicere queunt, i *Vnxit nos Deus, & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in*
E *cordibus noſtris*, vt quia participes ij tui haudquaquam plenè, perfectè, atque immutabiliter virtutibus indulſerunt, vitiaque fugerunt, tu cumulatiſſime diligeres iuſtitiam, virtutes omnes abſque vlla mutabilitate proſequens, & odires iniquitatem, à peccatis vniuerſis penitus alienus.

*Gratiarum ac virtutum omnii ſumma coniunctio in Chriſto.*

h Pſ. 44. 8.

*Propterea denotat cauſam finalé.*

i 1. Cor. 1.

9 Neque verò minus eædem Chriſti gratiæ, atque virtutes extolluntur per ſecundam rationem ſummæ ipſarum perfectionis, quæ etiam per vnguentorum optimorum nomen ſubindicatur, cùm illa ſint vnguenta optima, quæ ſummam inter vnguenta habent perfectionem, quæve magis alienæ ſunt ab omni de-
F fectu: Quis autem dubitet, Chriſti gratias eſſe vſquequaque perfectas, cùm in eo ſit omnis plenitudo diuinitatis? quod ſi gratiæ illius ſummam habent perfectionem, certè & eius virtutes omnem pariter perfectionem habeant neceſſe eſt: quandoquidem ex ſummo, ac perfectiſſimo principio, ſummæ quoque ac perfectiſſimæ opus eſt reſultent virtutes. Adde quod ſi à Philoſophis heroum quorundam virtutes, quatenus ab hominibus ijs fierent, qui Dijs quodammodo ſimiles ſeſe reddidiſſent, diuinæ potius quam humanæ exiſtimatæ fuere: Quanto magis extollendæ ſunt perfectiſſimæ virtutes Chriſti, in quo haud ſimplex Dei ſimilitudo ſed ipſamet fuit plenitudo diuini-

*Virtutes, & gratiæ Chriſti ſunt perfectiſſimæ.*

*Ariſt. lib. 7 Ethic. c. 1.*

*Ita refert Alber. Magnus, in 7. lib. Ethic. Ariſt. cap. 1. Virtutes heroicæ, ac perfectiſſimæ ex quatuor ſignis diiudicandæ.*

diuinitatis? Ac ſi ex quatuor ſignis Socrates virtutes heroicas, & vſquequaq; perfectas dijudicandas cenſuit, ex eo quod ſemper optima pro finibus in omni actu, & operatione faciunt appetere, & nunquam inclinant ad contrarium, ex eo quod ſemper bonum, & honeſtum ex affectu, & ratione eligunt, idq; haud propter aliud, quam propter ipſum bonum, & honeſtum, nunquam retorquentes electionem ad aliquid vtile, vel delectabile: ex eo quod adeo firmam, atque immobilem reddunt voluntatem ad bonum honeſtum, vt nullus ſit ſenſus, vel affectus contrarij: & demum ex eo, quod eatenus delectari faciunt in actu virtutum, vt haud fieri poſſe videatur, vt in alio quopiam quærenda ſit delectatio, talemq; ingerunt contrarij contemptum, vt nec ad aliud quoquo pacto reſpicere ſinant: Si (inquam) ex iſtis quatuor ſignis virtutes dijudicandæ ſint vſquequaque perfectæ, certè nullæ in creatis perfectiores Chriſti virtutibus reperiri queũt, cum in creatura nulla magis ſigna illa eluceant, quam in Chriſto, qui ita moderatas habuit paſſiones, vt ſemper à ratione præueniretur, nec vnquã per illas vllo modo ad illicita trahi potuerit. Quapropter congruentiſſimè vnguentorum optimorum nomine deſignatæ, adeo eximiæ dicuntur eſſe perfectionis, vt cum earum fragrantia nullus ſit, qui comparetur odor cuiuſcunque virtutis creaturarum.

*Virtutes, ac gratiæ Chriſti ſunt principium & cauſa virtutum, & gratiarum noſtrarum.*

At quid dicemus de tertia ratione ſubindicata in nomine item vnguentorum optimorum, propter quam eædem gratiæ, ac virtutes Chriſti cæteris vniuerſis ſunt præferendæ? Certè, ſi optimum in vnoquoque genere illud eſt, quod eſt primum, & caput, atque principium, & cauſa, à quo cætera pendent, à nullo tamen illorum dependens: merito Chriſti virtutes, & gratiæ vnguenta optima, gratiæ optimæ, & virtutes optimæ dici debent: ipſe enim Chriſtus eſt caput totius Eccleſiæ, eiuſque gratiæ, ac virtutes ita ſunt omnium primæ, omniumque principia, vt nulla ſit, vel gratia, vel virtus earum, quibus fidelis quiſque capite ſuo connectitur, quæ ab illis non deriuetur, prout teſtatur Apoſtolus, dicens: k [*Veritatem facientes, creſcamus in charitate in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem, in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.*] Ac ſi dicat: Quemadmodum ſpiritus vitalis, à capite defluens, & cerebro ſenſum, & energiam quandam membris omnibus elargitur, vnde totum corpus cum ſuis membris iuxta cuiuſque proportionem creſcit & coaleſcit, dummodo per diuerſas iuncturas, & commiſſuras, neruos, articulos, muſculos, & tendones ſibi inuicem connexa ſint membra, nec ab ſe inuicem ſeparata, alioqui influere non poteſt: Ita Spiritus ſanctus, & gratia à capite noſtro Chriſto manans in ſingula corporis myſtici Eccleſiæ membra, vim, virtutem, & gratias ſuas cum quadam efficacia diffundit, modo totũ corpus bene ſit compactum, bene ſcilicet inuicem connexis membris, ſingulisque ſuo loco hærentibus, & aliorum conſenſione, velut quadam iunctura colligatis: per quam Spiritus ſancti virtutem, à capite manantem totum corpus Eccleſiæ creſcit pro cuiuſque conditione, ac proportione, iuxta quod diuiſerit illis Spiritus ſanctus. Per Chriſtum enim ſanctificamur, de plenitudine gratiarum, atque virtutum eius accipientes, qui eſt vas plenum vnguentorum optimorum totius gratiæ, omniſque virtutis, per quod ad vniuerſos fideles & gratiæ ipſæ deriuantur tanquam per aquæductum quemdam: prout ille de ſemetipſo ait, *l* [Ego, quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio gratiarum, atque virtutum diuinarum. Ego quaſi fluuij Dioryx, & foſſa diuinarum aquarum plena, & ſicut aquæductus exiui de Paradiſo vteri virginalis. Dixi rigabo hortum meum plantationum,] Eccleſiam nimirum, in qua tot ſunt plantationes, quot ſunt fideles, & inebriabo prati mei fructum, augens virtutis fructum in anima, abundantiores in eam effundens gratias.

k Eph. 4. 15

*Gratiæ, & virtutes fidelium deriuantur à Chriſto, tanquã ex aquæductu.*

l Eccleſ. 24. 41.

*Chriſtus quomodo ſit ipſa virtus.*

Quamuis autem is, quatenus homo non ſit ipſa gratia, ipſaque virtus, ſed tantum gratia, & virtute plenus, tamen propter ſummam earumdem gratiarum, atque virtutum plenitudinem, qua eas in nos diffundit, dicitur & gratia, & virtus, ea ratione, qua vas plenum aliquo vnguento, ipſius vnguenti nomine nuncupare ſolemus, vnde & bene ſubditur, *Vnguentum effuſum nomen tuum.* ac ſi diceretur:

Paraphraſis.

Tanta gratiæ, ac virtutis copia plenus es, vt eas in nos quoque effundens, & gratiæ, & virtutis nomine nuncupandus ſis: Quod clarius ab Apoſtolo ſignificatum eſt, cùm diceret: *m Ex ipſo vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*, id eſt, ex ipſo quidem Deo Patre vocante, atque trahente, vos fideles eſtis in Chriſto Ieſu, virtutibus fragrantes, de cuius plenitudine accepiſtis quicquid gratiæ, quicquid virtutis in vobis eſt. Etenim ipſe Chriſtus tanta ſapientiæ, iuſtitiæ, ac ſanctitatis de ſua in vos effudit plenitudine, vt recte dici poſſit, factus nobis ſapientia, iuſtitia, & ſanctificatio, ac ſimul quoque redemptio ab omni iniquitate.

m 1. Cor. 1. 30.

Paraphraſis.

Dicetur itaque à pia Anima, odori vnguentorum optimorum tuorum haud alius eſt, qui adæquetur odor. Excellunt enim gratiæ, ac virtutes tuæ gratiis, & virtutibus vniuerſis cuiuſcunque creaturæ: tum quia in eis ſumma eſt ad inuicem vnio: tum quia ſunt optimæ, & vſquequaque perfectæ: tum demum, quia ſunt principium, & cauſa gratiarum omnium, & virtutum cuiuſlibet.

Quartus ſenſus.

Iuxta quartum ſenſum id exprimit Anima per ea, quæ hic dicuntur, quod iam à nobis explicatum eſt, aſſerens, ſe propter fragrantiam vnguentorum optimorum, propter communicationem gratiarum, atque virtutum Chriſti, & ad Deum conuerſam eſſe, & vires in ſpirituali progreſſu aſſequutam, & virtutibus exornatam fuiſſe.

---

## Verſ. III. cap. I. *Fragrantia vnguentis optimis.*

### Expositio IIII.

*De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.*

10 Primus ſenſus.

*Maria maiorem notitiam amoris Dei in ſe aſſequuta eſt, ex eo quod eſt electa in matrem eius, quam ex vlla alia re.*

QVia in ſuperioribus Beata Virgo reſpuens quodammodo eam Angeli laudem, qua dicta fuerat Gratia plena, explicare cœpit ingẽs. quod ſibi ineſſet, Incarnationis deſiderium, quia meliora eſſent vbera eius, nempe illa amoris indicia, quibus Dei mater conſtitueretur, vino cuiuſcumque alterius laudis quantumuis eximiæ: Nunc per iſta verba, *Fragrantia vnguentis optimis*, idipſum magis explicans, iuxta primum ſenſum ſignificat, prædicta vbera, atque amoris indicia nedum eſſe meliora vino: ſed eſſe quoque fragrantiora vnguentis optimis: propterea quod multo præſtantior per hanc eximiam gratiã immenſæ eius erga ipſam dilectionis & ſibi, & vniuerſis exhiberetur notitia, quam per quælibet vnguenta optima: quam per quaſcumque etiam præſtantiſſimas alias gratias: prout latius ſupra declaratum eſt in expoſitione quarta præcedentium verborum.

Secundus ſenſus.

*Ex Ruperto Abbate nonnihil.*

*In Maria gratia maternitatis iunctas habet omnes alias gratias, & ideo hæc omnibus aliis præfertur.*

Hoc ipſum alio modo per hæc verba, iuxta ſecundum ſenſum accepta ſignificatur, ſiquidem dicens B. Virgo, *Quia vbera tua fragrantia vnguentis optimis meliora ſunt vino*: affert rationem, quare reſpuere videatur Angeli laudem, tantoq; ardore diuinam Incarnationem in vtero ſuo fieri exoptet. Ac ſi dicat.

Paraphraſis.

Quia indicia iſta amoris, quia gratia iſta, ac beneficium iſtud tuum, quo tu Deus meus, ex me carnem ſumens, Matrem tuam me conſtituere dignatus es, iuncta

iuncta ſimul habet quæcumque beneficia optima, quæcumque inſignia priuilegia,atq; etiam quaſcumque eximias gratias,ideo vbera iſta tua, beneficium, ac gratia iſta tua meliora ſunt vino cuiuſlibet laudis: haud enim laus eſſe poteſt aliqua , qua per iſtud ſingulare amoris indicium non habeam , quod redolet vnguentis optimis.

*Tertius ſenſus.* Iuxta tertium ſenſum B. Virgo poſtquam in verbis ijs, *Quia meliora ſunt vbera tua vino*,reſpuit quodammodo laudem illam , qua ab Angelo dicta eſt Gratia plena:nunc,dicens, *Odori vnguentorum optimorum tuorum &fragrantia vnguentis optimis*:præciſè valdè diuini verbi gratias extollit,collatamque ſibi laudem & omnes , quibus cumulata eſt , gratias refert in Verbum ipſum,à quo eas accepiſſe cognoſcit.

*3.p.q.7. art.10. Gratiæ plenitudo duplex.* Pro quorum omnium plena intelligentia animaduertendum eſt ex præclara S.Thomę doctrina:quod cum plenitudo gratiæ duobus modis accipi poſſit,nimirum ex parte ipſius gratiæ, quatenus in aliquo eſt ſecundum omnem ſui excellentiam,& vim,& ex parte habentis ipſam,quatenus quis plenitudinem illius habet ſecundum propriam ſui ipſius conditionem, propriove proportionatam ſtatui,& officio : prima gratiæ plenitudo vni competit Chriſto propter diuini Verbi vnionem: At B.Virgini ſic eadem competit gratiæ plenitudo ex parte ſui ipſius , vt ſufficientem eam habuerit , & congruentem ſtatui , ac dignitati matris Dei,eamque ex Chriſto ipſo,in quo plenitudo gratiæ extitit ſecundum ſui excellentiam. Ex hac doctrina patet,quam rectè B.Virgo,& congruenter hic loquatur , audita enim laude illa , qua dicta eſt Gratia plena , eaque quodammodo repudiata ex eo, quod Chriſti vbera meliora ſibi eſſent vino huiuſmodi laudis : Nunc in ipſum diuinum Verbum eam,ac cæteras omnes , quæ in ſe conferri poſſent , referens laudes,mirum in modum illud extollit, dicens: Fragrantia,quæ ex tuis vnguentis optimis profluit tanta eſt , vt nulla ſit alia cuiuſcunque creaturæ , quæ cum illa valeat comparari:Addit autem ad maximam emphaſim:*Oleum effuſum nomen tuum*:tanta nimirum eſt, vt ipſum oleum, atque vnguentum ſis nominandus: Ac ſi diceret.

*Paraphraſis.* Ego quidem Domine,ſummo odore tui gratia fragro:In me omnis eſt gratia requiſita ad maximè ſublimem matris tuæ dignitatē: quia ſum gratia plena: ſed id omne in me eſt , quia inueni gratiam apud te: *a Luc.1.48.* *a*Quia enim *reſpexiſti humilitatem ancillæ tuæ,ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes:* At odori vnguentorum optimorum tuorum , perfectiſſimiſque gratiis tuis, Gratia mea vniuerſa nullatenus comparari poteſt : *b Eccl.24. 25.* Tu enim es ipſamet gratia: *b In te eſt gratia omnis vitæ,& veritatis. In te omnis ſpes vitæ,& virtutis.* Ego redolens, ac odorata ſum, non quia ipſa ſim odor,ſed quia te tanquam vas portaui in vtero meo , quod es ipſummet gratiarum vnguentum:vnde rectè oleum, *c Ecc.24.20* atque precioſiſſimum vnguentum nominaris. *c* Ego odorem reddo,quia tu *quaſi ſtorax,& galbanus,& vngula, & gutta* , & quaſi quodcumque vnguentum optimum vaporaſti me habitationem tuam.

*Quartus ſenſus.* Hæc ipſa ſignificat Beata Virgo per eadem verba iuxta quartum ſenſum, dicens ad Verbum diuinum, Fragrantia , ſiue propter fragrantiam vnguentorum optimorum tuorum, gratiarum tuarum,quibus ſcilicet es delibutus,ego habeo id omne, quod in me reperitur odoris,ac gratiæ, iuxta ea, quæ dicta ſunt in ſuperioribus.

## Verſ. III. cap. I. *Fragrantia vnguentis optimis.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

11 PAraphraſis Chaldaica: A voce miraculorum tuorum,& potentiæ tuæ,quæ feciſti populo tuo, domui Iſrael, commoti ſunt omnes populi , qui audierunt famam potentiæ tuæ , & ſignorum bonorum tuorum.

Quotquot verba iſta exponunt ex antiquis Patribus ad duos reducuntur ordines. Qui enim interpretati ſunt lectionem Sept quæ ſic habet, *Et odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata* , de Chriſti fragrantia hæc accipiunt : Qui verò noſtram expoſuere vulgatæ lectionem, referentes adiectiuum *Fragrantia* ad *vbera*,iuxta primos ſenſus allatos à nobis in prima ſoni litteræ expoſitione, non tam de Chriſti, quam de Miniſtrorum eius odore eadem ſumunt.

*Chriſtus eiuſque gratia præfertur vnguentis Moſis, ac verbis legis, & Prophetarum.* Ex ijs,qui de Chriſti fragrantia hæc accipiunt,quidam per Chriſti vnguenta ſpiritualem illius gratiam deſignatam arbitrantur , quæ preferatur vnguentis ijs , quæ Moyſes ex præcepto Dei compoſuiſſe legimus,quæve figuram horum extitiſſe nouimus:atque adeo præferri inquiunt Chriſtum ipſum,quem Pater vnxit Spiritu Sancto , verbis legis, ac Prophetarum, quorum Eccleſia, quæ hic loquitur, vſum habuit,atque notitiam. *Origenes. Theodorit. Aponius.* Ita Origenes hom.1.ex 4.Theodoritus, & partim Aponius,qui hæc accipit de odore,gratia, & ſpiritu , quem à Chriſto ſuſcipimus in baptiſmo, multo certe præſtantiori , quam oleum compoſitum à Moſe.

*Gratiarum munera multa ab vno fonte.* Bene autem hic notat Theodoritus , nequaquam dici, *odor vnguenti tui ſuper omnia aromata*,ſed, *odor vnguentorum tuorum*:vt per hoc indicetur,multa eſſe gratiarum munera , quæ ab vno , eodemque fonte profluerent.

*Origenes.* Origenes loco præcitato accipiens hæc , vt verba animæ,per vnguenta Chriſti,ſpecialem, quæ ex ipſo profluit,gratiam intelligit ſpiritalis,ac myſticæ intelligentiæ diuinorum. *Diuinorum intelligentia præfertur philoſophiæ morali, & naturali.* Sic enim ait. Anima præfert ſpiritualem , ac myſticam intelligentiam diuinorum omnibus aromatibus moralis , naturaliſque philoſophiæ,in quibus ante cognitionem Verbi Dei ſeſe exercuit:Erant enim omnia iſta aromata quædam,quia in his inſtitutio probabilis, & morum quæritur emendatio : quia in his deprehenditur vanitas ſæculi, & caducarum rerum reſpuuntur falſa miracula.

*Virtutes Chriſti quantum excellant virtutibus alterius cuiuſcumq;.* Alij per vnguenta eiuſdem Chriſti ipſas eius virtutes , ſicut & per aromata quoque virtutes intelligunt aliorum , quibus tamen quorumcumque aliorum Sanctorum virtutibus præferri hic inquiunt, virtutes Chriſti , ſiue virtutes ſingulorum ſeiunctim ſumantur , quatenus vnus in aliqua illarum , alius in alia excelluit: ſiue accipiantur coniunctim,quatenus in quopiam omnes ſimul fuerint iunctæ. *Greg.Nyſ. Philo Carp.* Ita Gregorius Nyſſenus hom.1.in Cant. Philo Carpathius, & videntur huc ſpectare, quæ dicuntur ab Origene hom.1.ex duabus. *Virtus Chriſti virtutibus aliorum præfertur, quia eſt ipſa per ſe virtus, & illæ nihil ſunt reſpectu eius.* Exponit autem Nyſſenus hunc locum per verba illa Habacuc , *a* operuit cœlos virtus eius,dicens : Sed tamen hæc omnia ſcilicet aromata, & virtutes aliorum Sanctorum nihil ſunt, ſi conferantur cum illa perfecta , & omni ex parte abſoluta virtute , quam Habacuc Propheta dicit cœlos comprehendiſſe,inquiens,*Operuit cœlos virtus eius:* *a Habat.3. 3.ſecundum Sept.* Quibus verbis cœlorum nomine cœleſtes Sanctorum virtutes intelligere viſus eſt Nyſſenus,quæ à virtute Chriſti ob ipſius ſublimitatem , & excellentiam apertæ ſint. Affertque rationem hanc:quia virtus Chriſti ſit ipſa per ſe virtus,ipſa per ſe ſapientia,ipſa per ſe iuſtitia,& cætera huiuſmodi.

12 Ex illis verò,qui hæc ad miniſtros referunt, ſeu ad vbera Chriſti : Quidam haud pro comparatiuo , ſed pro poſitiuo , vt ſonat, accipiunt adiectiuum *fragrantia*, quaſi vbera ea dicta ſint meliora vino , quæ ſunt fragrantia vnguentis optimis. *Caſſiodor. Greg.Papa.* Ita Caſſiodorus,ita & Gregorius Papa,qui cum per Chriſti vbera duplicem ſumpſerit dilectionem , eadem nunc aſſerit dici fragrantia , quia ſuauiſſimum redoleant odorem per doctrinam , ac per Sancta opera , ſic enim ait : *Charitatis vbera redolent ſuauiſſimum odorem per ſancta vbera, & exempla.* Hæc vbera charitatis vnguentis optimis fragrant, quia odorem ſuauitatis per ſapientiæ verba , & Sanctitatis exempla ſecum portant : quicumque enim Sancta Charitate per gratiam Dei ſe reficit , is ſpiri-

ſpiritualium donorum & odorem, & ſuauitatem ſentit, quorum bonorum vbertate proximos quoſque ad interiora guſtanda ſecum trahit, & vt in amorem diuinum conualeſcant, ſiue caleſcant, iſtis vberibus nutrit.

*Bernard.*

Ita pariter & Bernardus ſerm. 11. in Cantic. vbi, oſtendens, quomodo Eccleſia habeat vbera, quæ ſimul ſint meliora vino, & fragrantia, &c. ait: Eccleſiæ nunquam de vniuerſitate ſua deeſt, & vnde inebriet, & vnde fragret, quod enim ſibi deeſt in vno, habet in altero, ſecundum menſuram donationis Chriſti, fragrat enim in his, qui ſibi faciunt amicos de mammona iniquitatis : inebriat in miniſtris Verbi, qui vino lætitiæ ſpiritualis infundunt terram, inebriant eam, & fructum referunt in patientia.

*Rup. Abb. Mariæ Spiritus ſanctus contulit omnia chriſmata, quæ aliis diuidit ſigillatim.*

Ita denique & Rupertus Abbas aſſerens, vna cum dulcedine, ac duobus datis Spiritus ſancti, quibus quaſi duobus Verbi vberibus lactata eſt B. Virgo Maria, vna cum tanta dulcedine amoris, eidem Virgini plenæ gratiæ infuſa fuiſſe chariſmata, quæ cæteris Sanctis ab eodem Spiritu diſpertiuntur, & diuiduntur, ideo ea vbera dicta fragrantia vnguentis optimis, ipſis chariſmatibus.

*Apoſtoli & Euangelici Doctores præferuntur Patriarchis, Prophetis ac Regibus veteris teſtamenti quoad fragrantiam tum gratiæ, tum etiam virtutum.*

*Beda.*

*Iuſtus Org.*

b 2. Cor. 2. 14.

c 2. Cor. 1. 21.

Alij, idem adiectiuum *fragrantia* pro comparatiuo *fragrantiora* ſumentes, aſſerunt Apoſtolos, Sanctoſve Doctores, vel fragrantia gratiarum, & vnctionis Spiritus ſancti, vel fragrantia bonæ famæ, & bonorum exemplorum præferri Sanctis Patriarchis, Prophetis, Sacerdotibus, atque Regibus veteris teſtamenti. Ita Beda, & Iuſtus Orgelitanus ex illo Apoſtoli, *b Deo* autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, & illo : *c Et qui vnxit nos Deus, & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris.*

*Anſelmus. Spiritus ſanctus quos inungit, veros reges, & ſacerdotes facit.*

Ita & Anſelmus, qui, cùm per Chriſti vbera doctrinam acceperit Euangelicam. Redolet, inquit, doctrina Euangelica, & bona opinione, & fama ſua ad ſe trahit, & redolet per optima vnguenta, quia in doctrina Euãgelica ſunt dona ſpiritualia, quæ ſunt optima reſpectu vnguentorum carnalium, quibus ſolebant inungi amatores, vt melius placerent, vel etiam cœnantes: optima quoque dicuntur, quia quos inungunt, veros Reges, ac ſacerdotes efficiunt.

*Vnguenta piæ animæ triplicia.*

*Bernard.*

*Hugo de S. Victor.*

Triplicem vnguentorum animæ diſtinctionem in vnguenta contritionis, vnguenta deuotionis & vnguenta pietatis, ſingulaque eorum fuſius pertractata videre eſt apud Benardum ſerm. 11. & 12. in Cant. atque etiam apud Hugonem de S. Vict. lib. erudit. Theologicæ ex Miſcellaneorum 2. lib. 2. tit. 60. tom. 3.

---

## *Ex* Verſ. III. Cap. I. *Oleum effuſum nomen tuum.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

13 *Primus ſenſus.*

SI verba iſta cum verbis illis *fragrantia vnguentis optimis*, iungantur, manifeſtum eſt ex dictis in ſuperioribus, id, quod hic dicitur, additum eſſe ad amplificandam ingenti cum emphaſi ſummam ſponſi fragrantiam. Etenim cum in verbis ijs ſignificaſſet iam ſponſa, odorem, atque fragrantiam vnguentorum optimorum; quibus is erat delibutus; vel fragrantiam ipſius, quam redolebat ob vnguenta illa optima, tantam eſſe, vt nulla ſit fragrantia alia cuiuſpiam, quæ cum illa valeat comparari; nunc ad ſummam, ac vehementiſſimam amplificationem addit; eum nuncupandum eſſe oleum effuſum: ac ſi diceret.

*Paraphraſis.*

Adeo verum id eſt, quod fragrantiæ tuæ nulla eſt, quæ comparari queat alterius cuiuſpiam fragrantiæ, vt propter tuæ iſtius fragrantiæ excellentiam, vnguentum ipſum, ac ipſemet odor nominandus ſis: & vnguentum non incluſum, quod odorem haud emittat extrinſecus, ſed effuſum, ac longè lateque ſuauiſſimam emittens fragrantiam, quę tamdiu perſeueret, quamdiu perduret ipſa vnguenti ſubſtantia. Loquutio hyperbolica, ei planè ſimilis, qua in Pſalmo 44. verſ. 9. ad amplificationem odoris, atque fragrantiæ, quæ veſtimenta eiuſdem ſponſi redolent ex ſuauiſſimis, quibus delibuta erant vnguentis, iuxta Hebraicam lectionem dicitur: *Myrrha, & gutta, & caſia omnia veſtimenta tua*, id eſt, Veſtimenta ipſa tua adeo fragrant, vt nomen eorum ſit vnguenta, myrrhæ, &c. vt dici queant ipſamet myrrha, gutta, & caſia. *Pſal. 44. 9.*

*Secundus ſenſus.*

At verò ſi verba illa, *fragrantia vnguentis optimis*, referantur ad *vbera*, hoc loco ſponſa noua ſententia commendabit ſponſum ſuum: ſignificans, illum adeo eſſe amabilem, tum propter egregias virtutes, tum ob ſingularem venuſtatem, vt nomen eius ſit oleum effuſum. Quorum verborum apertiſſimus ſenſus eſt, ſi conferatur cum verbis ijs, quibus in libro Eccleſiaſtici Sanctiſſimus, maximeque amabilis commendatur Ioſias Rex, nempe: *a Memoria Ioſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarij*, id eſt, Memoria Ioſiæ, collocata ad cõpoſitionem odoris, eſt facta opus pigmentarij, inuenitur eſſe ſimilis operi pigmentarij, qui diuerſis ſpeciebus per aptam, ac proportionatam mixturam componit odoriferum oleum, vel vnguentum maximè redolens: Ac ſi dicatur, Adeo amabilis extitit Ioſias Rex, vt nomen ac fama eius ſint inſtar vnguenti optimi; quotieſcumque enim eum nominari, vel de illo ſermonem haberi, aut aliquid audiri contigerit, tanta & loquentibus, & audientibus quibuſcumque exhibetur ſuauitas, quanta ex fragrantia vnguenti optimi cuilibet exhiberi ſolet olfactui. Sic itaque in hoc ſenſu ait ſponſa, *oleum effuſum nomen tuum.* Ac ſi dicat: *a Ec. 49. 1.*

*Paraphraſis.*

Nihil mihi ſuauius quam te nominare, nil iucundius quam pronunciare, vel pronunciatum ab alijs audire nomen tuum: eſt enim id mihi, & vniuerſis inſtar fragrantiſſimi vnguenti, longè, lateque ſuam effundentis fragrantiam: Quæ loquendi phraſis ex amantium more ſumpta eſt. Amanti enim nil ſuauius, nilque fragrantius, quam nomen, ac memoria dilecti: quam de illo quidpiam vel loqui, vel audire. Vtitur autem ſponſa potius nomine vnguẽti, ac olei, & ſimilitudine ſuauitatis, quæ percipitur ex vnguentorum odore, quam ſimilitudine alterius rei, vel alterius ſuauitatis: tum quia in præcedentibus verbis fragrantiæ vnguentorum optimorum commemoratio facta fuerit, ſicque ex eadem re, quam in ore habebat, deſumit ſimilitudinem: tum quia puellæ, ac præſertim ſponſæ vnguentorum ſuauitate delectantur: Tum denique quia nominis fama ſummam cum vnguentorum odore habet proportionem: vnde & in lib. Eccleſiaſt. dicitur. *b Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta pretioſa.* *b Eccl. 7. 2.*

Circa litteram originalium Hebræorum, atque Græcorum, Notandum primò, in textu Hebraico elegantem hoc loco eſſe paranomaſiam in dictionibus *Nomen tuum, & oleum*: cùm enim oleum in Hebræo dicatur שמן ſcemen; nomen verò dicatur שם ſcem: ſponſa his ſimilibus nominibus ſic ludit, dicens שמן תורק שמך ſcemen thurac, ſcemecha. Porrò olei vocabulo apud Hebræos nedum oleum ſignificatur oliuarum: ſed & id omne, quod inungit, qualia ſunt vnguenta aromatica, & pretioſa: atque adeo bene à Sept. pro vnguento hic ſumptum eſt, ſicut etiam communiter accipitur à Doctoribus Hebræorum.

Secundò Notandum, dictionem Gręcam ἐκκενωθὲν, qua vſi ſunt Septuaginta, ab aliquibus interpretari effuſum, ab alijs verò exinanitum, ab aliis euacuatum: Quæ lectionum diuerſitas haud modicum conferet ad ſpiritales ſenſus, vt ex dicendis patebit.

Ex

## *Ex* Verſ. III. Cap. I. *Oleum effuſum nomen tuum.*

### Expositio II.

*De Sponſa Spirituali Eccleſia, Anima, ac B. Maria.*

14 *Chriſtus tripliciter conſiderari poteſt, ſicque triplex habet & nomen.*

TRiplici ratione Chriſtum Dominum conſiderare cum liceat, nimirum, vel vt Verbum æterni Patris filium, ab æterno genitum, vnam, eandemque cum ſuo genitore habens ſubſtantiam, vnam bonitatem, vnamque potentiam, ſimulque cum illo infinitum, atque immenſum, vel vt Deum in tempore per Incarnationis myſterium cum humana natura coniunctum, vel vt hominem humanis ſubiectum miſeriis, incomprehenſibili modo cum humanitate iunctam ſimul habentem & diuinitatem in vno diuino ſuppoſito, tribus præcipuis nominibus nuncupare ipſum ſolemus: etenim quatenus æternum eſt Patris Verbum, admirabili nomine illo Tetragrammaton appellamus eum יהוה Iehouah: quatenus Deus eſt, coniūctam habens humanitatem propriiſſimo nuncupamus nomine Ieſu: & quatenus homo eſt, per ſacratiſsimam diuinitatis coniunctionem vnctus, Chriſtum eum vocamus, nomine certè ſuauiſsimo. Quapropter ſi rectè, atque exactè, quod hoc loco à ſponſa de eius nomine dicitur, exponendum à nobis ſit, operæprecium mihi videtur, vt ſigillatim explicetur, quomodo cuique horum trium nominū congruant, quæ hic à ſponſa dicuntur; & quam apte vnumquodque eorum, *Oleum effuſum*, dici queat.

*De nomine Tetragrammaton.*

*Nomen Tetragrammaton diuinam naturam attingit magis quam cætera omnia Dei nomina.*

Et quidem à primo exordientes; Quemamodum conſtantiſsimè apud omnes conceſſum eſt, æternam, infinitam, immenſam, atque incomprehenſibilem Dei naturam nullo, quod à nobis repertum ſit nomine explicari poſſe, iuxta illud Prouerbiorum. *a Quod nomen eſt eius; & quod nomen filij eius?* Ita perſuaſiſſimum quoque vniuerſis, inter ea nomina, quibus Deum nuncupatum legimus in ſacris litteris, nullum eſſe, quod magis eius naturam attingat, quam nomen Tetragrammaton, quo ipſius ſignificatur eſſentia: Ideoque hoc ſe nomine nuncupari per ſemetipſum profeſſus eſt, cùm Exodi 6. ad Moyſen dixerit, *b Ego Iehouah, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Iehouah non indicaui eis.* & Eſai. 24. *c Ego Iehouah, hoc eſt nomen meum.* Quid clarius interrogatus etiam à Moyſe, quodnam eſſet nomen eius: *d* Reſpondit, *ego ſum, qui ſum*: manifeſtè conteſtans, nomen illud eſſe ſibi maximè congruens, vtpote quo perfectiſsimum ſuum exprimatur eſſe: hoc verò id eſt, de quo loquimur, nomen Iehouah: quo ſignificatur, Deum ita ab æterno fuiſſe, eſſe, atque in æternū futurum, vt ſit ipſum ſuum eſſe; quo etiam ita ſignificatur diſtinctè eius diuina eſſentia, vt cum ſimpliciſſima ipſius vnitate diuinarum perſonarum Trinitas, & æterna earum diſtinctio, origines, atque productiones inſinuētur: de quibus omnibus ſubtilia multa, atque præclara dici hic poſſent, quæ tamen, cùm parum ad noſtram exponendi rationem conferant, miſſa facere ſatius cenſui: Eorum tamen complura cuicunque fas erit legere apud Petrum Galatinum lib. 2. de arcanis catholicæ veritatis cap. 9. 10. & 11.

a Pro. 30. 4
b Exod. 6. 2.
c Eſa. 42. 8
d Exod. 3. 14.
*Nominis Tetragrammaton vis ac ſignificatio.*
*Petrus Galatinus.*

Quod ad rem noſtram facit illud eſt, quod per hoc ſignificatur, Deum, tales ac tantas habere perfectiones, vt ſit ipſamet perfectio, vt ſit ipſummet perfectiſsimum eſſe, in quo cunctæ includantur perfectiones: Ac propterea rectè ad Deum ſic dicitur, *vnguentum effuſum nomen tuum*, ac per vnguentum effuſum tale perfectiſsimum deſignatur eſſe, taliſque ſubſtantialis Dei perfectio: non ſecus ac in præcedentibus eiuſdem perfectio per vnguentorum fragrantiam deſignata eſt.

*Nomen Tetragrammaton quomodo ſit vnguētum effuſum.*

Quamuis haud incongruè dici poſsit, hoc nomen Tetragrammaton dici vnguentum, propterea quod eſſe Dei in vna ſimpliciſsima perfectione infinitas includat perfectiones, non ſecus ac vnguentum optimum in vno ſuauiſsimo odore complures mixtarum ſpecierum includit odores: Dici verò non ſolum vnguentum ſimpliciter, ſed vnguentum effuſum, propter ſummam communicationem ipſius diuinæ eſſentiæ, ac diuinarum perfectionum, quæ fit ad intra; cùm Pater per æternam generationem eamdemmet eſſentiam ſuam vnà cum omnibus, & ſingulis perfectionibus abſolutis communicet filio, quam ipſemet filius ſimul cum Patre per ſpirationem actiuam effundunt (vt ita dicam) ab æterno pariter in Spiritum ſanctum.

*Simile. Euſebius Cæſar. lib. 4. de demonſtra. Euang. cap. 5.*

Verum, quamuis nomen iſtud, ſicut & reliqua omnia, quæ ad eſſentiam ſpectant, æquè toti competat Trinitati: per appropriationem tamen, non ſecus ac in compluribus attributis diuinis fieri conſuetum eſt, Verbo diuino accommodatur à Sponſa, vtpote cui illud maximè conuenire videtur: tum quia ſi vera eſſet complurium Sanctorum Patrum ſententia, vt quotieſcunque Deum cuipiam Antiquorum Patriarcharum apparuiſſe, ac loquutum eſſe in ſcripturis legimus, Verbum diuinum intelligendum id ſit, certè ſi Verbum extitit, quod in Rubo Moyſi apparuit, quodque nomen illud ſignificauit admirabile, nullus erit, qui abnuat, ad ipſum maximè propriè tale competere nomen, quo ſe nuncupatum tunc aſſeruit, tum quia idcirco nomen iſtud dicebatur ineffabile, non quod ad vocis pronunciationem ineffabile eſſet, cum vel ſemel in anno intra Sanctuarium à Summo Sacerdote in populi benedictione pronūciāretur, prout ex Hebræorum conſtat traditionibus; Sed propter myſterij ſignificatum, quia maxime competeret Verbo diuino, cuius occultiſsima eſſet notitia, quoadvſque per ſemetipſum ſeſe illuſtraret, noſtra indutum carne, atque idcirco apud Hebræos moris eſt, vt cum in Scriptura ſacra nomen iſtud יהוה Iehouah inuenerint, haud legant יהוה Iehouah, vt ſcriptum eſt, ſed alio nomine אדני Adonai, id eſt, Dominus, illud exprimant, quod tamdiu ſeruandum aſſerunt, quamdiu venerit Meſsias, quamdiu videlicet ipſum Verbum, cui maximè illud competit, humana natura aſſumpta, illius nos edocuerit vim.

*Nomen Tetragrammaton proprium toti Trinitati appropriatur præcipuè filio, & cur. Hilar. lib. 5. de Trinit.*
*Tertul. lib. aduerſus Praxeam. Leo Papa Epiſt. 13. Aug. 2. de Trin. ad c. 7 Amb. l. 1. in Lucam de Angeli apparitione: & ante hos Clemens lib. 5. Conſt. c. 16.*
*Nomen Tetragrāmaton quare diceretur ineffabile.*

Adde quod ex compluribus Sacræ ſcripturæ teſtimoniis manifeſtiſsimè apparet, nomen iſtud ipſi Verbo maximè competere; dicitur enim in Eſaia: *e In die illa erit Iehouah exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui*: Quam ſententiam Paraphraſis Chaldaica ita reddidit: In tempore illo erit Meſsias Deus (Tetragrammaton) exercituum ad diadema gaudij, & ad ſertum exultationis reſiduo populi ſui: Quin hoc & ab Apoſtolo ſignificatum crediderim, vt nomen iſtud Iehouah propriè cōpetat Chriſto 1. Cor. 12. vbi ait: *f Nemo poteſt dicere: Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.* Neque enim id propriè Paulum ſibi velle cenſendum eſt, vt dixerit, neminem poſſe exprimere hoc nomen Domini Ieſu, niſi in Spiritu ſancto, cùm & ab infidelibus, & à compluribus, qui alieni ſunt à Spiritu ſancto, id nomen frequentius exprimatur: ſed quod intendit, eſt, vt nemo poſsit dicere, Ieſum eſſe Dominum, & Iehouah: eſſe videlicet Deum, cuius propriiſsimum nomen eſt Iehouah; (quod cùm ab Hebræis communiter legeretur, vt dictum eſt, per vocem Adonai,) Septuaginta verterunt κύριος, id eſt Dominus, niſi in Spiritu ſancto: hæc nempe cognitio, atque hæc confeſsio diuinitatis in Chriſto à Spiritu ſancto in nobis proueniat neceſſe eſt: Sic in verbis Apoſtoli prius ponitur prædicatum, & poſtea ſubiectum, æque ac ſi iuxta ordinem dictū fuiſſet: nemo poteſt dicere: Ieſus eſt Iehouah, & Dominus, niſi, &c. Neque hoc nouum eſt in Scripturis, 15

c Eſa. 28. 5.
f 1. Cor. 12. 3.
*Paulus tribuit nomen Tetragrammaton Chriſto Ieſu.*

pturis, vt prædicatum præponatur ſubiecto, confirmari enim id poteſt per alium Apoſtoli locum ad A

g Rom. 10. 9. Rom. 10. vbi ait. *g Quia ſi confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris:* In quibus verbis eodẽ modo Dominus, quod eſt prædicatum, præponitur ſubiecto, quod eſt Ieſus: vt ſenſus ſit: ſi confitearis in ore tuo, quod Ieſus eſt Dominus, id eſt Iehouah, &c. Quem

Auguſtin. ſenſum attuliſſe mihi viſus eſt Auguſt. concione 13. in Pſalm. 118. vbi ait: „ Nos autem ne offendamus, & cadamus, opprobria eorum ne timeamus, ſed reſpondeamus eis Verbum, hoc eſt Verbum fidei, quod prædicamus. Quia ſi credideris, inquit, in corde tuo, quia Dominus eſt Ieſus, & confitearis in ore tuo, quia Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Idipſum B confirmare licet, & alio loco eiuſdem Apoſtoli Phi-

h Phil. 2. 9. lip. 2. quo dicitur. *h Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, &c. & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus in gloria Patris* (ſic legunt Codices Græci, & Antiqui Patres) vbi pari ratione ab Apoſtolo Dominus nomẽ Iehouah ponitur vt prędicatum, ideoque ſicut & in præcitatis locis ponitur abſq; articulo, ὁ, in textu Græco, vt ſenſus ſit: omnis lingua confiteatur, quod Ieſus Chriſtus in gloriam Patris eſt Dominus Iehouah, quod eſt nomen illud ſuper omne nomen, cui flectatur omne genu. Quæ omnia clariora apparent, ſi locus perpendatur Iſaiæ, C

i Eſa. 45. vnde Paulus hæc ſumpſit. Iſaias *i* enim in cap. 45. poſtquam Deus multis verbis oſtendit, ſe eſſe verum Iehouah, id eſt, verè exiſtentem ab æterno, & immutabiliter perpetuo exiſtentem: ad finem capitis ait.

k Eſa. 45. 24. k *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua*: Quid ſit autẽ, Iurabit omnis lingua, declaratur per verſionem Sept. & iurabit omnis lingua Deum, dicens: Iuſtitia, & gloria ad eum veniet: Quæ ſic reddidit Paulus, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus ad gloriam Patris, id eſt, quia Ieſus Chriſtus, qui eſt Iehouah, ad gloriam eſt Patris.

Quæ cum ita ſint, Iure optimo Chriſti ſponſa, diuinum alloquens ſponſum ſuum, eiq; tam admirabile D appropriáns nomen, ait. *Oleum ſiue vnguentum effuſum nomen tuum*, ac ſi dicat.

Paraphraſis. Tu non modo habes odorem, ſed es ipſa odoris ſubſtantia: non modo habes eſſentiam, & cum eſſentia bonitatem, ac perfectionem: ſed es ipſamet eſſentia tua, ipſamet bonitas, ac perfectio: vnde nomen tuum Iehouah eſt ipſummet eſſe: eſt ipſummet bonum (bonum enim, & ens non differunt realiter) quia te ſignat eſſe ipſum bonum, & ipſummet vnguentum. Et quia boni propriiſſimum eſt, vt ſit ſui maximè communicatiuum, profectò nomen iſtud tuum non eſt vnguentum in tua tantum diuinitate incluſum, ſed eſt vnguentum ad creaturas omnes ef- E fuſum: Communicans enim eſſe, ad bonitatem tuam,

Pſa. 145. 6. ad extra, *tu feciſti omnia, cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt.*

### *De nomine* IESV.

16 Secundus ſenſus. At ſi propter ſimplicis eſſe effuſionẽ, deſuper in ſe ab illo ſuperno, atq; æterno Verbo factam, tantam ex eius nomine, quod illius eſſentiam ſignificat, ſponſa percipit ſuauitatem, vt illud, vnguẽtum effuſum nuncuparit, quamuis id non ſit verè proprium ipſius Verbi, ſed tantum appropriatum: Quam ſuaue eidẽ eſſe, F exiſtimandum eſt, nomen dulciſſimum Ieſu, ex cuius effuſione ipſa perfectionẽ omnem ſui eſſe acquiſiuit, omnemq; ſalutem, quodve Verbi ipſius haud appropriatum, ſed propriiſſimum eſt, quatenus noſtram aſſumpſit naturam. Perſuaſiſſimum enim vniuerſis id eſſe debet, nomen iſtud quoad vim, & efficaciam ita proprium eſſe Chriſti Domini, vt tametſi aliquando in ſcripturis cuipiam illud reperiatur impoſitum, eatenus ei impoſitum id ſit, quatenus is typum in aliquo geſſerit noſtri veri Ieſu, prout longius probant

A Tertull. lib. contra Iudæos cap. 9. Origenes hom. 2. in Exod. & 22. in Num. Euſeb. lib. 4. demonſtrationis Euangelicæ cap. 27. 28. & 29. atque etiam alij complures, quos hîc citare longum eſſet. *Tertullia. Origenes. Euſebius Cæſar.*

Neq; vero opus eſt, vt quis dubitet, hoc ſacratiſſimũ nomen Ieſu eſſe propriũ Verbi Incarnati quoad vim, & efficaciam, ex eo quod cum ſaluare ſit totius Trinitatis: & tam Pater, quam Filius, & Spiritus ſanctus ſimul, & indiuisè ſalutem efficiant, videatur potius proprium illud eſſe totius Trinitatis, quam ſolius filij, dicendumq; id potius appropriatum ipſi filio, quam eius proprium: ſiquidem, licet tota Trinitas ſalutem efficiat: modus tamen eam efficiendi exhibitus eſt per Verbum Incarnatum, per Chriſtum, qui *Ieſu nomen quomodo ſit proprium Chriſti, cum ſaluare ſit totius Trinitatis.*

B ſatisfecit pro peccatis noſtris, *l* factus propitiatio pro ſceleribus totius mundi, *m* mediator Dei, & hominum, *n* in quo inſtaurata ſunt omnia. Bene autem diximus, nomen iſtud propriiſſimum eſſe Verbi diuini Incarnati: quandoquidem haud propter humanitatem Chriſtus dictus eſt Ieſus, ſed propter diuinitatem, ſine qua homo haud operatus eſſet ſalutem. Dicat itaq; ſponſa ad Chriſtum dilectum ſuum, *o Nomen tuum, ac memoriale tuũ in deſiderio animæ meæ*: dicat, *vnguentũ effuſum nomen tuũ*. Quia nihil mihi magis eſt in optatis, quam vt proferre valeam hoc ſuauiſsimum nomen Ieſu, vnguentum eſt, & vnguentũ effuſum. l 1. Io. 2. 2. m 1. Tim. 2. 5. n Epheſ. 1. 10. *Ieſu nomen quam ſuaue ſit animæ piæ.* o Eſa. 26. 8.

Bene profecto vnguentum, bene quoque effuſum, C non ſolum ob eximiam ſuauitatem, quam ex eo ipſa percipere ſolet, iuxta ſecundum ſenſum allatum in littera: verum etiam ob triplicem aliam rationem, quæ ex eo indicatur ſenſu, quem primo loco attulimus item in littera.

Prima ratio eſt, vt per hoc deſignetur, Chriſtum Dominũ haud exhibuiſſe fragrantiam ſalutis, quemadmodum falſo exhibent res ſæculi huius, de quibus dicitur, *p Fallax equus ad ſalutem, in abundãtia virtutis ſuæ non ſaluabitur*, quemadmodum & vanè fit quoque ab hominibus huius mundi, de quibus dicitur, *q Nolite confidere in Principibus, in filiis, hominũ, in quibus non eſt ſalus, r quia vana ſalus hominum*: Vel etiã quemadmodum D fiebat à Sanctis Prophetis, qui ſemper promittebant ſalutem à Domino faciendam, cum tamen præter iſtiuſmodi promiſsionum fragrantiã, ſalutem ipſam haudquaquã poſſent auferre. Sed eſſe ipſammet ſalutem iuxta illud, *ſ Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo?* Sed eſſe ipſummet Saluatorem, qui *t operatus eſt ſalutem in medio terræ*: Quapropter, cum (vt bene dicitur ab Apoſtolo) *u non ſit in alio aliquo ſalus: nec ſit aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*, egregiè hoc loco à Sponſa, horum omnium optimè conſcia dicitur, *Vnguentum effuſum nomen tuũ*, ac ſi diceretur. *Ieſu nomen dici vnguentum, quia Chriſtus eſt ipſamet ſalus.* p Pſ. 32. 17. q Pſ. 145. 3. r Pſ. 59. 13. ſ Pſal. 26. 1. t Pſ. 73. 12. u Act. 4. 12.

Paraphraſis. E Nomen tuum congruentiſsimè eſt Ieſus, quia tu re ipſa Ieſus es: Tu enim es Saluator noſter: tu ſaluatio: Tu Deus ſalutis noſtræ: Tu non modo odorem ſaluationum exhibes, promittendo ſalutem: ſed es ipſum vnguentum ſalutis effuſum in vniuerſam terram.

Dicitur ſecundo nomen Ieſu *Oleum, ac vnguentum effuſum*, quia per illud immenſa Chriſti Domini miſericordia exprimitur. Ecquis enim ignoret, oleum atque vnguentum in Scriptura ſacra ſymbolum eſſe miſericordiæ, cùm bene ſit molle atque ſuaue, nullam in ſe habens aſperitatem? Sic igitur ait ſponſa, *Vnguentum effuſum nomen tuum*, ac ſi diceret. *Ieſu nomine ſignificatur ſũma Chriſti miſericordia, & ideo tale nomen dicitur vnguentum.*

Paraphraſis. F Tantam mihi Domine exhibuiſti miſericordiam, per eam, quam mundo attuliſti ſalutem, vt congruentiſsime iam ex hoc dici debeas ipſamet miſericordia: iuxta illud, *Miſericordia mea, & refugium meum, ſuſceptor meus, & liberator meus, y*: & illud, *z Adiutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor es, Deus meus miſericordia mea.* y Pſ. 143. 2. z Pſ. 58. 18.

Tertio dicitur vnguentum effuſum nomen Ieſu: quoniam Chriſtus Dominus nedum ſaluauit tunc orbem, quando per proprium ſanguinem illum redemit de maledicto mortis, quando in Cruce cum antiquo confligens hoſte, illũ eruit de poteſtate tenebrarum. *Ieſu nomen eſt medicamentum optimum.*

brarum. Verum etiam quotidie ſaluat vnumquemque, exhibendo ſe ſingulis medicum contra quaſcumque animi infirmitates, atque ideo per Eſaiam inquit, ſe *a* vnctum, vt mederetur *contritis corde*, quod ipſummet nomen Ieſu in lingua Græca ſignificat: c inquit Cyrillus Ieroſolymitanus, ſicut enim Hebraica lingua ſignificat ſaluatorem, ſic & Græca ſignificat medicum: Et quia dum ſe noſtrum exhibet medicũ, haud tantum per extrinſecus adſcita medetur medicamenta, prout ab vniuerſis medicis fieri conſuetum eſt, ſed inſuper per ſemet ita medetur, vt & ſeipſum, & nomen ſuum pro medicamento exhibeat. Idcirco non tantum medicus, ſed & vnguentum, ac medicamentum dicitur, & nomen eius Ieſus eximium cenſetur vnguentum, quod non modo ingentem exhibeat fragrantiam, ſed & cunctis animarum morbis perfectam præſtet curationem.

*a Eſa.61.1.*
*Ieſu nomen ſignificat medicum.*
*Cyrillus Ieroſolymitanus Catech.x.*

18 Addamus & quartam rationem, quare idipſum nomen Ieſu dicatur vnguentum: Nimirum quia ſicut vnguentum aliquod eximium, cum conſtet ex compluribus aromatibus, odoratiſque ſpeciebus, in proprio odore, quem ex tali aromatum vnione reddit, virtualiter, nec non etiam realiter quoquo pacto includit ſingulos quoque aromatum illorum odores, eodem fere modo, cum nomen *Ieſu* ſit impoſitum ad ſignificandum Chriſtum Dominum, qui conſtat ex diuinitate, & humanitate, ſimul miro modo vnitis, videtur quodammodo continere diuerſa ea nomina, quæ his duabus impoſita ſunt naturis: & quãuis vnam tantum exprimat Saluatoris ſignificationẽ, in ea tamen & reliquas omnes includit cæterorum omnium ſignificationes, quæ Chriſto Deo pariter, & homini imponẽda reperimus in Prophetarum libris. Vt autem quam verum id ſit, appareat, oſtendamus hoc, ſingula eorum perpendentes. Nomen illud Emmanuel de quo Eſaias inquit, [*b Et vocabitur nomen eius Emmanuel*] quoad ſuam ſignificationem quis abnuat, includi in ſignificatione nominis Ieſu? cum in ſignificatione Saluatoris manifeſte pateat, ſignificare, Deum, quo nos ſaluaret, factum eſſe nobiſcum, carne, ac natura noſtra aſſumpta. Sicque cum dicitur Ieſus, Emmanuel quoque, id eſt, nobiſcum Deus dici, manifeſtũ eſt. Secundum nomen eſt, Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari, prout ei imponendũ præcipitur Eſaiæ, *c Voca nomẽ eius Accelera*, &c. at qui Chriſtum Dominum, cum Ieſum, ac Saluatorem fuiſſe exhibuit acceleraſſe, feſtinumque cucurriſſe ad ſalutẽ operandam, quam in expoliatione principatuum effecit, manifeſtiſſime cunctis patebit, qui recolant per Prophetam de eo dictum, *d Exultauit vt gigas ad currendam viam, a ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius, vſque ad ſummum eius*: Et quod ab Apoſtolo aſſeritur, *e* Chriſtum operatum ſalutem, *expoliando principatus, & poteſtates: ac traducendo illos confidenter, triumphando illos in ſemetipſo*. Quid dicam de ſex ijs nominibus, quæ idẽ Eſaias enumerat, cum ait: *f Et vocabitur nomẽ eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, & Princeps pacis?* Audi Bernardum. In his omnibus vnum inuenies nomen Ieſu, ſed expreſſum quodãmodo, & effuſum, nempe ipſum eſt, de quo Sponſa in Cantico amoris ait: *oleum effuſum nomen tuum*. Habes ergo vnũ ex his omnibus appellationibus Ieſum, nec omnino, aut vocari poſſet, aut eſſet Saluator, ſi forte quippiã horum defuiſſet: Nunquid non vere admirabilẽ eum ſumus experti ſinguli in mutatione vtique voluntatũ noſtrarum? Hoc nempe eſt ſaluationis noſtræ principium, cum incipimus reſpuere quod diligebamus, dolere vnde lætabamur, amplecti quod timebamus, ſequi quod fugiebamus, optare quod contemnebamus. Admirabilis plane, qui hæc operatur mirabilia. Sed nihilominus & conſiliarium ſeſe exhibeat neceſſe eſt in electione pœnitẽtiæ, & vitæ ordinatione, ne forte ſit nobis abſque ſcientia zelus, & voluntati bonæ prudentia deſit. Sane opus eſt, vt Deum quoq; probemus, in remiſſione videlicet priorum delictorum: quia nec ſine hac ſalus nobis conſtare poteſt, & nemo poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus. Verum ne id quidem ſufficit ad ſalutem, niſi fortem quoque experiamur in expugnando impugnantes nos, ne ab eiſdem rurſum concupiſcentijs ſuperemur, & fiant nouiſſima noſtra peiora prioribus. Videtur iam aliquid deeſſe Saluatori? Plane deeſſet quod maximum eſt, niſi & Pater eſſet futuri ſæculi, vt per eum ſcilicet in immortalitatem reſurgeremus, qui per præſentis ſæculi patrem generamur ad mortem: Neque hoc ſatis, ſi non etiam Princeps pacis, Patri nos reconciliaret, cui traditurus eſt regnum, & forte ſicut filij perditionis vtique non ſalutis, reſurrecturi non videremur ad pœnam: Multiplicabitur ſane eius imperium, et merito Saluator dicatur etiam pro multitudine ſaluandorum, & pacis nõ erit finis, vt veram noueris eſſe ſalutem, quæ non poſſit timere defectum. Hæc Bernardus. quibus egregie probatum apparet, quomodo prædictorum ſex nominum ſignificationes, in vna includantur ſignificatione nominis Ieſu. Reliquum eſt idipſum animaduertere etiam in duobus, quæ ſuperſunt Chriſti nominibus, ſiquidem Ieremias nonum affert nomẽ dicens, *g Et hoc eſt nomen quod vocabũt eum, Dominus iuſtus noſter*: cuius quidem ſignificatio adeo incluſa eſt in ſignificatione nominis Ieſu, vt re vera nihil aliud ſit, eſſe Saluatorem noſtrum, quam eſſe ſimul Dominũ, ac iuſtum noſtrum, qui inſtar humaniſſimi Domini, non tantum generalem, ſed ſpecialiſſimã noſtri curã geſſerit: qui vt nos ſaluos faceret, ſemetipſum obtulit Patri, ita vt iuſtitiæ, qua nos puniẽdi eſſemus, ipſe ſe ſubiecerit, factus iuſtus noſter: quive, *h Cum factus ſit nobis ſapiẽtia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*, ſic ſalutem nobis attulit, vt nos iuſtificaret, ac ſanctificaret, quos redemerat iuſtus noſter. Decimum ac vltimum Chriſti nomen eſt Oriens. ſic enim ait Zacharias: *i Ecce vir, Oriens nomen eius*. At quid ſibi vult nomen iſtud, quidve ſignificat, niſi expulſionem tenebrarum ingentiſque lucis ſplendorem? ac profecto hoc ipſum eſt, quod ſub nominis Ieſu includitur ſignificatione: ſic enim Dominus noſter mundo ſalutem attulit, vt & peccatorũ fugarit tenebras, & ſummum diuinæ gratiæ, diuinæque cognitionis intulerit ſplendorem, quod egregie per Eſaiam ſignificatum eſt, cum dicitur: *k Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplẽdor iuſtus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur: & videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouũ, quod os Domini nominabit*. Quis vero dubitet, nomẽ iſtud nouum, in quo cetera omnia eſſent incluſa, eſſe ſacratiſſimum nomen Ieſu: quod per Angelum à Patre illi impoſitum eſt, cum Ioſeph dictum fuit: *l & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum?* Præclara Cyrillus Alex. Nomen, inquit, hoc nouum, à Patre enim opinor per Angeli vocem impoſitum eſt, & infra: Quando, inquit, Vnigenitus filius, qui Patri coæternus ante omnia ſæcula extitit, nouiſsimis temporibus homo factus, & ex muliere natus, & filius declaratus, & primogenitus appellatus, & inter multos fratres numeratus eſt: tunc ille quoque qui ſecũdum naturam Pater eſt, Patris leges (vt ita loquar) ſecutus, nomen hoc præfiniuit. Et certe nomen iſtud diuinum haud ab alio, quam à Deo imponendum erat: & vnguentum iſtud cœleſte haud aliunde, quam è cœlis profluere poterat: vnguentum plane optimum, quod ex cunctis Chriſti nominibus, veluti ex fragrantiſsimis aromatum ſpeciebus compoſitum quodammodo eſt: vnguentum, quod & in omnibus Chriſti nominibus effuſum, ſuauiſsimam per vniuerſum orbem redolet fragrantiam.

*Ieſu nomen includit intra ſe omnia nomina quæ Chriſto Domino proprie impo-nenda dicuntur.*
*b Eſa.7.14.*
*c Eſa.8.3.*
*d Pſa.18.7.*
*e Coloſſ.2.15.*
*f Eſa.9.6.*
*Bernardus ſerm.2. in Circumciſione Domini.*
*g Ier.23.6.*
*h 1. Cor.1.30.*
*i Zach.6.12.*
*k Eſ.62.1.*
*l Matth.1.21.*
*Cyrillus Alexand. de fide ad Theodoſium*

Quæret fortaſſe aliquis & non immerito, Si vnguentum eſt nomen Ieſu propter allatas rationes, & vnguentum effuſum: Quandonam effuſum eſt? quomodo, & quam ob cauſam effuſum eſt? 19

*Ieſu nomen quando fuit vnguentum effuſum.*

Primo quidem aſpectu reſpondendum videtur, tunc vnguentum iſtud fuiſſe effuſum, quando in die Cir-

A

Circumciſionis illud impoſitum legimus, cum dicitur, *m Poſtquã conſummati ſunt dies octo, vt circũcideretur puer, vocatũ eſt nomen eius Ieſus, quod vocatũ fuerat ab Angelo*, ſed certe, quamuis eo tempore impoſitum fuerit tale nomen, haud tamen crediderim, tunc illud dicendum vnguentum effuſum: vnguentum quidem ex tunc, imo ex quo ab æterno Patre per Angelum prænuntiatum fuit, & vnguentum pretioſiſsimũ ipſum extitiſse, certiſsimum eſt, verumtamen tunc tẽporis vnguentum iſtud tam eximium videtur potius fuiſſe incluſum, quam effuſum. Veluti enim quando vnguentum aliquod eximium in vaſe aliquo eſt incluſum, ſit licet id odoratiſsimum: ſit licet ſuauiſsimum, ac efficaciſsimum, minime tamen ſuum extrinſecus emittit odorem: minime ſuam exhibet vim: quamuis ex vaſis rimulis aliquantulum ſpiret fragrantiæ. Eodem pacto & ſacratiſsimum ac ſuauiſſimum nomen Ieſu, in die Circũciſionis Chriſto Domino impoſitum, atque in eo tanquam in vaſe tunc incluſum, & ſi eximij eſſet valoris, & ſi admirabili præſtaret gloriæ fragrantia; occultam tamen illam ſeruabat in Chriſto; quod ſi ex Chriſti prædicatione, vel ex eius miraculis, ac præclaris geſtis, tanquam ex rimis quibuſdam aliqua tãti nominis innotuit vis, & quidpiam illius ſpirauit fragrantiæ, exiguum quidem admodum illud omne extitiſſe dicendum eſt, ſi ingens illius ſpectetur vis, atque fragrantia, quæ tũc innotuit, ac per totum diffuſa eſt orbẽ, quando vas ipſum ſiue potius vnguentum, quod in Chriſto, tanquã in vaſe incluſum extiterat totum effuſum eſt. Quando Chriſtus dixit: *n Sicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea*: Quãdo in Cruce pẽdens propria morte mortem omnium ſuperauit: Quando per propriũ ſanguinem, quem fluminum inſtar ex ſuo ſacratiſſimo corpore effudit; vniuerſum redimens mundum, illum & ſibi, & æterno Patri proprium ac naturale acquiſiuit in regnum. Tunc enim ſimul cum ſanguine, atque cum vita effuſum eximium, ac pretioſiſsimum vnguentum iſtud eſt ſacratiſſimi nominis Ieſu. Quod ab eius aduerſariis ſingulari Dei prouidentia ſignificatum eſt titulo illo, quem ſuper caput eius poſuerunt: *o Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Ad quid enim tituli iſtius inſcriptio ſuper Chriſti caput poſita eſt, niſi vt per illam hanc intelligeremus vnguenti nominis Ieſu effuſionem, quę à Chriſto totius Eccleſiæ capite vſque ad extremum terræ facta eſt, iuxta illud Pſalmi, *p Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbã Aaron, quod deſcẽdit in oram veſtimenti eius?* vis enim & fragrantia nominis Ieſu ex Chriſto, in cruce pendente per vniuerſum diffuſa eſt orbem: quidni autem diffunderetur, cum tam pretioſum, tamque eximium, quod eo vſque in illo tanquam in vaſe incluſum fuerat vnguentum, in tanta effuſum ſit copia, vt eius virtus deſcenderit in barbam, barbam Aaron, nempe in Apoſtolos, eoſque omnes, qui fortiter, ac viriliter ei, vt ſummo ſacerdoti adhærentes, illius proſecuti ſunt ſanctitatem, atque etiam eius fidem defendere ſtuduerunt: & in oram veſtimenti eius: nempe non ſolum in cælos, terras, maria, & omnia, quæ in eis ſunt; quibus tanquam plucherrimo decore indutus dicitur ibi, *q Dominus regnauit, decorem indutus eſt*: quæve ſunt eius veſtis, iuxta illud: *r Amictus lumine ſicut veſtimento?* & *ſ Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius*: Sed etiam in Infernum, qui eſt ora veſtimenti eius, atque in inferiores partes terræ: Vnde Apoſtolus ad Philippenſes, loquens de huiuſmodi tam larga ſacratiſsimi vnguenti effuſione: *t Humiliauit*, inquit, *ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis*: (& quid tum?) *Propter quod & Deus exaltauit, & donauit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ.* (En vnguentum optimum: audi eius effuſionem:) vt in nomine Ieſu *omne genu flectatur, Cæleſtium, Terreſtrium, & Infernorum.*

*m Luc. 2. 21.*

*Simile.*

n Pſ. 21. 51

*Ieſu nominis virtus manifeſtata eſt in Chriſti paſſione.*

o Ioã. 19. 19

p Pſ. 132. 2

q Pſ. 92. 1.

r Pſ. 103. 2

ſ Pſ. 103. 6.

t Phil. 2. 8.

*De Nomine Chriſti.*

20

Si nomẽ Tetragrãmaton, quod ab eſſentia nomenque Ieſu, quod à ſalute deriuatur, oleum, ac vnguentum dicitur effuſum, prout longius explicatum eſt, quatenus ambo ſunt Redemptoris noſtri, alterum illi appropriatum, vt verbo æterno: alterum illius maxime proprium, vt eſt verbum æterni Patris, quod in tempore humanam aſſumpſit naturam: profecto tertium quoque eiuſdem nomen, quod eſt Chriſtus, vnguentum dicetur effuſum, idque multo congruentius, cum ab vnctione ſit deriuatum. Reliquũ eſt igitur videamus primo, quanam ratione Dominus noſter Chriſti ſit nomine inſignitus: ſecundo, ſi Chriſti nomen vnctũ ſignificat: quã ob cauſam à ſponſa non vnctus tantũmodo, ſed ipſum ſit dictus vnguentum: & tertio, quo pacto ſit vnguentum effuſum.

*Communior Sanctorum atrum ſẽſus.*

Notum autem omnibus eſt, triplex perſonarum genus in ſcriptura ſancta Chriſti nomine nuncupatum, Reges, ſummum Sacerdotem, atque Prophetas; propterea quod hi omnes ſacra ex Dei præſcripto vngerentur vnctione, prout de ſummo ſacerdote cõſtat ex libro Exod. *u* de Regibus, ex libro Regum *x* ac de Prophetis ex libro tertio Regum, *y* vbi vnctus dicitur Eliſeus: indicare enim per hanc vnctionem voluit Deus illos, qui aliis præficiendi eſſent, quive populũ erudituri, ac præſertim qui ſibi ſacrificia eſſent oblaturi, fragrantiſsima delibutos eſſe debere gratia cœleſti, qua ſubditos ſine vlla regerent offenſione, & indoctos ſine vllo docerent errore: & ſuas totiuſque populi victimas abſque vlla offerrent macula. Duplex enim in Scriptura ſacra vnctionis repetitur genus. alterum materiale, quod per materiale fiebat oleum: alterum vero ſpirituale, quo ſpirituali gratiæ vnguento vncti in Pſalmo dicũtur Sancti Patriarchæ, vbi dicitur: *z Nolite tangere Chriſtos meos*: & quis dubitet, ad hanc ſpirituałẽ indicandã à Domino inſtitutam extrinſecam, ac materialem? Quod ſi ita eſt, quis iam non videat, quam congrue Dominus noſter nomine iſto inſignitus ſit Chriſti? Si enim Reges dicebantur Chriſti, ipſe *a Conſtitutus eſt Rex* à Patre *ſuper Sion montem Sanctum eius*, & *b regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis*: Si Prophetę, ipſe eſt ſingularis ille Propheta, de quo Moyſes: *c Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus, ipſum audies.* Si deniq; ſummus Sacerdos Chriſtus Domini dicebatur: ipſe ſummo functus eſt Sacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech, idque per Dei decretum, Iuramento firmatum: *d Iurauit* enim *Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinẽ Melchiſedech.* Quod ſi Patriarchæ propter gratiæ vnctionem, ac propter ſanctitatem eodem decorati ſunt nomine, ipſe eſt Sanctus Sanctorum, tantaque gratia delibutus, vt de eo per Danielem ſic prophetatum fuerit, *e Vngetur Sanctus Sanctorum.*

*Chriſti nomẽ competit tribus perſonarũ generibus.*

u Exod. 29. 7.

x 1 Reg. 10. 1

y 3. Reg. 19 16.

z Pſ. 104. 15.

*Chriſti nomẽ quam cõgrue approprietur Domino noſtro.*

a Pſ. 2. 6.

b Luc. 1. 32.

c Deut. 18. 15.

d Pſ. 109. 4

e Dan. 9. 24.

Ac ſi horum omnium ſinguli, cum vnam tantum prædictarum haberent dignitatem, Chriſti appellati ſunt, profecto rationi videtur conſentaneum, vt Dominus noſter per excellentiam Chriſtus ſit dictus, in quo eæ omnes ſimul conuenerunt dignitates.

*Vide Tertullianum lib. contra Praxeam ante finem.*

Siquidem quamuis fuerint aliqui ſimul Reges, ac Prophetæ: quãuis alij fuerint ſimul Sacerdotes, & Prophetæ, nemo tamẽ ſũmus ſimul & Sacerdos & Rex, & Propheta præter Redemptorem noſtrũ reperitur.

Vnde primã colligere poſſumus rationem quare ipſi, ex eo quod vnctus ſit, per ſpõſam dicatur, *vnguẽtum nomen tuum*, & quare Chriſti nomen vnguentum nuncupetur.

Quemadmodum enim vnguentum vnum plures in ſe cõtinet aromatum ſpecies, & in odore vno plures quoque ſimul exhibet aromatum odores. Eodem pacto vnus Chriſtus noſter plures ſimul Chriſtorum cõtinet dignitates, atq; in vna ipſius Chriſti nominis ſignificatione plures ſimul ſignificantur dignitates.

*Chriſti nomen eſt vnguentũ, quia plures ſimul in ſe includit dignitates.*

*Simile.*

*Chriſti nomẽ dicitur ob ſingularem eius vnctionem, quæ per ipſum ſignificatur.*

Quamuis ex ſingulari eius vnctione, propter quã iſtud ipſum Chriſti nomen illi velut proprium factũ eſt, alteram fortaſſe congruentiorem colligere licet rationem, ob quam nomẽ iſtud, ſiue is potius in nomine iſto à ſponſa vnguentum dictus ſit.

Quænam vero eſt ſingularis iſta vnctio, niſi communicatio diuinæ eſſentiæ, diuinæq; virtutis, per quã vt filius Dei ob vngente Patre, veluti oleo inunctus eſt ab æterno, atque adeo vt Chriſtus, vnctuſve ſingulari modo appellatus.

*Euſebius Cæſar.*

Affert hanc rationem Euſebius Cæſarienſis libro quarto demonſtrationis Euangelicæ, capite decimoquinto, dicens. Supremæ atq; ingenitæ diuinæ eſſẽtiæ virtutem illam, quæ omnia valet, omne bonum præſtat, omnem pulchritudinem ſubminiſtrat, diuinus ſpiritus proprio, & conuenienti exemplo cõferens, atque accõmodans, Dei oleum appellat. Quare & Chriſtum & vnctum eũ, qui illius particeps eſt, vocat (& paulo infra ait) Eum, qui ſolo hoc toto oleo vnctus eſt, quive diuinæ, atque eius, quæ cum nullis aliis communicatur paternæ fragrãtiæ Princeps factus, & qui ſolo ex illo genitus Deus Verbum communicatione gignentis ingeniti, Deus de Deo eſt declaratus, Chriſtum, atque vnctum vocauit, quocirca in Pſalmo quadrageſimo quarto ad hunc ipſum dicitur: *f Sedes tua in ſæculũ ſæculi, virga directionis virga regni tui: Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis*, id eſt, præ iis, qui eodẽ Chriſti nomine inſigniti fuere. Hæc Euſebius.

f Pſ. 44. 7.

21 Sed magis ad propoſitum noſtrum, cum hic agamus de nomine Chriſti, vt competit filio Dei, non tam vt Deus, quam vt homo eſt, ſingularem aliam aſſignare poſſumus vnctionis rationem per eandem diuinitatem, quatenus is vt homo plenus erat ipſa diuinitate, cui hypoſtatice humanitas illius vnita erat.

*Tangit hanc rationem Orig. lib. 2. Periarch. c. 6*

Nam, ſi in familiari loquutione obſeruamus nonnunquam, vas aliquod precioſo vnguento plenum ipſius vnguenti nomine nuncupari, quia in ſe vnguentum contineat: quanto magis Dominus noſter vas plenum vnguento diuinitatis, cum *g in ipſo habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*: nõ modo vnctus ſed & ipſummet dici poteſt vnguentum, & ipſemet Deus: Idcirco bene ei dicitur à ſponſa, *vnguentum effuſum nomen tuum*, dũ enim dicitur Chriſtus, haudquaquam ei Chriſti nomen competit, ſicut & puris hominibus, qui vel extrinſeca tantum, vel, ſi intrinſeca, & ſpirituali, illa quidem finita vncti ſunt vnctione, ſed multo excellentiori modo, propter excellentiorem, ac ſingularem, qua vnctus eſt, vnctionem, in eo, quod in ſe continuit Deum vnguentum ipſum: quæ tantum reliquas omnes ſuperat vnctiones, quantum diuinitas ſuperat creaturam.

g Col. 2. 9.

*Chriſti nomen vnguẽtum ob vnctionem gratiæ, qua ſingulariter vnctus eſt Dominus noſter.*

Quod & alio quoque pacto confirmare licet ex præcipuo, & ſingulari altero vnctionis modo, quo ſecundum hominem vnctus idemmet eſt vnguento gratiæ, iuxta illud Petri *h*, vnxit eũ Deus Spiritu Sãcto: & illud Pſal. quadrageſimi quarti. *i Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ*. Qua certe ita vnctus eſt vnctione, vt in ipſo tanquam in vaſe ipſummet gratię vnguentum repoſitum ſit, propter quod dictus eſt *k* plenus gratiæ & veritatis, & *l plenus Spiritu Sancto: de cuius plenitudine nos omnes accepimus*: de cuius vnctione, ſeu de cuius vnguẽto nos omnes vncti pariter ſumus, iuxta illud Pauli, *m Vnxit nos Deus, dans pignus Spiritus in cordibus noſtris, n effundens illud per Ieſum Chriſtũ in nos.*

h Act. 10. 38.
i Pſ. 44. 8.
k Io. 1. 14.
l & 16.
m 2. Cor. 1. 21
n ad Tit. 3 6

*Chriſti nomen vnguẽtum ex eo quod fideles Chriſtianos reddit.*
*Cyrill Hieroſoly catecheſi 10.*

Ex quo alia deſumitur ratio, propter quam ob idem Chriſti nomen vnguentum dictus is ſit, quod ex tali nomine Chriſti omnes, qui ei adhæſerint Chriſtiani, & vncti dicuntur: Neque enim Reges inter homines (vt bene notat Cyrillus Hieroſolymitanus) commune cum reliquis hominibus regium nomen habẽt, neque quiſquam, qui Chriſtus diceretur ſubditis ſuis, vel etiam conſanguineis Chriſti nomen communicauit, quia in vniuerſis aliis Chriſti nomen vnctum tantum ſignificabat: in ſolo Domino noſtro nomen iſtud, nõ modo vnctum, ſed & ipſum ſignificauit vnguentum, atque adeo ſolus Chriſtus noſter ſuos reddidit Chriſtianos, diuinæ nimirum cõſortes naturæ, & diuinæ gratiæ vnguento delibutos: conſtituens eos Reges, & Sacerdotes, atq; Prephetas, vt diuina prænuncient, prout bene ab Apoſtolo ſignificatur, cum eos ſic vocet: *o Vos autem gens ſancta, regale ſacerdotiũ, genus electum, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocabit in admirabile lumẽ ſuum.*

o 1. Pet. 2. 3

*Chriſti nomen vnguentum effuſum propter largam effuſionem Spiritus ſancti.*

Ac propterea ſponſa haud dicit ſimpliciter, *vnguentum*, ſed *vnguentum effuſum nomen tuũ*, quod ſcilicet nomen eius Chriſtus tam eximiam vnctionem deſignaret, per quam largiſsime in ſingulas fidelium animas gratia effunderetur, & vnguentum Spiritus Sãcti. Quam vnguenti effuſionem, ſub alia effuſionis aquæ metaphora, promittit Deus apud Eſaiã, dicens, *p Noli timere ſerue meus Iacob*, & rectiſsime, *quem elegi: effundã enim aquam ſuper ſitientẽ, & fluenta ſuper aridam: effundã ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionẽ meã ſuper ſtirpem tuam*: Et per Ioelem: *q Effundã ſpiritum meũ ſuper omnẽ carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbũt: ſed & ſuper ſeruos meos, & ancillas meas in diebus illis effunda ſpiritum meum*: Hancve diuinã promiſsionẽ in die ſancto Pentecoſtes, quãdo Spiritus Sanctus effuſus eſt ſuper Apoſtolos impletam oſtendit Princeps Apoſtolorũ, ſubiiciẽs, *r* Chriſtũ poſtquã reſurrexit, dextera Dei exaltatũ, & promiſsione Spiritus Sãcti accepta à Patre, illum effudiſſe, prout ab adſtantibus omnibus etiam corporeis oculis videbatur. Et Apoſtolus Paulus *ſ* in Epiſto. ad Titum, eundem (inquit) Spiritum Sanctum *effuſum in nos abunde per Ieſum Chriſtum* Saluatorem noſtrum. Quibus ſic ſtantibus, quid mirum, ſi ſponſæ tam grata ſit nominis Chriſti commemoratio, per cuius ſignificationem tanta bona à ſuo dilecto aſſequutam ſe intelligeret. Dicat itaque ad ipſum, *oleum effuſum nomen tuũ* Chriſtus, nõ ſolum propter eximiam vnguenti ſpiritualis effuſionem, quæ per illud ſibi facta eſt, verum etiam propter ingentem ſuauitatem, quam ex eiuſdem nominis commemoratione percipit.

p Eſa. 44. 3.
q Ioel. 2. 28
r Act. 2. 17
ſ Tit. 3. 5.

---

## *Ex* Verſ. III. cap. I. *Oleum effuſum nomen tuum.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

22 PAraphraſis Chaldaica: Et nomen tuum Sanctum auditum eſt in vniuerſa terra, quod eſt electum magis, quam oleum vnctionis, quo vnguntur capita Regum, & Sacerdotum.

Locus iſte celeberrimus eſt apud Patres: Sed quamuis multipliciter ab eis exponi ſoleat, eorum tamen expoſitiones ad quatuor reduci queunt exponendi rationes.

*Dei veri nomen ante Chriſti incarnationem erat vnguẽtum incluſum in vaſe Iudææ.*

Prima eſt, vt per verba iſta ſignificetur nomẽ, aut virtutem Dei eſſe vnguentum effuſum, quia ex quo Chriſtus carnem ſumpſit vnguentum nominis veri Dei, quod prius, tanquam in vaſe incluſum erat in Iudaico populo, eiuſque notitia, & gratia effuſa eſt per vniuerſum terrarum orbem.

*Didymus Alexand.*

Ita Dydimus Alexandrinus libro primo, de Spiritu Sancto, tom. 6. operum Hieronymi, dicẽs, vnguẽtum, quod vaſe cõtinetur, habet quidem odoris ſubſtantiam, ſed prohibetur longius ſpargi.

Cum autem vas foris fuerit effuſum, emittit procul beneolentiam.

Ita Chriſti nomen, bene olens ante aduentum eius in ſolo Iſraelis populo verſabatur, quaſi Iudæa vaſe incluſum: *a Notus*, enim ait, *in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius.*

a Pſ. 75. 2.

Quando

*b Pſ.8.2. c Act.4.12 d Pſ.137.2*

Quando autem coruſcans in carne ſua Saluator, in vniuerſam terram, quin potius in omnem creaturam extendit vocabulum ſuum, impleto eo, quod ſcriptum eſt: *b Quã admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra*, quibus conſequenter Apoſtolus loquitur: *c Non enim aliud nomen datum eſt ſub cœlo, in quo oporteat ſaluari nos.* Et Pſalmiſta ad Dominum loquitur: *d Magnificaſti ſuper omnia nomen Sanctum tuum.* Tunc completum eſt, *vnguentum effuſum nomen tuum.*

Significat autem effuſionis verbum largam, & diuitem muneris abundantiam.

*e Ioel.2.28 f Tit.3.5.*

Itaq; cum vnus quis alicubi, aut duo Spiritum Sãctum accipiunt, non dicitur: *e Effundam de Spiritu meo*, ſed tunc quando in vniuerſas gentes munus Spiritus Sancti redũdauerit. Et ad Titum Apoſtolus, ſalutem factam gentibus commemorat: *f Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed per lauacrum ſecundæ regenerationis, & innouationis Spiritus Sancti, quem effudit ſuper nos abundãter.* Et hic enim largam attributionem ſpiritus verbum effuſionis oſtendit.

*Orig. Ambroſ. Chryſoſt.*

Hiſce conſentiunt, quæ aſſeruntur ab Origene homilia prima ex duabus in Cantic. ab Ambroſio libro primo de Spiritu Sancto, & Chryſoſtomo homil. decima quarta in Marcum.

*Anſelmus. Chriſtus poſt Incarnationẽ odorem de ſe emiſit & peccata ſanauit.*

Anſelmus quoq; haud longe ab his diſſentit, tametſi legatur vulgata: *Oleũ effuſum nomen tuũ*, ait enim: Oleum dum in vaſe eſt, neque odorem profert, neque dolores ſanat: effuſũ vero odores emittit & dolores ſanat. Ita & nomẽ Dei, dum ipſe adhuc in ſinu Patris concluſus teneretur, parum, vel nihil cognoſcebatur, poſtquam vero carnem ſumpſit, præſentia mundũ viſitãs, ſeipsũ omnibus cognoſcendũ expoſuit, odorem, id eſt, famam, & bonam opinionem de ſe emiſit, & infuſum, dolores bene recipientium prędicationem ſuam, & peccata ſanauit.

*Poſt Incarnationem repletus eſt mundus odore notitiæ Dei. Ambroſ. g Eſa 43.6 Per prædicationem & miracula Chriſti redoluit odorẽ virtutis Dei. h Eſa.50.4*

Sed excellentius haud admodum diſſimili ſenſu hunc locum pertractat Ambroſius libro 3. de Virginibus, aliquantulum poſt dimidium, dicens. Semper vnguentum hoc erat, ſed erat apud Patrem: erat in Patre: olebat tantũ Angelis, & Archangelis, tanquam intra vas cœli: aperuit os Pater dicens. *g Ecce poſui te in teſtamentum generis mei, in lucẽ gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad extremum terræ.* Deſcendit filius: Repleta ſunt omnia nouo odore, (& poſt pauca.) Ipſe Dei filius in corpore, tanquam in vaſe odorem primo cohibebat, ſuum operiens tempus, ſicut ait, *h Dominus dat mihi linguam eruditionis, vt ſciam, quando me oporteat dicere ſermonem*: Venit hora, aperuit os: Exiuit vnguentum, quando virtus exibat de eo. Hoc vnguentum exinanitum eſt ſuper Iudæis, & collectum eſt à Gentibus, exinanitum in Iudæa, & redoluit in omnibus terris. Sic Ambroſius pro eodem accipit *exinanitum* atque *effuſum*.

*In Incarnatione Chriſtus effuſus, exinanitus, & euacuatus eſt. Orig. i Phil.2.7. Greg. Nazian.*

Origenes autem ex eo putat homilia prima ex quatuor dici exinanitum, quia per Incarnationem, *i* Chriſtus cum in forma Dei eſſet, *exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens.* Alij eodẽ ſenſu legunt, accipiuntque *vnguentum euacuatum.* Vnde Gregorius Nazianzenus oratione in Chriſti Natiui. Qui plenus eſt, inquit, vacuatur, ſua enim gloria ad breue tempus exhauritur, vt plenitudinis eius ego particeps efficiar. Affert autem rationẽ Ambroſius libro ſexto in Lucam, in fine expoſitionis cap. ſeptimi, dicẽs: Ideo exinanitũ, vt maiori fides odore fragraret.

*Rup. Abb. Verbum diuinum eſt forte ac molle pro diuerſitate virtutum, aut vitiorũ noſtrorum.*

Rupertus quoque Abbas hæc ad Chriſti incarnationem refert. Tamen, cum ſequatur lectionem vulgatæ, *Oleum effuſum nomen tuum*: egregiam circa olei vocabulum facit ponderationem, dicens. Quis poteſt æſtimare fortitudinem iſtus nominis? (per nomen Dei, Verbum intelligit:) porro nomen hoc tam forte, tam magnum: ecce eſt oleum effuſum, mira res. Quid verbo fortius? & quid oleo ſuauius? Ergone verbum à ſua natura eſt immutatum? Non: ſed qualitates creaturarum, cum quibus illi ratio eſt, hinc pro virtute, illinc pro vitio diuerſæ, imo contrariæ ſunt: Verbi gratia, diabolus in cœlo per vitium ſuperbus fuit: B. Virgo per virtutem humilis in terra apparuit, pro qualitatibus tam diuerſis, tamque contrariis vnum, idemque verbum diabolo, vt flumen, & Beatæ Virgini, vt oleum ſe exhibuit, iuxta illud: *k Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.*

*k Iac.4.6.*

23

*Chriſti nomen poſt paſſionem Domini effuſum eſt in omnes Gentes. Theodor.*

Alij non tam per Verbi Incarnationem vnguentum ipſum, inquiũt, effuſum nominis eius: quam per paſſionem, ſeu in paſſione Chriſti: Ita Theodoritus, dicens: Quemadmodum vnguentum, in vaſe concluſum, incluſam continet & ipſam odoris fragrantiam: Sin autem effundatur, ipſum quoque replet aerem: Sic Dominus Chriſtus ante paſſionẽ paucis notus erat: at poſteaquã Crucem, mortemque ſuſtinuit, continuo Beati Apoſtoli ſuauitate illa repleti ſunt, terram percurrentes, & maria traiicientes, omnibuſque Euangelium nuntiantes, odoris ſuauitate mundum vniuerſum compleuerunt, ob id ait ſponſa, *vnguentum effuſum nomen tuum.* Satis eſt enim Chriſti nomen ad piorum animas vnguentis quodammodo imbuendas, atque omni odoris ſuauitate conſpergẽdas. Theodorito conſentit & Aponius, & Philo Carp.

*Aponius. Philo Carp. Chriſti nomen vnguentum effuſum, quia vnctione Spiritus S. vnguentũ habuit infuſum. Euſebius Cæſar. Caſſiodor. Beda. Iuſt. Orgel.*

Secunda exponendi ratio alluſionem ponderat vnguenti ad nomen Chriſti, quod vnctionem ſignat, ſic Euſebius Cæſa. l. 4. de præparatione Euang. ca. 26. Quodnam tandem aliud, ait, eſt nomen, vnguentum effuſum ſignificans, niſi ipſum Chriſti nomen? nam alioqui neque fieri, neque nominari poſſet Chriſtus, ſi vnguentum infuſum non ſit (vbi nota præſupponi ab Euſebio, in Chriſto prius extitiſſe vnguentum infuſum, poſtmodum vero etiam effuſum, primum Spiritus Sancti, & gratiæ vnctione cum vnctũ, poſtea ab illo Spiritum eundem, eandemque gratiam effuſam in eos, quos vnxerit Chriſtianos) Quæ apertius explicantur à Caſſiodoro, à Beda, & Iuſto Orgelitano.

*Solus Chriſti odor in Eccleſia redolet. Cyrillus Alexandr. Chriſtus vnguentum compoſitum, quia eius cognitio compoſita ex notitia Dei & notitia hominis.*

Cyrillus Alex. lib. 9. de Adoratione ita ad Chriſti nomẽ hæc refert, vt per ea ſignificetur, ſolũ Chriſti odorem in Eccleſia redolere debere: nec alium quærendum, vt faciunt Iudæi.

Ponderanſque idem Cyrillus lib. 4. item de Adoratione, quomodo vnguento Chriſti nomen aſſimilatum ſit, inquit id factum, quia, ſicut vnguentum eſt cõpoſitum: ita & quæ de Chriſto cognitio, cõpoſita ex duobus ſit: idem namq; Deus, & homo eſt, vnus tamen ex vtroque filius, atque Chriſtus.

*Greg. Pap. Charitas eſt oleum effuſum per quã à Chriſto dicuntur Chriſtiani.*

Gregorius Papa eodem ſenſu: Nomen (inquit) ſponſi Chriſtus eſt: ſed nomen ſponſi, quaſi oleũ effunditur, quia quicumque nomine Chriſtiano in veritate cenſentur, charitate Sancta affluunt, quæ molliuntur, vt flammas exemplorũ emittant, eadem charitate continue ſuffunduntur.

*Philo Carp. Chriſtus vnguentum effuſum dicitur, vel ob effuſionem virtutis ſuæ in mundum, vel quia in ipſum effuſum eſt ab Eccleſia vnguentum charitatis. Ambroſius.*

Philo Carpathius duobus modis Chriſtum dici, inquit, vnguẽtum effuſum, vel quia cum ipſemet inſtar vnguenti effuſi deſcendit in mundum, vimque ſuam, & poteſtatẽ Apoſtolis tradidit, totus mundus pietatem Sanctiſſime inoluit. [Quomodo & Ambroſius ſerm. 1. in pſ. 118. verſ. 1. & 2. idem accepit dicens: *vnguentũ exinanitum nomẽ tuũ*: Hoc eſt totus immũdis impuritatibus diuerſorum facinorum fœtebat hic mundus: nunc ſpirat vbique ſuauitas pudicitiæ, vnguentum fidei, flos integritatis.]

*l Io.12.3.*

Vel ex eo quod Eccleſia, vel anima, fracto vaſe ſuper Chriſtum ipſum effundens vnguentum amoris, & charitatis, pro vt Mariam feciſſe legimus in Euangelio, *l* inſtar vnguenti effuſi redolens per totam huius mundi domum is ipſe reddatur.

*Philo Carp. Summa Chriſti charitas vnguẽtum effuſum in morte illius.*

Quamuis idemmet Philo eodemque Philo Carpathius loco, paulo ante prædicto, per vnguentũ effuſum videatur intelligere ſummam charitatem, ardentiſſimumq; amorem creatoris ad creaturam, quæ effuſa eſt, quando Chriſtus ipſe mortem obiuit.

*Ambroſius.*

Quibus cõſona ſunt quodammodo, quę habentur apud Ambroſiũ lib. de Iſaac, & Anima cap. 3. his verbis: Aſpirat in verbo odor gratiæ, & remiſſio peccatorum, quę in totum diffuſa mundum, omnia, tanquam exinanito repleuit vnguento: quia per vniuerſos grauis vitiorum colluuies deterſa eſt.

*Auguſt. Miſericordiam ſuam Chriſtus effudit in omnes Gẽtes*

Magiſve conſona iiſdem ſunt, quæ aſſeruntur ab Auguſtino, concilio 3. in Pſal. 30. vbi per vnguentum Chriſti accipiens illius miſericordiam: Nec, inquit, vnguentũ miſericordiæ tuæ in Ieruſalẽ, quaſi in vaſe tenuiſti, ſed tanquam cõfracto vaſe, vnguentũ diffuſum per mũdum, vt impleretur, quod dicitur: *Vnguẽtum effuſum nomen tuum*: & ita mirificaſti miſericordiã tuam in Ciuitate circumſtantiæ, id eſt, in omnibus gentibus, diffundens miſericordiam tuam.

*Theodorit. Chriſti nomen dicitur vnguentum effuſum propter effuſionẽ Spiritus S. ſignatam in vnctione quæ fit in baptiſmo.*

Theodoritus hanc nominis Chriſti effuſionẽ ſeu per vnguentum iſtud effuſum eam intelligi poſſe exiſtimat vnctionem, quæ fit Sacramento baptiſmi, cum catechumeni initiantur per ſacrã vnctionem, velut ſigno, ac nota quadam regia ſpiritalis vnguenti chriſmate inuncti, ac ſub ea viſibili vnguenti ſpecie inuiſibilem S. Spiritus gratiam ſuſcipientes. Quẽ ſenſum tetigit ante Theodoritum Ambroſius lib. de iis, qui myſteriis initiantur, cap. 6.

*Ambroſius*

*Greg. Naz. Chriſtus vnguentum exinanitum, ita à nobis participandus, vt & nos quoque ſimus ſuauis odor.*

24 Ad hæc & illa pariter reduci poſſunt, quæ cum egregia monitione leguntur apud Gregorium Nazianzenum oratione in Sanctum baptiſma, modicis hiſce verbis. [ Vnguentum illud noſtra cauſa exhauſtum odoremur, ſpiritali modo illud accipientes, atque ab eo ita efformati, & commutati, vt ex nobis quoq; ſuauis odor affletur.] Quibus talem ſignificare videtur ſenſum, vt ſicut vnguentum effuſum ſuauius fragrat, atq; ea, quibus admouetur, ſuaui odore perfundit: Eodem quoq; modo Dominus poſtquam noſtræ ſalutis cauſa exinanitus eſt, cognitione ſui, velut quodam odore vniuerſum orbem impleuerit: Vel etiam in baptiſmo per vnctionem olei ſancti ſpecialiter in nos Spiritum Sanctum effuderit, atque hinc à nobis ſpiritualiter accipi neceſſe eſſe, hoc eſt, vt beneficia, ab eo in nos collata ſentiamus, & in primis gratiam Spiritus Sancti, atque ab eo adeo efformemur, atq; in alteram qualitatem migremus, vt ipſi quoque ſuauis odor ſimus, ac de nobis dici queat, odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.

*Greg. Nyſſ. Diuinitatis vnguentum & Dei natura nominari nequit aliunde, quã ex eius effectibus. Simile.*

Tertia exponendi ratio ſubtilis, atque perpulchra eſt Gregorij Nyſſeni Hom. 1. in Cant. qui per hæc arbitratur ſignificari Deũ talem eſſe, vt ſuperet omne nomen, neque vllum nomen Theologicum excogitari à quoquã poſſe, quod naturam, & excellentiam eius explicet: Sed ex quibuſdam illius veſtigiis, & effectibus eius quodãmodo odore percepto, ea illi tribui nomina iiſve nominibus exprimi, quibus à Theologis dicitur, ſapiens, bonus, ſanctus, & cætera huiuſmodi: quemadmodum euenire ſolet in vnguẽto iam effuſo, quod eatenus nominamus, quatenus ex reliquiis, & odore in vaſe, è quo euacuatum vnguentum eſt, ipſius vnguenti percipimus naturam, tametſi haud attingamus vnguenti ſubſtantiam.

Quodcunque enim, inquit, nomen fecerimus; quo cognoſcatur vnguentum tuæ diuinitatis, per eorum, quæ dicuntur, ſignificationem, non ipſum ſignificamus vnguentum, ſed paruas alias reliquias vaporis boni, diuini odoris Theologicis nominibus indicamus. Et paulo poſt ſubdit. Et omnia nomina illa, quibus Deum dicimus ſapientem, potentem, beatum, iudicem, Saluatorem, &c. modicam quandam indicant diuini vnguenti qualitatem, quam vniuerſa creatura per ea, quæ cernuntur, miracula inſtar vnguentarij cuiuſdam vaſis in ſe impreſsit.

*Euſebius Cæſar. Filius Dei nominari non poteſt, niſi nomine deſumpto à communicatione bonitatis ſuæ ad creaturas.*

Ad hæc quoquo pacto reduci & ea poſſunt, quę aſſeruntur ab Euſebio Cæſarienſi li. quinto de demonſtratione Euangelica, cap. 1. vbi inquit, filium Dei eſſe fragrantiam Patris, vt ſecundum exquiſitam rationem neque dici à nobis, neque colligi poſſit cogitationibus. Tametſi vnguentum euacuatum dicatur, quia euacuationem, & effuſionem bonitatis ſuæ vniuerſis communicauerit creaturis.

*Bernard. Ieſu nomen oleum effuſum, idemque & infuſum & effuſum.*

Quarta denique exponendi ratio eſt Bernardi, qui de mellifluo nomine Ieſu hæc dicta accipiens.

Primum ſermon. 14. in Cant. circa finem, oſtendit quomodo Iudæi habeant hoc oleum nominis Ieſu, non tamen effuſum, ſed clauſum in vaſe Codicum

A Sacrorum, ita vt eo minime vngantur, nec eius percipiant fragrantiam.

Secundo in ſerm. 15. pręmittens, in aduentu Chriſti nomina quæ diuinam maieſtatem ſignarent, effuſa in nomina pietatis, idque declarans à medio ſermonis, vſque ad finem, eloquentiſſime explicat, quã apte nomen Ieſu comparetur oleo, cum æque ac oleum, lumen foueat, cibet, vnget, & ſanat.

Tertio ſerm. 18. oſtendit, cum hoc nomen ſit infuſum, & poſtea effuſum: Infuſum quatenus intus ſolidat ad ſalutem per virtutes, quæ dantur nobis propter nos, vt ſaluemur: Effuſũ vero, quatenus foris quoque muneribus ornat ad lucrum, vt per ea proximis

B prodeſſe poſsimus, infuſum præcedere.

---

## *Ex* Verſ. III. cap. I. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

25 Litteræ quidem ſonus eorum, quæ hic dicũtur, per ſe apertiſsimus eſſet, ſi ſuperiorum verborum ſẽſum primum tãtummodo attuliſſemus, ſed quia, præ-

C ter primum addidimus & ſecundum, nonnihil in ſe habet difficultatis: cum non appareat, quonam pacto, iuxta vtrunque ſenſum cum verbis iis, *Oleum effuſum nomen tuum*, poſſint cõnecti, quapropter duplicẽ ipſa quque neceſſe eſt habeant intellectum, qui in duplici particulæ *ideo* acceptione fundetur.

*Ideo duobus modis accipi in Scriptura*

Sciendum eſt itaque particulas iſtas *ideo* & *propterea* Hebraice עַל כֵּן ngal chen, duobus modis in Scriptura Sacra vſurpatas reperiri: primo & frequentiori, vt denotant effectum. Altero vero, vt denotant nõ effectum, sed cauſam, & ſic ſignificant cauſalitatem quandam, & ſtant pro altera particula (Quia) Pri-

D mi modi nihil eſt, quod hoc loco afferamus exempla, cum vniuerſæ Sacræ paginæ illis reperiantur plenæ.

Secundi vero modi, ac ſecundæ acceptionis, quæ rarior eſt, manifeſta habemus exempla in libro pſalmorum, primum in pſal. 44. a *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Vbi particula illa, propterea, ſiue ideo, haud denotat effectum, ſed potius efficientiam, & cauſalitatem quandam. Neque enim quia Chriſtus dilexit iuſtitiam, & odio habuit iniquitatem, ideo vnxit eum Deus, neque per hæc verba ſignificatur, dilectionem iuſtitiæ in Chriſto effeciſſe, vt vngere-

E tur per Verbi vnionem, vel per gratiæ plenitudinem, cum Chriſtus ab inſtanti Conceptionis vnctus fuerit, antequam vllum exercuiſſet iuſtitiæ actum, per quem cauſata fuerit talis vnctio, quove ipſam vnctionem mereri potuerit. Imo è contra per dictam vnctionem effectum eſt, vt Chriſtus immutabiliter diligeret iuſtitiam, & odio haberet iniquitatem, prout egregie aſſerit Athanaſius oratione ſecunda contra Arianos poſt medium: ſicque in verbis Prophetæ particula, ideo, & propterea, iuxta expoſitionem Athanaſij talem denotans cauſalitatem, iſtiuſmodi reddit ſenſum: *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ*, im-

*a Pſ. 44. 8.*

*Athanaſ.*

F mutabiliter, non ſicut cæteri hominũ, *propterea*, id eſt, quia, *vnxit te Deus*, &c. Et in eodem pſalmo 44. b *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ.* Neque enim Chriſtum ideo benedixit Deus in æternum, quia diffuſa erat gratia in labiis eius: Sed ideo potius diffuſa eſt gratia in labiis eius, quia illum Deus benedixerat. Sic in Pſalm. 41. c *Ad me ipſum anima mea conturbata eſt, propterea memor ero tui de terra Iordanis*, &c. Non quia ad me ipſum anima mea cõturbata eſt, & ideo memor ero tui, ſed quia memor ero tui, ideo ad me ipſum anima mea conturbatur. Sic Gen. 38. d Iudas de Thamar confitetur, quod ſe iuſtior fuerit, propterea inquit (vt eſt in Hebræo) non tradidi

*b Pſ. 44. 3.*

*c Pſ. 41. 7.*

*d Gen. 38. 26.*

eam

eam Selæ filio: Non enim illam ideo Selæ filio ſuo nō tradidit,vt ſe iuſtior eſſet,ſed ideo iuſtior fuit,quia nō tradidit illam Selæ filio. Quod expreſsit Vulgata, legens,Quia non tradidit eam, &c.

Primus ſenſus.

Si ergo in verbis hiſce, *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*: particulam eam primo modo ſumamus, planus eſt ſenſus, iſque communis, optime cum præcedentibus, iuxta primum ſenſum intellectis, congruens, nempe.

Paraphraſis.

Quia *oleum effuſum eſt nomen tuum*: quia tu tā bene oles,vt ipſum dicaris vnguētum, maximam redolens fragrantiam:*ideo* tanta odoris ſuauitate allectæ *adoleſcentulæ dilexerunt te*, in quo ſenſu manifeſte apparet, particulam *ideo* denotare effectum dilectionis, cauſatum in adoleſcentulis ab odore ſponſi.

Secundus ſenſus.

Quod ſi eandem particulam ſecundo modo accipiamus,vt denotat cauſalitatem quandam:tunc iſtorum verborum ſenſus, congruens cum præcedentibus,iuxta ſecundum ſenſum acceptis, talis erit.

Paraphraſis.

*Ideo* quia *adoleſcentulæ dilexerunt te, nomē tuum eſt illis oleum effuſum*,tantam ex nominis tui commemoratione percipiunt ſuauitatem, quanta ex ſuauiſsimo percipitur vnguēto effuſo.Quo ſenſu particula *ideo* cauſalitatem quandam dilectionis denotat in adoleſcētulis,cauſantis ſuauitatem,ac guſtum illum, quem ex commemoratione percipiunt nominis ſponſi,à ſe dilecti.Et plane quod hic dicitur ex rei natura ſumptum eſt, nam qui aliquem diligit, propterea quod illum diligit, maximam percipit ſuauitatem, cum de illo verba fieri intellexerit, atque ex amore reſultat guſtus ille:ſicque amor eſt,qui cauſat iſtiuſmodi dulcedinem.

Quoad originalem lectionem,vnum tantum breuiter notandum eſt:Vbi nos habemus *adoleſcentulæ*,in textu Hebraico eſſe dictionem עלמות ngalamoth: quæ dictio non ſignificat ſimplices adoleſcentulas, ſed adoleſcentulas virgines, & abſconditas ab hominum conſpectu. Circa cuius veritatis probationem multa hoc loco dici poſſent,quę tamen quia haud eſt noſtri muneris in his detineri,videri poſſũt apud Petrum Galatinum, longius de hac iſtius ſignificatione diſputantem.

*Petrus Galatinus lib. 7.cap.15.*

## *Ex* Verſ.III. cap.I. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.*

### EXPOSITIO II.

*De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia.*

26 Primus ſenſus. a Rom.10.13. *In nomine Ieſu quanta inſit vis.*

Commendans aliquando nominis Domini excellentiam Apoſtolus in epiſtola ad Romanos, iucundiſſimam illam affert propoſitionem, *a* Omnis qui inuocauerit nomen Domini,ſaluus erit:qua quidem ſignificat, tantam in Sanctiſſimo nomine Ieſu Chriſti eſſe vim, vt non modo polliceatur, ſed & efficiat ſalutem, quotieſcumque bene fuerit inuocatum: ac non modo Saluatorem iuxta propriam denotet etymologiam, ſed & ipſam ſalutem. At vero quia vnguentum ſanitatem conferre non poteſt, niſi effundatur: Nec quiſquam nomen Domini poteſt inuocare, niſi illud per prædicationem quodammodo effuſum fuerit,egregiam faciens gradationem, ſubdit.

Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt;aut quomodo credent ei,quem non audierunt?Quomodo autē audient ſine Prædicante? Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur?

*Simile. Fides præcedere debet dilectionem.*

Etenim quemadmodum ita natura conditi ſumus, vt appetitus noſter nil valeat eligere, niſi prius id cognitum habeat, quod ſibi complectendum ſit; atque adeo volūtati, (quæ à Philoſophis cæca dici ſolet)neceſſe eſt præeat lumen intellectus. Ita quoque diuina conſtitutum eſt prouidentia, vt ea, quæ ſuperant intellectum noſtrum, nec eligi nec amari à noſtra valeant voluntate, niſi fidei præceſſerit lumen,niſi per fidem ea à nobis cognita ſint,quæ debeant diligi.

*Simile.*

Ac veluti in naturalium cognitione animaduertimus, dignoſci nil poſſe ab intellectu, dum anima corpori eſt alligata, niſi per externos ſenſus id cognoſcatur prius, quod intelligendum ſit: niſi prius phantaſmata per ſenſus fuerint tranſmiſſa rerum earum,quarum intellectus ipſe proferre debeat cognitionem:Eodem modo nec fide quidpiam ex cæleſtibus, ſupernaturalibus, atque diuinis poſſumus intelligere, niſi prius, vel per intrinſecam reuelationem eius aliquam habeamus notitiam; *b Fides* enim, vt bene ab Apoſtolo definitum eſt.vbi ſupra.*eſt ex auditu*. Hinc eſt, quod Eccleſia volens commendare vim nominis Ieſu, ſimulque oſtendere, qua ratione illud ſalutem per fidem,atque dilectionem ſit operatum in Eccleſiis particularibus, quas propter nouam fidei ſuſceptionem, adoleſcentularum exprimit nomine,præpoſuit prius,*Oleum effuſum nomē tuū*, deinde ſubdit:*ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*:Statim enim,ac in Sacratiſſima Paſſione, cōfracto vaſe corporis Chriſti precioſiſsimū nominis Ieſu vnguentum effuſum eſt,ſimulque cum eo effuſa eſt gratia Spiritus Sancti, (vt ſupra explicatum eſt) illico Ieſu Chriſti Crucifixi fides per Apoſtolos prædicata eſt:illico tanti nominis virtus enituit.

b Rom.10.17.

*Poſt Domini mortem illico cœptum eſt prædicari nomē eius.*

Nam *c quia in Dei Sapientia nō cognouit mundus per Sapientiā Deum,placuit Deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes.*

c 1.Cor.1.21.

Quænā eſt iſta ſtultitia prædicationis, niſi prædicatio nominis Ieſu Chriſti ſuper Crucem effuſi? Declarans enim ſe ipſemet Apoſtolus, ſubdit.

*Nos prædicamus Chriſtum Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: Ipſis autem vocatis Iudæis,atque gentibus,Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapiētiam: quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.*

*Ibid.*

De hac Ieſu Chriſti Crucifixi prædicatione primitiua illa Apoſtolorum Eccleſia, ipſum alloquens redemptorem ſuum,*Oleum*,inquit, *effuſum nomen tuū*. ac ſi diceret.

Paraphraſis. *Per prædicationem Apoſtolorū ad fidem atque ad Dei dilectionem cōuerſus eſt mundus.*

Prædicare cœpimus ſalutem, quam mundo attuliſti,in Cruce pro nobis moriens,ſicq; per hanc prædicationem noſtram in vniuerſum orbem tui Sacratiſſimi nominis vnguentum effuſum eſt, illiuſq; diffuſus eſt odor,ac ſimul cum eo effuſa eſt & gratia, qua gentes ipſum nomen Sanctum tuum cognouerunt. Ideo enim adoleſcentulæ,ac particulares Eccleſię fidem tuam percipientes, crediderunt in te, nomenque tuum cōfitentes, dilexerunt te. Quod autem hoc ita ſit,ex eo, quod in Actibus Apoſtolorum legimus, manifeſtiſsime comprobatur. *d* Vt primum enim Petrus Apoſtolus poſt Spiritus Sancti effuſionem Ieſū Chriſtum prędicauit Crucifixum multitudini illi,quę ex diuerſis nationibus conuenerat: vt primum ea ratione vnguentum nominis Ieſu Chriſti effuſum eſt: illico circiter tria millia animarum Chriſti fidem percipientes baptizata ſunt in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum, & accipientes donum Spiritus Sancti dilexerunt illum. Sic quoq; ſtatim, ac idem Apoſtolus eodem pacto ipſum nominis Ieſu Chriſti effudit vnguentū in domo Cornelij: *e Adhuc eo loquente,cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes qui audiebāt verbum,baptizatiq; ſūt in nomine Domini Ieſu Chriſti,credentes in illum*: factaque eſt domus vna ex adoleſcentulis iſtis, de quibus hic dicitur quod dilexerunt Chriſtum propter vnguenti nominis eius effuſionem.

d Act.2.41

e Act.10.44.

*Eccleſiæ gentium, & animæ peccatrices quomodo dici poſſunt Virgines poſt conuerſionē.*

Notandum eſt autem primo in hac ſententia Eccleſias particulares, adoleſcentulas Virgines nuncupatas,non tam quia pudicitiam,ac fidem vni Deo iugiter ſeruarint, cum ante conuerſionem vna cum idololatria in impudicitiarum cœno inſtar meretricū reuoluerentur, quam quia poſt conuerſionem à Deo ſint ardenter amatæ,ſoliciteque ſeruatæ, nec non & propter eximiam pulchritudinem,ornatum, ac opes

ſpirituales, iuxta vulgatã ſacrarũ litterarũ conſuetudinẽ, in quibus ad ſignificandã ciuitatẽ, aut nationẽ ardẽter amatam, virginis nomẽ vſurpatur, ſicut ad ſignificandum eiuſdem pulchritudinem, ornatum, & opes, propter quæ ſit valde optabilis, ſic de Ieruſalẽ dicitur. *f Deſpexit te, & ſubſannauit te Virgo filia Sion. Et cecidit: nõ adiiciet, vt reſurgat Virgo Iſrael*, de populo Iſraelitico. Quin & de Babylone: *g Deſcende, ſede in puluere Virgo filia Babylon*. Adde quod etſi ante conuerſionem, multipliciter fornicatæ fuerint, ita tamen poſt conuerſionem per diuinam purificatæ ſunt gratiam, vt caſtiſſimæ, ac puriſſimæ Virgines dici potuerint, tales eas illo exhibente, qui ipſas ſibi elegerit in ſponſas, prout ab Apoſtolo Epheſiorum Eccleſiæ ſignificatum eſt, cum diceret, *h Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſemetipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mũdans eam lauacro aquæ in verbo: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt Sancta & immaculata* Vnde factum eſt, vt Eccleſiæ Corinthiorum ab eodem Apoſtolo diceretur. *i Æmulor enim vos Dei æmulatione: Deſpondi enim vos vni viro, Virginem caſtam exhibere Chriſto.*

f Eſa. 37. 22 Amos 5. 2. g Eſa. 47. 1 h Epheſ. 5. 25. i 2. Cor. 11. 2.

Notandum ſecundo, Spiritum Sanctum per os ſponſæ congruentiſſime locutum, quando cum iuxta allatũ ſenſum debuiſſet dicere, *Ideo adoleſcentulæ crediderunt in te*, dixit potius, *adoleſcentulæ dilexerunt te*: ſiquidẽ cum per Apoſtolorum prædicationem, non modo audientium intellectus per fidem illuſtraretur, ſed etiam eorundem voluntas per dilectionem inflammaretur; quatenus vna cum prædicatione ſæpius à Deo ſuper eos, qui audiebant, Spiritus Sanctus effundebatur, prout k in domo Cornelij factum retulimus ex Actibus Apoſtolorum, Eccleſia Sancta volens commendare excellentiam nominis Ieſu Chriſti, eiuſque prædicationis virtutem oſtendere ex effectibus; illũ vnum enumerat eorundem effectuum, qui inter omnes eſſet præſtantior, & in quo vno reliqui includerentur omnes, nempe dilectionem. Adde quod, cum dilectio ſit quodammodo anima fidei, ita vt fides ſine illa, per quam moueri, ac operari poſſit, cenſeatur mortua, dum commendabatur Eccleſiarum, vel animarum fides, quaſi effectus prædicationis nominis Ieſu Chriſti, & effuſionis Spiritus Sancti, rationi cõſonũ erit, vt talis ea eſſe oſtenderetur, qualem perfectam, atque formatam eſſe, neceſſe eſt; atque adeo dictũ. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*, quo ipſa fidei anima ſignaretur. Hæc quoad primum ſenſum. De ſecundo vero, quæ dicẽda eſſent, in tertiam expoſitionem, quæ eſt de anima, reiecta reperies.

k Act. 10. 44. *Quare dictũ ſit, dilexerũt te, cum dici debuerit, crediderunt in te.*

## Ex Verſ. III. cap. I. *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.*

### EXPOSITIO III.

*De ſecunda ſponſa, quæ eſt pia Anima.*

28 EXploratum ſane eſt vniuerſis, ex iis tum demum vnamquamq; rem commendari aptius, ex quibus potiſſimum eius dignoſcitur præſtãtia; ideoque cum ex effectibus ſingula diiudicentur, congruentiſſime Anima Sancta poſtquam Chriſtum dilectũ ſuum ex ſuauiſſimo eius nomine commendauit, poſtquam ipſum eius nomen, effuſo comparauit vnguento, addit & alteram eiuſdem nominis eius commendationem eximiam, ex præſtantiſſimo illius deſumptam effectu, dicens. *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te*. Per quam quidem duo egregie confirmat, quæ ſubobſcure in verbis iis (oleum effuſum nomen tuum) indicarat.

*Charitas noſtra eſt à charitate Dei, & Chriſti.* a Io. 4. 10.

Primum, quod omnis noſtra dilectio ſit à dilectione illius. a[*In hoc enim eſt charitas*, iniquit dilectus Diſcipulus, *non quaſi nos dilexerimus Deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris*]Ex eo autem, quod ipſe prior dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis factus Ieſus, ac Saluator noſter: ex eo, quod nomen iſtud Ieſus in ſacratiſſima Paſſione factum eſt vnguẽtum effuſum (vt declaratum eſt) ſingularis iſte dilectionis effectus productus eſt in animabus, & adoleſcentulæ dilexerunt Ieſum ſuum.

Alterum eſt quod dilectio noſtra eatenus eſt à Chriſto, qui prior dilexit nos, & diligendo nos, cauſauit in nobis mutuam in ipſum dilectionem, quatenus is effundens vnguentum nominis ſui, gratiam quoq; in nos effundit Spiritus Sancti, per quam vniuerſa producitur charitas, iuxta illud Apoſtoli. *b Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.*

*Charitas noſtra producitur à gratia, quæ nobis confertur.* b Rom. 5. 5

Non dixit ſimpliciter ſponſa, *Ideo ergo dilexi te*, ſed: *Ideo dilexerunt te*, tripliceṁque ob cauſam de aliis piis animabus id potius aſſeruit, quàm de ſemetipſa. Primo, vt magis pateret vis eiuſdem nominis eius, quippe quod effuſum, non in vna tantum, ſed in innumeris fidelium animabus præcipuum iſtud charitatis produxerit effectum: *c Ignem veni mittere in mũdum, & quid volo, niſi vt ardeat*: & cũ ad Patrem preces funderet: *d Notum feci eis nomẽ tuum, & notum faciã, vt dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis*. Secundo, vt oſtẽderet, ſe maiori impetu allici ad Chriſtum diligendum, cum videret etiam eas, quæ in vita ſpirituali adhuc adoleſcentulæ eſſent, quæve adhuc in incipientium gradu reperirentur, ob ſuauiſſimi vnguenti effuſionem in Saluatorem ſuum charitate affectas. Ac tertio, vt notam faceret ſummam, quæ inter ſanctos eſt, bonorum omnium participationem: Cum enim ſingulæ animæ membrum ſint myſtici illius corporis, quod ex animabus omnibus eſt compoſitũ, profecto ſingulæ participes ſunt bonorum omnium, quæ ab vniuerſis fiunt, & omnes quoque participant de quolibet bono opere, quod ab vnaquaq; fuerit factum: ſic ergo quæ ſe tam arcta charitatis vnione cũ vniuerſis fidelibus recolit iunctam, inquit, *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*. & cũ adoleſcentulis ipſis ego quoque te diligo, quia *e Particeps ego ſum omnium timẽtium te, & cuſtodientium mandata tua.*

*Dilectionis aliarum, cur meminerit anima ſancta potius, quam dilectionis propriæ.* c Luc. 12. 49. d Io. 17. 26 e Pſ. 118. 63.

Non dicit autem, *Ideo vniuerſi dilexerunt te*: ſed nominat tantum adoleſcentulas dicens. *Ideo adoleſcẽtulæ*, ac virgines *dilexerunt te*: quod optime ſibi conſtet, animas illas, quæ inſtar adoleſcentularum ſimpliciores eſſent, quæve inſtar puriſſimarum Virginum eſſent à peccati labe puriores, & acutius percipere fragrãtiã vnguẽti effuſi, & facilius admittere gratiam, ac propterea vehementius ad Ieſum diligendum allici. Etenim quemadmodum vnguentum quantumlibet pretioſum haud æque ab omnibus percipitur, quamuis effuſum ad omnes tranſmittat odorem: quin ab iis nullatenus percipitur, qui per aliquam diſtillationem, vel per ægritudinem aliam obtuſum habent odoratum. Ad eos vero qui purum habẽt olfactum, ſuauiſſimam tranſfundit fragrantiam, quæ tanto à ſingulis ſentitur melius, quanto puriorem vnuſquiſque habuerit ſenſum: eodem pacto, & vnguentũ nominis Ieſu quamuis in vniuerſum terrarum orbem effuſum ſit, haud tamen æque ab omnibus percipitur illius odor: haud ad omnes beneficiorum ipſius trãſfunditur notitia: neq; enim ab iis, quorum per peccati immunditiam obſcuratum eſt cor inſipiens, notitia hæc percipi poteſt: Sed ab iis tantummodo ea dignoſcũtur beneficia, qui inſtar ſimplicium adoleſcentularum, ac puriſſimarum Virginum permanſerint in ſimplicitate, & puritate cordis. de talibus enim per Dominum dicitur. *f Beati mundo corde, quoniam ipſi Deũ videbunt.*

*Simplices, ac puri magis diligunt Deum, quia eum magis agnoſcunt, ac maiorem ſuſcipiunt gratiam. Simile.* f Mat. 5. 8.

At quamuis congruenter iuxta hunc primum eorũ, quæ hic dicũtur, ſenſũ ipſæ nominatæ ſint adoleſcẽtulæ, ac Virgines, multo tamẽ cõgruẽtius earundẽ 29
præſertim commemorationem factam intelligemus, ſi quæ hic dicuntur, ſumpſerimus iuxta ſecundum ſenſũ. Nã ſi hoc loco Anima Sãcta ſignificare voluit, idcir-

*Secundus ſenſus.*

*Diligenti Deum, quam ſuauis ſit commemoratio nominis eius.*
g 1.Cor.7.
*Simile.*

idcirco ſuauiſsimum,& inſtar vnguenti effuſi eſſe Ieſu Chriſti nomen, eiuſque memoriam, quia is diligatur, profecto nullum aliud perſonarum genus congruentius, quam Virginũ poterat nominari. g *Mulier* enim *innupta, & virgo*, vt ait Apoſt. *cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore, & ſpiritu*, quippe quæ Deũ pro ſuo elegerit ſponſo, totumque ſuum in Deum direxerit amorem. Ac veluti quæ aliquem magno amore proſequitur, ſumma perfunditur voluptate, cum illius recolit nomen, vel cum de illo verba fieri intellexerit, eodem pacto animæ, quæ inſtar Virginũ pro ſponſo Chriſtum elegerunt, cum Ieſum Chriſtum præ omnibus diligant, ingentem ex illius nominis commemoratione percipiunt ſuauitatem: maximaque perfruuntur dulcedine, cum de illo verba fieri ſenſerint, iuxta illud. h *Qui ex Deo eſt*, id eſt, qui Deum diligit, *verba Dei audit*. Nec mirum, nã ſi amanti nihil contingere poteſt ſuauius, quam cum præſens habet ſui amoris obiectum, quã cum præſentia fruitur eius, quem diligit: profecto ſequitur, vt eidem ſuauiſsimũ id omne ſit, quod illum ſibi repræſentet.

h Io.8.47.

*Dilectio eadem dici poteſt, cauſa, & effectus eiuſdem rei.*

Neque vero turbare quem debet, quod dilectio Chriſti dicatur cauſa ſuauitatis, quę ex illius nomine percipitur: cũ è contra, iuxta primum ſenſum explicatum ſit, in his ipſis verbis ſignificari ipſam ſuauitatem nominis Ieſu, eſſe cauſam dilectionis in Chriſtum, haud enim hoc nouum eſt, vt eadem dilectio in Deum dicatur, & cauſa, & effectus eiuſdem rei; nã & Dominus ipſe in celeberrimo illo Magdalenæ i Euãgelio, in duabus propoſitionibus aſſeruit, dilectionẽ eſſe tum effectum, tum cauſam remiſsionis peccatorum. k *Cui minus dimittitur, minus diligit* (en dilectionẽ effectuum remiſsionis) l *Remittũtur ei peccata multa, quia dilexit multum*, (en quomodo eadẽ dilectio eſt ipſius remiſsionis cauſa.) ac quemadmodum vtrumque horum verum eſt, quia (vt bene inquit Caietanus) dilectio eſt cauſa perficiens remiſsionem, & remiſsio eſt cauſa diſponens, & prouocans ipſam dilectionem. Ita quoque vtrumque horum verum eſt; & quod ſuauitas, virtuſque nominis Ieſu ſit cauſa dilectionis adoleſcentularum in Ieſum, cauſa, inquam, agens, atque perficiens ipſam dilectionem, & quod eadem dilectio adoleſcentularum in Ieſum, quæ prius dicta eſt effectus, ſit etiam & cauſa ipſius ſuauitatis, quam adoleſcentulæ percipiunt in nomine Ieſu: cauſa, inquam, ex qua maiori acceſsione emanet dicta ſuauitas.

i Luc.7.
k Luc.7.47
l Luc.7.48.
*Caietanus expo. in Euangelium Lucæ.*

---

## *Ex* Verſ.III.cap.I. *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

30 *Primus* ſenſus. *Virginitas quare non fuerit in vſu in veteri teſtamento.*

VIrginitatem in veteri teſtamento haudquaquam ſeruari ſolitam, ſat nouimus. Cauſa vero, propter quam ab illis antiquioribus Sanctis adeo eximia virtus minime fuerit amplexata, tametſi aſsignentur complures, haud omnibus conſtat. Si tamẽ quod mihi videtur dicendum ſit: Hanc ipſam eius rei cauſam extitiſſe exiſtimarim, quod virtus iſta Angelica potius, quã humana pro eo ſeruanda eſſet tempore, quo Chriſtus ex Beatiſsima Virgine humanam aſſumpſiſſet naturam, & virginitatem ipſam in Maria fidei ſuę annulo deſponſaſſet. Neque enim rudi illi populo decens videbatur, vt mulier, quæ facta fuerat in adiutorium viri, quæve poſt Euę peccatum ſub viri poteſtate conſtituta fuerat, abſq; viro vitam degeret, cui niteretur, quemve diligeret. At vero cum Chriſtus factus eſt homo, ita vt vnaquæque puellarum pro dilectiſsimo ſponſo eũ poſſet accipere: tunc Virginitatis hortus excoli cœpit: tunc immenſus ſurrexit Virginum chorus: Tunc maximæ Virginum cateruæ Ieſum dilexerunt: hocque illud eſt, quod per primam ipſam Virginem hoc loco ſignificatur verbis hiſce, *Oleum effuſum nomen tuũ, Ideo Adoleſcentulæ, ac Virgines dilexerunt te*: ac ſi diceret.

Paraphraſis.

Quia tu ex me Virgine carnem ſumens, factus es talis, vt nominari queas vnguentũ, in vniuerſum orbem effuſum: quia inſtar pretioſiſsimi vnguenti, quod conſtat ex vnione plurium aromatum, tu quoque cõſtans ex vnione naturæ diuinæ, atque humanæ, factus es Ieſus Chriſtus, Deus, & homo in vno ſuppoſito diuino: & quia in te omnes ita effudiſti, vt omnes te in ſponſũ accipere poſſent: *Ideo Adoleſcentulæ*, ac Virgines infinitæ *dilexerunt te* (præſertim pro futuro diligent te) vtpote qui ſis ipſamet pulchritudo: cuius nomen eſt ipſamet puritas: teque vnum eligẽt in virum dilectiſsimum, cui perpetuam ſeruent fidem: iuxta illud Apoſtoli. a *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtã exhibere Chriſto.*

a 2. Corint. 11.2.

---

## *Ex* Verſ.III.cap.I. *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica: Et ideo dilexerũt iuſti ambulare poſt viam bonitatis tuæ, vt poſſideant ſæculum hoc, & ſæculum venturum. 31

*Orig.*

Primum iuxta dramaticum ſenſum Origen.hom. 1.ex duabus, ſupponit, adoleſcentulas, ſponſæque ſodales nunc primo apparuiſſe, atque ab ſponſa fuiſſe conſpectas. Quando (inquit) illa ſponſi patrem rogabat, & ad ipſum ſponſum cominus loquebatur, nondum adoleſcentulæ aderant. In mediis vero precibus ingreditur adoleſcentularum chorus.

*Adoleſcentularum triplex genus.*

Porro diuerſitas expoſitionum Antiquorũ Patrũ, quibus vario modo hanc explicant ſentẽtiam; ex diuerſa prouenit acceptione vocabuli *Adoleſcẽtulæ*. Triplicem autem apud illos reperio eius nominis acceptionem.

*Diligunt Chriſtum animæ renouatæ per gratiam baptiſmi.*
*Ambroſ.* Caſsiod. *Greg.Papa. Beda.*
a Pſ 102.5.

Primo enim communiori ſenſu eæ intelliguntur Animæ; quæ per baptiſmi gratiam renouatæ ſunt. Ita Ambr.lib.de Iſaac.& Anima c.3.& lib.5.de ſacram.c. 2.Caſsiod.Beda, atq; Greg.Papa, expoſit. in Cãt. idẽq; Greg.lib.24.Moral. c.4. Cõfirmat hãc acceptionem Amb.ex illo Pſ.102. a *Renouabitur vt aquila iuuẽtus tua.* Notatque Caſſiodorus bene femineo genere has nuncupatas, quia animæ Sãctorũ, quo maioris fragilitatis ſibi conſciæ ſunt, eo amplius Chriſtũ diligunt.

*Adoleſcentulæ ſunt animæ quæ adhuc reperiuntur in gradu incipientium.*
*Anſelmus.*
*Aponius.*
*Philo Carp.*
*Iuſtus* Orgelit.

Secundo animas adhuc imperfectas intelligunt alij, adoleſcentularum appellatione ſignatas, & ex his quidam eas intelligunt animas imperfectas, quæ in ſtatu ſunt incipientium. Ita Anſelmus, fragiliores ait ſignificat, & teneros adhuc in fide, qui licet ex tẽporalibus adhuc conſolationem ſumant, Deum tamen dicuntur habere, quia illum ipſis temporalibus præponendum iudicant, quem tam dignum, tamque ſuauẽ ſentiunt. Et Aponius. Adoleſcentulæ, inquit, id eſt rudes adhuc ad credẽdum animæ. Idipſum & Philo Carpathius, & Iuſtus Orgelitanus, Eccleſias nouellas intelligens.

*Adoleſcentulæ dicũtur, & animæ, quæ ſunt in gradu proficientium.*

Alij vero eas intelligunt animas, quæ licet adhuc imperfectæ ſint, incipientiuum tamen gradum tranſgreſſæ, in gradu ſunt proficientium, eaſve Eccleſias particulares, quę inſtruũtur, & proficiunt. Ita Origenes hom. 1. ex quatuor, qui põderans, cur ſponſa, quę perfecta ſupponitur, dixerit: *Ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te, quia vnguentum exinanitum nomen tuum*, ait, per hæc indicari, quod niſi ſe exinaniſſet vnguentum, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuiſſet, niſi ſola fortaſsis ſponſa: quia vnguẽtum iſtud exinanitum non ſponſæ, ſed adoleſcentulis dilectionis dederit cauſam: ac ſi per hæc ipſa ſponſa talia diceret: Adoleſcentulę quidem propterea dilexerũt te, quia exinaniſti te de forma Dei, & factum eſt vnguẽtum exinanitum nomen tuum. Ego autem non pro exinanito vnguento, ſed pro ipſa vnguentorum pleni-

nitudine dilexi te,quia odor vnguentorum tuorũ ſuper omnia aromata.

Quibus conſona ſunt,quæ dicũtur à Ruperto Abbate his verbis. Niſi oleum effuſum fuiſſet: niſi Verbum caro factum eſſet, animæ imperfectæ auſæ non fuiſſent diligere Deum, imo nec auſæ fuiſſent illum audire,vnde & dicebant,Non loquatur nobis Dominus,ne forte moriamur.

*Bernardus.* Bernardus quoque ſerm. 19. in Cant.haud admodum diſpari ſenſu ait, hoc loco à ſponſa commendari fructum effuſi nominis Dei:quod propterea adoleſcentulæ dilexerunt illum: effuſum ſiquidem ſentiũt, quod integrum capere non valebant. Effuſio quippe (ait Bernardus)nomen facit captabile,captum amabile:Sed adoleſcentulis duntaxat.Qui capaciores ſũt, integro gaudent, effuſo non indigẽt: Angelica creatura irrepercuſſa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorum abyſſum multam,quorum ſummæ æquitatis ineffabili delectatione beata,gloriatur inſuper effectui ea nuncupari per ſuum miniſterium, ac palam fieri, & propterea diligit merito Dominum Chriſtũ.

*Adoleſcentulæ dicuntur animæ perfectæ. Greg.Papa. Phil. Carp. Theodorit. Greg.Nyſſ. Simile. Dilectioni Dei quæ animæ aptæ ſint.* Tertio demum ſunt, qui Adoleſcentularum nomine ſignificatas ſumunt,vel Eccleſias, vel animas perfectas idoneas ad generandam prolem Domino: ita Gregorius Papa libro 19.Moral.capite nono, Martyres inquit Philo Carpathius.Animas vero ſtrenuas & virili ſenſu præditas ait Theodoritus.Quę autem iſtæ ſint,quave ratione ſponſum diligant,explicat præ cęteris Gregorius Nyſſenus homil. 1. in Cant. hoc pacto. Queãdmodum amor materialis nõ attingit eos, qui adhuc ſunt in infantia: neq; eos, qui extrema cõfecti ſunt ſenectute:Ita etiã in diuina pluchritudine, qui eſt adhuc infans, & fluctuat, & omni vento doctrinæ circũfertur:& qui eſt vetus, & ſenio cõfectus, & non procul ab interitu, ad cupiditatẽ inueniuntur immobiles: ſola autem ea anima,quæ ſtatum tranſiit infantilem, & ad ſpiritualis ętatis florẽ peruenit, nec maculam accepit,aut rugã,aut aliquid huiuſmodi, & neque propter infantiam, caret ſenſu : neque ob vetuſtatem eſt imbecilla,quæ adoleſcentula hoc loco nominatur, ea diligit toto corde totiſque viribus illã pulchritudinem,cuius deſcriptionem,exemplumque & interpretationem non inuenit cogitatio.

Notandum, apud aliquos reperiri expoſitam hanc ſententiam,iuxta illam lectionẽ, *ideo Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.*Ita Bernardus ſermone decimo nono, in Cãtic.& Richardus de Sancto Victore lib.de gradibus charitatis parte prima,capite ſecundo.Quę tamen lectio haud conſentanea eſt originalibus Hebr. & Græcorum,nec reperitur apud quemquam bonorum codicum Latinorum, quamquam Eccleſia illam amplexata ſit in antiphona, qua cãtat:In odorem vnguentorum tuorum currimus, Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.

## Verſ.IV.cap.I. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorũ tuorum.*

### Expositio I.

*Iuxta Litteræ ſonum.*

PRopoſuerat in ſuperioribus Salomon ſponſam, præ dilectiſsimi ſponſi ſui amore languentem præque eiuſdem deſiderio animæ deliquium patientem;cui à ſociis vina offeruntur, & vnguenta, quorũ vel hauſtu recreare ſe poſſet, vel odore: Cum vero ab illa ea omnia, tanquam ſibi inſufficientia reiecta ſignificaſſet: vtpote quæ ab vnius dilecti ſui oſculis ſe refici poſſe exiſtimaret, cuius guſtus multo eſſet melior, quam vinum: cuius & odor vnguentorum vniuerſorum ſuperaret fragrantiam. Nunc in hoc quarto verſu perſiſtens in eodem actu, videtur inducere illaſmet adoleſcentulas, ac ſponſæ ſocias,quæ poſt oblata vina, & vnguenta, illam adhuc in terra iacentem propriis manibus nitantur erigere:

A quarum tamen opem ſponſa reſpuens,æque ac earũdem reſpueret vina, & vnguenta, dicat ipſas, nihil, quantumlibet nitantur, effecturas, cum pedibus cõſiſtere nequeat, viribus vniuerſis deſtituta: ab vno tantum ſe poſſe erigi, è cuius ſola præſentia tantas ſe ſperaret accepturam vires,vt non modo fortiter ſtare,ſed & illum vel volantem celerrime proſequi poſſit vna cum ipſis,quæ tãto ſtudio ſe niterentur erigere.Sicut autem in ſuperioribus & ſi ad puellas verba haberet:ob immenſam tamen amoris vim, quaſi non aduertens ſe cum illis loqui, verba direxit ad ſponſũ: Ita etiam hoc loco ait:*Trahe me:poſt te curremus in odorẽ vnguentorum tuorum.*ac ſi diceret. *Primus ſenſus.*

B Quid tanto ſtudio laboratis?quemadmodum odoribus veſtris recreari haud potui,ita nec manibus veſtris erigar. Iacebo viribus omnibus deſtituta: iacebo in terram proſtrata quoaduſque ipſe veniat dilectus meus,qui me ſua ſola erigat præſentia,qui me ita recreet ſuo amore, vt non modo meis conſiſtam pedibus,ſed & iucundiſsima eius vi tracta poſt ipſum ad odorem vnguentorum, quibus is præ omnibus eſt delibutus,curram,ipſum ſequens.Quinimo pro certo habeo, vos quoque vniuerſas ſuauiſsima vnguentorum eius fragrantia allectas, celerrimo curſu illum proſecuturas:Sicque poſt ipſum in odorem vnguentorum eius curremus omnes ſimul. *Paraphraſis.*

C Quo ad lectionum varietatem.Notandum primo, Septuaginta Interpretes, quod nos iuxta Hebraicum textum habemus, *trahe me*: legere εἵλκυσάν σε. id eſt *traxerunt te*: vel iuxta codices Regium, & Cõplutenſem εἵλκυσάν με, id eſt, *traxerunt me*: Quæ verba cum præcedentibus iungenda ſunt: Sicque ſi legamus, *traxerunt te* : prout habet Codex Romanus nuper emendatus,atq; Aldinus, & vt legunt Origenes, Ambroſius,Nyſſenus,Theodoritus,& alij,ſenſus hic erit, vt ſponſa ſignificet, eas ipſas adoleſcentulas traxiſſe ſponſum ad ſe, quæ illum dilexerant, quia oleum effuſum eſſet nomen eius. ac ſi dicat. *Secundus ſenſus.*

D Tam bene oles ô ſponſe, tamque amabilis es, vt adoleſcentulæ omnes te diligant,atque ad ſe trahere ſtudeant:vnde quid mirum, ſi ipſa cum omnibus ſociis meis poſt te curremus in odorem vnguẽtorum tuorum? *Paraphraſis.*

Quod ſi, iuxta aliam lectionem legamus, *Traxerunt me*: In duplici ſenſu hæc accipi poſſe videntur. Primo, vt ſint verba ſponſæ, quæ cum à ſociis ducta eſſet ad ſponſum:illico ſic eum affari incipiat, *Traxerunt me*,& cætera,ac ſi diceret. *Tertius ſenſus.*

Mihi quidem dilecte eras ignotus: neque enim adhuc vel tuum agnoueram nomen:neque tuam ſenſeram fragrantiam:at cum iam adoleſcentulæ dilexerint te,quia oleum effuſum nomen tuum,ab illis adoleſcentulis tracta & ipſa ad te ſum:illæ me traxerunt, quapropter iam ſimul omnes te ſequemur, in odorẽ currentes vnguentorum tuorum. *Paraphraſis.*

E Vel alio modo ſic,Cum præ tui deſiderio languẽs iacerẽ proſtrata: illæ ipſæ adoleſcentulæ,quę dilexerunt te opem mihi ferentes, traxerunt me ad te:ita vt iam omnes ſimul velociſsimo curſu te ſimus proſequuturæ in odorem vnguentorum illorum, quibus ſuauiſsime fragras. *Paraphraſis.*

Secundo, vt ſint verba ſponſi: qui cum à puellis ad ſponſam eſſet adductus, quæ præ illius amore lãguebat:ſtatim ac apparuit,ſic eam alloquutus ſit:*Traxerunt me.* quaſi diceret. *Quartus ſenſus.*

F En præſto ſum:compulerunt me puellæ: traxerunt me,non potui longius protrahere aduentum meum: cui ſponſa,quæ ex illius præſentia continuo ſpiritum ſumpſiſſet,animo erecta, reſpõderit, *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*Iã minime amplius iacebo, ſentio immẽſam fragrantiam tuam:quare poſt te curram ſimul cum omnibus ſociis meis in odorem vnguentorum tuorum. *Paraphraſis.*

Notandum ſecundo, diuerſimode ea, quæ hic dicuntur, diſtingui, ac legi ſolere, vulgo enim fere cõmuniter legunt, *Trahe me poſt te*, tum cõmate interpo-

poſito ſubdunt, *curremus in odorem vnguentorum*, quã diſtinctionem ſequutus eſt Ambroſius in libro de his qui myſteriis initiãtur: Iuſtus Orgelitanus, Aponius, Virgilius lib. 3. contra Eutichem Tomo Quarto Bibliothecæ veterum Patrum, Bernardus, & alij cõplures. Sed & Paraphraſis Chaldaica, hanc ipſam adhibens diſtinctionem, legit: Dixerunt iuſti illius generationis, Dominator totius ſæculi trahe nos poſt te, & curremus poſt viam bonitatis tuæ: Attamen bona lectio, alio pacto hæc ipſa diſtinguens, legit, *Trahe me:* & interpoſito cõmate, ſubiicit, *poſt te curremus in odorẽ vnguentorũ tuorum*, quam diſtinctionẽ manifeſte adhibuerunt Septuaginta: quam & ſequũtur omnes antiquiores Patres, atque etiam emendatiores Codices.

B Notandum Tertio, in Hebræo nequaquam haberi vltima illa verba, *In odorem vnguentorum tuorũ*: ſed ea à Septuaginta : ddita, etiam à noſtro Iuterprete retenta fuiſſe, vtpote quæ antecedentibus maxime cõgruerent.

## Verſ. IV. cap. I. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorũ tuorum.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

2 Celeberrima inter Theologos verſari ſolet quæſtio: fueritne ad reparationem humani generis ita neceſſarius Diuini Verbi in mundum aduentus, & Ieſu Chriſti paſſio, vt haud fuerit poſſibile, vel per ſimplicem creaturam, vel per alium modum id reparatum iri. Conſtantiſsima tamen omniũ definitio in eo ſita eſt, vt, quãuis innumeris aliis modis perfici id potuerit per abſolutam Dei potentiam, cum non ſit impoſsibile apud Deum omne verbum: Nihilominus, ſuppoſita Dei præordinatione, qua per Chriſti Incarnationem, ac paſsionem, tanquam per modum omnium congruentiſsimum ille præſciuit ab æterno, & prædeterminauit hominem redimendum, nulla reperiri potuerit creatura, nulluſque alius excogitari modus, quo id perficeretur. Hanc Dei præordinationem optime norat Eccleſia, quam & apud Eſaiam reuelatam videre eſt iis verbis: *a Prope eſt iuſtus meus, egreſſus eſt* (nempe ſecundum præordinationem æternam) *Saluator meus, & brachia mea* (in cruce ſcilicet extenſa) *populos iudicabunt: me Inſulæ exſpectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.* Norat & illud, quod neque ab homine, neque ab Angelo, ſed ab vno Deo incarnato, ipſoque dilecto ſuo ſaluanda eſſet, prout eidem Prophetæ reuelatum eſt, ac per eumdem apertiſsimis verbis iis prænunciatur, quibus in capite 63. pro eo, quod vulgata habent: Non eſt tribulatus, & Angelus faciei eius ſaluauit eos, & portauit eos, & eleuauit eos; ſecundum verſionem Septuaginta, dicitur: *b Non legatus*, neque Angelus, *ſed ipſe ſaluauit eos*, eo quod diligeret illos, & parceret eis, ipſe redemit eos, & ſuſcepit illos, & exaltauit. Quam lectionem ſequutos Antiquos Patres, & Concilia, eſſeque apud illos locum iſtum decantatiſſimum oſtenditur à Leone Caſtro in ſuis Commentariis ſuper Eſaiam. Circa quam tamen notandum, Sanctum Hieronymum in ſuis Comment. in Eſaiam animaduertere, in Hebræo non haberi ea prima verba, Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe ſaluauit eos, quæ ad rem noſtram faciũt. Nihilominus, ſalua ſemper Hieronymi reuerentia dicendum: ſi bene aduertantur, & perpendãtur ipſa Hebracia verba, Septuag. vertiſſe, quod in Hebræo legere, etenim in textu Hebræo ſic modo legitur : זמלאן פכון הןשועם לאער loluar vmalah panau oſcingham : porro Sept. prout bene aduertit citatus Leo Caſtr. pro dictione ער tzar, quæ ſignificat tribulationem, legerunt dictionem ציר tzir, quę ſignificat legatum, quod facillime fieri tunc potuiſſe, fuſius ille oſtendit: Sicque recte pro, non tribulatio, vertere, nõ legatus, tum bene ſequitur, neque Angelus, quod in Hebræo eſt, & Angelus, coniunctione (&) negatiue ſumpta, vt relata

*Reparatio generis humani non poterat fieri aliter quam per Chriſti Incarnationẽ & Paſsionẽ ſuppoſita Dei præordinatione.*

*a Eſa. 51. 5*

*b Eſa. 63.*

A ad negationem præcedentem. Dictionem vero פכון panau, quam Hieronymus, ſequens Hebræos, iungit cum Angelo, quaſi eius regimine, vertẽs Angelus faciei eius, Sept. verterũt αὐτὸς ipſe, prout & alias quoq; vertere conſueuerunt, vt Exod. 33. c verſ. 14. Vbi enim in textu Hebraico habetur פני panai, & Hieronymus habet facies mea præcedet te ipſi verterũt, αὐτὸς προπορεύσομαι σοῦ, ipſe præcedam te. Et in ſequenti verſ. quod in Hebræo eſt, Si nõ facies tua, Sept. verterũt, Si nõ ipſe tu ſimul eas, ſicut & ipſemet Hiero. Si nõ tu ipſe pręcedas. Ex quibus aduertere eſt, Sept. faciẽ accipere ſolitos pro perſona: ac ſi dicatur. Si non perſona tua propria præcedat: Et mea perſona propria præcedet, & hoc pariter loco, quem præ manibus habemus: & ipſe in perſona propria ſaluabo eos, prout etiam vox Græca προσώπου & pro facie, & pro perſona ſumi ſolet. Hæc fuſius fortaſſe circa allatam Eſaiæ ſententiam, at non abs re, cum locus is ſit celeberrimus, maximeque congruens cum iis, quæ vnico verbo, ſententiaque præciſa, *Trahe me*, indicantur potius quam exprimuntur ab Eccleſia, quæ ſicut in pſalmo quadrageſimo tertio, cum genus humanum per peccatum in terram deiectum animaduerteret, tam anxie ad Deum, à quo ſolo erigi ſe poſſe ſperabat, clamauit, dicens, *d Quoniam humiliata eſt in puluere Anima noſtra, conglutinatus eſt in terra venter noſter: Exurge Domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum*: Sic & nunc quoque in hoc Cantico in terram proſtrata præ deſiderio Incarnationis diuini Verbi, à quo vniuerſam humanam naturam è terra ſuſcitandam ſperabat, nedum per præcedentia (vt viſum eſt) omne vel hominum, vel Angelorum miniſterium, opemque, & auxilium reſpuit, ſed & per ea, quę hic dicit, *Trahe me, &c.* adhuc viribus deſtituta iacens, ad illum ipſum exclamans ſolum, cuius etiam vnius tanto ardore efflagitat oſculũ. Trahe me, inquit, tu, quia haud trahere me poteſt Angelus aliquis, nec eleuare iacentem me poteſt quiſquam hominũ, ſi tu me erexeris, poſt te curremus, &c.

*c Exod. 33. 14.*

*d Pſ. 43. 25*

3 Valde autem perpendendum eſt, quod ſponſa optans, ac petens, ſe per diuini verbi Incarnationem erigi, non ait ſimpliciter: *Erige me*, vel, *præbe mihi auxiliũ*, aut, *porrige mihi manum*, prout ab iis dici ſolet, qui in terra iacentes alterius opem implorant. Sed maiori cum emphaſi, inquit, *Trahe me*: Neq; minori indigent conſideratione ea, quæ illico ſubiicit: *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

Primo enim vtitur hac voce, *Trahe me*: quia ſicut id quod ab aliquo trahitur, motũ ab eo habet, à quo trahitur. Ita quoq; & humana natura, dũ à peccato per Chriſti Incarnationẽ erigenda erat, & per Ieſu Chriſti ſanguinem redimenda, vniuerſam redemptionem, ſicut motum ad iuſtitiam, ac iuſtificationem ab ipſo ſuſceptura erat, qui eam per primæ gratiæ exhibitionem à peccato, atque è terra traheret abſque vllis operibus, vel meritis eius. prout bene ab Eſaia prophetatũ habemus his verbis: *e Excutere de puluere, cõſurge, ſede Hieruſalẽ, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venũdati eſtis, & ſine argẽto redimemini. Propter hoc ſciet Populus meus nomẽ meũ in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſũ.* Et Apoſt. *f Iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiationẽ per fidẽ in ſanguine ipſius ad oſtẽſionem iuſtitiæ ſuæ propter remiſsionẽ præcedentiũ delictorum.*

*Redemptio noſtra facta eſt abſque meritis noſtris, ſicut & prima iuſtificatio.*

*e Eſa. 52. 2.*

*f Ro. 3 14.*

Bene vero ſtatim, ac dixit, *Trahe me*, ſubintulit. *poſt te curremus in odorẽ vnguentorum tuorum*, quia etſi hominũ redemptio ſit mere à Chriſto: etſi erectio atq; prima erectio à peccatis ſit abſque vllis operibus, ac meritis noſtris, vſus tamen ipſius iuſtificationis, eiuſque effectus nõ ſolũ eſt à Chriſto, ſed etiã à nobis, atque à noſtro libero arbitrio, per quod Chriſti cooperamur redẽptioni, vnde Apoſtolus. *g Adiuuãtes*, ait, *exhortamur ne in vacuũ gratiã Dei recipiatis, ait enim tẽpore accepto exaudiui te. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, nemini dãtes vllã offenſionem, vt non vituperetur miniſteriũ noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in mul-*

*Iuſtificationis vſus eſt à Chriſto & à nobis.*

*g 2. Cor. 6. 1*

in multa patientia, &c. Et longius in ſua prima Canonica Apoſtolus Petrus. *h Propter quod ſuccincti lumbos mẽtis veſtræ, ſobrij, perfecti ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiã in reuelatione Ieſu Chriſti, quaſi filij obediẽtiæ non configurati priorbus ignorantiæ veſtræ deſiderijs: ſed ſecundum eum, qui vocauit vos ſanctum, & ipſi in omni conuerſatione Sancti ſitis, quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum, &c.*

h 1. Pet. 1. 13.

Paraphraſis.

Sic itaque *poſt te curremus*, inquit Eccleſia ad Chriſtum, ſi traxeris me per redemptionem ſanguinis tui, cooperantes multiformi gratiæ tuæ. Neque enim vna ſola eſt gratia, quam per Chriſti redẽptionem ſe ſuſcepturam confidit, ſed multiplex, & ideo ait: *In odorem vnguentorum tuorum*, ad quorum odorem, B atque fragrantiam non modo ſe ambulaturam, ſed & celerrimo curſu illum ſe ſecuturam promittit: indicans ardens, quo eius redemptioni cooperatura ſit, ſtudium, vt poſſit comprehendere, quod ſibi propoſitum eſt, brauium æternæ hæreditatis.

*Redemptio noſtra à Chriſto facta eſt virtute maxima.* *Simile.*

Secundo non dicit Eccleſia ſimpliciter: *erige me*, ſed, *trahe me*: ad exprimendas maximas vires, quibus à Chriſto è peccati limo extrahenda foret: Quemadmodum enim cum quidpiam graue è terra eleuandum ab aliquo ſit, maximo conatu, magniſq; viribus trahi id ab eo neceſſe eſt: Pari ratione humana natura, ſuper qua ſicut onus graue grauata erant peccata, cum per Chriſti erigenda eſſet Incarnationẽ, & paſſionem, maximis profecto viribus erat ab illo pertrahenda, & idcirco Eccleſia bene inquit, *trahe me*, vt iuxta Apoſtoli deſiderium, *i omnes ſcirent, quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis Chriſti in eos qui credunt, ſecundum operationem potentiæ virtutis eius.* Et quoniam quando vires trahentis ſuperant pondus eius, quod trahitur, nedum ſimpliciter id mouetur attractum, ſed & celerrimo curſu per immenſam mouetur virtutẽ prout quotidie in iis, quę vi magna ante oculos noſtros mouentur, experientia comprobamus: bene quoq; poſtquam dixit: *trahe me*: ſubdit: *poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*: ac ſi diceret.

i Eph. 1. 19

Paraphraſis.

Si tu me tua immenſa traxeris virtute, per ipſam virtutem tuam particeps ero gratiarum tuarum: Sicque curremus omnes in odorem, ac participationem vnguentorum, cum enim per fragrantiam talium vnguentorum *k* dilataueris greſſus meos, ita vt non ſint infirmanda veſtigia mea, tunc viam mandatorum tuorum curram, quia dilatando greſſus, vireſque exhibendo pedibus meis, dilatabis quoque & cor meum.

k Pſ. 118. 32.

*Humana natura erigenda erat à Chriſto per Crucem tanquam per trochleam.* l Cant. 8. 5. m 1. Pet. 2. 14. *Simile.*

Vtitur tertio Eccleſia hoc verbo *trahendi*, quod ſciret, ſe à Chriſto erigendam per crucem, veluti per trochleam quamdam, recolens, id ſibi ab ipſomet ſponſo ſuo pollicitum, cum in hoc cantico diceret: *l Sub arbore malo ſuſcitaui te. m Dominus noſter* (vt ait Apoſtolus) *peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ, vt peccatis mortui, Iuſtitiæ viuamus*: Sic igitur cũ id, quod per trochleam mouetur, vel eleuatur proprio verbo trahi dicatur. Et ipſa ſponſa, propriam ſeruans locutionem, inquit, *trahe me*: quemadmodũ etiam ab ipſo Redemptore noſtro, cum iſtiuſmodi prenunciaret erectionem, hoc ipſum ſeruatum videmus, cum crucis lignum aſcenſurus dixit: *n Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.* Quia vero quod trochlea trahitur, velociſsimo curſu trahi ſolet: cum trochleã ipſam currentem proſequi compellatur, idcirco bene Eccleſia Sancta poſtquam dixit, *Trahe me*: alludens ad prædictum erectionis modum, ſubdit: *poſt te curremus in odorem vnguentorum.* Quomodo curremus? violenterne compulſi, crucis machinam ſequi, prout fieri ſolitũ diximus, an vero libere, & noſtra ipſa nos propellente voluntate? Curremus (ô rem mirabilem) & libere, non modo haud renitentes, ſed & cum ſumma oblectatione poſt ipſum nos propellentes, qui per crucem nos trahet: & ſimul quoque curremus ſuaui violentia, compulſi quodammodo ab odore vnguentorum illius, à virtute nimirum gratiarum, quas ex illo, in cruce pendente percepturi ſumus,

n Io. 12. 32.

*Sequimur Chriſtum libere, & compulſi ab illo tracti.*

A eo fere modo tracti, quo per erectum vexillum, ſeu ab erecto vexillo trahuntur milites, & liberi, & compulſi: quod egregio intellectu ſignificaſſe videtur ipſe, qui tanquam vexillum erigendus in cruce, in præcitata ſententia dixit: *o Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*, omnia, ſcilicet rationalem creaturam, quaſi exercitum vexillo ipſo traham, vtens verbo trahendi eo ſenſu, quo & in libro Iudicum *p* Debbora dixit Barac: *Præcepit tibi Dominus: Vade & duc exercitum in montem Thabor*: vbi in Hebræo pro *duc exercitum*, eſt ומשכת vmaſciahta, & trahes in montem Thabor.

*Simile.* o Io. 12. 32. p Iud. 4. 9.

Quarto hoc *trahendi* verbo vtitur Eccleſia, quoniã ſciebat, Chriſtum Dominum carnem ſumpturum, non tantum vt humanam naturam à peccato erigeret, ſed etiam, vt eamdem ad veri Dei cognitionem eleuaret, ac de cœleſtibus erudiret. Quemadmodum enim bonus magiſter, videns imbecilliores diſcipulos altiora capere minime poſſe, ad minutiora ſeſe dimittens, ex facilioribus trahere illos dicitur ad altiora, ac difficiliora: Eodem pacto & Chriſto magiſtro optimo *Trahe me* dicendum ab Eccleſia fuerat, vtpote qui homines per ea, quæ eorũ ſenſibus obiiciebat, ad ſublimiſſimam tracturus erat Dei cognitionem: Quia enim (vt præclare inquit Athanaſius) homines ſeſe auerterant à contemplatione veri nu- C minis, & tamquã in abyſſum profundiſsime demerſi, humi oculis defixis in generatione, rebuſq; ſenſibilibus Deum requirebant, hominum mortalium, & Dæmonum ſimulachra effigiẽtes, ideo hominum amator Deus, & communis omnium Saluator, ac Dei Verbum corpus ſibi aſſumpſit, homo inter homines verſaturus, vt hominũ ſenſus præoccuparet, quibus perſuaſum erat, in rebus corporeis Deum conſiſtere, quo ex rebus, quas miniſterio corporis geſturus erat, veritatem intelligerent: atque ita cogitatione ſua ad Patrem aſſurgerent: vt ſiue rerum naturam admirabundi ſpecularentur, viderent illam ipſam, quaſi D proteſtari, Dominum rerum Chriſtum eſſe: ſiue circa homines animo, contemplationeque hærerent, vt eos Deos arbitrarentur, ex Chriſti Saluatoris tamen cum aliorum operibus comparatione, eum ſolum inter homines Saluatorem eſſe, Deique filium, conſtaret, cum nihil rerum geſtarum talia apud alios reperirent, qualia in actis Verbi Dei conſpicerent: Siue præoccupati perſuaſione ad dæmones ſe conferrent, animaduertentes, eos à Domino fugari, ſtatim ratiocinarentur, eum, qui hæc fecerit, ſolum eſſe Dei Verbũ, ac dęmones omni diuinitate carere: Quod ſi eorum animus circa mortuos defigeretur admiratione, vt eos quaſi heroas colerent, aut ex genere eorũ E Deorum eſſe putarent, quales apud Poetas inuenias: ſtatim tamen modo reſurrectionem Saluatoris ante oculos ponerent, confeſſuros illos falſos eſſe, Chriſtum autem verum Deum eſſe, vtpote mortis ipſius debellatorem. Poſtulans itaq; Eccleſia hanc corporalem Chriſti præſentiam, hancque ſapiẽtiſſimi Præceptoris ſui demiſſionem, dicat, *Trahe me.*

*Chriſtus carnem ſumpſit, vt geſtis corporeis traheret homines ad Dei cognitionem.* *Simile.* *Athanaſ. lib. de Incarnatione Verbi Dei.*

4 Paraphraſis.

Veni videlicet in carnem, atque ab iſtis rebus corporeis, quas imbecillioribus per tuã exhibebis præſentiam, *trahe* vniuerſum mundum ad veri Dei cognitionem, tuiſque virtutum præclare geſtis *trahe me*, ſic enim *curremus omnes in odorem vnguẽtorum tuorũ*, ad- F orantes tuam Sanctam diuinitatem, teque ex notitia tuorum præclare geſtorum, quorum fragrantia per vniuerſum terrarum orbem effũdetur, imitabimur, ſequemurque exultationem ad currẽdam viam, virtutis viam currentes.

*Chriſtus quomodo velociſsime traxerit ſecum homines, veniens in mundum.* q Pſ. 18. 7.

Egregie autem Dauid propheta deſcribens Chriſti Domini aduentum, eiuſque velociſsimum curſum, modum nobis ſubindicat, quo ille in hunc mundum adueniens, homines velociſsimo quoque curſu traxit ad cœlos: Ait enim, *q Exultauit, vt gigas, ad currendã viã, à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius.* Siquidem venit hilariter, venit cum lætitia, & exultatione: venit vt gigas, & fortis

A fortis ad currendam præſentis vitæ viam abſque vlla defatigatione; venit cum tanta fortitudine, vt non ſolum ipſe cucurrerit, verumetiam vniuerſum ſecum traxerit orbem: Non ſecus ac fortiſſimus gigas, qui tantis polleat viribus, vt complures celerrimo curſu poſt ſe trahere queat. *A ſummo cœlo egreſsio eius*: venit à ſummo cœlorum habitaculo, & deſcendens in mundum, tanta per mundum ipſum bene agendo, ac fortiter patiendo cucurrit celeritate, vt *occurſus eius* fuerit *vſque ad ſummum eius*, ſcilicet cœli, vt de terris aſcenderit ad ſummam cœlorum celſitudinem, prout ipſemet teſtatum reliquit, cum diceret, r *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem, &c.*

Simile.

r Io. 17. 28

Simile.

B Sed certe cucurrit, vt Gigas fortiſsimus, cum homines quoq; de terris traxerit ad cœlos, rapidiſsimoque curſu eos poſt ſe currere fecerit. Non ſecus ac primus orbis rapidiſsimo curſu poſt ſe cæteros trahit orbes. Quemadmodum enim ſeptem planetæ, licet proprias ſortiantur ſphæras, proprioque citentur motu ob occaſu ad orientem, eo tamen ita lento mouentur, vt nonnulli nequaquam prorſus moueri videātur: cum vero motibus contrariis à primo mobili impelluntur ab ortu ad occaſum, tanta prorſus feſtinatione, & velocitate currunt, vt vna tantum die ab vno ad alterū mundi polū perueniāt. Sic profecto & homines vniuerſi, licet proprio appetitu moueantur ad Dei cognitionem, & fruitionē: ante Chriſti tamen aduentū ita lento, ac contrario motu ad eum è terrenis, ac corporeis ad incorporea mouebantur, vt haud moueri viderentur: Et ipſamet, quę tūc erat Eccleſia, cum legem teneret, à ſummo Deo ſibi traditā, exploratasq; haberet diuinas promiſsiones, quibus aliquantulum recrearetur, ad eumdem ſane Deum colendum, ac diligendum aliqua ratione mouebatur, licet ita leui, vt vix aduerteretur, ſæpiſsime namq; ſeſe ad terrena detorquebat, ad animaliū ſcilicet ſacrificia, atq; ad terrenarū rerum pollicitationes, ab ipſo tamen Chriſti Saluatoris aduentu, cuius à ſummo cęlo egreſsio eius in terrā, & occurſus eius de terra vſque ad ſummū cœlorū, quaſi à ſuo primo mobili tracta pleniſsimo gradu, & citatiſsimo curſu à terrenis rebus abſtracta ad ſummū Deum, atq; ad cæleſtia fuit prouecta, propterea hæc optans dicebat: *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

5

*Chriſtus veniens in mūdum mortēque ſubiens traxit per amorem humanam naturam.*

*Simile.*

Quinto demum, & vltimo vtitur Eccleſia hac voce *trahendi*, quod ſciret, ſe à Chriſto per amorem erigendam, atque trahendam. Quid eſt enim amor niſi immutatio quædam in animo noſtro impreſſa ex re appetibili, & deſiderabili, quæ attrahit ad ſe appetitū noſtrum: nō ſecus ac magnes attrahit ferrum, nā ſicut magnes qualitatē quamdam imprimit ferro, per E quam quantumlibet durum illud ſit, ac graue, facillime id trahitur: ita quoque & bonum imprimens voluntati inclinationem, rapidiſsimo illam ad ſe pertrahit motu. Atque quod Chriſtus per amorem humanā ad ſe tracturus eſſet naturam, dum pro ea carnem ſumeret, mortemque ſubiret, adeo manifeſtum eſt, vt haudquaquam indigeat probatione, ſi enim tria ſunt, quæ maxime per amorem trahere ſolent, nimirū bonitas, beneficia, atq; amor ipſe, quis dubitet, Chriſtū carnem ſumendo, mortemque pro humana natura ſubeundo, præ omnibus quibuſcumque rebus homines traxiſſe, in quo haud tantum bonitas, ſed tria ea F omnia ſimul in ſupremo gradu concurrunt? vbi enim maior apparuit bonitas, quam in Chriſti Incarnatione, in qua diuinitas ipſa, ſummaq; bonitas ita humanæ communicata eſt naturæ, vt ambæ in vno ædificatæ ſint ſuppoſito? Et quod maius beneficiū, quā Deū pro homine hominem factum, talemque hominem, qui eſſet opprobrium hominum, vir dolorū, & ſciens infirmitates, quiue ignominioſiſsimam crucis mortem ſubiret? Quæ vero charitas, quiue amor ei cōparari poteſt, quē Chriſtus exhibuit, dum dilectiſſimam animam ſuam poſuit pro inimicis, pro ingratis? Traxit profecto præ omnibus Chriſtus, & traxit per dile-

A ctionē, ac propterea propriiſsime locuta eſt Eccleſia; dum per eius incarnationem ſe ab illo erigi efflagitans, inquit, *Trahe me.* Hanc ipſam loquendi phraſim ſeruatā videre eſt ab ipſomet Domino, dū huiuſmodi pollicerėtur erectionē, per Oſeam Prophetā. ſ *In funiculis enim Adā traham eos*, ait, *in vinculis charitatis: ero eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum*: id eſt; pertrahā homines factus homo, deſumam ex Adam carnem, carniſq; miſerias. etenim, quia homines carnales diligere neſciebant, quem non videbāt, Deum puriſsimum Spiritum, Chriſtus, vt illos ad tantam erigeret dilectionem, ſub Adæ carne, & videndum ſeſe illis exhibuit, & diligendum: bene autem funiculi Adam dicuntur ea, quam aſſumpſit, humana natura, humanæ miſeriæ, paſsiones, dolores, atque mors ipſa: quoniā ſunt vincula, quibus homines ad charitatem trahuntur: vnde & ſubditur: *In vinculis charitatis.* Et quis eſt, quē talia trahere, nō poſsint vincula? certe vincula hęc diſrumpi nequeunt: quandoquidem t *funiculus triplex difficile rumpitur*: Quo modo vero rumpentur tot funiculi ſimul iuncti, quorum ſinguli triplices ſunt, cum ex tribus illis bonitate, beneficiis, atque amore, quibus amor conciliatur, ſint connexi? Imo tantæ ſunt fortitudinis funiculi iſti Adam, vt per eos Chriſtus Dominus non modo ſe homines tracturum polliceatur: ſed inſuper tam rapido eos tracturum motu, vt il- C los poſt ſe currere faciat: nā ne quid eos ab iſtiuſmodi retardaret curſu: *Ero*, inquit, *eis quaſi exaltans iugum ſuper maxillas eorum*: Duo quippe erant quibus prægrauati homines, quantumlibet beneficiis traherentur, ita impediebantur à curſu, vt vel tardiſsime, ac lentiſſimo gradu Deum ſequerentur trahētem, vel neutiquam ſeſe mouerent: iugum nimirum peccati, quo tenebantur oppreſsi, ita vt vix oculos ad cœlū attollere poſſent: & frœnum timoris, quo per idē peccatū, ita tenebantur aſtricti, vt nedum poſt Deum quoquo pacto currere poſſent, ſed nec vel à longe auderēt ad illum accedere, tali enim ſubiecti fuerāt maledictio- D ni, cum per peccatum u *facti ſunt ſicut equus, & mulus, in quibus nō eſt intellectus, vt in chamo, & fræno maxillæ eorū* cōſtringerētur, quibus pomū vetitum mordēdo, peccauerant, vt *non approximarent ad Deum.* Ambo hęc per funiculos Adam, perque vincula charitatis abſtulit Chriſtus ab ipſis, atque ideo dicebat, *Et ero eis, quaſi exaltans iugū ſuper maxillas eorū*, id eſt, adimam eis iugum, cui frænum quoque annexum eſt: Hoc enim ſignificat, iugum ſuper maxillas extollere: nam ad maxillas pertinet frænum, ſicut iugum ad collum, hoc etiam clariſsime paraphraſi Chaldaica ſignificatur, dum ſic ea interpretatur: *Sicut agricola bonus, qui alleuat humerum boum, & relaxat in maxillis eorum*, ſcilicet E fræna, vt declarat interpres. Quapropter congruentiſsime Eccleſia poſtquam petiit, ſe per Chriſti Incarnationem talibus trahi funiculis, audacter aſſerit. *Poſt te curremus in odorem vnguentorū tuorū*, vtpote quæ optime ſciret, per vincula charitatis Saluatoris ſui ſe non modo trahendam, ſed & ea ſibi auferenda, quæ ſuum retardare poſſent curſum, dum traheretur. Et hæc quo ad primum ſenſum allatum in littera. Iuxta ſecundum, & tertium nonnulla, quæ dici poſſent, in tertiam expoſitionem, quæ eſt de Anima, conſultius differenda cenſui, congruentiori nimirum loco, cum ea aptius (vt videbimus) ad Animas applicētur, quam ad Eccleſiam.

ſ Oſeæ 11. 4

t Eccl. 4. 12

*Funiculis amoris Chriſtus abſtulit ab homine impedimenta omnia, vt facile currere ij poſſent poſt ipſum.*

u Pſ. 31. 9.

F Iuxta quartum autem ſenſum, Chriſtus Dominus ſponſam ſuam Eccleſiam alloquens ait, *Traxerunt me*: Significans, ſe ab hominibus è cælo in hanc miſerrimam tractum lacrymarum vallem, tractum inquam, miſeratione. Quod ſi quæras, quibus funiculis homines illum è tam ſublimi cœlorum habitaculo traxerint: haud certe dicendi ſunt, eum traxiſſe funiculis illis Adam, quibus ipſe illos ſe tracturum pollicitus fuerat, vinculis charitatis: Sed aliis funiculis item Adam, quibus Adam cum vniuerſo ſuo irretitus eſt genere, nempe peccatis, atque miſerijs: ea ratione, qua trahi eū à periclitāte diceremus, quem,

6

Quartus ſenſus.

*Hominum peccatis eorumdemque miſerijs tractus eſt Chriſtus è cælo in terram.*

*Simile.*

quem, dimiſſis commodis proprijs, ſcapham ſcandentem videremus, medioſve in fluctus ſe committentem, quo illam ab inſurgentibus erueret vndarum procellis, quibus miſerrimus is, exiguæ dumtaxat tabulæ innixus, pene eſſet oppreſſus: ſi quidem nulla alia à re tractum hunc talem apparet, præter quam à miſerijs, à periculis atque ab inſtante periclitantis eius morte, à quo nullum fortaſſe vnquam accepit beneficium, vel obſequium, nullumve expectare poteſt & commodum. Expreſsit hoc clariſsime ipſemet Dominus apud Eſaiam dicens: x *Non me inuocaſti Iacob, neq; laboraſti in me Iſrael: Nõ obtuliſti mihi arietẽ holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: Nõ te ſeruire feci in oblatione, neque laborem tibi præbui in thure: Nõ emiſti mihi argẽto calamum, & adipe victimarum tuarũ non inebriaſti me; Verũtamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorũ non recordabor.* Ac ſi diceret: Ne exiſtimes, me in hũc mundũ deſcenſurũ, teq; à diaboli ſeruitute crepturũ, tuis attractũ bonis operibus, tuiſq; meritis: *Nec enim inuocaſti me*: id eſt, nõ tanti apud me opera iſta tua valere exiſtimes: quia inuocationes tuæ, & Pſalmorum multitudo, quam decantas, perinde ſunt, ac ſi non eſſent: Imo tua iſta obſequia iram potius meam, quam beneficentiam prouocant: cum illa nec debitis modis, nec debita exhibeas fide, ſed ſcito, peccata ipſa tua me traxiſſe, cum mea commouerunt miſericordiæ viſcera, *ſeruire* enim *me feciſti* tibi in hoc mundo propter peccata tua, laborem mihi tantorum itinerum, tantarum anguſtiarum, tantarumque paſſionum præbuiſti per iniquitates tuas. Quem ſenſum melius reddit lectio ſeptuaginta Interpretum, quæ habet: *Sed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatibus tuis.* Benevero addit: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me*, quia nimirum tantummodo propter viſcera miſericordiæ ſuæ viſitauit nos oriens ex alto: y *Apparuit enim benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos: ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* Cum itaque hominum peccatis tractus ſit Chriſtus in mundum, recte ſuam alloquens Eccleſiam, dicere potuit, *traxerunt me*, ſcilicet homines, commouentes peccatis ſuis viſcera miſericordiæ meæ, cui congruenter ab Eccleſia reſpondetur: *Poſt te curremus*, liberati videlicet à tanto peccatorum onere: *Curremus* autem *in odorem vnguentorum tuorum*, nempe excitati à ſumma miſericordiarum tuarum fragrantia: à notitia miſerationum tuarum curremus, tantas contemplantes miſericordias tuas.

x Eſai 43. 22.

y Tit. 3. 4.

Paraphraſis.

---

## Verſ. IV. cap. I. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorũ tuorum.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt pia Anima.*

7 Vulgatum inter intellectum, ac voluntatem diſcrimen id afferri à naturalibus ſolet, vt cum intellectus rei cuiuſpiam eliciturus eſt intellectionem, prius rem illam per ſpiritalem ad ſe trahat ſpeciem, voluntas vero contra, ſi quidpiam eligendum ab ipſa ſit, prius trahatur ab illo, quam eius promat electiones. Ratio autem, quare prius trahenda ſit volũtas hæc mihi eſſe videtur, quod cum ideo illa eligat bonum aliquod, vt in ipſo tanquam in re ſibi congruenti requieſcat, neceſſe eſt, vt prius ad illud tendat: quia motus præcedere debet quietem terminũ ſuum. Quomodo vero tendet, niſi à bono ipſo trahatur? Porro cum quies in bono congruẽti cognito nil aliud, quam ipſa ſit delectatio, ipſaq; voluptas, propterea communi omnium conſenſu illa recepta eſt Poetæ ſententia, *Trahit ſua quemque voluptas*: quã citat Aug. tract. 26. in Ioannem ad hoc ipſum propoſitũ: A id enim vnuſquiſque libentiſsime vult, in quo perfectius ſuam quietem, ac voluptatem ineſſe exiſtimet: & è contra quanto quiſque in aliqua re minus vel ſẽſerit, vel intellectu cognouerit voluptatis, tanto minus ad eam mouetur, tanto difficilius eam eligit, atq; ſi eam aliquando elegerit, difficilius quoq; in ea perſeuerat electione. Hinc bene hoc loco proponitur à Spiritu ſancto Anima pia, quæ cum aliquando à Deo ſummo omnium bono tracta ipſum elegiſſet, in quo quieſceret: ipſi ſeſe dediſſet, ſummiſque ab ipſo cumulata eſſet voluptatibus in contemplatione, atq; aliis exercitiis ſpiritualibus, poſtea per aliquantulum tẽporis, iis orbata conſolationibus, quaſi in terra proB ſtrata iaceat, ita vt nihil efficere poſſit, quam cum eius ſocij, qui vni eidemque vitæ indulgent ſpirituali, ad ſublimia niterentur erigere, atque ad contemplationi vacandum, beneque agendum prouocarent, vel bonis conſilijs, vel ſanctorum exemplis, ea omnia indignans, ipſa æque ac ſupra reſpuerat vinum conſolationum terreſtrium, & vnguenta conſolationum, quæ in rerum naturalium ſitæ ſunt contemplatione; ita & nunc illorum reſpuat adhortationes, cęteraque auxilia ſpiritualia, pro certo habens, per ea erigi nequaquam ſe poſſe, quæ ab vno ſolo erigenda ſit Chriſto per conſolationes illas, quarum aliquantulum ſibi exhibuerat guſtum, atque adeo talia C proclamet. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Etenim quamuis in ariditate ſit: quamuis proſtrata iacens, poſt Deum currere nequaquam poſſe videretur, quamuis ſibi Deus tenebroſis quodammodo nubibus offuſus non appareret, ad ipſum tamen conuertitur, ſine quo nec viuere quidem vel ad punctum valeat. Ac quemadmodum Heliotropium, ſolaris herba, ſua naturali inclinatione ſemper ad ſolem conuertitur, ſiue is in Oriente ſit, ſiue ſit in Meridie, ſiue in Occidente: quodve nõ modicam incutit admirationem, nubilo etiam obumbrante diem, dum nec Aquila videt ſolem, illa ſolem D videt, & abſque vllo errore ad ipſum ſemper conuertitur, à quo & vitam, & totum, quẽ habet, accepit vigorem: Sic & anima ipſa, quæ iam per fidem deſpõſata eſt Chriſto, etiam dum Deum nõ videt, per conſolationes, eum tamen ſibi præſentem intelligens, ad ipſum cõuerſa ait: *Trahe me, poſt te curremus*, &c. Euenire nõnũquam ſolet prægraue aliquod marmor, aut pondus aliud, quod nec magno hominum numero, ingenti vi, multiſve funibus è loco ſuo moueri, vel ad digitum potuit, trochlea adhibita cõuerti ab vno, vel paucis hominibus ad libitum, atque in ſublime trahi: Idipſum & piæ contigit animæ, dum enim pręſentis vitæ miſeriis, dum tædio, acediaque opprimitur, liE cet omnibus viribus ipſam erigere obnitantur homines, inane id omne eſt, nec enim infinitis hominũ conſolationibus, conſiliis, ac adiumentis corde eleuari trahique ad Deum poteſt: Verum vbi trochlea admoueatur diuini amoris, diuinarumque conſolationũ, facillime recreatur, & exſuſcitatur: eave ratione trahitur à qualibet admonitiũcula, vt in via ſpirituali velociſſime currat: Ac propterea dicit: *Trahe me*: ac ſi diceret.

Bernard.

*Anima pia & ſi triſtitia tenebris ſit offuſa, conuertitur tamen ad Deum.*

*Simile.*

*Simile.*

*Conſolationibus Spiritualibus quã facile erigatur anima.*

Socij iſti mei haud quaquam me erigere valẽt, nec quicquam diuerſis adiumentis iſtis ſuis, licet obnixe nitãtur, eleuare me poſſunt ad te, quia nimis oppreſF ſa ſum, factaq; ſum mihimet ipſi grauis, dum tuis orbata iaceo conſolationibus: quapropter adhibe iã tu dilecte mi trochleã amoris tui: adhibe trochleas conſolationũ tuarũ Domine, ſicq; velociſsimo curſu poſt te curremus in odorem vngentorum tuorum.

Paraphraſis.

Quomodo vero anima audet à Domino petere, vt ipſam trahat, ſi is ab ea elongatus videtur? Audet profecto, quia & ſi lõgius videatur abeſſe, per internam tamen virtutem ipſe ei præſens apparet, vnde & ait, a *A lõge Dominus apparuit mihi*: auditq; eũ ſibi reſpondẽtem: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans tui*: neque enim à longe Dominus proſpectans, ferre diutius poteſt, vt anima, quam ſibi in ſponſam

a Ier. 31. 4.

*Voluptas & delectatio trahunt voluntatem cuiuſcumque*

Primus ſenſus.

ſã elegerit, in triſtitia, atq; in ariditate iaceat proſtrata, ſed illius miſerans, attrahit eã: Quomodo attrahit? Erigendo illã diuinis delectationibus, & cœleſtibus conſolationibus: Vnde per eumdem Ieremiam ſubdit: *b Adhuc ornaberis tympanis tuis*: vel clarius, iuxta lectionem Septuaginta: *aſſumes tympana tua: & egredieris in choro ludẽtium*: ac ſi diceret: quamuis orbata conſolationibus, quibus iam fruebaris, proſtrata nunc iaceas, ne timeas, quia *in charitate perpetua dilexi te*, meaq; ſuper te commota ſunt viſcera, & ideo adhuc iam exhibebo tibi eas ipſas, quibus oblectaberis, voluptates: ſicque aſſumens tympana tua, attraheris à me: & egredieris in choro ludentium, eorum videlicet, qui cum exultatione velociſſimo curſu me ſequuntur. At quis non videat, quam iſtiuſmodi ſponſi promiſſioni ea congruat, quæ hoc loco à ſponſa fit, obſecratio? Dum enim (vt ſæpius dictum eſt) proſtrata iacet, intuens à longe dilectum ſuum, ſciensq; quanta is eam proſequatur charitate, animos ſumit implorandi eius opem, & ait, *Trahe me*. Ac ne quis exiſtimaret, ſe velle ab ipſo violenter trahi brachijs, vel aliqua vi externa, ſubdit: *Poſt te curremus in odorem vnguentorũ tuorum*, indicans, optare, ſe ab illo erigi, ac trahi iis ipſis funiculis, quibus ille pollicitus eſt, ipſam tracturum, dilectione nimirum, ac delectatione voluptatũ, & conſolationum, quæ ex odore vnguẽtorum ipſius percipiuntur. Narrat Baſilius Magnus reperiri iſtiuſmodi modum aucupandi columbas agreſtes: vt vnã earum capiens auceps, & domeſtico illam aſſuefaciens cibo, cicurem, ac domeſticam eam reddat: tũ ſuaueolentibus vnguentis illius alas perungens, ad agreſtes ipſam dimittat, atque cum ijs coniungi eam ſinat: Illa vero per vnguenti fragrantiam agreſtem illum vniuerſum columbarum gregem in paratum trahat columbarium, ſiquidem beneolentem ſequuntur omnes, ab illius odore pertractæ, ſicque, faciliſſime in ipſius aucupis deueniunt poteſtatem. Si ergo columba odore vnguentorum ſuorum tantam habet vim, vt vniuerſum gregem columbarum, & columbarum agreſtium trahat, ſuauitateque eiuſdem fragrantiæ alliciat eas quocunque ſibi libuerit, & in illius etiam poteſtatem, qui ipſas ſit occiſurus, quam congruentius idipſum ab Anima ſancta de mitiſſima columba, deque Chriſto dilecto ſuo aſſerere licuit, qui ſuauiſſimis gratiarum omniũ delibutus vnguentis per eximiam fragrantiæ ſuauitatem vniuerſas quantumlibet agreſtes, & imperfectas ad ſe attrahat animas? earundemque gratiarum, & conſolationum dulcedine quas traxerit poſt ſe currere faciat, quoadusque ad cœleſtem æterni Patris perueniant manſionem, vbi omni penitus interfecta malitia, perpetua potiantur felicitate? Dicat itaque, dicat audacter ſponſa Chriſti, *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

*b Ier.31.4.*

*Simile. Baſilius. Epiſt. 175. ad Iulittam. Columbas aucupandi modus egregius.*

8 Sed valde in his ſponſæ verbis conſiderandum eſt: quod petens erigi conſolationibus, ſub metaphora odorum hoc petit, quamue proprie vtatur verbo iſto *Trahe*. Etenim quamuis vnguenta, cæteraque odorata id habeant, proprij vt ad ſe per ſuã trahant fragrantiam, haud tamen quempiam trahere queunt, niſi & ipſa trahantur ab odorante, ſiquidem prius certe res odorata de ſe emittit euaporationes quaſdam: tũ (vt experientia comprobamus) neceſſe eſt, vt per nares aër trahatur, ſicque cum aëre attracto odorẽ ipſum, vel ipſius odoris ſpeciem ad organum olfactus adducimus: & tũc eodem tempore odorẽ percipimus, promentes ſenſationem olfactus: ſimulq; ab ipſa eius odoris trahimur ſuauitate. Quod in ſenſibili contingit odore, hoc ipſum & in diuinis conſolationibus contingere nouerat ſponſa, nam Chriſtus cũ ſit omnibus gratiarum delibutus vnguentis: cum ſit Deus totius cõſolationis, ſemper quidem de ſe emittit immenſos gratiarum cumulos, ſuauiſsimoſque diuinarum conſolationum odores: at vere haud per iſtiuſmodi, quas de ſe emittit, fragrantias, quaſcumque ad ſe attrahit animas: quia ita homines condidit liberos, vt haudquaquam eos trahere velit, ni ipſi ſimul concurrant, admittentes conſolationes, ac gratias; niſi ipſi eius traxerint fragrantiam immiſſam: ſicque ſimul tempore, & anima trahit ad ſe gratias, & conſolationes diuinas, eas admittendo, & Chriſtus per iſtiuſmodi gratias, & conſolationes illam trahit poſt ſe: quamuis anima trahere non poſſet gratias, ac conſolationes, ni eæ prius fuiſſent à Chriſto immiſſæ. Atque ideo ſponſa, hæc optime intelligens, valde congruenter ait, *Trahe me*: quaſi dicat.

*Gratiæ, & conſolationes diuinæ non trahunt, niſi admittãtur. Simile.*

Per me non ſtabit: ego dilecte mi exopto trahere ſuauitatem fragrãtiæ tuæ: Tu modo, vt tui moris eſt, iam trahe me per ipſas: Sic enim poſt te curremus. *Paraphraſis.*

Bene autem, inquit, *curremus*: nam ſi tunc quiſque *a currit via mãdatorum* Dei, *cum* ſibi à Deo *dilatatur cor*, iuxta id quod ſibi eueniſſe aſſerit Dauid Propheta, certe ſummo iure promittit, ſe poſt Chriſtum in vita ſpirituali curſuram, cum ab eo ſpiritualibus trahetur conſolationibus, nam vt bene ait S. Thomas hoc maxime competit conſolationi, & delectationibus, vt dilatent cor, promptiſsimumque illud reddant ad id, quod ſuaſerint.

*Conſolationes ſpirituales faciunt currere poſt Chriſtum.*
*a Pſ.118.32*
*S. Thomas 1.2.qu.33. art.1.*

At vide quanta loquatur cautela, neque enim dixit, *Curremus tecum*, ſed, *curremus poſt te*, & quamuis dicere debuiſſet *Curram*, cum pro ſe ſola petiiſſet, *Trahe me*, caute tamẽ dixit, *curremus*. Promittit ſumma quidem ſollicitudine, ſummoq; ſtudio vitæ ſpirituali ſe vacaturam: Sed tamen haud vult ſola & ſingulari curſu ſuum proſequi ſponſum, cum recolat per ſapientem dictum, *b Væ ſoli, ſi ceciderit, non habet ſublevantem ſe*: nõ vult ſingularitatis vitio, vehementiori ac indiſcreto feruore in ſpiritualibus exercitiis facere quidpiam, quod Patrum, ac Prælatorum excedat præſcriptum, quodq; à fratribus minime fiat. Currere quidẽ vult, ſed cum obedientia Patrum, ſed cum charitate fratrum, atque ideo non ait, *poſt te curram*, ſed *poſt te curremus*, ipſa videlicet vna cum fratribus, quos à te ſimiliter tractos, ſummo conatu imitari contendam atq; etiam vnà cum Patribus meis, quorum præceptis omni, qua potero, parere nitar ſollicitudine.

*Singularitatem quãtum detectentur ſancti.*
*b Eccl.4.10*

Non dixit, *Curremus tecum*, quoniam ei optime cõſtabat, Chriſtum Dominum tanta fortitudine, tantaque velocitate cucurriſſe, quando noſtram aſſumens naturam, exultauit vt Gigas ad currendam viam, vt potius volaſſe, quam cucurriſſe viſus ſit: Nec mirum, nam & ſi is verus eſſet homo, erat tamen ſimul & verus Deus, de quo per Prophetam dicitur: *c Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pẽnas ventorũ*: Et quis eſt, qui cum tam forti Gigante æquali curſu currere audeat? quis cum celerrimo huius aquilæ volatu ſuum audeat comparare quantumlibet velociſsimum curſum? Optabat plane aliquando anima quadã, & ipſa habere alas, quibus quoquo modo volare poſſet. At nequaquam eſt auſa petere alas aquilæ quibus æquali volatu cũ Chriſto volare ſibi liceret: Sed petiit tantum, ſiue potius optauit alas colũbæ, quibus aliquantulum poſt Aquilam volantem & ipſa volaret, ſed poſtea requieſceret, cum vlterius infatigabilem proſequi non poſſet Gigantem, ſic enim dixit: *d Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Chriſtus ſolus vniuerſas in ſumma perfectione, & abſque vllo defectu exercuit virtutes: quia Chriſtus ſolus plenus extitit omni vnguentorum, ac gratiarum fragrantia: quia in Chriſto ſolo extitit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: quia Chriſtus in tanta perfectione cuncta ſimul in ſe habuit virtutum vnguẽta, vt de eo ſolo dici poſsit, *e Oleũ ſiue vnguentũ effuſum nomẽ tuũ*. Reliqui vniuerſi quantacumque præfulſerint ſanctitate, quia de plenitudine eius acceperunt, poſt illum quidem cucurrerunt in odorem vnguentorum eius, dum ab eximiis virtutũ eius exemplis attracti, omni, qua potuerunt ſollicitudine, ſummoq; feruore imitari eum conati ſunt: Atq; ideo nunc prudentiſsima ſponſa poſtquam petiit ſe ab illo trahi ſubdit, *poſt te curremus*, te nimirũ ſequentes: Addit autem, *in odorẽ vnguentorũ tuorum*: quod ſciat, ſe non poſſe habere

*Chriſtum in virtutis ſtudio imitari quidem poſſumus, æquales tamen illi eſſe nequimus.*
*c Pſ.17.11.*
*d Pſ.54.7.*
*e Can 1.3.*

virtutes in ea perfectione,quæ erant in Chriſto, tāquam vnguenta optima. Sed ſummæ ſibi gloriæ futurum,immenſæq;vtilitati, atque eximiæ perfectioni,ſi aliquo pacto particeps eſſe queat odoris vnguētorū illius. Hæc,iuxta primū horū verborū ſenſum.

*Secundus ſenſus. Greg. Nyſſ. Theodoretus, tres Patres. Charitas in Deū duplex in anima cōſideratur.*

9 Quo ad ſecundum autem ſenſum, quo iuxta verſionem Septuaginta ſignificatur,eas ipſas adoleſcentulas, nempe animas puras, quæ dilexerunt Deum, per dilectionem ſuam ipſum Deum ad ſe traxiſſe, animaduertendum primo, duplicem in anima conſiderari poſſe dilectionem in Deum: alteram, quæ infunditur in iuſtificatione, alteram vero, quæ conſequitur ipſam iuſtificationem.Quamuis autem vtraq; iſtarum dilectionum prior re vera ſit dilectio Dei,cū omnis noſtra charitas ſit à charitate ipſius,quia *f charitas Dei*,(vt inquit Apoſtolus) *diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum,qui datus eſt nobis*: peculiariter tamen Dei charitas dicitur prior ea dilectione noſtra, quæ infunditur in iuſtificatione abſq; vllis præcedentibus meritis. At vero altera iſta noſtra dilectio,quæ ipſam conſequitur iuſtificatiouem, dicitur quodammodo prior charitate Dei,quia per eam meremur augmentum gratiæ,magiſq;Deum ad nos diligendos per eam ipſam prouocamus, ex qua maiori eius dilectione ipſe inducitur ad maius augmentum gratiæ conferendum.Vnde in libro Prouerb. *g* æterna Sapientia ait.*Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me*, (per amorem videlicet ſtudioſum ad me tracti,atque allecti)*inuenient me*:quia vigilantes in dilectione mea trahent me ad ſe, ſicque facili negocio me in ſeipſis reperient.

*f Rom. 5. 5.*

*Qua dilectione trahamus Deū ad nos diligendo.*

*g Prou. 8. 17.*

*Deus quam congrue dicatur trahi à dilectione animæ.*

*Simile.*

Neque turbare quempiam debet,quod Deus trahi dicatur,cum verbum iſtud trahendi violentiam præ ſe ferre videatur: Nam certe, ſi amoris vis violentia dicenda eſt, ſummo iure trahi & Deus dicitur, qui per charitatem ipſam ad mutuam prouocatur dilectionem.Nonne corporeis frequēter cernimus oculis,extinctam facem, in qua tamen aliquid reſidui vel ignis extiterit,vel caloris,vi exigui ignis illius ſui, tenuiſve caloris ſuperpoſitam ad ſe trahere flammam, ita vt tametſi & ſublimior, & diſtans ea ſit,tracta nihilominus,flammulis ſeſe demittat quibuſdam?Simile quid & in eo contingere exiſtimandum eſt, cum excelſus Deus trahi ab anima dicitur, nam vt primū in pia anima quidpiam apparuerit ignis charitatis, vi caloris illius licet exigui magnam & excelſam ad ſe trahit diuinæ dilectionis flammam, ita vt qui in altis reſidet, ad eam conuertatur infimam, quod apertius ipſa fatebitur infra, vbi dicet.*h Ego dilecto meo,& ad me conuerſio eius*. Ex hoc enim quod adoleſcentulæ, animæque puræ,ac ſimplices dilexerunt Dominum, & per dilectionem ſeſe conuerterunt ad eum, ipſe etiā Dominus ſeſe conuertit ad illas, ab eis videlicet per vincula charitatis attractus: atque ideo bene à ſpōſa dictum eſt,*Dilexerunt te,traxerunt te*, quibus verbis ſignificaſſe videtur, adoleſcentulas diligendo traxiſſe,vt ſit vnicus tantum actus:necve enim aliud quidpiam eſt,trahere, & aliud,diligere: ſed eo ipſo actu, quo animæ dilexerunt Deum per dilectionem ipſam ſuam traxerunt illum, vnde haud dictum eſt, *dilexerunt te, & traxerunt te*,quaſi duo eſſent actus diſtincti: ſed *dilexerunt te,traxerunt te*,quaſi vno actu.

*h Cant. 7. 10.*

*Diligere, & trahere Deū eſt vnus idēque actus.*

Sed quid connexionis cum his habēt ea,quæ ſubijciuntur: *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorū*? Maximam profecto:ſiquidem,cum animæ puræ per dilectionem Chriſtum Dominum traxerint ad ſe,illum certe habent habitantem in cordibus ſuis,iuxta illud Apoſtoli. *Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris,in charitate radicati, & fundati*:habentes autem Chriſtum,habitātem in cordibus ſuis, Chriſtū ipſum redolent vnguentum exinanitum,atq;cum vita Ieſu in eis manifeſtetur eximiis virtutibus illis, quas ad Chriſti imitationem exercent, per virtutum earum odorem,perque pretioſiſſima gratiarum vnguenta, quibus ex Chriſti præſentia delibutæ apparent, efficiunt,vt omnes qui talem perceperint fragrantiam: qui tantas in eis perſpexerint virtutes, velociſſimo curſu,ac promptiſsimo animo Chriſtum ſequantur, currentes poſt eum in odorem vnguentorum ipſius: Numerat autem ſe quoque ſponſa cum reliqua multitudine præ humilitate.

*Epheſ. 3.17*

*Tertius ſenſus.*

Quæ tamen explicātur melius per aliam illam litteram, quæ iuxta tertium ſenſum dicitur, *Traxerunt me*:Sic enim eadem Anima ſignificat,eas adoleſcentulas,animaſue puras, & ſimplices,quæ ardenti dilectione dilexerunt Chriſtum Dominum, ſuis bonis, ſanctiſque exemplis traxiſſe & ipſam ad eumdem ſponſum,ita vt poſt illum iam facile vna cū illis currere queat in odorem vnguentorum eius,quibus per virtutum exercitia redolere eas cognoſcit. Iuxta quartum ſenſum,Accedēs tandem Chriſtus ad Animam eamque ſuauiſsima ſua coſolans præſentia, ſic eam affatur. 10

*Quartus ſenſus.*

*Paraphraſis.*

Adoleſcentulæ illæ: animæ illæ puræ, quas tu me dilexiſſe aſſeris: Traxerunt me ad te precibus ipſis ſuis, ex ardenti charitatis,qua me dilexerunt,affectu emiſsis, effeceruntque vt te meis inuiſerem conſolationibus, cum per illarum priuationem probare te voluiſſem: Cui illa reſpondet: *Poſt te curremus in odorē vnguentorum tuorum*:ac ſi diceret: Iā iſtis erecta cōſolationibus: iam tua recreata præſentia,quæ hucuſq; longius mouere me minime poteram,quæ proſtrata, ac pæne animo deſtituta ſegnis iacebam in tuo ſeruitio, cum his ipſis adoleſcentulis lætāter, ac prompte te ſequar,currēs poſt te viam vitæ ſpiritualis in odorem vnguentorum tuorum, corroborata dulcedine ac ſuauitate gratiarum tuarum, necnon & exemplo tuarum virtutum.

*Per orationē, quaſi per catenam trahitur Deus, atq; ligatur. Simile.*

*a Exod. 32.*

*b Pſal. 144. 19.*

Porro tanta eſt animarum purarum vis,vt Chriſtū diligentes, precibus ſuis non ſecus ac fortiſsima catena,Deum ipſum deuinciant,trahantq; quocunque eis libuerit: Sic videmus, ea ratione à Moyſe precibus eum deuinctum,vt dixerit. *a Dimitte me,vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleā eos*: Sic quoq;precib. timētium eum trahi illum quocunq; iis ipſis libuerit, teſtatur Dauid Propheta cum ait, *b Voluntatē timentiū ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet*: Ac ſi diceret, ſinet ſe ab eis per orationis catenam trahi, ad faciendum quodcumq;petierint,tractumque ſe verti quocunque eis libuerit.

*Trahens Deum dum trahit,trahitur.*

*Dionyſius lib. de diui. nomi. cap. 3. Simile*

*Oratio eſt catena, & funis,qua & Deum trahimus, & trahimur ad Deum.*

Verumtamen id hac in re eſt animaduertendum, quod quando Animæ dicūtur trahere Deum, eæ trahuntur ad Deum potius,quā Deus trahatur ad ipſas. Præclare hoc duobus exēplis declarat Diony. Areopagita. Primo ſi imaginemur catenā multa luce nitentem pēdere è cœlo vſque ad terram ante nos, ſumentes nos dictam catenam, ſemperque mutantes manus verſus ſuperius, videremur quidē trahere catenā deorſum,ſed vere non deduceremus eā, cū ipſa eſſet præſens,& ſurſum, & deorſum:ſed nos ipſi potius traheremur, eleuati in maiorem illius catenæ ſplendorem. Alterum vero eſt, ſi aſcenderemus in nauim, & teneremus funes,qui extenderentur ab aliqua petra, vel ſcopulo ad nos, vt nobis auxilio eſſent,dum funes illos traheremus,petram, aut ſcopulū non ad nos,ſed è contrario nos ipſos,& nauim traheremus ad illam. Oratio catena illa eſt, quā Animæ ſanctæ iaciunt in cœlum, vt per ipſam Deum deuinciant:preces ſunt funes illi,quibus,dum in naui corporis noſtri,prꝑſentis ſꝑculi procelloſum nauigamus mare, firmiſſimam Petram Chriſtum trahere cōtendimus.at certe,dum per huiuſmodi funes: dum per tam illuſtrē catenam Deū, ac petram noſtram Chriſtum trahere videmur ad nos, admirabili ipſius prouidentia nos trahimur ad illum, ac poſt illum currimus in odorem gratiarum eius. Atque hoc illud eſt, quod ſponſa hoc loco ſignificat, audiēs quippe Chriſtū dilectum ſuum,ſignificantem ſe ab ijs,qui ipſum diligerent,tractum fuiſſe,per catenam videlicet orationis,atque per funes precum earum, optime conſcia de eo,quod contingere ſoleat in huiuſcemodi attractione,Reſpondet:*poſt te curremus in oderem vnguentorum*

*torum tuorum* : quaſi dicat.

Paraphraſis. Si Adoleſcētulæ ſociæq; meæ, animæ puræ, ac ſimplices ad te iecerūt orationis catenā, teque traxerūt, pro certo habeo, eas ad te erectas, atq; attractas fuiſſe, quapropter me quoq; cum illis vniam : Simulque omnes, prædictā trahētes catenā, curremus poſt te, vitam exercentes cœleſtem : idque in odorem vnguentorum tuorum, ad exemplar virtutum tuarum.

## Verſ. IV. cap. I. *Trahe me: poſt te curremus in odorē vnguentorum tuorū.*

### Expositio IIII.

*De Tertia ſponſa, quæ eſt Beata Maria.*

11 *Reſignatio perfectiſſima ratione fuit in B. Maria.* VNiuerſis quidem virtutibus Beatiſſimam Virginem præ ſimplicibus creaturis omnibus eminuiſſe, manifeſtum eſt, ſingulari tamen modo ex verbis his, *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, in ea virtute præ cæteris ipſam excelluiſſe apparet, quam vulgato nomine Reſignationem dicunt: *Reſignationis virtus eſt ſumma totius vitæ ſpiritualis.* quamve totius vitæ ſpiritualis ſummam, atq; cōpendium quoddam æſtimauere nōnulli. Cum enim tam eximia iſta virtus in eo ſita ſit, vt voluntatem ſuam, ac ſimul etiam ſeipſam totā vnaquæq; anima tradat Deo, vel ei, qui ipſius Dei vices in terris gerit, Prælato, vt de ipſa is quomodocumq; illi libuerit plene, ac in omnibus, & per omnia diſponat: vtque illam quocumq; ipſi placitum fuerit, trahat: non ſecus ac is, qui *Simile.* in paruulo nauigans ſcypho, funem, quo alligatus eſt ſcyphus, iis tradens, qui in magna nauigant naui, ab illis quocumq; eis videbitur, trahitur: nauemq; ipſam ſequitur in quamcunque ea ſeſe conuerterit partem, illius proſequens veſtigia, illius inhærens & curſui, ſic & Maria Sanctiſsima totam ſeſe exhibens Deo, ait, *Trahe me : poſt te curremus in odorem vnguentorū tuorum.* Quāuis autem per vniuerſum ſuæ vitæ curriculū talia ſemper replicauerit verba, tunc tamen primū cēſendum, ea protuliſſe, cum in primo inſtanti, quo animata eſt, corpus, & animam, voluntatem, & quicquid in ſe eſſet Deo dicauit: aſſerens, ſe velle ab illo deduci, ac trahi in hiſce præſentis vitæ proceſſis: *a In te*, inquiens, *protecta ſum, ex vtero*, tibi ex nunc dicata, *de ventre matris tu es protector meus*: b *In manibus tuis tēpora mea, in manibus tuis ſortes meæ.* Trahe me, neq; enim mouere me vel volo, vel valeo, niſi tu traxeris me: velocisſimo curſu poſt te curram in odorem vnguentorum tuorum, ad minimum præceptorum nutum. Conuenire etiam hæc poſſunt, quæ hoc loco dicūtur cum verbis iis, quæ ab eadē dicta ſunt Virgine, quando reſpōdens ad Angelum dixit, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, prout etiam eiſdē conuenire diximus ſuperiora illa, *oſculetur me oſculo oris ſui.* Sic, dicens, *Trahe me*: idem erit, ac ſi diceret. Iacebam quidem maximo tui deſiderio flagrans, Verbum dilectiſsimū: Turbata etiam iacebam ob maximam Angeli Salutationem : admiratione perculſa de modo, quo te, Virginitate ſeruata, eſſem paritura, iacebam: At cum audierim, te ex Spiritu ſancto in me concipiendum, obſecro iam nunc, vt me ad tantam gratiā quamuis indignisſimā ancillam tuam eleuare digneris. Semper quidem me tibi tradidi, ac dicaui: at nūc in manibus tuis me in omnibus exhibeo : *Trahe me* quocumque volueris: *fiat mihi ſecundum verbum tuum*: *in odorem vnguentorum tuorum*, ad tuas gratias, ad tua ſuauiſsima præcepta promptiſsime, ac celerrime ſubeunda, parata ſum. Vel poſt te fontem omnium gratiarum aromata fluentem, ipſa cum vniuerſis fidelibus curremus ad cœleſtia in odorem, ac participationem gratiarum tuarum.

*a Pſ. 70. 6. b Pſ. 30. 16. Paraphraſis. Luc. 1.*

## Verſ. IV. cap. I. *Trahe me: poſt te curremus in odorē vnguentorum tuorū.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

12 *Iuxta Sept. Traxerūt te poſt te, &c.* PAraphraſis Chaldaica. Quādo inquit, egreſsi fuerunt populus domus Iſrael de Ægypto, maieſtas dominatoris ſæculi erat dux eorum in columna nubis per diem, & in columna per noctem. Dixerunt iuſti illius generationis : Dominator totius ſæculi trahe nos poſt te, & curremus poſt viā bonitatis tuę.

Qui verſionem exponunt Sept. Interpretum, conueniunt Patres vniuerſi, quotquot videre mihi licuit, in eo quod verba iſta, *Traxerunt te*, vt à ſponſa prolata accipiunt, vtque cum præcedentibus connexa, acſi dicatur, *adoleſcentulæ dilexerunt, & traxerunt te.*

Diſcrepant tamē in aſſignādis ſubſequentibus *Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum* : Si quidem communiori eorum ſententia eidē aſsignantur ſponſæ, quæ hucuſque locuta fuerat. *Communior ſententia.*

*Origenes.* Origenes tamen ho. 1. ex duab. in Canti. Adoleſcentulis potius ea tribuit, de quibus dictum à ſponſa fuerat, *Ideo adoleſcētulæ dilexerunt te, traxerūt te*: cū primū illæ ab ipſa conſpectæ eſſent, quas & pediſſequas ſponſi dicit, ſic. n. ait, Adoleſcentulæ reſpondent: *Poſt te curremus, &c.* Quam pulchræ ſponſi pediſſequæ, nec dum fiduciam habent ſponſæ : ſponſa non poſt tergum ſequitur, ſed ingreditur, iuncta lateri apprehendit dexteram ſponſi, & manus eius ſponſi dextera continetur, famulæ vero ingrediuntur poſt eam: licet autem haud dicat aperte Origenes, cuinam hæc reſponderint adoleſcentulæ, ſponſæne loquenti, an ſponſo præſenti, ex eo tamen, quod ipſas, vt ſpōſi pediſſequas, & quæ ſequantur poſt tergum illius hæc dixiſſe aſſerit, id quod & ex commemoratione vnguentorum colligitur, ſecundum eum, vt ſponſo hæc dicta deſumi videtur. Origenem ſecutus eſt Baſilius commen. in Eſaiam: ſuper illa verba, *a Et erit pro ſuaui odore puluis, &c.* Et Greg. Nyſſ. hom. 1. in Cant. & ex Latinis Anſelmus, qui tamen Anſelmus haud ſponſo, ſed ſponſæ ab adoleſcentulis hæc dicta accipit in hunc ſenſum: tu vis ire poſt eum & nos certe curremus tecum, id eſt, laborabimus tecum, obtinere gaudium nuptiarum, fundatæ in odore, id eſt, prædicatione, & fama tua, quæ nos attrahit. *Baſilius. a Eſa. 3. 24. Greg. Nyſ. Anſelmus.*

Circa id, quod ex communi ſententia à ſponſa dictum eſt, *traxerunt te* : Dubitatur, quomodo Deum traxerint adoleſcentulæ ipſæ, quæ eum dilexerunt.

*Origenes. Trahitur Deus fide.* Origenes, Deum trahi, inquit ho. 1. ex quatuor, ab Eccleſiis proficientibus, per adoleſcentulas deſignatis, per earū fidem : quia *b vbi fuerint duo, vel tres in nomine ſuo congregati* eo libenter Chriſtus venturum ſe polliceatur, fide eorum tractus, & vnanimitate allectus. Trahi quoq; ab animabus proficiētibus per morū emendationē, & eruditionē diſciplinę, ex illo Prouerbiorum, *c Eruditis interſum cogitationibus*, conſtat. *b Matt. 18, 2. Trahitur Deus vitæ probitate. c Prouer. 8, 12.*

*Greg. Nyſſ. Trahitur Deus dilectione.* Greg. Nyſſ. ho. 1. trahi, inquit, Deum ab animabus, diligentibus eum per ipſammet earum dilectionem, per quam illū ad ſe conuertunt, prout is fatetur Pro. 8. *Ego diligentes me diligo, & ditidam iis, qui me diligunt, ſubſtantiam.* Idipſum ſentit & Theodoritus, & Catena Trium Patrum apud eumdem. *Prou. 8. 21. Theodorit. Tres Patres Philo Carp.*

*Theodorit. Trahens Chriſtū anima trahitur à Chriſto.* Porro ex Theodorito colligitur, eas ipſas animas, quæ Chriſtum traxerint per dilectionem, trahi ſimul ab eodem Chriſto, quem diligentes ſequi peroptant. Primo enim ait, eas amore illius ſic incenſas fuiſſe, vt illum ad ſe traxerint: & poſt, eum ita ſecutas eſſe, vt „ curſu id fecerint, ne relinquerentur, ne ve ſeiungerētur à dilecto ſuo. Deinde ſubdit: „ Animæ igitur ſtrenuo ac virili ſenſu præditæ, „ vitæque voluptatem, & laſciuiam atq, deſidiam fugientes, „ & laborem delitijs anteponentes, „ poſt ſponſum currunt, vnguenti fragrantia illectæ, „ atque attractæ, ac veluti vinculo quodam inexplicabili vinctæ & colligatæ.

*Philo Carp. Æmorrhoiſſa, & Cananæa traxerunt Chriſtum ad ſe.* Philo Carpa. ſingulari modo, inquit, ſignificari per hæc Euangelij *d* tractum Chriſtum à duabus Adoleſcentulis Æmorrhoiſſa, & Cananæa, atq; adeo legēs, *Traxerunt te poſt te, in odorem vnguentorum currentium*, aſſerit, ambas illas Chriſtum à tergo traxiſſe quatenus illius ad ſe traxere miſericordiam. Ab ijs, qui vt ſponſæ petitionem hæc accipiunt, iuxta lectionem Vulgatæ, *trahe me: Poſt te curremus in odorem vnguentorū tuorum*, diuerſimode hæc exponuntur. Primo enim quidam *d Luc. 8. Mat. 15. 22.*

13 *Poſt Deum currere ne-*

*quit is, quem Deus nō traxerit per gratiam. Caßiodor. Greg. Pap. Beda, Iuſt. Orgel. Aponius. Bernard. Trahimur à Deo per ſidem. Ambr.*

quidam arbitrantur, Eccleſiam, vel piam animam petere, vt à Deo trahatur per gratiam, quo ſequi eum poſsit per imitationem, neq; enim currere quis valet per viam mandatorum Dei ni per ipſam trahatur gratiam. Ita. Caſſ. Greg. Pa. Beda, Iuſtus Org. (tametſi per gratiam, fidei peculiariter tractionem iſtam is explicet,) Apon. expoſ. in Cant. Bern. ſer. 21. item in Cant. At præ cæteris melius ſenſum iſtū explicat Ambr. in lib. de Iſaac & Anima cap. 3. in plurali legens & petitionem dicens: Ideo Anima feſtinat ad Verbū, & rogat, vt attrahatur, inquiens, *Attrahe nos poſt odorem vnguentorum tuorum curramus*, ne forte derelinquatur, quia currui Dei Verbum non eſt alligatū. Deniq; exultat tamquam Gigas ad currendam viam, & quia egreſſus eius à ſummo cœlo, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, videns ſe imparē tantæ velocitati, dicit, *Attrahe nos*. Bona anima, quæ non pro ſe ſola, ſed pro omnibus rogat. Habemus enim cupiditatem ſequendi, quam vnguentorum tuorū inſpirat gratia: ſed quia curſus tuos ęquare non poſſumus, attrahe nos, vt auxilio tuo fultæ veſtigiis tuis poſſimus inſiſtere. Si.n. tu attraxeris, curremus & nos, & ſpiritalia velocitatis flabra capiemus: deponuntur .n. ſarcinæ, quibus manus tua fulcro eſt, & oleum tuum infunditur, quo curatus eſt ille, *e* qui à Latronibus vulneratus eſt. Ac ne impudēs tibi videatur quod ait. *Attrahe nos*, audi dicentē: *f Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiam vos.* Vides quod libenter nos attrahit, ne remaneamus ſequentes, ſed qui vult attrahi, currat, vt *h* cōprehendat, & currat, ſuperiora obliuiſcēs, & ea, quæ ſunt priora, appetēs, ſic enim poterit Chriſtum cōprehendere. Prudenter ergo rogat, vt attrahatur, quia non omnes ſequi poſſunt. Denique Petro, dicenti: *i* Quo vadis? Reſpondit Verbum Dei: *Non potes me ſequi modo, ſequeris autē poſtea:* Claues ei commiſerat regni cælorum, & ſequēdi ſe imparem iudicauit: Hanc tamen anima non diſtulit, quia non præſumebat, ſed rogabat: Denique ait, Introduxit me Rex in cubiculum ſuum.

*e Luc. 10. 34. f Mat. 11. 28. h Phil. 3. 13. Chriſtum ſequi haud omnibus datum. i Io. 13. 36. Matth. 16.*

*Bernard. Deuotionis dulcedine trahitur anima poſt Chriſtum.*

Hoc quod Anima petit à Chriſto, trahi per gratiā in genere, applicat Bernard. ſerm. cit. 21. ad gratiam diuinarum conſolationum, ac ſi Anima torpens, & deſtituta ſpiritualibus conſolationibus, dicat: Propterea opus habeo trahi, quoniam refriguit in nobis pauliſper ignis amoris tui: nec valemus à facie frigoris huius currere modo, ſicut heri, & nudiuſtertius. Curremus autem poſtea, cum reddideris lætitiā ſalutaris tui: cum redierit melior temperies gratiæ: cum ſol iuſtitiæ iterum incaluerit, & pertranſierit tētationum nubes, quæ hunc operire ad horam cernitur: atq; ad lætum flatum auræ blandioris folio cœperint vnguenta liqueſcere, & aromata fluere, & dare odorem ſuum: Tunc curremus: in odore illo curremus: ſpirantibus, inquā vnguentis curremus, quoniam abſcedet torpor, qui nunc eſt, & reuertetur deuotio, & non iam erit opus nobis, vt trahamur, quippe odore excitatis, vt ſponte curramus: Nunc vero interim trahe me poſt te.

*Anima deuota currit in odorem diuinarum conſolationū.*

*Ambro. Nuper baptizatus optat trahi à Chriſto vt currat in odorem reſurrectionis eius.*

Nuper baptizatis tribuit eamdem petitionē Ambr. lib. de iis, qui myſt. initiantur c. 6. aſpirantibus ad veram reſurrectionem, cuius formam ſeu ſimilitudinē in ipſo accepere baptiſmo: verba eius hæc ſunt: Quātę hodie renouatę animę dilexerunt te Domine Ieſu dicentes: *Attrahe nos poſt te: in odorē veſtimentorū tuorum currimus*, vt odorem reſurrectionis haurirent: Vbi notanda eſt lectio noua, quæ pro *vnguentorum tuorum*, habet *veſtimentorum tuorum.*

*Aponius. Prælatus petit à Chriſto trahi, vt à magiſtro.*

Aponius prælato hæc tribuit, & Paulo Apoſtolo, qui cum alios poſt ſe tracturus ad Chriſtum ſit eruditione, & exemplis, quo trahere illos queat, qui fidei ſuæ ſunt commiſsi, ab ipſomet primo magiſtro ſuo Chriſto trahi petat eo modo, quo magiſter trahit diſcipulum, aſsidua ſcilicet commonitione, atq; etiam verberibus cum opus ſit.

14 Secundo principaliter exponūt hæc alij vt petitionem factam ab Apoſtolis tempore Aſcēſionis Chriſti, ita Greg. Papa hom. 19. in Euangel. Caſſio. Anſelmus, & Bernard. ſer. 21. Greg quidem & Anſelmus de tractione per Spiritum, ac per ſanctam imitationem verſus cœlum, petitionem ipſam intelligunt. Caſſiod. & Bernar. de tractione corporea, ſeu per mortem, quam Eccleſia illa, intuens dilectum ſuum aſcendentem, efflagitabat, geſtiens eum ſequi, atque aſſumi cum illo in gloria.

*Apoſtoli petunt trahi à Chriſto adſcendente in cœlum. Greg. Papa Caſsiodor. Anſelmus. Bernard.*

*Bernard. Mortem deſiderat pia anima poſt profectum proximi.*

Tribuitq; idem Bernardus petitionem eamdem eodem ſer. 21. animæ deſideranti mortem, illamque efflagitanti ac ſi hoc pacto ea loquatur: Ecce adoleſcentulæ, propter quas manere me in carne neceſſe erat, amant te, & amādo firmiter inhærēt tibi meq; minimè iam opus habent, nulla mihi cauſa vlterius in hac vita commorandi: Idcirco trahe me poſt te.

*Rup. Abb. Maria feſtinans ad Eliſabeth trahitur a Chriſto, & currit in odorem vnguentorum eius. i Luc. 1. 39*

Tertiò B. Mariæ Virgini, feſtinanti ad viſitandam Eliſabeth, hanc petitionem tribuens Rupertus Abbas. Trahebatur, inquit, poſt Dominum fœmina deſideriorum, trahebatur, & currebat in odorē vnguētorum, ac beneficiorum talium: & ipſam currere, id eſt, *i* in montana cum feſtinatione abire, erat dicere, *Trahe me poſt te*: Nam qui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit. Vnguenta autem Dei, ait Rupertus, eſſe ipſius beneficia: pretioſum enim, inquit, erat vnguentum, magnum erat beneficium, quod dederat Dominus ſterili conceptum tanti viri.

*Trahimur à Deo tribulationibus. Ambroſius.*

Quartò de tractione per anguſtias, & tribulationes exponunt hæc aliqui. Indicat hunc ſenſum Ambr. in vltimis verbis illis, quæ ſupra ex ipſo retulimus ex lib. de Iſaac & anima, quando dixit, Petro negatum à Domino, vt ſe ſequeretur, per martyriū videlicet, cùm adhuc non eſſet tempus illius, ſed apertius eūdem proſequitur Bern. ſer. 21 Vbi interrogat animā ſanctam, quanam ratione cum pluraliter mox ſubiunctura ſit *curremus*, trahi ſe ſingulariter poſtulet: Atqui cum tunc trahamur, quando tentationibus, & tribulationibus exercemur, tunc verò curramus, cū internis conſolationibus, & inſpirationibus viſitati tanquam in ſuaueolentibus vnguentis reſpiramus: proponit ipſam animā ſic reſpondentem. Quod auſterum, & durum videtur retineo mihi tāquam forti, tanquam ſanæ, tanquam perfectæ, & dico ſingulariter, *Trahe me.* Quod ſuaue, & dulce tibi, tanquam infirmo, communico, & dico, *curremus*: Noui ego adoleſcentulas delicatas, & teneras eſſe, & minus idoneas ſufferre tentationes, & propterea mecum volo, vt currant, ſed non vt mecum trahantur. Volo habere ſocias conſolationis, non autem laboris.

*Bernard. Pia anima tribulationes ſibi ſoli: conſolationes vero omnibus proximis optat.*

Circa verba illa, *poſt te curremus in odorem vnguentorū tuorum*: Tres facit ponderationes Origen. hom. 1. ex quatuor. Primam, ſi Eccleſia cum adoleſcentulis ab vno ſolo ſenſu, id eſt, odoratu tantummodo capta, currere ſe in odorem ſponſi, commemorat: Quid agent cum & auditum earum, & viſum, & tactum, guſtumque occupauerit Verbum Dei? & ſingulis quibuſque ſenſibus virtutes ex ſe competentes naturæ earum, capacitatique præbuerit? 15

*Fruitionis Dei quanta erit ſuauitas. Origen.*

Secundam: ſi ſolum nomen Verbi, quia factū eſt vnguentum exinanitum ſic ſuſcitauit Adoleſcentulas, vt caperent eius fragrantiā, currerentq; poſt illud; quid faciet eius ſubſtantia? Quid inquit, adoleſcentulæ iſtæ virtutis, quid vigoris accipient ſi quo pacto potuerint aliquando ad ipſam incōprehenſibilem, atque ineffabilem ſubſtantiam eius peruenere? Et reſpondet: Ego puto, quod ſi aliquando ad hoc peruenerint, iam non ambulent, neque currant, ſed vinculis quibuſdam charitatis eius adſtrictæ, adhæreant ei, ne vltra mobilitatis alicuius vllus in eis reſideat locus: ſed ſint cum eo vnus ſpiritus: & cōpleatur in eis illud, quod ſcriptum eſt: k *Sicut tu Pater in me, & ego in te, ita & ipſi in nobis vnum ſint.* Quibus cōſona ſunt, quæ ait Bern. ſer. 21. Quod ſi vnctionē in ſe offuſam ſentiret, cuius ita tenui exhilarata fragrātia promouetur, vt currat? Mirum ſi non & volaret.

*Si nomen Verbi magna operatur in anima, quanto maiora operabitur eiuſdem ſubſtantia. k Io. 17. 21.*

Tertiam: Animam ipſam dicere, *curremus*, non, *current*, de adoleſcentulis tantum: Vel quia illa curſu indigeat

*Pia anima non dedignatur ſe numerare cum imperfectis.*

A digeat adhuc,&profectu,vel quia tametſi ea perfecta ſit pro adoleſcẽtulis tamẽ,quæ curſu adhuc,& profectibus egent,currere ſe fateatur, facta omnia omnibus vt omnes lucrifaciat,ſicut ille, *qui cum nõ eſſet ſub lege,fit tamẽ ſub lege,vt eos lucrifaciat,qui ſunt ſub lege.*

*1.Cor. 9. 21.*

*Greg.Papa. Charitas facit omnia communia.*

Gregorius Papa ponderans,cur quæ dixit ſingulariter,*Trahe*,dicat pluraliter,*Curremus*:id,inquit,eſſe in cauſa,quia in odore charitatis Dei, quam currẽs percipit,etiam præceptum dilectionis proximi aduertit:propter communionem ſcilicet mutuam Sanctorum in bono.

*Bernard.*

B Bernardus ſer.21. Nõ curram,ait,dicere animam, ego ſola,etſi ſola me trahi petierim: Current & adoleſcentulæ mecum: ego in odorem vnguentorum tuorum,& illæ vero excitatæ meo exemplo,atq;hortatu, ac per hoc omnes in odorem vnguentorum tuorum curremus.

*Beda.*

Beda fieri,inquit,tranſitum à plurali ad ſingulare, quia cum vna ſit Eccleſia,ex pluribus tamen conſtat Animabus.

*Auguſtin. Cœlũ verſus ſequi debemus Criſtũ. vnde odorẽ eius ſuſcipimus.*

C Auguſtin.in Pſ.90.ex his verbis deducit,nos ſequi debere Chriſtum ad cœlum,vnde eius odor venit,ſic enim ait: Amemus, & imitemur,curramus poſt vnguenta eius,venit enim, & oleuit, & odor ipſius impleuit totum mundum. Vnde odor?de cœlo,ſequere ergo ad cœlum, ſi non falſum reſpondens,quod di- „ citur,Surſum cor, ſurſum cogitationem, ſurſum a- „ morem,ſurſum ſpem.Deducit idem, & Greg. Papa ho.19.in Euang.circa finem.

*Greg. Pa.*

*Auguſtin. Chriſti odor efficit, vt auertamus olfactum à peccatis.*

In expoſitione vero tituli Pſ. 37. idem Aug.ex iiſdem deducit,odorem Chriſti efficere,vt auertamus olfactum à peccatis noſtris. Quia, inquit, habemus per Spiritum odorem Chriſti,vt dicamus ipſi Sponſo noſtro.*Poſt odorem vnguentorum tuorum curremus*,auertimus à pectoribus noſtris olfactum, & conuertentes ad ipſum aliquantulum reſpiramus.

*Odor vnguentorum Chriſti cognitio miraculorum eius.*

D Idem Aug.per odorem vnguẽtorum Chriſti cognitionẽ accipit miraculorũ, quæ virtute ipſius fiunt, ad quæ infideles quoq;currant per conuerſionem,ſic quippe li.9.confeſ.c.7 loquens de miraculis à ſe viſis, dum adhuc Manichæus eſſet, ad reliquias Sãctorum „ Martyrum. Et tamen inquit, tunc cum ita fragraret „ odor vnguentorum tuorum,nõ currebamus poſt te.

*Baſilius.*

Baſilius in c. 3. Eſaiæ,agens de his Chriſti vnguẽ- „ tis,ſeu de eorũ odore,habet hæc verba:Sed chriſma „ illud, quo vngebatur Pontifex, vnguentum erat, & commendatione dignum, & periucunde oblectans animum. Quibus duo mihi ſubminiſtrantur ſenſus. Primus,quam velocius ſacerdotes,qui chriſmate vncti ſunt, currere debeant poſt Chriſtum. Alter eſt, quod per ſacramentum chriſmatis, & cõfirmationis fideles vigorem accipiant currendi poſt eumdem.

*Sacerdotes currere debent poſt Chriſtũ velocius, quam ſæculares.*

*Chriſmatis ſacramẽtum confert vigorem currendi in via Dei.*

E De eiuſdem Chriſti vnguentis agit fuſius Bernardus ſermo. 22. & Hugo de S.Vict.lib.erud.Theol.ex Miſcellan.2.lib.2.tit.61.vide eumdem lib erud. monaſt.lib.de nuptiis ſpiritualibus,vbi agit de curſu.

*Vnguenta Chriſti quæ. Bernardus. Hugo. Vict.*

## *Ex* Verſ. IIII. cap. I. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

F 16 ANimaduertens iam ſponſa, ſe cum ſociis colloqui, cum hucuſque ex vi amoris ad abſentem ſponſum verba direxerit:Nunc quaſi ſe corrigens,ad eas ipſas,quas alloquebatur, ſermonem conuertit, dicens,*Introduxit me Rex in cellaria ſua*, quamuis illico ab eadẽ amoris vi ſponſum iterum cõpellatur affari, cum ſubdit:*Exultabimus, &c.* quæ in hoc verſu habẽtur.Cum autem verbum,*introduxit* dupliciter accipi poſſit,vel pro præterito,vt ſonat,vel pro futuro,iuxta phraſim frequentiſſime in Scripturis ſacris vſurpatã. Si accipiatur pro præterito: ſenſus huiuſcemodi eſſe

*Primus ſenſus.*

A videtur, vt per ea, quę hic dicuntur, talia ſibi velit ſponſa.

*Paraphraſis.*

Dixi à meo tantũ dilecto, & ab eius præſentia erigi me poſſe:Nec tamen putetis, ô ſociæ,gratis me id aſſerere, ſpemque hanc meam friuolam eſſe, ſcitote quia aliquando me ipſe Rex meus (vocat dilectum Regem Hebræorum more, qui in amore iſtiuſmodi vtuntur vocibus, frater mi, Rex mi, &c. ſicut etiam apud nos inter amantes cõſuetum eſſe conſpicimus) introduxit in intimas ædes ſuas, aptum videlicet ad amori vacandum locum. Cum vero pluribus proſequi vellet, amoris magnitudine ex recordatione il-
B lius dulcedinis,quam tunc ſenſit, quaſi præſcindens ſermonem,ad ſponſum ipſum ait:*Exultabimus, & lætabimur in te.*ac ſi diceret:Tantus tunc fuit guſtus,quẽ ex tui amore percepi, vt iugiter ipſa cum his ſociis meis ſim exultatura.

*Secundus ſenſus.*

Quod ſi ſumamus illud ipſum verbum,*introduxit*, vt poſitum pro futuro,prout melius ſumendum fortaſſe videtur: ſponſa his verbis ex eo,quod certe ſibi de ſponſi promittit dilectione, & illius extollet amorem,& ſemetipſam per id,quod futurum ſperat,aliquatenus conſolabitur:quaſi diceret.

*Paraphraſis.*

Confido plane, atque pro certo habeo,ſociæ chariſſimæ, me aliquando à dilecto meo compotem fa-
C ciendam eius,cuius deſiderio ardeo,pro quo & proſtrata langueo:veniet enim, & non modo me ſua iucundiſſima eriget præſentia, ſed etiã introducet me in intimas ædes ſuas, vbi amori vacantes, ô dilecte mi,exultabimus(plurali pro ſingulari)lætitia ſumma perfruar in te:Vel non ipſa tantum,ſed omnes ſociæ congaudentes mihi,ſimul exultabimus,& lætabimur in te.Septuaginta pro *exultabimus & lætabimur* habent ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν, id eſt, *exultemus, & lætemur in te*: quaſi iam ex tunc exultationem pro eo, quod ſperaret,incipere velit.

*Tertius ſenſus.*

Symmachus pro eo,quod nos cum Hebræis,atque etiam cum Septua.habemus,*introduxit*,in præterito,
D legit εἰσαγαγέτω in Imperatiuo *introducat*. Quod, cum deprecatiue ſumendum ſit, Tertium nobis ſubindicat ſenſum, quo per hæc verba proſequens eadem ſponſa ſuam quam ab initio huius Cantici cœpit,deprecationem,ad ſponſum, exprimit quonam ab illo trahi petierit,quove, ſi ab eo traheretur, ſuum directura eſſet curſum,ſic enim dicens,*introducat me Rex in cellaria ſua* ἱλαρυνθώμεθα, id eſt, *hilares ſimus, & lætemur in te.*tale quid dicere videtur.

*Paraphraſis.*

Quæ modo languẽs proſtrata iaceo, opto,me tua erigas præſentia:ad hoc id opto,quod ſciam me à te tractam, poſt te curſuram in odorem vnguentorum
E tuorum: Sed quia tu per eum, quo velociſſime curris,curſum ad illum tandem peruenis locum,vbi tuæ eſſe ſolent delitiæ: vbi tua omnia repoſita ſunt bona: Idcirco id opto in primis,vt poſt meũ, quo te ſequẽs cucurrero, curſum in ea me introducas cellaria tua, vbi ſimul delitiis indulgentes, hilares ſimus ſimulq; omnes,quæ mecum cucurrerint,lætemur in te.

Quo ad litteralem vocum ſignificationem, vnum certe haud prætermittendum eſt.Quod enim noſter vertit,*in cellaria ſua*,in Hebræo eſt חדריו chadarau, quam vocem Septua.interpretati ſunt εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ. Atqui *cellarium*, apud Latinos ſignificat locum abditum, in quo aſſeruantur cibi, atque comeſtibilia,
F quod alio nomine penu dici ſolet: quem ſignificatũ habet etiam ταμεῖον apud Græcos, quamuis per hanc vocem ipſi ſignificent omnem locum abſcõditũ, ſiue in eo ſeruentur cibi,ſiue abſcondantur,ac repoſiti ſint theſauri, arma,ac pretioſa quæque,ſiue demum penetralia ipſa, in quibus ſecretiora quæque fiunt, atque celantur,quam ſignificationem habet & חדר chadar apud Hebræos. Quamuis per hanc vocem in Scriptura ſacra propriiſsimo nomine is exprimi ſoleat locus,in quo amori vacatur: Sic Cant. 3. vbi noſter vertit,*a in cubiculum genitricis meæ*:in Hebr. eſt ואל חדר חורתי veel cheder horathi. in hũc enim locum abditũ volebat ſponſa introducere dilectum,

*a Cant. 3.4*

 quem

quem poſt diuturnos labores inuenerat, vtpote in locum idoneum ad mutuos exhibendos amores: ſic apud Ioel.*b* dicitur in c.2. ויצא חתן מחדרו ieze chatham mechedro: quod noſter vertit: *Egrediatur ſpõſus de cubili ſuo.* Ex his autem ſignificatibus colligemus in ſpiritualibus ſenſibus ſponſam loqui de introductione tũ in locum, vbi reponuntur cibaria: tũ in locum, vbi ſecretiora ſeruantur: tum demum in locum, vbi mutuo vacetur amori.

*b Ioel.2.16*

## *Ex* Verſ. IIII. cap. I. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.*

### Expositio II.

*De Prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia.*

17 EX præſtantiſſimis diuinæ dilectionis indiciis, quę ſibi à Deo dilecto ſuo in paradiſo terreſtri exhibita recolit in Adam totius humani generis parente, maiores Eccleſia ſumens animos, poſtquam in præcedentibus dixit ad ſponſum ipſum ſuum, *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, conuerſa ad gentes, quibus nimium fortaſſe viſa eſſet de Deo ſibi præſumere, hæc ſubiicit. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*: ac ſi diceret.

Paraphraſis.

*Eccleſia introducta in cellaria Dei quando Adã introductus fuit in Paradiſum terreſtrem.*

Ne admiremini, ô Gentes, tantum me in meo confidere dilecto, vt ſi ipſe me traxerit, erexerit, atq; deduxerit, certa ſim poſt illum curſuram in odorẽ vnguentorum ipſius, ſecuturamque eum quocumq; cucurrerit, etiam vſque ad cælos: Ne admiremini, inquam, nam ego ipſa, quæ trahi à ſponſo nunc efflagitaui, olim introducta ab ipſo fui in cellaria ſua, cum in paradiſo in meis parentibus ad ſummas fui admiſſa voluptates, ad pretioſiſſima quæq; cibaria, ad abditiſſimos ſecretorum theſauros, atq; ad eximiam amoris exhibitionem: Hæc enim tria per cellariorum nomen ſignificari, oſtenſum eſt in litteræ expoſitione.

*Paradiſus terreſtris locus, in quo ſeruabantur cibaria.*

*a Gen.3.24*

Ac bene primo in ipſa cellaria, vt ſignificat locum, in quo repoſita ſunt cibaria, introductam ſe ait, quãdo in Adam introducta eſt in paradiſum, quãdoquidem in paradiſo, præterquã quod vniuerſæ reperirẽtur voluptates, atq; deliciæ, ſuauiſsimus pariter ille, ac pretioſiſsimus ſeruabatur fructus, quo in longiſsimum tempus vita prorogaretur humana, *a* Arbor vitæ, pro cuius cuſtodia, vt tuto poſt hominis lapſum ſeruaretur, poſitus ibi à Deo eſt Cherubim, qui flammea rhomphæa vniuerſos ab illius arceret contactu.

*b Sap 7.14*

Neq; vero minus rationabiliter ſe in eodem Adam introductam tunc aſſerit in Dei cellaria, nempe in abditiſsima arcana, atq; ad pretioſos theſauros ſapiẽtiæ, de qua in libro Sapiẽtiæ dicitur: *b Infinitus theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei propter diſciplinæ dona commendati.* Etenim indubitata Theologorum omnium opinione definitũ eſt, Adam à primo ſuæ conditionis inſtãti perfectiſſima à Deo donatum eſſe ſcientia, quod etiam manifeſte aſſeritur in li. Eccleſiaſtici, cum dicitur: *c Conſiliũ & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & diſciplina intellectus repleuit illos*: Creauit illis ſciẽtiam ſpiritus: ſenſu impleuit cor illorum, & mala, & bona *oſtendit illis*: Ait igitur Eccleſia: *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, nempe ad inſpiciendos theſauros ſcientiæ eius: nam tametſi cum primum conditus eſt Adam, ſcientiæ illius habuerit habitum, eiuſdem tamen exercitium tunc prompſiſſe, cum intra paradiſum introducta eſt in Adam, ex eo intelligimus, quod Adã intra paradiſum vniuerſis animantibus proprium impoſuit nomen, iuxta ſingulorum naturas, atq; proprietates, quas per tam perfectam omnium cognitionem optime habuit exploratas.

*Adam donatus eſt perfectiſsima ſapientia.*

*c Eccl.17.5*

*Eccleſia in Adam introducta eſt in cellaria ſciẽtiæ.*

Sed multo magis tunc introducta eſt in cellaria Dei quando altiſsimorum compos facta eſt ſecretorũ eiuſdem Dei. Tunc enim (vt probabiliter aſſeritur ab aliquibus) cognouit horribilem illum Angelorum caſum, qui propter ſuperbiam è cœlo deiecti fuerunt, ſimulquę cognouit, ſummoq; affecta eſt gaudio, quod tantæ illæ Angelorum ruinæ per terrenos homines, qui ex ipſius ſtirpe progenerarentur, reparandæ forent: Tunc, vt bene inquit Epiphan. in exordio libri aduerſus hære
ſes, diſtincte & explicate cognouit myſterium ſanctiſsimæ Trinitatis: Tunc quoq; vt cũ pluribus doctorib. iiſq; inſignibus placet, in Adamo cognouit ineffabile diuinæ Incarnationis arcanum, incarnandumq; Verbum, vt caput humani generis adorauit: Introducta tunc eſt quoq; in ea cellaria, quę ſunt loca aptiſsima ad amori vacandum: in intimas Dei ædes: in ſecretiſsimum eius cubiculum: in cœlũ Empyreum, quando in eodem paradiſo adeo eximiũ in Adam exercuit contemplationis genus, vt eius mens à ſenſuum omnium vſu abſtracta in ecſtaſim, curiæ cæleſtis, & Angelorum choris interfuerit. Videatur Aug li.9. de Geneſi ad litteram, c.19. Gre. PP. li.4. dial. ca. 1. & Bernard. ſer.2. in Septu. fuſius hoc comprobantes ex illo Apoſtoli ad Epheſ. quo dicitur, Adam experrectum dixiſſe: *hoc nunc os ex oſsibus meis*, &c. &, *Erunt duo in carne vna*, ſecundum ſacramentum in Chriſto, & Eccleſia: id quod Chriſtus Dominus in Euangelio Deum, in quem ſcilicet Adam erat abſorptus, dixiſſe, aſſerit. Merito ergo hæc recolens, & in dilectum ipſum firmiſſime confidens, dicat Eccleſia. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, tantus autẽ tũc fuit guſtus, vt iugiter tibi gratias agens, cum omnibus Gentibus, in te ſimul exultaturæ ſimus. Vel melius: Quia *Introduxit me Rex in cellaria ſua* tunc in primo parente Adam: Inde ſpem certam aſſumo, ſi ipſe aduenerit, meq; ſua traxerit præſentia, me tantũ poſt illum curſurã in odorẽ gratiarum eius, donec iterum in eius introducta cellaria, ipſa cum omnib. gentibus & mẽte lætemur, & corpore. Et hæc de primo ſenſu.

*Ambroſ. Catharin. comment in Geneſim. Pererius etiam com. in Gen. Epiphan. S. Th. 2.2. q.3. art.7. Bonau. in 2. di. 23.*

*Eccleſia in Adam introducta in cœlum empyreũ, per raptum, & ecſtaſim.*

*Auguſtin. Greg. Pa. Bernard. Epheſ.5.31 Mat.19.4.*

Paraphraſis.

18 Quod ad ſecundum vero ſenſum, in quo præteritũ *introduxit*, iuxta frequentiſſimam Prophetarum conſuetudinẽ, accipitur pro futuro, *introducet*: per ea, quę hic dicuntur, Eccleſia Sancta videtur afferre rationẽ, quare tanto ſtudio efflagitarit Chriſti aduentum, nimirum, quia pro comperto haberet, ſibi per illum, exhibendam intelligentiam ſacrarum ſcripturarum, ſicque ab illo introducendam in cellaria ſua. Vnde poſtea ſumma perfundatur lætitia. Vel per hæc ipſa verba ſemetipſam conſolatur, cum tamdiu efflagitauerit Redemptorem, ſuumque expectarit Doctorẽ, *d per patientiam, & conſolationem ſcripturarũ*, iuxta Apoſtoli conſiliũ, *ſpẽ habens*, atq; in ſpe illa ſeſe confirmãs, prout & apud Eſaiam feciſſe legimus, vbi dicẽte Domino: *e Liga teſtimonium, ſigna legẽ in diſcipulis meis*, id eſt, vt bene interpretatur Hieronymus, Lex, & prophetia ligetur apud eos, & clauſa ſit, atq; ſignata, vt quod legunt, nõ intelligant: ipſa reſpõdet. *Et expectabo Dominũ, qui abſcondit faciẽ ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum*, id eſt, quia Euangelio ſuccedẽte, lex apud Hebræos clauſa eſt, atque ſignata, & iubes, nequaquam Iudæis, ſed gentibus aſſignari, idcirco ego expectabo Emmanuelem, quem promittis eſſe venturum: certa ſum enim, quia ipſe introducet me in cellaria ſua.

*Secundus ſenſus. Hieronym. Theodoret. Greg. Papa. Iuſtus Org. Rup. Abb.*

*d Rom.15.4*

*e Eſa.8.16.*

Pro huius autem ſenſus intelligentia animaduertendum: inter ea, quæ Chriſto Domino reſeruata eſſent: præcipuum illud ab omnibus exiſtimatũ, quod in ſacrarum ſcripturarum intelligentia fideles eſſet introducturus. Etenim ſcriptura ante Chriſti aduentum tantæ erat difficultatis, vt nullus eſſet, qui ipſam intelligere poſſet: imo vix reperiebatur vllus, qui eã recte poſſet vel legere: *f* Erat namq; prout per Eſaiã ſignificatũ eſt, *Sicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſciẽti litteras, dicẽt: Lege iſtũ, & reſpondebit. Non poſſum, ſignatus eſt enim: & dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei lege, & reſpondebit: Neſcio litteras*: Sicq; neque à Gentibus, quæ litteras ignorarent, neq: à Iudæis ipſarummet litterarum peritis, legi poterat: cum ea aperire vel frangere nequirent ſignacula, quibus arctiſſime liber iſte ſignatus eſſet. Clamet licet Angelus voce magna, dicens: *g Quis eſt dignus aperire librũ, & ſoluere ſignacula eius? Nemo tamẽ poterat, neque in cœlo, neq; in terra, neque ſubtus terram aperire librum, neque reſpicere illum*:

*Scripturæ ſacræ intelligentia exhibenda per Chriſtum.*

*f Eſa.29.11.*

*g Apo.5.3*

Verbum

*h Apo.5.6*
*Scripturarũ intelligentiã quando exhibuerit Chriſtus.*

A Verbum id reſeruatum eſt Chriſto, qui tanquã agnus occiſus proprio ſanguine vniuerſa delens, atque confringens ſignacula, librum ipſum ita aperuit, vt poſtmodũ is vel à minimis idiotis & legi, & intelligi poſſit, prout Ioanni oſtenſum nouimus in Apocalypſi *h*: Vt primum enim Chriſtus, tanquam agnus manſuetus ductus eſt ad victimam Crucis, proprio cruore confringens ſignacula, quibus ſacræ Scripturæ liber tamdiu fuerat obſignatus, factuſq; tamquam occiſus, quia poſt occiſionem à mortuis reſurrexit, apparens diſcipulis, ſimul in vnum congregatis, totamque Eccleſiam præſentantibus, aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Hoc ergo illud eſt, quod ab Eccleſia, Chriſti aduentum præſtolante, præuiſum ſub præclara metaphora modo ſignificatur, dum inquit: B *Introducet me Rex in cellaria ſua.* Cuius quidem ſententiæ ſi ſingula verba exactius perpendantur, plena reperientur eſſe ſacramentis.

*Simile.*

Nam primò per verbum illud *Introducet*, innuitur, Dominũ in edocendo Eccleſiam ſcripturarum ſenſum, ſeſe exhibuiſſe vt bonum, atq; apprime verſatum magiſtrum: Quemadmodũ enim præceptor bonus docere quoſpiam volens ſcientiam, quæ difficilis ſit, & ſubtilis, prius faciliori quadam eruditione, quam εἰσαγωγίαν ac introductionem nuncupant, eorum, & ingenio proportionata, & captui, illos ad arduam introducit diſciplinam: Tum clarioribus eos de quantacunque voluerit difficultate erudit demonſtratio- C nibus: Sic & Magiſter optimus Chriſtus, ſuam de Altiſſimis ſacræ Scripturæ myſterijs docturus Eccleſiã, faciliorem quandam ex ijs, quæ geſsit, quæve perpeſſus eſt, prius illi exhibuit εἰσαγωγίαν, ac introductionẽ: tumque aperto, ac illuſtrato eius ſenſu, & intellectu, facili negotio illam in maxime ſublimia ipſarum ſcripturarum eleuauit cellaria, prout ab illa efflagitatum per Verbum illud *Trahe me*, oſtendimus ſupra: Vnde apparet, quam proprie hoc loco dicat, *Introducet me Rex in cellaria ſua*, neque enim illico eleuata eſt: ſed paulatim introducta eſt in dicta cellaria.

*Scripturarũ intelligentia exhiberi debuit à Rege.*

D Verum ſi verbo iſto, *Introducet*, iſtiuſmodi ſignificatur myſterium: nonne melius, & congruentius dictum fuiſſet: *Introducet me Præceptor*, vel magiſter, quo clarius expreſſa eſſet præceptoris metaphora? Cur ergo dictum potius eſt: *Introducet me Rex?* Quidnam ſibi vult Regis nomen, cũ de eruditione agitur? Multum ſanè. Enimuerò in tali eruditione haud decebat alium nominare, quam Regem: neq; tantum doctorem regio nomine non honeſtare congruebat: cùm & doctrina talis ſit, vt à Rege tantũ doceri potuerit: & doctor ipſe ad hoc cõſtitutus ſit Rex, vt talem doceat doctrinam, *i Ego autem*, inquit, ipſemet de ſeipſo, *conſtitutus ſum Rex ab eo*, ſcilicet Patre, *ſuper Sion montem Sanctum eius*: Ad quid? *Prædicans præceptum eius*, vt videlicet prædicem, ac doceam præceptum, ac legẽ eius: E Atq; id facto probatum eſt: k tunc enim aperuit diſcipulis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, cum iam *l regnauit à ligno*: poſtquam ſuper crucis & cathedram ſimul, & thronum ſedit: poſtquam in Cruce pronunciatus Rex Iudæorũ, tanquam agnus occiſus eſt, tunc nempe ille per reſurrectionem agnus tanquam occiſus, aperto ſacræ Scripturæ libro, ſolutiſq; eius ſignaculis, *m fecit & nos Deo noſtro Regnũ*: Ita vt cõgruentiſſime dicere nobis liceat, *Introduxit nos Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te* ſummo omniũ Rege, à quo vnà cum doctrina, & regnũ ſimul accepimus.

*i Pſal.2.6.*
*k Luc.24.45.*
*l Pſ.95.10. ſecundum Septuag.*
*m Apo.5.10.*

*In Scriptura ſacra ingens ciborũ copia.*

F Bene in cellaria cibis referta: bene certè Eccleſia in iſtiuſmodi introducta cellaria, ibi enim reperiet copiam lactis, quo nutriat infantes, ibi ſeruata inueniet olera pro infirmis: ibi panis habebit abundantiã, quo prouectiorum corda confirmet, *panis*, inquam illius, *n qui de cœlo deſcendit, vt ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur*: panis *o* verbi, *quod procedit de ore Dei*: Ibi prædulcia reperiet *p* eloquia Dei, dulciora ſuper mel, & fauum. Ibi demum reconditum inueniet ſuauiſsimũ Manna verbi Dei, *q omne delectamentum in ſe habens, & omnis ſaporis ſuauitatem.*

*n Ioã.6.58.*
*o Mat.4.4.*
*p Pſ.18.11.*
*q Sap.16.20.*

A Sed & multò certè beatior introducta interius, pretioſiſsimos in illis viſura recõditos ſapientiæ theſauros: *Iudicia*, nimirum *r* Dei *deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum*, mandata ibi quoque repertura, quæ *ſ* diligat ſuper aurum, & topaſion: *t In doctrina* enim (vt dicitur Prouerb. 24. 2.) & intelligentia ſcripturarũ *replebuntur cellaria*, id eſt, cellaria ipſa ſcripturarum apparebunt plena *vniuerſa ſubſtantia pretioſa, & pulcherrima*. Intuebitur ibi abditiſsima Dei ſecreta, ita vt dicere queat: *u Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*: tunc *x emittet Deus verbum ſuum, & liquefaciet ea* myſteria, quæ prius adeo dẽſa, & dura extiterant, vt nec lynceis penetrari poſſent oculis, nec potenti aperiri poſſent manu: ibi *flabit ſpiritus* eiuſdem B Dei, *& fluent aquæ* ſapientiæ, & cognitionis: Ipſe eſt enim, *qui annunciat verbum ſuũ Iacob, & iudicia ſua Iſrael*: ipſe eſt qui ijs, quos in iſtiuſmodi introduxerit cellaria, ea manifeſtat iudicia, quæ ſunt alioquin incomprehenſibilia. Quamobrem tanto tunc beatiorem fore ſe confidit Eccleſia, cùm à ſponſo ipſo ſuo in illa fuerit introducta, quanto præſtantiori priuilegio id ſibi ſenſerit eſſe conceſſum: nam certè Deus *non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.*

*r Pſ.18.11*
*ſ Pſal.118.127.*
*t Pro.24.2*
*u Pſ.50.8.*
*x Pſa. 147.18.*
*Ibid.8.*

*In ſacræ Scripturæ ſtudio repeniuntur maxima incentiua amoris diuini.*

At beatiſsima profectò dicenda erit, in eadem introducta, quia in ipſis ſacræ Scripturæ cellarijs diuino vacabit amori, arctiſsimiſq; charitatis vinculis cũ Chriſto coniungi poterit. Quis verò dubitet, ſacræ C Scripturæ libros intimas eſſe ædes Dei, aptiſsimumq; ad amori vacandum locum: cum ibi tot habeat amoris ſtimulos, tot quibus ſuccendatur, charitatis flammas, quot geſta narrantur, quot verba leguntur? Senſerunt ſane flammas iſtas diſcipuli illi, qui dixerunt, *y Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?* Agnoſcebat hos ſtimulos ſapientiſsimus ille Eccleſiaſ. vnde & dicebat. *z Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui, in altum defixi per magiſtrorum conciliũ data ſunt à paſtore vno*, ac ſi diceret: Verba ſapientũ, verba ſacræ Scripturæ, quæ per ſapientes prolata ſunt, ſunt ſicut ſtimuli, excitantia pigros ho- D mines ad Dei dilectionem, ſicque cor hominis penetrat vſque ad intima, ſicut claui, qui defiguntur in altum quo enim figuntur altius, eo plus penetrant; id ſi quidem ſignificat *in altum figi*: Vel melius, iuxta lectionem Septuaginta: ſicut claui πεπυρωμένοι, id eſt, igniti: ſicut enim claui igniti altius, & facilius lignis infiguntur, illa incendentes: ita & ſapientum verba in penitiſsimos ſinus intellectus noſtri figuntur, ſuoque igne & noſtra inflammant corda. Hanc verò vim inde habent, quod à Deo vno paſtore ſummo, qui eſt veritas prima, & regula veritatis, procedunt, & *per Magiſtrorum*, à Deo inſpiratorum, *Concilium*, vnanimemque conſenſum tradita ſunt: Quoniam omnes veræ ſapientiæ Magiſtri, omnes Prophetæ in veteri, E & Apoſtoli in nouo teſtamento eamdem atteſtantur, & confirmant veritatem, vt appareat, omnes ex vno ore loqui. His ergo ſtimulis in Chriſti cellarijs ad Chriſti dilectionem promota, hiſque ignitis clauis ibidem cum Chriſto arctius confixa, atq; illius amore ſuccenſa, ſumma ratione ſubijcit Eccleſia: *Exultabimus, & lætabimur in te*: Quicquid enim ſuauitatis, quicquid gaudij, quicquid iucundi deſiderari poteſt, id omne in iſtis reperiet cellarijs, vnde nil mirum, ſi non modo interiori lætitia perfundenda ſit, ſed & exterioribus quoque exultatura ſit ſignis: Exultabit autem, & lætabitur non in ſe, ſed in Chriſto, recolens F dictum, *a Lætamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde*: Et exultabit non ipſa ſola, ſed & cum ea exultabunt pariter omnes ij, quibus ipſa doctrinam ſacrarum ſcripturarum, *b quam ſine fictione* didicit, *ſine inuidia* communicauerit: quibuſve eiuſdem doctrinæ honeſtatem, atq; diuitias non abſconderit, & ideo bene in plurali ait, *Exultabimus & lætabimur.*

*y Luc.24.32.*
*z Eccl.12.11.*
*Sacræ Scripturæ verba ſunt ſtimuli amoris, & claui igniti.*
*Simile.*
*a Pſ.31.11.*
*b Sap.7.13*

19 Iuxta tertium ſenſum haud incõgruè hoc loco per cellaria intelligere poſſumus Eccleſiam Catholicam, in quam à Domino introduci exoptet vel Synagoga, vel populus aliquis infidelis, qui cũ diuina excitatus

*Tertius ſenſus.*

A gratia per infidelitatem ſe proſtratum, atque in terra iacentem animaduerteret, Deum ſuperius exorauit, vt per ſuam vocationem, ac gratiam ipſum erigere, ac poſt ſe trahere dignaretur, cumque ſibi polliceri poſſe viſus eſſet, vt ſic tractus poſt illum curreret in odorem vnguentorum, atque virtutum ipſius: Modo intelligens, *c non eſſe currentis, neque volentis, ſed miſerentis Dei*, ab illo clarius efflagitat, vt poſt curſum illum, quem peregit, toto ipſum ſequens conatu ſuo, eum introducere dignetur in cellaria ſua, in Eccleſiam Catholicam, dicens: *Introducat me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.* Ac ſi dicat.

*c Rom. 9. 10*

Paraphraſis.

*Extra Eccleſiam Catholicam virtutum ſtudium parum, aut nihil prodeſt.*

Curſurũ me quidem confido, ſi tu me traxeris Domine, & curſurum poſt te in odorem vnguentorum B tuorum, imitans te in virtutum ſtudio. Verùm quia parum mihi emolumenti ex vniuerſo proueniet curſu, niſi intra Eccleſiam fuerim admiſſus, vbi me reficiam: vbi tuarum gratiarum particeps eſſe queam: vbi in tua charitate radicatus atq; fundatus tibi gratam exhibeam ſeruitutem teque comprehendam, atque complectar: Ideo oro, atque obteſtor, vt introducas me in iſtiuſmodi cellaria tua: Sic enim vnà cũ omnibus fidelibus communi exultabimus gaudio, ſummaque perfruemur lætitia: idque *in te* dilecto noſtro, qui tantam in iſtis cellarijs cibariorum nobis paraueris copiam, tantas diuitias, tantoſque theſauros.

*Eccleſia Catholica eſt cellarium cibariorum, theſaurorũ, ac myſteriorum Dei, & locus, vbi diuino vacatur amori.*

Quænam verò cibaria, dicet quis, qui theſauri ſunt C iſti, quos in Eccleſia Catholica recondidit Chriſtus, propter quos ipſa Eccleſia cellariorum nomine ſignificata eſt? panis verbi Dei: panis, qui de cœlo deſcendit, caro Chriſti: vinum, ac ſanguis eiuſdem Chriſti, cibaria, quæ homines confirment in gratia, & vinum quod inebriet per amorem, cibaria talia, atque in tanta abundantia, vt qui in Eccleſiam, eorum cellaria, fuerint admiſsi cõgruentiſſimè verbis ijs vti poſſint, quibus decem illi viri apud Ieremiã dixerunt: *d Habemus theſauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis.* Fœlices profectò tales, tantoque fœliciores, quo in D huiuſcemodi cellarijs non ſolum habent theſauros iſtos cibariorum, ſed inſuper habent etiam theſauros omnium gratiarum: habent & reliqua ſacramenta: habent diuitias, atq; theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *e Inſtructi*, vt ait Apoſtolus, *in charitate & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem myſterij Dei, & Patris Chriſti Ieſu, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi.* Ecquid enim ſecreti, quid myſterij in ijs celari poteſt cellarijs, in quibus diuino indulgetur amori? Quid in Eccleſia fidelibus poteſt abſcondi, quos Chriſtus vocat amicos? *f Vos autem*, inquit, *dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Meritò igitur exultabũt: meritò lætabũtur in amico, E atq; dilecto ſuo Chriſto, quicunq; in talia introducti fuerint cellaria, quicunq; in ipſa perſiſtent Eccleſia.

*d Ier. 41. 8.*

*e Col. 2. 2.*

*Io. 15. 53.*

## *Ex* Verſ. IV. cap. I. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.*

### EXPOSITIO III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima iuſti.*

20

Primus ſenſus.

*Contemplationis viæ tres, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua.*

CVm anima illa, quæ eo peruenit, vt Chriſti fieret ſponſa, per tres iam tranſierit gradus omnes, incipientium, proficientium, & perfectorum, neque enim perfecta eſſe potuiſſet, prout iam eſſe proponitur, niſi per anteriores proficientium, incipientium F gradus aſcendiſſet: profectò neceſſe eſt, vt in tribus modis contemplationis ſeſe exercuerit: prius in purgatiuo: tum in illuminatiuo: ac demum in vnitiuo: cui totam, reliquis tamen duobus haud omnino dimiſſis, ſeſe dediderit: Sed quia *a Non poſſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*: Et quia haud poteſt anima à ſemetipſa in huiuſcemodi contemplationis modis ſeſe exercere, niſi diuina adiuta fuerit ope, niſi diuina eam duxerit manus,

*a 2. Corin. 3. 5.*

A ideo hoc loco ait. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*: ſatiſque ad propoſitum hæc inquit, atq; de hac ſua gloriatur introductione anima illa, quæ diuinis ad tempus deſtituta conſolationibus, in magna iacens ariditate, Chriſti efflagitauit præſentiã, qua conſolaretur, quaue ita erigeretur, ac traheretur, vt haud dubitaret, ſe poſtea velociſſimo illum, quantumuis currentem, in odorem virtutum, ac gratiarum eius ſecuturá curſu.

Paraphraſis.

Æque eſt enim, ac ſi dicat. Ab illo trahar certò, nec de eius diſſido dilectione. Nam alias antequam in tanta dimiſſa eſſem ariditate, ab illo, à quo vt à potentiſſimo Rege, & Rege meo omne mihi bonum prouenire cognoſco, introducta ſum in cellaria ipſius: B admiſſa ad quemlibet ſpiritualis vitæ gradum, ex gradu incipientium ad gradum proficientium, & ex ipſo proficientium gradu ad ſupremum gradum perfectorum.

*Chriſtus quantum honoris exhibeat piæ animæ.*

*Simile.*

Bene autem ad hæc ſignificanda, iſta vtitur metaphora, introductionis in cellaria, dicens. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*: Primò enim per hæc verba ſummũ exprimit amorem, ſummumq; honorem, quo à Chriſto ſummo Rege omnium excepta ſit. Nam quemadmodum ſi videamus Regem hominem quempiam ad ſe accerſere, illique venienti ipſummet obuiam ire, itaque etiam proprijs manibus illum in prima cubicula, tum in ſequentia, ac demum in intimas intro- C ducere ædes: illicò arguimus, hominem illum à Rege maximi fieri: illicò pronuntiamus, eum apud Regem honoratiſsimum. Idipſum ſane & de Anima Sancta, quæ à Chriſto introducta ſit in cellaria eius, affirmare neceſſe eſt. Nam per hoc intelligimus, Regem Regum Dominum tanti hanc feciſſe animam, vt eam non modo per primam gratiam vocarit ad ſe, non modo per miniſtrorum ſuorum conſilia, adhortationes, atq; exempla ad vitam admiſerit ſpiritualem, ſed & per ſemetipſum obuiam illi factus ſit, propriiſque manibus, efficacioribus auxiliis, dulciſsimiſque conſolationibus eam introduxerit in quaſcumq; contem- D plationis vias, in intimiores contemplationis ædes: Quã dilectionem, quemve honorem expreſſit Eſaias *b* Propheta, cum Dominum alloquens diceret. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam.* id eſt, ipſemet obuiam proceſsiſti animæ illi, quæ à te accerſita, lætãter venit ad te, quæve à peccatis conuerſa iuſtitiam facere ſtuduerit. *In vijs tuis recordabuntur tui.* Quomodo enim tãti obliuiſci poteſt amoris? quomodo tantus honor ab eius excidere poteſt memoria? In ipſis contemplationis vijs, per quas, illi occurrens, eam proprijs manibus duxiſti, introducens eam in cellaria tua, recordabitur tui, dicens. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te, memores vberũ tuorũ ſuper vinũ.*

*b Eſa. 64. 5.*

E Bene autem Anima Sancta, volens eum exprimere amorem, atq; honorem, quo à Chriſto in contemplationem introducta eſt, inquit, ſe ab eo introductam in cellaria ipſius, non in primum tantum, ſed & in primum, & in ſecundum, atque etiam in tertium.

*Cellaria tria, in quæ introducuntur animæ contemplatiuæ.*

*In cellario purgatiuo quid inueniatur.*

Tria enim ſunt Chriſti cellaria, in quæ animæ introducuntur contemplatiuæ. Primum eſt cellarium purgatiuũ, in quo ea ſeruantur cibaria, quæ incipientibus, ac recenter à peccatis conuerſis ſint maxime congrua, fructus nimirum pœnitentiæ, panis doloris, ac vinum lacrymarum. In hoc enim cellarium illico, ac introducta fuerit anima, multa iſtiuſmodi ibi inuenit, quibus ſe paſcat cibarijs: peccatorum deteſtationem, eorundemq; contritionem: iudiciorum Dei timorẽ: infernalium pœnarũ horrorem: odium, atque F contemptum ſui ipſius: propriæ miſeriæ erubeſcentiam, & cetera huiuſmodi, quibus non modo tanquã optimis medicamentis ſe purget à peccatis ipſis, verum etiam in tali conſiſtens incipientium gradu, ita in contemplatione reficiatur, vt paulatim creſcat in magnum augmentum: atque etiam cùm creuerit, ad ſecundum proficientium eleuetur gradum, ſimulque in ſecundum introducatur cellarium, quod illuminatiuum dicitur, tum quia in eo reconditum inueniatur iuſtitiæ lumen, quod *c* ſibi *non illuxiſſe fatentur impij*

*c Sap. 5. 6.*

apud

apud ſapientem, virtutiſve theſaurus, tum quia in eo A arcana quarumcumque aperiantur virtutum, ita vt haud pigeat imitari, quod vel in Chriſto, vel in Sancto alio videatur abſconditum.

*In cellario illuminatiuo quid ſeruetur, quidve fiat.*

Etenim cùm in hoc illuminatiuũ introductus quis fuerit cellarium, videns humilitatis, obedientiæ, caſtitatis, ceterarumq; virtutum ſplendorem, atque præſtantiam, toto conatu ad illas ſeſe conuertit, totoque ad illas inhiat deſiderio. Contemplatur, quantum ſingulæ in Chriſto refulgeant capite ſuo: quantum in ſingulis excelluerint Sanctis, qui Chriſtum imitari ſtuduere, animaduertens autem, ſe longiſsimè ab illis diſtare, omnibus ſeſe ad illas promouet affectibus: efflagitat diuinam opem: proponit ſibi illarum præmia: ac nunquam earum remittit exercitationem, B quoadusque ipſarum compos fuerit effecta. Tuncq; poſtquam aliquandiu in hoc ſecundo ſeſe detinuerit cellario, eiuſque, qui in eo ſeruatur, virtutis theſauri particeps extiterit, introducatur & in tertium, maximeq; intimum eiuſdem Chriſti cellarium, quod ab effectu vnitiuum appellare fas eſt, quia in eo vni tantum indulgeatur amori, per quem anima ipſa, quæ iam ad perfectorum eleuata eſt gradum, cum Chriſto vnitur dilecto ſuo. In ipſo enim contemplatur diuinas perfectiones, eaſq; admiratur, atque in eis ſeſe oblectat: exultat de illius gloria, optans in creaturas omnes per vniuerſum terrarum orbem eam diffundi: in memoriam reuocat infinita, quæ ab illo in ſe C collata ſunt beneficia: totoque gratias agit affectu: ſuam illi in omnibus, & per omnia porrigit voluntatem: nihilq; aliud habet in optatis, quã vt illi placeat: gloriari ſane ea poteſt, atq; lætari, & dicere. *Introduxit me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te.*

*In cellario vnitiuo quid fiat.*

21 Secundus ſenſus.

Iuxta ſecundum ſenſum exprimit hoc loco Anima Sancta, quanta ſibi inſit fides in Chriſtum dilectum, quantaque fiducia, quippe quæ quanto magis à Chriſto deſtitutam ſe ſentiat, quantoque magis ab omni ſe elongatam animaduertat conſolatione, tanto maiori ſe ab illo confidat cumulandam fauore. *Introducet* enim, inquit, *me Rex in cellaria ſua, exultabimus, & lætabimur in te*, per cellaria autem Chriſti intelligit corpo- D ris illius vulnera. Etenim quemadmodum in auguſtiſsimo illo Salomonis templo complura ædificata erant cellaria, atque cubicula, & adyta in quibus eorum reconderentur theſauri, quæ vel ad ipſius templi vſum, vel ad miniſtrorum eius exercitia neceſſaria eſſent, prout colligitur ex primo libro Paralipomenon, vbi dicitur. *d Dedit autem Dauid Salomoni filio deſcriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis: necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exedrarum per circuitũ in theſauros domus Domini, & in theſauros Sanctorũ.*

*Vulnera in Chriſti corpore inſtar cellariorum templi Salomonis. Simile.*

d 1. Paral. 28. 11.

*Anima tribulata introducitur à Chriſto in eius Sacratiſsima vulnera.*

Eodem pacto & in Sacratiſsimo corporis Chriſti E templo quinque excauata ſunt vulnera, in quibus ij reconderentur theſauri, qui ad animarum ſalutem, & conſolationẽ neceſſarij eſſent. In hæc ergo pia anima ſe introducendam confidens ait. *Introducet me Rex in cellaria ſua*, pro certo enim habet, *e Prope eſſe Dominũ his, qui tribulato ſunt corde*, recolitque dictum, *f Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum*, & ideo omnibus deſtituta conſolationibus, confidenter hæc ait. *Introducet me Rex in cellaria ſua*, vnde ſumma prouentura eſt exultatio, & gaudium, *exultabimus*, enim, *& lætabimur in te.*

e Pſ. 33. 19
f Pſ. 90. 15.

Bene autem dum ſe in Sacratiſsima vulnera intro- F ducendam ait, haud ſimpliciter à dilecto ſuo, ſed à Rege id faciendum aſſerit: à Rege, inquam, eorum potiſsimum, qui ab omnibus deſtituti ſunt, quive vndique tribulationibus ſunt concuſsi: à Chriſto, ſuper Crucis throno deſidente: à Chriſto, qui ſpineam coronam geſtaret in capite, vt ex ſpineo diademate proprium agnoſcerent Regem, qui ærumnarum, ac tribulationũ ſpinis confoſsi eſſent. *g Petra enim refugium herinacijs*, nam ij, qui inſtar herinaciorum vndique anguſtiarum ſpinis operti ſunt, haudquaquam aliud tutum agnoſcunt refugium, præterquam ipſam petram

*Tribulatorũ Rex eſt Chriſtus Crucifixus.*

g Pſ. 103. 18

A Chriſtum crucifixum, neque alium volunt Regem, quam ipſummet Chriſtum crucifixum. Ab hoc itaq; Rege introducendam ſe ait nunc anima ſancta in ipſius cellaria. Porro tunc in iſtiuſmodi cellaria introducitur anima, tribulationum laniata vulneribus, cũ ei per diuinam gratiam conceditur, vt in meditatione ſua ipſa penetret vulnera pretioſa: eorumque percipiat fructus: ſtatim autem ac in ea introducta fuerit, in ijs tanquam in pleniſsimis, & abditiſsimis cellarijs vniuerſorum reperit cibariorum copiam, ita vt quomodocunq; ſibi libuerit, ſeſe reficere poſſit: illic abditiſſima intuetur Chriſti precordia, illic diuinæ miſericordiæ ditiſſimos percipit theſauros: inde Sa- B cramentorum, gratiarumque omnium haurit fontes inexhauſtos. Ibi tam arctis charitatis vinculis cordi vnitur amantis, vt iure ab ipſo in ſubſequẽtibus nuncupetur, *h columba* ſua *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*, vt iure, & ipſa quoque, in talia admiſſa cellaria profiteatur, *i hanc eſſe requiem ſuam*, in ipſiſq; ſeſe lætanter, ac dulciſſimè habitatura. Ecquis enim prædulcia illa gaudia: ecquis ingentes illas exprimere valeat delitias, quæ in tam Sanctis percipiuntur cellarijs?

*Introductio animæ in vulnera Chriſti quãdo fiat: quãtaque in us reperiantur.*

h Can. 2. 14.

*In vulneribus Chriſti quanta reperiatur dulcedo.*

i Pſ. 131. 14

Crede mihi ô homo, inquit Bonauentura, quia ſi in Chriſtum per hæc anguſta foramina intrare volueris, non ſolum anima, ſed etiam quietem, ac dulcedinem „ mirabilem inueniet corpus tuum: & quod carnale „ eſt, & ad carnalia tendit, ex illo vulnerum introitu „ C fiet adeo ſpirituale, vt ceteras præter eas, quas ibi „ ſenſit delitias, reputes eſſe nihil. Imo fortaſſe aliquan- „ do anima propter aliquam obedientiam, vel vtilita- „ tem dictabit eſſe recedendum; & caro allecta illa dulcedine dicet ibi eſſe immorandum. Etſi ita accidit de corpore, quanta credis animam frui dulcedine, quæ per illa foramina coniũgitur Chriſti cordi? Ce[...]ebat primere tibi nequeo, ſed experire, & ſ[...] Sponſa, quæ planè, ac optimè id ſciebat anima [...] propterea poſtquam ſæpius hæc fuerat expert[...] in cellaria, illico, gaudia illa, il- dixit. *Introducet m[...]* [...] dulcedines, inquit: *exultabimus, &* laſque ſubin[...] *lætabim[...] [...]nte.* Æque eſt autem, ac ſi dicat.

*Bonauent. in ſtimulo amoris, c. 1.*

Paraphraſis.

D Tametſi ita tuis deſtituta ſim conſolationibus, vt propterea à te efflagitarim, vt traheres me, reddens mihi lætitiam ſalutaris tui, quo vna cum alijs, qui te diligunt, currere valerem poſt te ad odorem, & notitiam gratiarum tuarum. Abſque tamen hæſitatione confido, quia me etiam ſic preſſam ærumnis introduces in Sacratiſsima vulnera tua, cellaria planè, & cibis, & theſauris plena: cellaria, in quibus commode amori indulgeamus ſimul, tuque ipſe Rex tribulatorum, atque adeo Rex meus me in ea introduces tribulatam: *exultabimus* ſane in eis corpore, omnibuſve membris, & *lætabimur in te* anima cum omnibus potentijs ipſius.

22 Tertius ſenſus.

E Iuxta tertium ſenſum, anima illa, quæ in ſuperiori verſu pollicebatur, curſu velociſsimo virtutis viam ſe curſuram, ſi à Domino traheretur per diuinam gratiam, ſciens ijs, qui huiuſmodi curſum conſummauerint, æternam repoſitam felicitatem, prout ab eximio illo ſignificatur curſore, qui ait. *k Bonum certamen certaui, curſum conſummaui: fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex.*

k 2. Tim. 4. 7

F Nunc ſuum deprecatur Regem magnificentiſsimum, vt poſtquam cucurrerit in odorem vnguentorum, ac virtutum eius, ipſam introducere dignetur in æterna tabernacula, dicens. *Introducat me Rex in cellaria ſua.* Neque enim quemquam in feliciſsimam illam patriam introire poſſe exiſtimat, qui in illius non innitatur meritis, à quo pretio ſanguinis ſui tanta nobis empta eſt gloria: niſi ab illo, qui deuicta morte æternitatis aditum nobis reſerauit, à Ieſu Nazareno Rege Iudæorum introducatur: de ipſo enim per Eſaiam ait Dominus. *l Et dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius* (crucem nimirum, quam ſuper humeros ille in paſsione geſtauit) *& aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat.*

*In cœlum nemo admittitur, qui nõ nitatur in meritis Chriſti.*

l Eſa. 22. 22.

Ac

*[Cœleſtis patris cur vocetur nomine cellariorum.]* Ac bene iucundiſsimam regionem illam cellariorum exprimit nomine, vt vnico verbo præſtantiores illius exprimeret excellentias.

Primò enim dum in plurali vocat eam Regis cellaria, illud ſubindicat, quod in Euangelio ab ipſomet expreſſum eſt Rege, cum diceret, *m In domo Patris mei manſiones multæ ſunt:* Tum ipſo cellarij nomine tantam ibi indicat repoſitam ſpiritualium ciborum copiam, vt facillimè vnuſquiſque in ſolo aſpectu diuinæ gloriæ pleniſsimè exſaturari queat, iuxta illud Pſalmi, *n Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Indicat quoq; in huiuſmodi tabernaculis ea conſpici *o arcana verba, quæ non licet homini loqui:* Nec non & theſaurorum, diuitiarum, & gloriæ Dei eos participes fieri, qui in talia admiſsi fuerint cellaria, iuxta illud: *p Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Poſtremò indicat arctiſsimam beatorum cum Deo vnionem: ibi enim, vtpote in loco aptiſsimo, & propriiſsimo ad amori vacandum perfectiſsima charitate, perpetuaque felicitate feliciſsimæ quæque animæ ſuo vnientur dilecto: Quapropter iure optimo ex tam eximiorum cellariorum modica tãtum vel commemoratione exultans, ac gaudens, ſubdit, *Exultemus, & lætemur in te.* Æque eſt autem, ac ſi dicat.

*[m Io. 14. 2. n Pſ. 16. 15. o 2. Cor. 12. 4. p Mat. 25. 34.]*

*[Paraphraſis.]* O vtinam poſtquam ab illo tracta, in odorem gratiarum eius cucurrero viam mandatorum eius, introducat me Chriſtus Rex meus in æterna tabernacula, cellariaque illa ſua, cibis pleniſsima, & theſauris gloriæ eius, in quibus mutuæ abſque vlla ceſſatione ſimul cum illo vacem dilectioni; *Exultemus* geſtu corporis, *& lætemur* toto corde, quotquot ad hæc inhiatis animæ fideles, in huius introductionis commemoratione.

---

## *Ex Ven...* cap. I. *Introduxit me Rex in cellaria ſ... exultabimus, & lætabimur in...*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.*

23 LEgimus in libro Geneſis, Abraham, quia fidelis Dei ſeruus eſſet, tanti à Domino æſtimatum, vt quaſi indignum quid cenſuerit Deus ipſe, atq; abſurdum, ſi quod ab ſe faciendum erat, illi minimè aperuiſſet: ait enim, cum ad quinq; Ciuitates deſtruendas deſcenderet: *a Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, cum futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſsimam, & benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ?* Sic etiam in Euangelio legimus, Chriſtum Dominum vniuerſa fidei myſteria Apoſtolis amicis ſuis manifeſtaſſe, ait enim, *b Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Porrò ſi ijs, qui amici tantummodo Dei erant, diuina ſunt reuelata ſecreta, quanto magis à filio propriæ id exhibendum fuerat matri? quanto magis à Chriſto Beatæ id concedendum fuerat Virgini? Indicat ſanè, hanc ei factam eſſe reuelationem, ac manifeſtationem, Lucas Euangeliſta in paucis ijs verbis: *c Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* Quid enim conſeruabat, niſi ea diuina myſteria, phraſi Hebraica verborum nomine nuncupata, quæ à Spiritu ſancto edocta fuerat? conferebat autem myſterium vnum cum altero, & omnia ad inuicem, idque intrinſecus in corde ſuo, tantoque cum gaudio, ac exultatione, quantam nec quiſquam vel mente concipere poſſet. Sed hæc omnia conſeruabat, quia (vt bene inquit Rupertus Abbas lib. 2. de gloria, & honore filij hominis, circa principium) Ipſa habebat tempus tacendi, & tempus loquendi, eratque dum Chriſtus viueret, hortus concluſus, fons ſignatus: à Chriſti verò Aſcenſione incipiens loqui, atque eructans, quæ in cordis ventre ſeruarat, erant emiſſiones eius paradiſus, & fauus diſtillans labia eius.

*[a Gen. 18. 17. b Io. 15. 15. Mariæ infuſa cognitio diuinorum myſteriorũ. c Luc. 2. 19. Rup. Abb.]*

Hanc diuinorum arcanorum per Spiritum ſanctũ ſibi infuſam cognitionem ipſamet nunc aperiens, inquit, *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Metaphorica autem iſtiuſmodi vtitur locutione, quoniam quemadmodum, qui in intimas ab aliquo Rege introducitur ædes, & in abditiſſima eius penetralia, abſque vlla dubitatione omnium illius compos fit ſecretorum, intuens quicquid ſeruatum latebat in abdito: Ita quoque & ipſa B. Virgo ſic particeps facta fuit arcanorum Dei, ac ſi à ſummo omnium Rege in diuina introducta fuiſſet penetralia, in quæ cum introductus fuiſſet aliquando Paulus Apoſtolus, *d vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui.*

*[Simile. d 2. Corin. 12. 4.]*

*[Mariam pro breui aliquo tempore vidiſſe in hac vita diuinã eſſentiam, probabile eſt.]* Neque verò quidpiam vel à pietate, vel à veritate abhorrens quis diceret, ſi aſſereret B. Virginem per hæc verba non tantum ſignificare, ſe à Spiritu ſancto plenius eruditam de diuinis myſteriis: verum etiam pro breui aliquo temporis ſpatio eatenus introductam in Chriſti cellaria, atque in cælum empyreum, vt & diuinam eſſentiam intuita ſit viſione beatifica. Etenim ſi & Moyſi, & Paulo id conceſſum aſſeritur iuxta Sancti Auguſtini, Chryſoſtomi, Baſilij, Ambroſij, Anſelmi, & aliorum opinionem, profectò multo congruentius, ac rationabilius, ipſi Dei genitrici conceſſum fuiſſe credendum eſt.

*[Rup. Abb. e Cant. 4. 1. f 2. Corin. 12. 4.]* Aſſerit hoc clarè Rupertus Abbas ſuper illa verba Cant. *e Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet:* ait enim: Si quiſpiam dixit, & teſte Deo, vel conſcio, non mentiens dixit, *f* raptum ſe fuiſſe in *Paradiſum*, ſiue vſque *ad tertium cælum, ita vt neſciat, ſiue in corpore, ſiue extra corpus raptus fuerit, & audiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui:* Quanto magis tu Regina cælorum perſępe cæleſtibus interfuiſti, quippe quam & circumſteterunt obſtetricum vice, gloriam Deo concinentes Angeli, & inter hæc didiciſti, vel aſſecuta es aliquid quod latet & latere nos debet.

*[1. par. titu. 15. cap. 17. paragr. 1. Hom. 4. ſuper Miſſus eſt.]* Aſſerit idipſum clarius & S. Antoninus, & in eamdem ſententiam citat Albertum, aſſerentem in huius rei confirmationem verba illa Bernardi.

Illi ſoli datum eſt noſſe, cui datum eſt experiri & ... Vt qui ſoli Patri notus eſt, ſic & illi, ſiue itaque intelligamus per hæc verba, *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Beatam Virginem ſignificare, ſe aliquando admiſſam ad ſummum gaudium, ad viſionem diuinæ eſſentiæ: ſiue teneamus, ipſam per illa id tantum exprimere voluiſſe, quod à Summo omnium Rege particeps ſit effecta diuinorum myſteriorum, & cõpos ſecretorum Dei: atque etiam theſaurorum cœleſtiũ: congruentiſſimè ſubdit: *Exultabimus, & lætabimur in te.* Quidni enim præ gaudio exiliret, quæ tantis beneficijs à filio cumulatam ſe agnoſceret? Hæc dici poſſunt, ſi accipiamus verbum, *Introduxit*, in præterito, vt ſonat.

24 *[Secundus ſenſus. Maria firmiſsimè credidit ſe ad cœlos aſſumendam regnaturãque cum filio. g Rom. 8. 17.]* Quod iuxta ſecundum ſenſum illud intellexerimus pro futuro, *Introducet*, Tunc haud incongruè dicere poſſemus, Beatam Virginem hoc loco exprimere firmiſſimam, quam in filium haberet, fidem: ex eo enim quod Deum in proprium introduxerat vterũ, cum Dei concepit filium, ſe & in Dei introducendam cellaria, ad cœloſque aſſumendam, firmiſſimè credidit: & ex eo quod particeps in terris fuit paſſionum Chriſti, credidit & in cœlis ſe cum illo glorificandam, iuxta illud Apoſtoli. *g Si compatimur, & conregnabimus.* Sic ergo dicens: *Introducet me Rex in cellaria ſua*, haud obſcurè ſignificauit, ſe poſt ſuam dormitionem in cœlos aſſumendam, atque ſuper omnes Angelorum choros exaltandá. Quæ expoſitio multo congruentior erit, ſi teneamus ipſi B. Virgini hanc ſuam exaltationẽ reuelatam multo ante fuiſſe, quod ſentit Damaſcenus oratione prima de dormitione Deiparæ, & Anſelmus lib. de excellentia Virginis, cap. 7. vbi ait, accepiſſe Virginem ea hora, qua filium concepit, ſuæ prædeſtinationis, & ſuper omnes choros Angelorum exaltationis certam, atque indubitatam reuelationem.

*[Damaſcen. Anſelmus.]*

Bene

*Maria quãtũ in ſe eſt, glorificationem ſuam impertit toti humanæ naturæ.*

Bene autem hanc ſuam exprimens glorificationem, ſubdit. *Exultabimus*, in plurali, *& lætabimur in te:* quia & ipſa eam, quam acceptura eſſet gloriam, haud ſibi ſoli propriam vellet; ſed toti humanæ naturæ eam impertiret; & quia eius deuoti de illius gloria, atque exaltatione exultaturi eſſent, propriam eo eleuatam videntes matrem, quo ipſi iugiter eleuata habere conantur & corda.

---

## *Ex* Verſ. IIII. cap. I. *Introduxit me Rex in cellaria ſua: exultabimus, & lætabimur in te.*

### *Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

25 PAraphraſis Chaldaica. Et applica nos ad radices montis Sinai, & da nobis legem tuam de theſauro tuo, quod eſt in firmamento, & delectabimur, & exultabimus.

Quoad dramaticum ordinem, communior Patrum ſenſus eſt, vt cùm ſponſa ſimul cum ſocijs adoleſcentulis cucurrerit: ſola tamen introducta à ſponſo ſit in cellaria, & abdita eius. Atque adeo poſtmodum ad illas egreſſa, quæ foris remanſerant, gratiam eis referat, quæ ſibi à dilecto ſuo præſtita fuerat, hæc dicens: *Introduxit me Rex in cellaria ſua, &c.* Tum adoleſcẽtulæ de eius bono congaudentes, ſubiecerint. *Exultabimus*, &c. Vel idipſum ſibimet optantes, ad ſponſum conuerſæ dicant. *Exultemus, & lætemur in te.* Ita Origenes in vtraque expoſitione ſua, Gregorius Nyſſenus, Theodoritus, Bernardus, & alij.

*Origenes. Nyßenus. Theodor. Bernard.*

*Introductio in cellaria Dei, eſt participatio ſecretorum illius.*

Quid ſit autem introductio iſta in Dei cellaria, ſeu in cubiculum (vt legit Ambroſius) communiori ſenſu à Patribus ſic explicatur, vt per eam, intelligenda ſit participatio illa, quam Deus vel Eccleſiæ, vel animæ perfectiori exhibet, diuinorum ſenſuum, & ſecretorum ſuorum. Differunt tamen in huius rei explicatione.

*Cellaria Dei ſunt ſenſus myſteriorum Sacræ Scripturæ. Hieron. Greg. Pa. Iuſtus Org. Theodorit. Rup. Abb.*

Quidam enim communicationem iſtam factam accipiunt per intellectum Sacrarum Scripturarum, ita vt Dei cellaria, ipſa ſit Sacra Scriptura: Sic Hieronymus epiſtola 142. ad Damaſum, Theodoritus, Gregorius Papa, & Iuſtus Orgel. & Rupertus Abbas.

Referunt alij hæc ad introductionem in cœlum: ſed & iſti adhuc differunt inter ſe.

*Cellaria Dei cœleſtis patria. In meditatione introducitur aliquando anima deuota in cœlum. h 2. Corin. 12.4. i 2. Corin. 2.12. Origenes. Greg. Nyß. Theodor. Tres Patres Aponius. Ambroſ. Diuinis tantum inhærẽs anima introducitur in Dei ſecreta, exultans in Deo ſolo. k 2. Corin. 12.2.*

Quidam hanc introductionem accipiunt vt factam per contemplationem, ei ſimilem, qua Paulus *h raptus in Paradiſum, & vſque ad tertium cœlum, vidit arcana verba, quæ non licet homini loqui:* propter quã introductionem dicebat alias idem Apoſtolus. *i Nos autem Spiritũ Chriſti habemus, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis.* Ita Origenes in vtraque expoſitione, Gregorius Nyſſenus homilia prima, Theodoritus, Tres Patres apud eundem, Aponius. Sed præ cæteris Ambroſius lib. de Iſaac, & Anima cap. 3. eleganter ſenſum iſtum his explicat verbis. Beata anima, quæ Dei ingreditur penetralia, inſurgens namque de corpore ab omnibus fit remotior, atque intra ſemetipſam diuinum illud, ſi quo modo aſſequi poſſit, ſcrutatur, & quærit. Quod cùm potuerit comprehendere ea, quæ ſunt intelligibilia ſupergreſſa, in illo confirmatur, atque eo paſcitur. Talis erat Paulus, qui ſciebat, *k* ſe raptum in Paradiſum: ſed ſiue extra corpus raptum, ſiue in corpore neſciebat, &c. etenim perfectioni ſtudens ſolum illud bonum diuinitatis intendit, nec aliud quidquam requirendum putat, quia tenet, quod ſummum eſt: ſolaque ſibi abundat, quia ſola ſibi eſt ſatis. Nec ſola aliquando eſt, cui præſul Dominus adeſt. Denique in illud diuini illius introducta ſecretum, *Exultemus*, inquit, *& lætemur in te.* Non enim in diuitijs auri, argentique theſauris, non in poſſeſsionum fructibus, non in poteſtatibus, non in conuiuijs, ſed in ſolo Deo exultat.

*Theodor. Cellaria Dei, mens eiuſdem Dei. l Mat. 6.6.*

Theodoritus particularius in ipſo cœlo cellarium, ſeu cubiculum Dei, illius intelligit mentem; quod accepit fortaſſe ex Origene, qui homil. prima ex quatuor per cubiculum animæ, in quod *l* ingredi ei præcipitur, quando oratura eſt cœleſtem Patrem, mentem intelligit eiuſdem animæ.

*Caſsiodor. Beda. Anſelmus. Per fidei cognitionem introducitur pia anima in cellaria cæleſtia.*

Caſsiodorus, Beda, atq; Anſelmus, de reuelatione facta, & cognitione per fidem bonorũ, & myſteriorum cœleſtis patriæ hæc ſumunt: Vnde Beda, introductam animam ſic ad nouiter renatam per hæc loqui ait: Ideo deprecor ſponſum, vt nos poſt ſe currentes, data manu, ipſe, ne deficiamus, adiuuet, quia iam dulcedinem Regni cœleſtis prælibaui: iam guſtaui, & vidi, quoniam ſuauis eſt Dominus: iam bona, quæ mihi in cœlis ſunt præparata, ipſo reuelante cognoui. Moxque ad ipſum conuerſa, ei gratias agens, *Exultabimus*, inquit, *& lætabimur in te:* ac ſi diceret: Nequaquam ipſi de perceptis muneribus extollimur: Sed in omni, quod bene viuimus, exultamus, imò exultabimus & lætabimur in tua miſericordia.

*Aponius. Per ſpem pia anima hic introducitur in cæleſtem patriã.*

Aponius pari ratione de introductione ſibi iam facta per ſpem, ſeu in ſpe, in eandem cœleſtem patriam loqui aſſerit, piam animam.

*Philo Carp. Per tolerantiam tribulationum introducimur in cæleſtem patriam.*

Philo Carpathius, legens cum Simmacho: *Introduc me Rex in promptuarium tuum*, aſſerit, illos introduci in iſtiuſmodi promptuarium, qui perſecutiones, ac tribulationes patiuntur pro tuenda, & conſeruanda iuſtitia: iuxta illud, *m Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* *m Mat. 5.10.*

*Ambroſ. In Paßione, ac reſurrectione Chriſti, Eccleſiæ quaſi nuptæ reuelata sũt Chriſti myſteria ſicve introducta in Chriſti cubiculum.*

Ambroſius ſermon. 1. in Pſal. 118. in verſ. 7. & 8. 26 reuelationem myſteriorum paſsionis, mortis, ſepulturæ, ac Reſurrectionis Chriſti poſt eiuſdem Chriſti paſsionem factam aſſerit animæ, ſeu Eccleſiæ, quando & ſponſa facta eſt, ſic quippe ait. Quando introduxit eam Rex in cubiculum ſuum, paſsionis tempus, lateris compunctio declarat, ſanguinis effuſio, ſepulturæ vnguentum, reſurrectionis myſterium: vt oſculum quaſi ſponſa acceperit. In cubiculum autem Chriſti ſit introducta Eccleſia, non iam quaſi tantummodo deſponſata, ſed quaſi nupta: nec ſolum thalamum ſit ingreſſa, ſed etiam legitimæ claues copulæ conſecuta ſit: „Introduxit enim eam Rex in omnia interiora myſteria, „dedit ei claues, vt aperiret ſibi theſauros ſcientiæ „ſacramentorum, clauſas antea fores panderet, cognoſceret „quieſcentis gratiam, defuncti ſomnum, „virtutem reſurrectionis.

*Rup. Abb. B. Maria compos eſt facta ſecretorum Dei.*

Rupertus Abbas B. Mariæ hæc applicans, arbitratur, illam per hæc verba, *Introduxit me*, ſignificare Eliſabeth reuelationem, ac plenam infuſionem ſibi factam myſteriorum Dei: cui reſpondeat Eliſabeth, *exultabimus*, &c. exultauit enim infans in vtero eius.

*Ambroſ. Euchariſtiæ ſacramentum eſt cellarium Chriſti plenum omni bono.*

Ad Sacroſanctum Altare, & Sacramentum Euchariſtiæ videtur hæc referre Ambroſ. in libro quinto de Sacramentis, cap. ſecundo, ibi enim de vocatione Chriſti ad hoc cœleſte conuiuium agens, *Introduxit*, ait, *me Rex in cubiculum ſuum.* Græcus, *in promptuarium ſuum*, & *in cellarium ſuum.* Vbi bona libamina, vbi boni odores, vbi mella ſuauia, vbi fructus diuerſi, vbi epulæ variæ, vbi plurimis epulis tuum prandium condiatur.

*Philo Carp.*

Ad hoc fortaſſe alluſit & Philo Carpathius, dum breuiter ait, promptuarium Chriſti primum eſſe corpus illud, in quo ſibi domicilium fabricauit.

*Origenes. Cur ſponſus dictus ſit Rex.*

Ponderat Origenes hom. 1. ex quatuor vocabulum Regis à ſponſa vſurpatum: & propterea inquit, Regem hic nominatum eum, qui alias, vel dilectus, vel fraternus, vel alio nomine nuncupari ſolet, vt oſtenderetur per hoc nomen prædiues cubiculum, vtpote Regium, atque immenſis opibus repletum.

*Greg. Papa. Caſsiodor. Beda.*

Circa verba illa, *exultabimus, & lætabimur in te* Notandum, ea ab alijs tribui ſponſæ referenti ad Deum gaudium, quod ex tanta gratia percepiſſet, vnà cum ſocijs ex illo participantibus. Ita Gregorius Papa, Caſſiodorus, Beda, & alij. Ab alijs tribui ſociabus ſponſæ, quæ adhuc imperfectiores eſſent: & ex his quidam aſſerunt ab ijs dicta ad animam introductam,

*Origenes. Nyſſenus. Theodor. Bernard. Anſelmus. Per bona opera nos præparare debemus ad ſuſcipiendas gratias.*

ctam,eique congratulantibus.Ita Nyſſenus,Theodoritus, & Bernardus cum Origene Homil.1. ex duabus, alij verò inquiunt, ab iiſdem prolata ad Deum deprecatiuè. Ita Origenes Homil.1.ex quatuor,Anſelmus quoque dicens,eas ſic ſponſum alloqui. Quia tu Domine ſponſam tuam iam in ſecreta tua introduxiſti, ideo & nos præparabimus idoneas, vt cum ea introducamur. *Exultabimus* enim,ſcilicet in corpore, bene operantes cum exultatione,*& lætabimur* in anima,quia lætitia bona cogitabimus : vel *lætabimur*, ſi bona fecerimus non coactè,ſed voluntariè,& hoc in te,omnia tibi attribuentes tanquam primæ cauſæ.

Apud Bernardum ſermo. 23. videri poteſt diſtinctio hortorum,cellariorum,& cubiculorum ſponſi.

---

## Ex Verſ.IV.cap.I. *Memores vberum tuorũ ſuper vinũ: Recti diligunt te.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

27 Svppoſitis ijs,quæ de dictione *vberum*,eiuſq; ſignificatione longius à nobis iam dicta fuere ſupra,in prima expoſitione verborum illorum, *a Quia meliora ſunt vbera tua vino*,facilis quidem iuxta lectionem noſtram eſt eorum,quæ hic dicuntur,intellectus.

*a Cant.1.2.*

*Primus ſenſus.*

Proſequens enim ſponſa,quã cœperat narrationẽ, nunc exponit,quanam ratione cum ſocijs exultatura ſit in eo ipſo,quem alloquitur,dilecto ſuo, ac ſi dicat.

*Paraphraſis*

Tantus tunc fuit,vel erit guſtus,tantuſque fructus, quem ex tui amore percepi,vel percipiam, vt iugiter ipſa & hæ ſociæ meæ ſimus exultaturæ,*Memores vberum tuorum*:ob id ſcilicet tantum,quod memores erimus amorum tuorum, ac dulcedinis tuæ multo ſuauioris,quam quodlibet præſtantiſſimum vinum:Nec quiſquam futurus eſt , qui hanc ob rem indignetur, quive vllatenus hac de re miretur : nam *recti diligunt te* : quotquot enim recti ſunt, quotquot à recta ducuntur ratione,tui amore flagrant.

Verum quamuis iuxta lectionem noſtram facilis, ac ſimplex horum ſit ſenſus,Hebraicus tamen textus haud ita ſimplicem habet intellectum, ex æquiuoca enim duarum dictionum ſignificatione multipliciter ea, quæ hic dicuntur, poſſunt exponi. Siquidem vbi noſter legit *Memores*, in Hebræo eſt verbum נזכירה nazchria, quod quidem triplicem poteſt habere ſignificationem:primò enim,iuxta ſenſum lectionis noſtræ ſignificare poteſt, *recordabimur*, ac *memores erimus*.Secundò,& proprius ſignificat.*Memorabimus*,*in memoriam reuocabimus & commentabimur*.Tertiò demum poteſt ſignificare *odorabimus*,& *olfaciemus*: ſic & apud Oſeam *b* cap.14.verſic.8.dicitur: *Odor eius ſicut vinum Libani* Vbi dictio Hebræa זכרו zichro, quæ eſt pro dictione *odor*,ab eodẽ verbo זכר zachar deriuata eſt,quod & noſter interpres animaduertẽs, ſic eam vertit. *Memoriale eius*, *ſicut vinum Libani*: In hoc quoque ſenſu in Pſal.19.verſic.4.dicitur : *c Memor ſit omnis ſacrificij tui*,id eſt,odoretur Dominus ſacrificium tuum, & Eſaiæ 66.3. *d Qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat : qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat Idolo*.Qui enim recordatur thuris ille eſt,qui in odorem thus incendit.

*b Oſea 14.8* *c Pſ.19.24.* *d Eſa.66.3*

Altera dictio æquiuoca eſt מישרים meſciarim, quæ tribus,aut quatuor modis accipi poteſt. Primò vt ſignificat,*rectitudines*,iuxta cõmuniorem acceptionem. Secundò vt ſignificat *rectitudinibus*, in ſeptimo caſu,id eſt,ob rectitudines.Tertiò vt ſignificat *rectos*, iuxta verſionem noſtram. Et quartò iuxta non improbabilem nonnullorum opinionem , vt ſignificat epithetum vini præſtantiſſimi , quod etiam videmus illi attributum in hoc eodem libro Canticorum,cap. 7.verſ.9.vbi pro eo,quod nos legimus:*e Guttur tuum, ſicut vinum optimum*, *dignum dilecto meo ad potandum* : in Hebræo ſic habetur ad verbum:*Guttur tuum,ſicut vinũ illud bonum*,*quod vadit ad dilectũ*,למישרים lemeſciarim,id eſt,in rectitudinibus,& recta: Sic etiam Prouerb.23.verſic.31.pro eo,quod noſter vertit,*f Ne intuearis vinum*,&c.*Ingredietur blande*,&c.in Hebræo dicitur. *Ne intuearis vinum*,&c. *Ambulat* במישרים bemeſciarim *in rectitudinibus*.

*e Cant.7.9.* *f Prouerb. 23.31.*

Cum igitur tanta ſit harum duarum dictionum æquiuocatio , ac tam multiplex ſignificatio , præter ſenſum lectionis noſtræ, quem ſi iuxta frequentem Sacrorum librorum conſuetudinem, abſtractum *rectitudines*,ſumatur pro concreto *recti*, etiam Hebraica ipſa reddere poſſunt:nonnullos alios,eoſque perpulchros eorum , quæ hic dicuntur, intellectus afferre fas eſt. Erit itaque

*Secundus ſenſus. Legionenſis.*

Secundus ſenſus iuxta diſtinctionem Legionenſis, 28
qua poſt verbum *Commentabimur*,adhibetur cõma:& tum ſubditur: *Amores tui præ vino*,ſcilicet ſunt ſuauiores:vt poſtquam ſponſa dixit,exultaturam ſe ob præſentiam,& congreſſum ſponſi ſui, & lætaturam,ſubjiciat protinus ea,quæ hos amantium congreſſus natura ſequuntur, commemorationem, ſcilicet mutui erga ſe animi, atque ſenſus,dicens præciſè, vt amantium mos eſt.

*Paraphraſis.*

In memoriam reuocabimus,nempe quas moleſtias inuicem diſtracti pertulerimus: qui æſtus animorum noſtrorum fuerint: Tum ſubdat: Amores enim tui præ vino ſunt ſuauiores,ac optabiliores:ſiquidem rectitudines dilexerunt te,id eſt: Te omnes rectitudines,omnia bona : Te omnes gratiæ circumſtant: Te omne decus exornat: egregia omnis,& diuina indoles in te vno elucet,ac ſemper hæc eluxerunt.

*Tertius ſenſus.*

Tertius autem ſenſus aliquantulum ab hoc diuerſus,iſtiuſmodi erit: ſi diſtinctio adhibeatur non poſt verbum *commentabimur*,ſed poſt *vbera*,ſiue *amores tuos*.

*Paraphraſis.*

*Exultabimus*,*& lætabimur in te*. In memoriam reuocantes amores tuos : guſtus nimirum atque delitias, & fructus, quos in cellarijs tuis percepi, cùm tecum vnitate perfruerer. Tanta eſt enim ſuauitas , quæ ex tua percipitur præſentia,tuoque congreſſu,vt puellæ, ac Virgines te diligant,atque dilexerint ſemper,multo magis quam quodlibet vinum: idque rectitudinibus, ideſt amore recto, in quo eſt ſinceritas ſine vllo fuco,& fraude:vel ob rectitudines, & virtutes tuas: vt ſit alluſio ad ea,& confirmatio eorundem,quæ ſuperius dixit,*Oleum effuſum nomen tuum*,*g Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*.

*g Can.1.3.*

*Quartus ſenſus.*

Quartus ſenſus eſt,vt ſponſa ſignificare velit,adeo ſibi ſuauem præſentiam , atque congreſſum ſponſi: amorumq; illius fruitionem tantam ſibi præſtare iucunditatem, vt poſthac nullam prætermiſſura ſit occaſionem , qua eorum quoquo modo particeps eſſe permittatur:ſic dum Hebraica hoc pacto vertuntur, *Olfaciemus & odorabimus amores tuos*,& hic,adhibita diſtinctione,ſubditur, *Super vinum præſtantiſſimum*,*quod in rectitudinibus*,*& recta vadit*,*dilexerunt te*:ſcilicet puellæ.Videtur eſſe alluſio ad eos,qui cũ bibere nequeant vinum,ſiue ob ægritudinem,ſiue ob aliud quodpiam impedimentum:ex illius tamen ſe recreant odore.In hunc igitur modum ait ſponſa.

*Paraphraſis.*

Quandoquidem in cellarijs tuis haud datur tua iugiter perfrui præſentia,tuo congreſſu,tuiſq; amoribus,ſiue ob multiplicem meum languorem,ſiue ob id , quod ita tibi ſit placitum ob rationem aliquam, tibi vni perſpectam:dabo tamen operam,vt vna cum his ſocijs meis,ex ijs ſaltem nos recreemus amoris indicijs , quæ vel mente concipere poſſumus : necnon & ex ijs,quæ in te elucere meminimus;Sic vel odore olfaciemus ipſos amores tuos : non ſecus ac odore vini recreantur, qui illius potu ſe reficere nequeunt: Multoq; magis nos ipſos odorabimus amores tuos, quam illi olfaciant vinum , cùm puellæ omnes te diligant, ſemperq; dilexerint præ quolibet vino, quantumuis præſtantiſſimo.

*Quintus ſenſus.*

His quatuor ſenſibus addi poteſt & quintus,quem nobis præſtant Septuaginta Interpretes : cùm enim ſic legant. *Diligemus vbera tua ſuper vinũ*. *Aequitas dilexit te*:Videtur hic ſponſa ſignificare ſponſo,non ſolum ſeipſam, ſed & omnes ſocias ſuas tãti amorem illius,

eiuſque

ciuſq; indicia æſtimaturas, vt cuilibet alteri rei quã- A tumlibet delectabili, quæ per vinum deſignatur, ea ſint prælaturæ: idque ſumma cum ratione, quãdoquidem ipſe tali ornatus eſt indole, atque decore, vt dici queat, in eo ipſam eſſe æquitatem, ipſam virtutem, atque ipſummet decus. Vel alio pacto, & ſit

*Sextus ſenſus.* Sextus ſenſus, quo ſponſa talibus ſponſum ſuum affari videatur.

*Paraphraſis.* Quia tu tanta me proſecutus es dilectione, tantaque mihi exhibuiſti amoris indicia, iã & ego, & ſociæ meæ omnes diligemus ipſos amores tuos, multo magis, quam vinum præſtantiſſimũ, quamve quodlibet aliud ſuauiſſimum, ac maxime delectabile. *Rectitudo* B enim *dilexit te*, id eſt, in tui dilectione ſumma ineſt rectitudo, ſumma honeſtas, ſumma virtus, ſummumque decus. Vel quia qui te dilexerunt, quive te diligunt recti ſunt, vtpote qui à recta ducuntur ratione: quem ſenſum clare reddidit Symmachus, dum pro eo quod Septuaginta verterunt ὀρθότης ἠγάπησέ σε, *rectitudo dilexit te*, ipſe vertit οἱ εὐθεῖς ἀγαπῶντές σε, id eſt, *recti ſunt, qui diligunt te.*

---

## *Ex* Verſ. IIII. cap. I. *Memores vberũ tuorũ ſuper vinũ: Recti diligunt te.* C

### EXPOSITIO II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

29 *Fidei atque ſcientiæ diſcrimen quodnam ſit.* EXplorata ſane ea eſt differentia, qua fides à ſcientia diſcrepat: cum ſciẽtia cõcluſiones ſuas ad ea reſoluat prima principia, quæ naturali lumine cognita ſint. Vnde ſcire illa quis dicitur, quæ vel ſenſibus percipit, vel proprio attingit intellectu, cuius & vniuerſa cognitio ex cognitione pendet ſenſitiua. Fides vero concluſiones item ſuas ad primam reſoluat veritatem, nempe ad Deum, qui nec falli, nec fallere D vllatenus poteſt. Neque enim, quæ per ſimplicem fidem cognoſcimus, vel ſenſu, vel intellectu noſtro cõprehendere poſſumus: Vnde recte à Sapiente mo- a *Eccl. 3.22* nemur in libr. Eccleſiaſtici. a *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus: non eſt enim tibi neceſſarium, ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis: In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus, plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi.* Notiſſimum diſcrimẽ iſtud inter hæc duo egregie plane his verbis, *Memores vberum tuorum ſuper vinum*, exprimit Eccleſia Sancta ſub præclaro vberum, ac vini diſcrimine.

E *Primus ſenſus.* Siquidem cum ſupra retuliſſet, ſe introductã, vel etiam introducendam in cellaria Sanctarũ Scripturarum, vbi præter multiplices, quibus recreata fuerat, voluptates, arcana quoque cœleſtia, diuinaque myſteria reuelata perceperat: ac propterea ſe vna cum fidelibus in eo, qui talem ſibi præſtarat cognitionem, exultaturam, nunc ſubijcit, quanam ratione in ſuo exultatura ſit Rege, dicens: *Memores vberum tuorum ſuper vinum*: ac ſi dicat.

*Paraphraſis.* Exultabimus in te, Deus meus, quia iugiter memoria verſabimus, vnde hæc fidei doctrina in nos deriuarit, fidemque ipſam cuilibet humanæ ſcientiæ vino præferemus. F

Quo loco ſi ſingula perpendantur verba, manifeſtiſsime intelligemus, quam exacte à ſponſa tota exprimatur fidei natura. Primo enim dum eam præfert ſcientiæ, præſupponit id, quod apud omnes pro cõperto habetur aliquid inter fidem, atq; ſcientiam ineſſe diſcriminis: Tum ex metaphorica ambarũ nuncupatione, in quonam iſtud inſitum ſit diſcrimen, ſubindicat. Quapropter ſi illud nos quoque attingere velimus, elaborandum nobis eſt, vt perſcrutemur quænam inter vinum, ac lac, quod ex vberibus profluit, extent differẽtiæ, propter quas lac ipſi præferatur vino: Et quidem nonnullas earum attulimus A ſupra in ſecunda, & tertia, expoſitione illorum verborum. b *Quia meliora ſunt vbera tua vino*: quas ibi b *Cant. 1.2* cuilibet videre fas eſt.

*Scientia pendet ex ſenſuũ cognitione. Simile.* Hoc tamen loco vnam addere poſſumus, nimirũ, quod ſicut vinum, priuſquã guſtetur, atque potetur vniuerſis quodammodo probatur ſenſibus, illudque bibimus præſtantiſſimum, quod ſenſibus omnibus fuerit probatum: Eadem ratione ſcientia, vt intellectu percipi poſſit, ex ſenſuũ cognitione pendeat, neceſſe eſt: Tuncque præſtantiſsimam habere dicimur alicuius rei ſcientiam, cum rem illam vniuerſis cognoſcimus ſenſibus. Cuius cõtrarium (vt in principio B *Simile. Fidei natura, & quiditas in quo ſita.* notatum eſt) in ſimplici accidit fide: Nam quemadmodum cum lac ſugit infans quis, abſque vlla ſenſatione vel oculorum, vel olfactus, vel auditus, vel manuũ tactus id ſugit: Ita quoque & ſimplex fidei cognitio tunc recte à nobis percipitur, cum abſque vlla ſenſibili cognitione tanquam à paruulis ex diuinis vberibus reuelatio hauritur ſupernaturalium myſteriorum: *Simile.* Et quemadmodũ lac tũc eſt præſtantiſsimũ, cum ex ipſis hauritur vberibus, quis enim lactẽs infantulus, lac extra matris vbera videns, illud libẽter bibat? quinimo naturali ab illo potius auertitur abo- *Fides quam ſit delicata.* minatione: feruntq; naturales, lac adeo eſſe delicatũ, tamq; facilis corruptionis, vt vel à modico aere cor- C rumpatur: Ita pariter & fides vt ſit, ſimplexque eius cognitio ea eſt omnibus numeris abſoluta, quæ abſq; vlla naturali, & ſenſibili probatione ex diuina percipitur reuelatione: Quomodo enim nos intellectu paruuli, atq; infantes ſupernaturalia, altiſsimaq; myſteria extra diuinam reuelationem inſpicientes, noſtro tenui capere poſsimus intellectu, cũ per ipſammet naturalem cognitionem ab ijs ſæpe auertamur potius? Quin & ſupernaturalia ipſa ſacramẽta haud minus quã lac, ſunt delicata, vtpote quæ ſi à quoquã conſiderentur extra diuina vbera, & extra diuinam reuelationem, illico ab exigua hominis ratiocinatione adeo plerumque corrumpuntur, vt vel falſa, vel D omnino impoſsibilia ei videantur. Propterea veriſsima eſt illa Eſaiæ ſententia, qua iuxta lectionẽ Septuaginta dicitur, c *Si non credideritis, non intelligetis*: quan- c *Eſa. 7.9.* doquidẽ fruſtra intellectu laborat, qui diuina myſteria extra fidei reuelationẽ, extra diuina vbera, & extra Deum reuelãtem intelligere conatur: Nec falſo quis firmam, ſtabilemve ſpiritualem ſibi ſpondeat vitam, ni ſimplici credens fide, inſtar infantis ex diuinis Dei vberibus cœleſtia ſugat myſteria: per eamdem enim Eſaiæ ſententiam conteſtatum id nobis voluit Dominus, dicens, iuxta lectionem vulgatæ, *Si non credideritis, non permanebitis*, vel iuxta Hebraicum textũ, E *Non ſtabiliemini*: id eſt. Niſi tam alta, tamque ſublimia ſacramenta per fidei lumen, eiuſque aſſenſum ex diuinis perceperitis vberibus, haudquaquã fieri poteſt vt vel ad punctum in fideli permaneatis vita, aut vllo pacto in ſtatu ſtabiliamini iuſtorũ. Quamobrẽ iuxta conſiliũ Sancti Regis Ioſophat, d *Credamus in Do-* d *Paral. 20. 20.* *mino Deo noſtro, & ſecuri erimus*, ac ſtabiliemur: Credamus Prophetis eius, & proficiemus in Eccleſia.

Cautiſsime autem ſponſam locutam apparet, dum fidem haud ſimpliciter lac nuncupauit, ſed vberum potius expreſsit nomine: vt ſignificaret, illius cognitionem eatenus vniuerſis alijs præſtare cognitionibus, quæ naturali nituntur lumine, quatenus imme- F diate ex diuinis hauritur vberibus: quatenus totum id, quod cognoſcimus ex diuina reuelatione ſuſcipimus: quatenus à prima veritate intellectus noſter edocetur id, quod certiſsimum eſt.

Quamquam ex eo, quod vberum nomen hoc loco 30 non tam pro ipſis vberibus, quam pro amore, amo- *Fidei donum eſt præſtantiſsimum amoris indicium.* riſque indicijs poſitum eſt (vt latius probatum eſt ſupra in prima expoſitione eorũ verborum, e *Quia meliora ſunt vbera tua vino*:) dici nõ incõgrue poſsit, fidei infuſionem amorum nomine ab Eccleſia nuncupa- e *Cant. 1.2* tam, quod ipſa ſit præſtantiſsimum diuini amoris indicium: prout etiam in humanis experimur, vt cum familiari cuipiã noſtra reuelamus arcana, abdi-

tiſſimaque aperimus ſecreta, eximium abſque vlla controuerſia amoris ſpecimen exhibere illi dicamur: Quapropter & Dominus noſter, cū in hac degeret vita perpendens aliquando amorem, cui ſuis à Patre exhibitus eſſet diſcipulis, Spiritu Sancto cōmotus, quaſi illum admirans, pro iiſque Patri gratias agens ait, *f Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Quo loco animaduertendum eſt, quam congrue Dominus locutus ſit, quamve egregie in paucis hiſce verbis oſtenderit, reuelationem myſteriorum Dei, fideique infuſionem eſſe ſimul & quandam porrectionem diuinorum vberum, lactiſve propinationē, & inſigne diuini amoris indicium, hoc enim poſtremum ex ipſa indicatur confeſſione, & gratiarum actione: Primum vero eleganter ſubindicat, dum inquit, talem reuelationem factam eſſe tantummodo *paruulis*: quaſi dicat, eos tantummodo ad diuina admiſſos vbera, qui inſtar paruulorum abſque ſenſuum diſcuſſione, abſque argumentorum diſcurſu diuina crederent ſacramenta, *g captiuantes intellectum in obſequium Chriſti*, ac fidei. Quæ omnia optime (prout ex dictis apparet) cum iis conueniunt, quæ hoc loco ab Eccleſia eiuſdem Domini ſponſa ſignificantur, cum ait. *Memores vberum tuorum ſuper vinum.*

*f Mat. 11. 25.*

*Fidei infuſio eſt exhibitio diuinorum vberum eximiumque diuini amoris ſpecimen.*

*g 2. Cor. 10.5.*

Nec abs re eſt, quod hac voce *memores* vſa ſit, cum fidei cognitionem humanis præferret ſcientiis: præcipuam enim per hanc loquendi phraſim ſignificare voluit credentium proprietatem, quod vniuerſa, quæ eorum ſuperent intellectum, pro certiſſimis habeant, firmiſſimeque credant. Memoria ſemper retinentes primam veritatem, ac Deum, vnde primum ſibi eorum prouenit reuelatio. Quamuis enim fides ſit in intellectu, tanquā in ſubiecto, iuxta illud Apoſtoli. *h Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula*, & ad Coloſſ. *i Inſtructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem myſterij Dei Patris, & Chriſti Ieſu.* Eius tamē certitudo, certuſque ipſius intellectus aſſenſus ex memoria pendet vniuerſus, quatenus omnia, quæ credimus, à Deo reuelata recolimus, reducentes ea ad illum, vt ad primam veritatem.

*Credentium proprietas.*

*h Heb. 11.3*

*i Col. 2.2.*

*Fides quamuis ſit in intellectu, pendet tamen à memoria.*

Valde quoque ad propoſitum à ſponſa ſubiicitur, *Recti diligunt te*: per ea namque ſubindicat, quod ipſa cum ſuis fidelibus, ita per fidem Dei ſibi arcana reuelantis, memores futuræ ſint, vt haud fide duntaxat in eum credant, ſed & ardenti illum proſequantur charitate. Cum enim ei optime conſtaret, fidem ſine dilectione mortuā reputari: atque adeo operæ pretium eſſe, vt fidei iuncta ſit charitas, ſi ea aliquam allatura ſit exultationem: cum agnoſceret, haud poſſe Chriſtum commorari in cordibus noſtris, & in noſtra memoria, niſi illum pariter diligamus iuxta illud Apoſtoli, *k Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati, & fundati.* ſtatim ac dixit. *Memores vberum tuorum ſuper vinum*, charitatis meminit, dicens. *Recti diligunt te*: ac ſi diceret.

*Fidei iuncta eſſe debet charitas.*

*k Eph. 3.17*

Sūma perfundemur lætitia, quod nobis fidei cognitionem elargiri dignatus es Domine, tantumque tuam iſtam fidei doctrinam humanis omnibus præferemus ſcientiis, vt te, tuamque reuelationem ſemper memoria verſaturæ ſimus, nedum per ipſam, qua te confitebimur, fidem, ſed & per dilectionem, qua te proſequi ſtudebimus, ſiquidē quotquot à recta ducūtur ratione, hoc pacto tui memores ſūt, vt diligāt te.

*Paraphraſis.*

Quæ hucuſq; dicta ſunt tametſi proprie ſecundum illum ſenſum præcedentium verborum Eccleſiæ competant, quo per Chriſti cellaria, in quæ illa introductam ſe retulit, intelliguntur Scripturæ Sacræ: haud tamē difficile aptari à quolibet poterunt etiam ad tertium illum ſenſum, quo per eadem Chriſti cellaria, Eccleſia ipſa intelligitur.

Quod ſi per introductionem in cellaria, accipiatur ſtatus primi hominis in paradiſo terreſtri, prout iuxta primū accepimus ſenſum: Tunc hoc loco Eccleſia ſignificabit, ſe iugiter memorem futuram tantorum beneficiorum, quæ in iucundiſſimo ſtatu illo paradiſi à Deo ſuſcepit, multoque magis, quam vini delectabilis cuiuſlibet rei terreſtris. Nullumque fore qui hac de re miretur, quoniā quotquot à recta ducuntur ratione, ipſum diligant Deum, illumque diligentes, nil magis habeant in optatis quam vt ſinguli ſeſe illi deuinctos intelligant. Quare autem diuina beneficia, vberum nomine ſint expreſſa: & qua ratione ea præferantur vino delectabilium rerum terrenarum, in ſubſequenti expoſitione, in applicatione ſecundi ſenſus ad animam aliquatenus explicatum videre fas cuique erit.

---

## Ex Verſ. IV. cap. I. *Memores vberū tuorū ſuper vinū: Recti diligunt te.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

QVamuis ex vnaquaque Dei, operumque ipſius conſideratione, ingenti animæ quæque perfundantur lætitia, ſuauitatem tamen præcipuā, gaudiūque tunc eædem percipiunt vehementius, cum eundem Deum contemplantur, vt patrem miſericordiarum: cum & illius intuentur opera miſericordiæ. Hinc eſt quod Apoſtolus, dum præ immenſo gaudio ad eum benedicendum impelleretur, indicaturus, illum eſſe Deum largitorem totius cōſolationis, prius inſigni eum decorat epitheto iſto, Patris miſericordiarum, dicens: *a Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*: ac ſi diceret: qui eatenus Deus eſſe à nobis cognoſcitur, vniuerſamq; conſolationē, ac totum gaudium præſtare hominibus, quatenus Pater miſericordiarum eſſe intelligitur. Quod ipſum propheta clarius expreſſit, dicens: *b Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius*: ac ſi diceret: Eatenus ſuauis eſt Dominus, quatenus miſerator, & miſericors, patiens, & multum miſericors. Et eatenus exultāt in illo animæ piæ, quatenus animaduertunt, & memores ſunt miſerationes eius eſſe ſuper omnia opera, & in omnibus operibus eius.

31 *Primus ſenſus.*

*Ex miſericordiæ Dei conſideratione oritur exultatio noſtra.*

*a 2. Cor. 1.3*

*b Pſ. 144.9*

Vnde & memoriam abundantiæ ſuauitatis eius eructabunt, & iuſtitia pariter eius exultabunt.

Neque enim ſufficiet ipſis dulcedinem adeo eximiam guſtu percipere conſiderationis: ſed inſuper miſericordiæ eius opera memoria verſantes, præguſtatam per ingentem eiuſdem dulcedinis abundantiam eructabunt ſuauitatem. *c Miſericordias Domini in æternum* cantantes, quin & in eiuſdē Domini iuſtitia exultabunt, quoniam in iis ipſis, quæ is per iuſtitiam exercet, operibus illuſtres miſericordiæ radios elucere cognoſcunt.

*c Pſa. 88.1.*

Propterea & ea, quæ in hoc Cantic. loquitur Anima Chriſti ſponſa poſtquam dixit, *Exultabimus, & lætabimur in te*, ſubiicit modo: *Memores vberum tuorū ſuper vinum.* Metaphorice enim loquens, nomine vberum, miſericordiam intelligit, vini vero vocabulo iuſtitiam, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in prima expoſitione illorum verborum. *d Quia meliora ſunt vbera tua vino*: in quorum verborum ſenſibus explicandis nonnulla quoque ſunt tacta, quæ ad hanc, quam præ manibus habemus, conferunt materiam.

*d Cant. 1.2.*

Indicat namque his verbis pia anima, quanam ratione exultatura ſit in Deo, nimirū memoria verſans illius miſericordias, eaſque ſuper vinū iuſtitiæ eius.

Porro per hanc loquendi phraſim innuere voluit, ſe maiori perfundi lętitia, dum diuinā recolit miſericordiā, quā dum vniuerſas eiuſdē Dei intueretur operationes, omnia enim Dei opera ad duo referuntur genera; ad ea, quæ ex miſericordia proueniunt, & ad ea, quæ ex iuſtitia: quia *e Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas*, id eſt, iuſtitia. Idq; cōgruētiſſime, vtpote à ſponſo edocta, qui cum iuſtus pariter ſit atque miſericors, Iuſtitiæ tamen, & indignationis opera à ſe aliena reputat, ac peregrina, prout clariſſime

*Miſericordiæ opera præferuntur omnibus operibus Dei.*

*e Pſ. 23.10*

*Iuſtitiæ & indignationis opera*

per

*Deus ſibi aliena reputat opera vero miſericordiæ vt propria.*
f Eſ. 28. 21.
g Ezech. 18. 23.
h Pſ. 26. 6.

per Eſaiam expreſſum habemus, vbi dicitur, f *Sicut in* A *monte diuiſionum ſtabit Dominus: ſicut in Valle, quæ eſt Gabaon, iraſcetur, vt faciat opus ſuum, alienum opus eius: vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius ab eo.* g & in Ezechiele, *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs ſuis, & viuat?* Ad iuſtitiæ, ac indignationis opera nõ deſcendit, niſi ab extrinſeco prouocetur: Cum è contrario opera miſericordiæ abſq; vllo extrinſeco merito, ex mera ſua operetur bonitate interna, iuxta illud Pſalmi, h *Quoniã ira in indignatione eius, & vita in volũtate eius:* Hanc igitur miſericordiæ ſuper iuſtitiam, & indignationem, excellentiam in ſua metaphorica locutione aliquo B pacto ſubindicauit ſpõſa. Dum enim Dei miſericordias vberum eius nomine ſignificauit, & è veſtigio iuſtitiam, ac indignationem, vini appellatione expreſſit, quaſi quid tale ſibi voluiſſe videtur.

*Paraphraſis.*

Exultabimus in te Deus meus, memores miſericordiarum tuarum, quia inſtar mulieris, vberibus proprijs infantem lactãtis natura quodammodo teneres, atque miſericors, memores, inquam, erimus miſericordiæ tuæ multo magis, quam iuſtitiæ, & indignationis item tuæ: quia iſtam à te extrinſecam quodammodo eſſe intelligimus, ſicut vinum extrinſecum quiddam eſt ab humano corpore: illam vero tibi internam, propriam, ac peculiarem eſſe animad- C uertimus, non ſecus, ac vbera, humani corporis partes ſunt integrantes: non ſecus, atque lac, ab intrinſeco ex ipſis profluens vberibus.

*Simile.*

32
*In miſericordia ſita eſt quodãmodo Dei perfectio*
*Simile.*

Verum non modo iſtam miſericordiæ diuinæ ſuper diuinã iuſtitiam, & indignationem, ſed & aliam quoque ſub hac vberum, & vini metaphora, eamque haud minoris ponderis anima ſubindicat præſtantiam, nam quemadmodum prominẽtia vbera in mulieribus, ita neceſſaria ſunt, vt ſine eis nullatenus aliqua feminarum dici queat perfecta, quaſi perfectio mulieris in ipſis ſit ſita vberibus: Vnde in hoc Cantico eadem, quæ hic loquitur, ſponſa quaſi conquerens de ſorore ſua, quod mulieris adhuc non habe- D ret perfectionem inquit. i *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet.* Ita etiam in miſericordia quodammodo ſita eſt Dei perfectio, quod conteſtatus eſt Chriſtus Dominus, qui cum apud Matthæum diſcipulis aliquando dixiſſet, k *Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt:* vt homines intelligerent, in quonam Dei eſſet ſita perfectio iſta, apud Lucam ſeipſum declarans, ait: l *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter cœleſtis miſericors eſt:* ac ſi dicat, Perfectionem Dei in eo ſitam eſſe ſciatis quod miſericors eſt: Idcirco & vos quoque ſi inſtar illius perfecti eſſe vultis, eſtote miſericordes: miſericordia enim ſumma eſt tum Dei, E tum hominum perfectio. Atqui cum tantam perfectionem ex iuſtitia, & indignatione Dei prouenire nullatenus vel legerit, vel audierit Chriſti ſponſa, iure optimo illi miſericordiam præferre poteſt, dicens: *Memores vberum tuorum ſuper vinum*, quia vinum ſiue habeatur, ſiue non habeatur, nullam vel animæ, vel corpori neceſſariam addit perfectionem.

i Cant. 8. 8
k Mat. 5. 48
l Luc. 6. 36.

*Miſericordia eſt gloria Dei.*
*Simile.*

Tertiam quoque eiuſdem diuinæ miſericordiæ excellentiam ſubindicat, quia miſericordia ſit gloria ipſius Dei. Quemadmodum enim vbera in mulieribus ſunt quodãmodo gloria earum, quatenus de ipſis gloriari ſolẽt, vt patet ex verbis ijs ſponſæ, quibus in hoc Cantico gloriatur, cum ait: m *Ego murus, & vbera* F *mea quaſi turris, ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens:* Eodẽ pacto & miſericordia eſt gloria Dei, prout ex verbis Apoſtoli haud obſcure colligitur, quibus ait, n *Omnes quidem peccauerunt, & egent gloria Dei.* Quis vero dubitet, peccatores indigere diuina miſericordia magis quam vlla alia re? indigentes igitur miſericordia diuina, indigent gloria Dei, cum ipſa Dei miſericordia ſit gloria ipſius. Vnde & apud Eſaiam cap. 30. 18. per illã dicitur Deus exaltari, o *Exaltabitur Deus parcens vobis.* Propter hanc itaque miſericordiæ excellentiam haud abs re ſponſa diuinæ illã præfert iuſtitiæ, quã vini exprimit nomine, quia ex vini vel A poſſeſſione, vel vſu, nihil cuiquam gloriæ addatur.

m Cant. 8. 10.
n Rom. 3. 23
o Eſa. 30. 18.

33
*In Deo qua ratione miſericordia dicatur eſſe præſtantior quã iuſtitia.*

Valde autem animaduertenda eſt eius cautela, quã in locutione ſua iugiter ſeruare ſolet. Cum enim ipſi exploratiſſimum eſſet, in Deo re vera non dari magis, & minus: neque in eo vllam aſſignari perfectionem, atque virtutem, quæ alijs vel cuipiam aliarum re vera valeat præferri: quandoquidem quicquid eſt in Deo, id omne eſt ſimpliciſſimo, ac perfectiſſimo modo: & perfectiones omnes æqualem in illo habẽt infinitatem, quamuis miſericordiam diuinam diuinæ præferre videatur iuſtitiæ: haud tamen ſimpliciter eam auſa eſt præferre, ſed inquit tantum, ſe velle B memoria verſare miſericordiam, potius quam iuſtitiam: quia ſecundum noſtrum modum concipiendi miſericordia ſit magis propria diuinæ bonitati, perfectioni, atque gloriæ: atque ideo inquit, *Memores vberum tuorum ſuper vinum.* Nouit enim, hanc eſſe inter rectos, ac prauos differentiam, quod hi nullã de diuinis miſerationibus, quæ ſibi exhibitæ ſint, ſeruãt memoriam, iuxta illud pſalmi. p *Non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.* Recti vero iugiter ipſas memoria verſant, prout à pia illa anima apud Eſaiã factum legimus, quando ait: q *Miſerationum Domini recordabor: Laudem Domini ſuper omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum domui Iſ-* C *rael, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgẽtiam ſuam, & ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum.* Quo loco animaduertere licet, quantum inter ſe conueniãt animæ piæ: nam quemadmodũ ea, quæ hic memor eſſe vult vberũ Dei ſuper vinũ: idcirco ipſius diuinæ miſericordiæ, magis quam eiuſdem iuſtitiæ vult eſſe memor, quod in miſericordia Dei gloriã, perfectionem, ac laudem ſitam eſſe exiſtimet: ita & quæ apud Eſaiam loquitur: *Miſerationum Domini* ſe recordaturam ait, quia in ipſis melius quam in vlla alia re laudẽ Dei agnoſcat: vnde & ſubdit: *Laudẽ Domini ſuper omnibus, &c.* Verum dicet quis, ſi adeo inter ſe conueniũt animæ piæ, vt omnes diuinæ memores eſſe ſtu- D deant miſericordiæ: cur Propheta ille ait, r *Memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.* Sciendum eſt, miſericordiam frequentiſſime in Sacris paginis iuſtitiæ nomine nuncupari ſolere: ſic Iob enumerans inſignia, quæ in pauperes præſtitit, miſericordiæ opera, inquit: ſ *Iuſtitia indutus ſum, & indui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo: oculus fui cæco, &c.* ſic in pſalmis, dum cõmendatur pius, atque miſericors erga pauperes, dicitur: t *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Sic idẽmet Dauid poſtulãs diuinã miſericordiã pro peccatis ſuis, ait: u *Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ & exultabit lingua mea iuſtitiam* E *tuam.* Et in alio pſalmo exponens, quomodo animæ Sanctæ Deum exaltent quatenus miſericors eſt, ait ea, quæ ſuperius quoque attulimus. x *Memoriã abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitia tua exultabunt, Miſerator, & miſericors Dominus, lõganimis, & multũ miſericors*, per Mimeſim ſupple (dicẽtes) *miſerator, &c.* Iuxta hãc igitur ſibi frequenter vſurpatã loquẽdi cõſuetudinẽ, tunc quoq; loquutus eſt Dauid, cũ dixit: y *Memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius*, quod ex ipſo pſalmi contextu, & ex antecedẽtibus cuiq; clariſſime patet. Cũ enim prius dixiſſet, *Os meũ annunciabit iuſtitiam tuam:* illico declarat quid nomine iuſtitiæ intellexerit, addens: *Tota die ſalutare tuum*, nempe ſalutem, quam ex F miſericordia tua nobis attuliſti: Poſtea ſubdit: *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini, Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.* ac ſi dicat.

*Miſericordiã Dei Sancti ſemper memoria verſant, peccatores nullam eius habent memoriam.*
p Pſ. 104. 7.
q Eſa. 63. 7
r Pſ. 70. 16.
*Miſericordia frequenter in Sacra Scriptura appellatur nomine iuſtitiæ.*
ſ Iob 29. 14
t Pſ. 111. 9.
u Pſ. 50. 16
x Pſ. 144. 7.
y Pſ. 70. 16.

Quoniã non cognoui numerum ſcilicet beneficiorum tuorum, γραμματείας Græce ſcripturam, munus, γραμματέως ſcribentis numerum, & ratiocinia: quoniam beneficia, quæ nobis præſtitiſti, enumerare nec ſcio, nec valeo: te omnipotentem fatebor, illud vnũ facere ſtudebo, vt ſemper memor ſim miſericordiæ tuæ, vnde tot prouenerunt beneficia.

*Miſericordiã qua ratione appellatur nomine iuſtitiæ.*

Porro cum Iuſtitiæ nomen duplici ſignificatu tum apud Sacros, tũ apud prophanos Doctores accipi ſoleat, & pro particulari virtute, quę cõtra diſtinguitur



à miſe-

à miſericordia: & pro virtutum omniũ aggregatione, pro virtute, & Sanctitate in genere. Cumq; Sanctitatis, ac virtutis perfectio in charitate, atque in operibus miſericordiæ ſita ſit, prout apparet ex eo, *Mat. 25.35* quod eiuſdem virtutis diſcuſſio vniuerſa quæ à ſuperno Iudice facienda eſt in extremo iudicio, verſatur circa miſericordiæ opera: congruentiſſima ſane ratione miſericordia ipſa, quamuis à particulari virtute iuſtitiæ contra diſtinguatur, generalis tamen iuſtitiæ nomen aliquando ſortitur. Quin & præcipue nomen iſtud ei competit, quia (vt ſupra tetigimus) in eamet iuſtitia, & indignatione, quam nobiſcũ in hoc ſæculo Deus exercet, plus ineſt miſericordiæ, quam *z Iac. 2.23.* iuſtitiæ, iuxta illud Iacobi Apoſtoli: z *Miſericordia ſuperexaltat iudicium.* Ad rem itaq; noſtrã redeuntes, ex his omnibus ſatis confirmatum habemus quod aſſerebatur, Sanctos vniuerſos in hoc conuenire, vt diuinarum miſerationum memores eſſe continue ſtudeant: Quod & ſponſa aperte hic proteſtatur, dum ſtatim ac dixit: *Memores vberum tuorum ſuper vinum*: ſubijcit: *Recti diligunt te*: ac ſi dicat.

Paraphraſis. Nec nouum eſt, quod nos miſericordiæ tuæ adeo memores ſimus: cum Sancti vniuerſi, & quotquot à recta ratione ducũtur, pro huiuſmodi miſericordiæ tuæ recordatione te diligant: ſummoq; proſequantur amore, quem adeo ſibi benignum recolunt, atque miſericordem.

34 Secundus ſenſus. Iuxta ſecundum ſenſum: Exponit hoc loco Anima Sancta quid factura ſit, exultans in Deo ſuo, quando ab illo introducta fuerit in cellaria contemplationis, vel vulnerum Chriſti, vel gloriæ cœleſtis. Et quam ob cauſam in ipſo exultatura ſit Deo. Ait igitur: *Commentabimur, in memoriam reuocabimus*: ac ſi diceret.

Paraphraſis. Tunc tibi, cuius in cellariis ipſis tuis perfruemur cõgreſſu, enarrabimus eas, quas te abſente pertulimus moleſtias: quanto tui deſiderio flagrantes fuerimus.

*a Pſ. 41.3.* Quomodo a ſitiuerit anima noſtra ad te *Deũ fontem viuum, quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum*: Quomodo fuerint nobis *lacrymæ* noſtræ *panes die, ac nocte, dum* ab ipſis potẽtiis noſtris diceretur nobis *quotidie: Vbi eſt Deus tuus?* dum nobis quotidie inſultarent potentiæ ſenſitiuæ: Vbi eſt Deus veſter dicentes, quem adeo iactabatis dulcẽ, atque ſuauem? Vbi ſunt deliciæ illæ ſpirituales, atque cœleſtes, quas adeo prædulces exiſtimaſtis, vt pro illis noſtras deſpexeritis eas, quas vobis exhibebamus ſuauiſſimas?

*Quantæ ſint moleſtiæ, quæ ſentiuntur ab anima conſtituta in ariditate ſpiritus.* Præclare autẽ Chriſti ſponſa neque in particulari iſtiuſmodi proponit moleſtias, neque in generali vllatenus illas nominat: Sed tantũ dicit: *Cõmentabimur*: haudquaquam addens quod eſſet cõmentatura: per apoſiopeſin mirum in modum illas ipſas exaggerãs, quaſi eæ tantæ fuerint, tamq; multiplices, & magnę, vt nec enumerare illas tunc queat, nec illarũ vel cõmemorationem valeat ſuſtinere. *Simile.* Porro ſicut qui ex acutiſſimo conualuit morbo, dum iucũda perfruitur valetudine, medico adſtãti gratiſſima cõmemoratione enarrat, quos ægritudine ſua pertulerit dolores, quos febriũ æſtus, quã ſitim, quamve inquietudinẽ: Ex iſtiuſmodi.n. triſtium memoria duo ſimul colligit bona. Alterum, quod ſuauiorem ſibi reddit ſanitatẽ, cuius præſtantia [iuxta prouerbium illud, contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt] ex prædictorum comparatione melius ſibi redditur explorata: Alterum vero, quod efficacius ex præcedentis morbi difficultate, periculo, ac grauitate accuratiſſimũ præſentis medici extollit ſtudium, & curam eiuſdem diligentiſſimam: multoque magis hac ratione ſeſe illi deuinctum oſtendit. In eumdem modum & Anima Chriſti ſpõſa quamuis dum dilectiſſimi ſponſi deſtituta eſſet præſentia, dũ ab illo diſtracta eſſet, grauiſſimas, quas perferebat, nec nominare poſſet moleſtias. Sponſo tamen adſtanti, ſuaq; iucũdiſſima præſentia eas omnes propulſanti, in memoriam illas reuocaturã, ac enarraturã ſe pollicetur: idq; tũ vt maiores illi rependat grates, cuius ope à tantis eruta ſit moleſtijs, & ex cuius cõgreſſu tãtis cumulata ſit gaudijs: eaq; ratione illum magis ſibi reddat benignum, arctioriq; quodammodo ſibi deuinciat vinculo: tum vt iucundiorem eam ſibi reddat exultationem, ſuauioreſque illas delitias, quas ex ſponſi præſentia percipiet, & quibus in prædulci illo perfruetur cõgreſſu, ſicque magis ac magis terrenas, atque ſenſibiles deſpiciat voluptates, quæ animum à Deo auertũt, & à rectitudine. Ac propterea ſtatim, ac dixit, *Cõmentabimur*, & in memoriam reuocabimus moleſtias, &c. ſubintulit: *vbera* ſeu *amores tui ſuper vinũ*: ſcilicet ſunt meliores, atque ſuauiores. Quomodo autẽ per *vbera Dei* illius deſignentur cõſolationes, ac per *vinum* delitiæ exprimantur terrenæ, ac ſenſibiles: & quanam ratione iſtiuſmodi metaphoricis nominibus vberũ, ac vini multiplex ſignificetur excellentia cœleſtium conſolationum ſuper ſenſibiles voluptates, longius explicatũ videre eſt ſupra in expoſitione tertia verborum illorũ primi verſus, *Quia meliora ſunt vbera tua vino.* Quare ne acta agamus, vnicã tantum hoc loco conſolationum ſpiritualium attingam præſtantiam, quã iiſdem metaphoricis nominibus innuiſſe videtur ſponſa, nempe quod per illas coniungimur Deo, *Conſolationibus ſpiritualibus coniũgimur Deo: & creſcimus in vita ſpirituali.* ac per conſequẽs ſemper magis ac magis in virtute, & in vita ſpirituali augemur, creſcentes in virũ perfectum. Quemadmodum .n. qui matris vbera ſugit, dũ ea ſugit, ipſi cõiunctus eſt matri, atq; per id, quod ex ijs ſugit, nõ modo nutritur, ſed & augetur, & qualis fuerit nutrix, talis frequentius euadit & infantulus: ſanus, ſi illa ſana, & infirmus ſi illa aliquo lãguat morbo: *Simile.* Eodẽ pacto & qui vbera Dei ſugit per ſpiritualium voluptatum ſuſceptionẽ, Deo, vt dictũ eſt, ſecundum conſuetum, & ordinariũ vſum, cenſetur cõiunctus, ac per huiuſmodi lac non enutritur ſolũ, *Plut. opuſculo primo.* ſed & quotidie creſcit in vita ſpirituali. Et quia Deus eſt vſquequaq; perfectus, vniuerſis exornatus virtutibus, omniq; præditus rectitudine, is quoq; qui pie eius vbera ſugit, perfectus, ac rectus euadat, neceſſe eſt. Idcirco ſponſa quo magis in diuinis hiſce exultet conſolationibus, quove magis ad eas afficiantur animæ vniuerſæ: poſtquã dixit, *commentabimur*, &c. ſubdit. *Vbera tua*, ſeu *amores tui*, id eſt, cõſolationes, quæ ex amoribus tuis tanquã ex tuis vberib. ſuguntur, *ſuper vinũ* ſũt meliores. *Rectitudines diligũt te*: Ac ſi dicat.

Paraphraſis. *Simile.* Exultabo in te, Deus meus, quia cõſolationes tuæ terrenis vniuerſis excellunt delitijs: nam quemadmodum vinum cum terrena res ſit: atque luxurioſa, quoſcumque ſibi adhæſerint, illiuſque delectati fuerint epotatione, terrenos reddit luxurioſos, ac improbos, iuxta illud Sapientis, a *Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicumque his delectatur, non erit ſapiens*, immo erit inſipiens, atq; prauus. *Voluptates terrenæ reddunt homines terrenos, ac prauos.* Quia, b *qui amat vinum, & pinguia* (vt ab eodem dicitur Sapiente) *non ditabitur*, virtute, nimirum, ſapientia, ac rectitudine, ſed maximam ſibi conciliabit prauitatis contumeliam: *qui* enim c *ſuauis eſt in vini demorationibus*, id eſt, qui delectatur immorari in potatione vini, *in ſuis munitionibus*, & habitaculis *relinquet contumeliam*, ac ignominiam. a Prouerb. 20.1. b Prouerb. 21.17. c Prouerb. 12.11.

Ita & voluptates ſæculi, cum terrenæ ſint, atque prauæ, terrenos quoque, ac prauos quoſcumq; ſibi adhæſerint, reddunt. d Qui enim *adhæret meretrici, vnum corpus cum illa efficitur*; & improbus æque, ac illa eſt redditur. d 1. Cor. 6. 16. Has ergo iure optimo deteſtabor, ait ſponſa, ad tuas illas cœleſtes conuerſa delicias, eas quaſi ex tuis ſugens vberibus: Sic enim tecum vniar, & e *Mihi adhærere Deo bonum* erit, quoniã qui tibi *adhæret*, Deus meus, non iam amplius terrenus, animalis, atque carnalis, ſed *vnus ſpiritus* tecum *eſt*. e Pſ. 72.28 Et cum rectitudines te ſemper, & diligant, & dilexerint: cum virtutes omnes te exornent: cum gratiæ vniuerſæ te circumſtent, vtpote à quo rectitudo omnis, omnis virtus, & gratia pendet vniuerſa, ipſa quoq; & recta reddar, virtutibus exornata, tuiſque affluens gratijs.

Et hæc de ſecundi ſenſus applicatione iuxta litteræ ſonum.

Poſſet tamen eadem lectio alio pacto ad eandem 35

*Altera eiuſdem ſenſus applicatio.*

aptari Animam: vt per verbum illud, *commentabimur*, A ſic abſolute poſitum ipſa ſignificet, ſe cum in varia contemplationis cellaria à ſuo introducta fuerit Rege, Apoſtoli obtemperaturam conſilio, quo ſuadet, vt *f ſemper gaudeamus, ſine intermiſsione oremus, atque in omnibus, & per omnia gratias agamus.*

*f 1. Theſſ. 5 16.*

Sic enim & ipſa *Exultabimus*, inquit, & *lætabimur in te*: *Commentabimur*, atque in memoriam reducemus, quæcũque ſcilicet in nos à te collata ſunt beneficia.

*Contemplationis ſtudio indulgens, quid ſeruare debeat.*

Hanc regulam tradere & ij ſolent, qui de oratione, & meditatione libros ſcripſerunt, vt cum quis ad contemplationis ſtudium acceſſerit: prius meditationi inſiſtat, per quam Dei guſtans dulcedinem, tota B in illo exultet, tum enarrans diuina beneficia, per gratiam actiones illi grates repẽdat, à quo tanta ſuſcepit bona.

*g Pſ. 9. 3.*

Sicut per Prophetam factum apparet, quando dixit. *g Lætabor, & exultabo in te* (per meditationem nimirum) tum per gratiarum actionem *pſallam nomini tuo Altiſsime*, ob id ergo Anima, quæ ad contemplationis admiſſa cellaria in huiuſcemodi ſtudio optime erudita eſt, poſtquam dixit: *exultabimus, & lætabimur in te*, ſubdit, *commentabimur*, ac per ſubſequentia verba, *vbera tua*, ſeu amores tui *ſuper vinum*, ſubindicat quid commentatura, ac enarratura ſit ſponſo adſtanti, nempe ea, quæ ex vberibus miſericordiæ eius C ſibi propinata ſunt beneficia, cum nec quidquã Deo gratius, nec quidquam ſibimet vtilius commemorari poſſe, cognoſcat.

*Beneficiorum ſuorum commemoratione quam maxime delectatur Deus.*

Porro quod hac beneficiorum memoria, ac commẽtatione Deus præ omnibus vel ſacrificijs, vel laudibus oblectetur, ex eo perſpicuum fiet vnicuique, quod ſtatim, ac præcipuum aliquod beneficiũ præſtitit populo ſuo, præcepit, vt in exhibiti beneficij memoriam feſtum celebrarent, quo in ijs diebus, ab vniuerſis vacãtes operibus, in illud vnum ſuum collocarent ſtudium, vt tantum, quod accepiſſent beneficium, in memoriam reducerent: de illo commentarentur: ſibique id largienti gratias agerẽt, & præ- D cipuas pro gratiarum actione offerrent oblationes.

Quod vero nil nobis hac ipſa diuinorum beneficiorum memoria, & cõmemoratione reperiri queat vtilius, ex ipſo talium beneficiorum nomine, quo hic ab ſponſa appellantur, cuique ſit perſuaſum: nũcupãtur namque *amores Dei*, quaſi ea hoc præ omnibus ſibi vendicent rebus, vt eum, in quo vniuerſa ſita eſt vita noſtra ſpiritualis, in nobis diuinum accendant amorem. Certiſſimum enim eſt, amorem nullã efficacior ẽ habere cauſam quam mutuum amorem: propriumque eſt ipſius amoris in genere, ac præſertim amoris diuini, vt alium ſuſcitet amorem, idque E per beneficia: non ſecus, ac ignis propriũ eſt, vt per prunas alium accendat ignem. Vnde Apoſtolus. *h Si eſurierit*, inquit, *inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Ac ſi dicat: his beneficijs quaſi quibuſdã ardentibus prunis illum, vel inuitum ad amorem accendes.

*Beneficiorũ diuinorum memoria, quam vtilis.*

*Beneficia cur ſignificentur nomine amoris.*

*Simile.*

*h Rom. 12. 20.*

Neque ſuo caret myſterio, quod dum beneficia diuina, amorum nomine exprimenda erãt, non ſimplici, ac quacumque amoris appellatione, ſed voce æquiuoca vſa ſit ſpõſa, quæ & amores ipſos ſignificaret, & vbera, vt enim ex vberum ſignificatu pateret vnicuiq;, qua ratione humanis diuina præferẽda eſſent beneficia: vtq; omnes intelligerẽt, quã ſuauior F eſſet diuinorum beneficiorum commemoratio quacumq; delectabili re terrena, iſtiuſmodi vtens voce, poſtquã dixit, *Cõmentabimur*, &c. ſubijcit, *Amores tui*, ſeu *vbera tua ſuper vinum*. Siquidem beneficia Dei ſunt inſtar vberum, nam quemadmodum vbera lactantium ſemper habent lactis fluẽta, quæ proferãt: quare cum ſemel fuerint expreſſa, adhuc habent, quod de fonte materni pectoris exhibeant ſugentibus. eodem modo & beneficia ipſa diuina perpetua ſunt, quantoque ex ijs plura ſuſcipiuntur, tanto quotidie potiora donantur: tantoq; ex ipſo dominici pectoris fonte, ex ipſa Dei benignitate propinantur maiora.

*Beneficia diuina ob ipſorum copiam dicuntur vbera Dei.*

*Simile.*

A Qua in re iure optimo terrenis omnibus præferenda ſunt beneficijs, quæ cum à terrenis hominibus, non ſecus ac vinum è terra, proueniant, & pauca ſunt, & breuia, eaque vt plurimum damnoſa.

*Beneficia terrena ſunt exigua, breuia, atque damnoſa.*

*Simile.*

Veluti vinum ex botro expreſſum, cuius poſt primam expreſſionem, quę facta ſit in torculari, ne ſtilla quidem ex eodem exprimi poteſt botro, quin illud ipſum, quod expreſſum eſt, plus ſæpius detrimẽti potatum affert, quam vtilitatis.

Valde autem ad propoſitum ſubiecit ſponſa, *Rectitudines dilexerunt te*: per hæc quippe verba id præclare intendit, quod in primis ſibi propoſuit, vt aſſereret, ac certiſſima ſententia definiret: vbera Dei, diuinaq; B beneficia multo magis æſtimanda eſſe, quam vinum humanorum beneficiorum: nimirum ob ſummam, quam præſtãt rectitudinem, & ingentes, quos conferunt ad virtutem ſtimulos: cum enim Deum vniuerſæ circumſtent rectitudines, virtutes omnes, omneſque gratiæ, profecto quicquid ab ipſo profluit rectiſſimum id ſit neceſſe eſt: rectiſſimum autem cum ſit, nullatenus prauitatem poteſt conferre: ſed rectitudinem ſummam, ſummaſque gratias confert, ac omnes virtutes: Cum è contrario vinum vitiorum omnium fomes ſit quidam, vt alias probatum eſt. 16

*Beneficia Dei conferunt ad virtutem*

*Tertius ſenſus.*

Quod dictum in ſuperiori eſt ſenſu de diuinorũ C beneficiorum commemoratione, & gratiarũ actione: idem, & iuxta tertium ſenſum ab eadem Anima dicitur, ſed clarius, & abſque vlla comparatione: Ait enim.

*Paraphraſis.*

Introducta à te Rege, ac Domino meo, & admiſſa in cellaria tua, *Exultabimus, & lætabimur in te*: Deus meus, commentantes, atque in memoriam reuocantes beneficia immenſa, quæ per tuam in nos collata ſunt dilectionem, ſicq; ab iſtiuſmodi incentiuis amoris erga nos tui, nos quoque ingẽti cum ſuauitate, ac gaudio ad te mutuo redamãdum accendemur. Tanta eſt quippe amoris tui dulcedo, tantumq; in te diligendo ineſt ſuauitatis, vt omnes animæ piæ te mul- D to magis quam vinum, ac vniuerſa terrena, (quæ vt delectationem afferentia vini nomine ſignificata ſunt) & diligant, & dilexerint ſemper, idq; rectitudinibus, id eſt, amore recto, ſincero, & abſque vlla prauitate: vel rectitudinibus, id eſt, propter eximiã rectitudinem, quam in te conſpiciunt, dum ſe abſque vllo tuo commodo, vel vtilitate à te dilectas, beneficijſque cumulatas intelligant.

Circa hunc autem ſenſum duo ſunt, quæ examinanda videntur. Primum eſt: quare amorum nomine deſignata ſint diuina beneficia: Alterum vero eſt, cur Sanctorum dilectio, qua Deum proſequuntur, cum ea comparetur dilectiõe, qua diligitur vinum: E curve eidem præferatur, cum dicitur: *Super vinum dilexerunt te rectitudinibus.*

*Beneficia diuina cur amorum nomine appellentur.*

Ac pro eo, quod primo loco examinandum proponitur. Sciẽdum eſt, vniuerſa quidem beneficia, ſiue ea collata ſint à Deo, ſiue ab hominibus, aut alijs creaturis (ſi beneficia ſint dicenda ea cõmoda, quæ ab irrationabilibus percipiuntur) amoris, ſiue amorum nomine nuncupari poſſe, prout & ſupra quoq; tactũ à nobis eſt: tum quia ea ſunt extrinſecæ quædam exhibitiones eius, qui intrinſecus ardet, amoris: tum quia præ cæteris vniuerſis amorem ſibi cõciliant, proprius tamen, ac peculiari quadam ratione F diuinis id competere beneficijs. Siquidem, vt colligitur ex doctrina Sancti Thomæ.

*S. Thomas 2. 2. q. 117. ar. 6. in cor. & ad 1.*

Inter humana, atque diuina beneficia id communiter aſſignari poteſt diſcriminis, quod cum humana vt plurimum non tam ex amore, quam ex liberalitatis fonte proueniunt: diuina proprie ex amore ſemper exoriuntur.

*Beneficia diuina proprie ex amore proueniunt.*

Porro liberalis homo, quia à liberalitate, quæ moderatur concupiſcentiam terrenorum bonorum, ad ea largienda mouetur, quæ parui facit, eadem ratione ſua illa largitur & ei, quem diligit, & ei, quem nullo amore proſequitur.

At Deus cum haud exinde ad beneficia cõferenda moue-

A moueatur, quod aliquo pacto afficiatur ad ſua: quod ve ſua pro nihilo habeat, ex amore impellitur ad id potius, & ex charitate dumtaxat, quæ in eius ardet pectore: ideoque illos ſolummodo ſuis afficit beneficijs, quos ſua dilectione dilexerit.

*Simile.*

Atque hinc quoque factum crediderim, vt eadem diuina eius beneficia, iuxta alteram Hebraicæ vocis ſignificationem, vberum nomine expreſſa hic ſint à ſponſa, quod ea in illos à Domino conferantur, quos ipſe veluti filios proſequatur amore: nõ ſecus ac vbera filijs à matre ex naturali porrigi ſolent dilectione.

*Charitas Dei in homines quanta ſit.* i *Mat 5.45*

Vnde eximium colligere licet immenſæ charitatis Dei argumentum, quod vniuerſos homines paterno B diligat amore, omneſque inſtar filiorum habeat, cum *i pluat, Solemque ſuum oriri faciat ſuper bonos & malos*, cumq; ſingulis ſufficientia largiatur auxilia, quibus ſi ij voluerint, ſaluari queant, id quippe in primis is optat vt omnes ſalui fiant.

*Charitatis in Deum excellentia ſuper dilectionem creaturarum.*

Quoad alteram quæſtionem: ſuppoſito, quod ſæpius dictũ eſt in ſuperioribus, ſub vini metaphora terrena ea ſignari, quę delectationẽ hominibus afferũt.

Ex duabus moralis philoſophiæ regulis duplicem colligere licet excellentiam dilectionis erga Deum, ſuper dilectionem erga terrena.

*Ariſt. lib. 8 eth. c. 3.* *Amicitiæ ſpecies tres.*

Prima regula eſt, quod, vt ait Philoſophus, tres ſunt C ſpecies amicitiæ, nempe delectabilis, vtilis, ac honeſtæ. Sic cum quidpiam diligimus, vel propter vnum iſtorum, vel propter duo ſimul, vel propter omnia tria, in vnam rem conuenientia illud diligamus, neceſſe eſt: Et quanto plura ex his nos ad aliquid amãdũ impellũt, tãto talis dilectio perfectior cẽſenda eſt.

*8. Eth. c 2. 3. & 12.* *Amor amicitiæ quis ſit.*

Altera regula eſt, quod iuxta eundem Philoſophum, non quilibet amor habet rationem amicitiæ, ſed is dumtaxat, qui eſt cum beneuolentia, quo ita quempiam diligimus, vt illi velimus bonum: nam ſi haud ijs, quæ diligimus, ſed nobis ipſis bonum velimus, profecto is amor haudquaquam amor amicitiæ, ſed amor concupiſcentiæ dicendus eſt.

D Ex hac ſecunda regula colligitur prima excellentia charitatis in Deum præ terrenarum rerum dilectione: nam terrena omnia concupiſcentiæ amore diligimus, quatenus ad hoc tantum ea diligimus, vt quodpiam ex illis bonum nobis proſpiciamus.

*Charitate diligimus Deum amore amicitiæ.*

At Deum non modo amore cõcupiſcentiæ, atque ob noſtrum commodum, verum etiam amore amicitiæ diligimus, in bonum nimirum ipſius, in mutuæ ipſius beneuolentiæ compenſationem, quando recte illum diligimus: propter hanc charitatis præſtantiam bene à ſponſa hoc loco dictum eſt, *Super vinũ dilexerunt te*: ſcilicet puellæ, ac animæ puræ: eamque E confirmat verbo illo, quod ſubijcit: *rectitudinibus*, id eſt, amore recto, ſincero, & abſque vlla prauitate: ac ſi dicat, in eo illas diligere Deum ſuper vinum, quod non eum diligunt amore prauo, & imperfecto, quo diligi ſolet vinum, ac ſimilia, ſed amore recto, atque perfecto, quo ita ſibi bonum volunt, vt tamen, prout recta poſtulat ratio, Deo quoque id velint, illius intendentes gloriam.

*Charitate diligimus Deum ob eius honeſtatem & rectitudinem magis quam ob delectationem & vtilitatem.*

Confirmaturq; id ex altera quoque eiuſdem charitatis excellentia, quæ ex prima regula colligitur. Nam vini quidem dilectio valde imperfecta eſt, & praua, quoniam diligitur, vt plurimum tantummodo propter delectationem & voluptatem, quæ ex ipſo percipitur, quatenus delectabile eſt: & licet F nonnũquam diligatur propter vtilitates, quæ ex illo proueniunt, quatenus vtile eſt, haud tamẽ vnquam propter honeſtatem quis ipſum amauit: cum vinum tantum abeſt, vt honeſtũ quid ſit, vt potius ſit peculiare honeſtatis cõtrarium: vnde apud Romanos, quorum ſtudium in honeſto diligẽdo permaxime ſitum erat, moris id fuiſſe legimus, vt mulieres, quas honeſti ſtudioſiſſimas optabãt, à vino penitus abſtinerẽt: atque etiam in ſcriptura Sacra *k* Nazaræis, quos honeſtatis, ac ſanctitatis ſtudioſos præ cæteris ſibi eligebat Dominus, vini prohibetur vſus, vtpote *l in quo*, vt inquit Apoſtolus, *eſt luxuria*, omniſque luxus, ex-

k *Num. 6. 3.*
l *Eph. 5. 18*

A citans paſſiones concupiſcibilis, ac iraſcibilis. Quod autem de vini dicimus dilectione, idipſum & de nimia cuiuſcumque rei terrenæ, quæ per illud deſignatur, dictum intellige. At vero charitas, qua Deus diligitur, eſt vſquequaq; perfecta, quandoquidem non ſolum ortum habet ex delectatione, quá ille, qui eſt ſummum omnium delectabile, exhibeat, vel ex vtilitatibus innumeris, quibus ipſe nos cumulat, à quo eſt omne bonum & omne donum perfectũ, ſed etiã, idque in primis ex immenſa honeſtate, bonitate, ac rectitudine, quam in ipſo, qui eſt ſummum bonum, intelligimus, hanc ergo iſtius charitatis excellentiam egregie à ſponſa indicatam habemus, dum ait. *Super* B *vinum dilexerunt te*, ſcilicet puellæ, *rectitudinibus*, ſcilicet tuis: æque enim eſt, ac ſi dixiſſet.

*Paraphraſis.*

Animæ ſanctæ diligunt te multo perfectius, quam à terrenis hominibus diligantur terrena: quoniam diligunt te propter rectitudines tuas: ex eo quod in te rectitudinem omnem, omnemque honeſtatem, ac bonitatem ſitam eſſe animaduertunt.

37 *Quartus ſenſus*

Iuxta quartum ſenſum, qui eſt lectionis Hebraicæ, dum ſic vertitur: *Olfaciemus amores tuos ſuper vinũ, quod recta vadit dilexerunt te*, ſcilicet puellæ anima ſancta, quæ ſe à Domino aliquando introducendam in illius cellaria, & in æterna tabernacula, firmiſſima aſſeruit C fide, agnoſcens, felicitatẽ vniuerſam illius patriæ in eo ſitam, vt Deus conſpiciatur, ac perfectiſſima charitate diligatur: ſubdit. *Exultabimus, & lætabimur in te*: Cum autem tantæ dulcedinis ſe in hac vita compotem eſſe non poſſe animaduertat, quia immenſam, atque infinitam Dei Charitatem intellectu comprehendere nequeat: inquit, ſe omnino illius ſuauitatis aliquo pacto participem velle fieri: velleque in ipſo etiam in hac vita omnem ſuam conſtituere exultationem, dicens, *Olfaciemus amores tuos*. Ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

Quia te facie ad faciem intueri non poſſumus: quia immenſam charitatis tuæ dulcedinẽ guſtare nequimus, in creaturis ſaltem, quaſi odoratu quodã tuos D percipiemus amores. m *Delectaſti enim nos Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum* exultabimus, vel minimo tuæ dilectionis odore.

m *Pſ. 91. 5.*

*In creaturis ſingulis agnoſcimus fragrantiam diuinæ in nos charitatis.*

Bene autẽ inquit, *Olfaciemus amores tuos*, quia quẽadmodum qui aliquam rem diligit ſuauem, ac bene olentem, quacumque in compoſitione res illa fuerit permixta, licet eã minime intueatur, licet eius odor ſimpliciter ex illa compoſitione minime reddatur, acuto tamen ac perſpicaci odoratu ſuo animaduertit, illic ibi eſſe, vbi non apparet.

*Simile.*

Eodem modo & quæ Deum diligit Anima, tametſi illum claro intuitu cernere nequeat, in creaturis ta- E men vniuerſis, quæ illius bonitatis participes ſunt, intellectu ſuo illum cognoſcit, & quaſi odoratu quodam fragrantem percipit amorem eius. *n Etenim* (vt dicitur in libro Sapientiæ) cum in operibus illius conuerſentur, inquirunt: & perſuaſum habent, quoniam bona ſunt, quæ videntur.

n *Sap. 17. 7.*

Quid eſt namque perſuaſum habere, quoniam bona ſunt? niſi bonitatis diuinæ in illis agnoſcere participationem? niſi amoris diuini fragrantiam in eis olfacere? Quid mirum autem, ſi fideles omnes, qui hoc pacto tantos olfecerint amores, Deum ipſum adeo diligãt, vt de eis dicatur: *Super vinum præſtantiſſimum dilexerunt te, &c.*

*Quintus ſenſus.*

F Iuxta Quintum ſenſum: Anima, quæ ſupra à Chriſto crucifixo, tribulatorumque Rege in Sacra vulnerum ipſius cellaria introductam ſe aliquando, atque etiam introducendam prædixit, ſignificauit quid in huiuſmodi cellarijs factura eſſet, dicens: *Exultabimus, & lætabimur in te*: Modo exponit, quem fructum ex ea introductione, & gaudio prolatura ſit, inquiens: *Diligemus vbera tua ſuper vinum*: affertque rationem, ſubdens: *Rectitudo dilexit te*. Ac ſi diceret.

*Paraphraſis.*

In ipſis vulnerum tuorum cellarijs pretioſiſſima inuenientes doctrinæ tuæ cibaria: nedum exultabimus in te: ſed & diligemus eam, quam ibi ex vberum tuorum fonte ſuxerimus doctrinam, multo magis

quam

quam vinum doctrinæ, atque ſciētiæ mundanę. Tua enim doctrina illa nec errorem, nec prauitatem admittere poteſt, quoniam rectitudo, & virtus ipſa ita te dilexit, vt à primo inſtanti conceptionis tuæ vnita tecum fuerit.

Circa hæc autem, quæ à ſponſa dicuntur, prætermiſsis ijs, quæ de excellentia doctrinæ Chriſti, ac ſcientiæ Dei, ſuper humanam, mundanamve ſcientiam, longius in expoſitione ſecunda verborum illorum, *o* *Quia meliora ſunt vbera tua vino*, pertractata ſunt: Duo tantum hoc loco examinanda videntur. Primum, Quid ſit diligere Chriſti crucifixi doctrinam: Alterum vero, Qua ratione de Chriſto proprie dicatur. *Rectitudo dilexit.*

*o Cant. 1. 2.*

B

38 Quo ad Primum: Animaduertendum eſt, vnamquamque doctrinam duobus modis à quopiam cōplecti poſſe, vel intellectu tantum, vel intellectu, & voluntate. Qui intellectu tantum doctrinam aliquā ſuſcepit, apprehendit quidem illius veritatem cognitione, eidemque cognitioni intellectus ſui præbet aſſenſum, vtpote quæ in ſe contineat veritatem, ipſius intellectus obiectum, haud tamen pari ratione apprehendit illam ipſam & voluntate. Nam tantum abeſt, vt qui hac præditi ſunt cognitione, velint & factis implere, quod verum agnoſcunt, vt illud potius frequenter, quod falſitatem, & errorem in ſe contineat, ſibi eligant proſequēdum: Sic complures fidelium intellectu Chriſti doctrinam admittentes: voluntate tamen doctrinam mundi eligunt, quam diligant quamve ſuis comprobent operibus. Atque his recte verba illa Saluatoris noſtri optime congruunt: *p Dilexerunt magis tenebras, quam lucem*: nam & ſi clariſſimo intellectus intuitu veritatis lucē in Chriſti agnoſcāt doctrina: dilexerunt tamen, ac volūtate prælegerunt proſequi mundi doctrinam, in qua tenebras, errorem, ac falſitatem eſſe intelligunt: diligentes vinum tam falſæ doctrinæ ſuper vbera Chriſti. At vero Animæ Sanctæ, mundi tenebras omnino abhorrentes, Chriſti tantum crucifixi cōplectuntur doctrinam, dicentes cum Apoſtolo: *q Nec arbitratus ſum me ſcire aliquid niſi Chriſtum, & hunc crucifixū*, huic autem haud ſolo intellectu aſſentiunt, vel verbis tāmmodo prædicant illam veram: ſed & voluntate ipſam executioni mandandam eligunt, hoc quippe eſt, diligere eam. Vnde vna quædam illarum in Pſalmis dicebat: *r Et meditabar in mādatis tuis, quæ dilexi nimis: Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebor in iuſtificationibus tuis*: Ac ſi diceret: prius mādata tua, ac doctrinam tuam meditatione cōſideraui, menteq; ac intellectu meo illa vt veriſsima complexa ſum, tum in illis vniuerſis ſummam cognoſcens veritatem, ac probitatem, & rectitudinem, eadem & dilexi, & mea proſecuta ſum voluntate: Siquidem ea diligens, opere adimplere conata ſum: Leuaui enim manus meas ad illa, vt in ipſis me exercerem. In hunc igitur modum.

*Doctrinam aliquam diuerſimode complecti poſſumus intellectu, & voluntate.*

C

*p Io. 3. 19.*

*Doctrina Chriſti quomodo & à quibus diligatur.*

D

*q 1. Cor. 2*

*r Pſ. 118. 47*

E

Paraphraſis.

Diligemus, ait ſponſa ad Chriſtum in cruce pendentem, diligemus doctrinæ tuæ vbera ſuper vinum doctrinæ ſæculi, mundanorumque præceptorum vino præferemus præcepta tua, haud fide tantum ea vera fatentes, ſed opere implentes, vt bona.

Quo ad ſecundum, Quamuis vniuerſi, qui recta ratione ducuntur, rectitudinem diligant, & virtutē: nihilominus haudquaquam de vlla creatura pura ſimpliciter affirmandum, quod rectitudo, ac virtus dilexerit eam modo illo ſingulari, quo dilexit Chriſtum: loquimur autem non de prima rectitudine tātum, quæ eſt Deus ipſe, ſed & de rectitudine, & virtute generica, quæ Deo cōpetit, & creaturæ, cui dilectio tribuitur per proſopopeiam. Porro vnum dumtaxat Chriſtum rectitudo iſta dilexiſſe dicitur, qua is à primo ſuæ conceptionis inſtanti vna cum gratia vnionis, qua prima rectitudo ei vnita eſt hypoſtatice, & gratiam vnitam ſibi habuit ſanctificantē, ita vt nedum per primam illam rectitudinem, & per gratiā vnionis illius: verum etiam per plenitudinem gratiæ

*Virtus, & rectitudo, qua ratione dilexiſſe dicātur Chriſtum peculiari modo.*

F

A habitualis, qua ſanctificatus, omnique virtute, ac rectitudine eſt cumulatus, dictus ſit rectus, ac Sāctus, & rectitudine inſeparabiliter vnitus, ſiue ſingulari ratione ab ipſa rectitudine dilectus, hoc quippe dilectionis eſt proprium, vt quanto maior ea extiterit, tanto arctiori vnione diligentem deuinciat cum re dilecta: atque adeo haud incōgrue dici poteſt, quod Chriſto ſponſo à pia anima dicitur, *Rectitudo dilexit te*, tantumdē eſſe, ac ſi diceretur, Rectitudo inſeparabiliter tibi vnita eſt. Quod multo prius ei vni cōpetet, & ſoli, ſi id de prima quoq; rectitudine, & Deitate intelligamus, quā perfectiſsimo modo vnione (vt dictū eſt) hypoſtatica cum eius humanitate vnitā fatemur.

B Iuxta ſextum ſenſum, Chriſti ſponſa explicat hoc loco, in quonā ſita ſit exultatio illa, de qua prædixerat, *Exultabimus, & lætabimur in te*, nēpe in dilectione Dei ſui ſuper omnia: Tum affert, ſeu potius ſubindicat, quem ex huiuſmodi dilectione conſecutura ſit fructum, ſubijciens, *Diligemus vbera tua ſuper vinum.* 39

*Sextus ſenſus.*

Circa quæ verba primo notandum, per *vbera* hic ſignificari amores, prout ſupra metonymice accipi poſſe probatum eſt: per *vinum* vero terrena illa omnia, quæ in præſenti vita diliguntur, vt delectabilia. Bene autem delectabilia omnia præter Deum, vino ſunt deſignata. Nam cum ſponſæ intentio ea ſit, vt explicet, in Dei dilectione futuram vniuerſam exul- C tationem, ac delectationem ſuā, qua ipſum præ omnibus delectabilibus dilectura ſit, tanquam omnium maxime delectabile, congruentiſsime cetera vniuerſa, quæ vt delectabilia diligi ſolēt, vini deſignauit metaphora, cui tanquam proprium adſcriptum recolat, quod *ſ lætificet cor hominis*. Dei vero amorem, vberum nomine expreſsit, tum quia de diuino amore cū hic loqueretur potiſsimum, vt ſummam affert dulcedinem, ex vberibus lactis defluit dulcedo: tū quia optime ſciret, Amorem in Deo, vt bene inquit Bonauentura ex Bernardo, eſſe potius effectum, quā affectū, quod plurima ei, quē dilexerit, cōferat beneficia, D nō ſecus, ac vbera plurimū lactis exhibēt ſugētibus.

*ſ Pſ. 103. 15*

*Amor Dei cur explicatus vocabulo vberum.*

*In ca. 4. Euang. Ioannis.*

Secundo notandum, quod congrue in dilectione Dei ſuam anima ſancta conſtituat exultationem vniuerſam. Etenim exploratum illi erat, exultationem, ac delectationem perfectam in Dei tantum fruitione reperiri: fruitionem autem Dei in eo ſitam exiſtimauit, quod inhæreret Deo per amorem: iuxta illud Aug. lib. 1. de doctr. Chriſt. ca. 4. [Frui eſt amore inhærere alicui propter ſe.] Porro huiuſmodi Dei fruitionem haud in ſimplici conſtituit eius dilectione: Sed in dilectione Dei ſuper omnia, quia haudquaquam exultare, lætitiaque perfrui poteſt anima, quæ fuerit in diuerſa diſtracta: neque Deum ita quis dili- E gere poteſt, vt in illo exultet, eiuſq; fruatur præſentia, qui cetera vniuerſa è ſuo non expulerit corde: vt illum ſolum amatorem admittat, qui ſolus ipſum ſua impleat præſentia.

*Gaudium perfectum eſt in dilectione Dei ſuper omnia.*

Tertio ponderādum, cur dictum ſit, *Diligemus Amores tuos*, cum ſimplicius dici potuiſſet, *diligemus te*. Vt breuiter dicā, quod ſentio, per hanc loquēdi formam id ſponſam ſignificaſſe crediderim, quod ſæpius & dictū, & dicendum eſt: dilectionē noſtram in Deum vniuerſam, ex diuino illius erga nos amore, qui præceſſit, ortū habere, iuxta illud: *t Non quod nos dilexerimus Deū, ſed quia ipſe prior dilexit nos*. Cū enim vniuerſi, F qui diligunt in eo quē diligunt, quoquomodo commorentur: Deus quoque, nos diligens, ſuo modo eſt in nobis, noſtrumq. inhabitat cor: illum vero in nobis ſentiētes dilectione accendimur in eum, eique, niſi valde ingrati eſſe velimus, mutuum exhibemus amorem: diligenteſque eius amorem, ipſum mutua dilectione proſequimur noſque illi tradimus, quē prius nobis ſe exhibuiſſe animaduertimus, iuxta illud ipſiuſmet ſponſæ, *u Dilectus meus mihi, & ego illi.*

*Charitas noſtra ortū habet à charitate Dei.*

*t 1. Io. 4. 20*

*u Cant. 2. 16*

Egregium verum ex huiuſmodi dilectione Dei fructum ſeſe conſecuturam pręter exultationem indicat ſponſa, cum ſubdit: *Recti ſunt, qui diligūt te*: nempe rectitudinem ipſam, ac perfectionem. Ac ſi dicat.

*Paraphraſis. Rectus quis dicendus ſit. Charitas eſt regula vitæ ſpiritualis. x Coloſſ. 3. 14. Simile.*

Cum autem te ſuper omnia dilexero, recta atque perfecta ero. Recti namque ſunt ij omnes, qui diligunt te. Quod quidem veriſſimum eſſe, ex eo facile colligitur, quod charitas eſt regula vitæ perfectæ, quam Apoſtolus ſub alia metaphora, x *Vinculũ perfectionis* appellat. Porro quemadmodum id omne, quod ad regulam factum ſit, rectum abſque vlla dubitatione aſſerimus: ita quoque vita, quæ ad charitatis regulã ducta fuerit, rectã affirmemus, neceſſe eſt.

## *Ex* Verſ. IV. cap. I. *Memores vberum tuorum ſuper vinum: Recti diligunt te.*

### Expositio IIII.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

*Maria gloriatur tantum in Domino, & in humilitate ſua.*

40 Gloriari quidem potuiſſet Beata Virgo de generis nobilitate, quam ex magna trahebat ſerie, tum Regum, tum Sacerdotum, nã etſi voluiſſet gloriari, non fuiſſet inſipiens, ſicut inſipientes plures ſunt hominum, qui in terrenis hiſce gloriãtur, exultantque, ac maxime delectantur in memoria, & cõmemoratione illuſtriũ progenitorum ſuorũ: exultare multo magis eidem licuiſſet Virgini memoria eximiarum, quibus decorata eſſet gratiarum, illiuſque præſertim, quam iamiam expoſuit, introductionis in cellaria ſponſi. Nihilominus cum ſibi exultandũ, ac gloriandum fuit, haudquaquam in iſtiuſmodi exultauit gloriatione; ſed ſciens, eum, *a Qui gloriatur, in Domino tantum gloriari* oportere, exultationẽ, ac gloriam ſuam vniuerſam in Deo conſtituit: pro ſe autẽ ad inſtar Apoſtoli *b* gloriantis in infirmitatibus ſuis in ipſa humilitate, & exiguitate ſua gloriata eſt, vnde & ait: *Exultabimus, & lætabimur in te: Memores vberum tuorum ſuper vinum.* Quo loco vini nomine, mundi intelligit gloriam, prout etiam in Apocalypſi idipſum vſurpatum inuenimus, vbi dicũtur *c Reges* multi *inebriati, qui habitant terram, de vino proſtitutionis meretricis* illius *magnæ quæ ſedet ſuper aquas multas*, ſuperbiæ nimirum, ac vanæ gloriæ, quæ ſoliũ ſuum ſuper trãſeuntes aquas cõſtituiſſe dicitur, quia multo velocius tranſeat, quam ipſæ tranſeunt aquæ, iugiter fluẽtes.

*a 1. Cor. 1. 31. b 2. Cor. 12. 5. Mũdi gloria cur explicata ſub metaphora vini. c Apo 17. 2*

Bene autem huiuſmodi ſæculi gloria vini eſt expreſſa metaphora, quãdoquidem inſtar vini ac multo magis, quam vinum homines inebriet ſicque in ſuperbiam eos eleuet, vt quicquid ab ijs perpeti ſolet, qui vino ebrij ſint, contingat pariter & illis.

*Simile.*

Adde quod ſicut vinum illico euaneſcit ad aerem, inaneque redditum virtutem omnẽ amittit, tametſi potentiſſimum illud ſit, ni bene obturatum ſeruetur in vaſe: Eodem modo & ea, quæ gloriam nobis conciliant, niſi operta à nobis ſeruentur, & in abdito clauſa, illico redduntur inania, vacuoſve nos reddunt virtutis omnis. Quod ne ſibi contingeret Beatiſſima Virgo, illud omne, de quo exultare, & gloriari poterat, ſummo claudens ſilentio. *Memores,* inquit, *vberum tuorum ſuper vinum.* ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

Exultabo in te, Deus meus, memoria verſans non ea, quæ mundi gloriam afferrent, non virtutẽs, non aliud quidpiam, ſed tantummodo humilitatem meam, propter quam mihi tanquam paruulæ exhibuiſti vbera tua, vt exinde tantas ſugerem gratias, vtve te quoque gratiarum omnium fontem, meum traxerim in ventrem. Atque hoc illud eſt quod ipſamet clariſsimis aſſeruit verbis, cum apud Eliſabeth caneret: *d Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* vide autem quam clare explicat, quod exultauit, Memor exiſtens vberum ipſius Dei ſuper vinum, ſubdit enim, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*: quid tum? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*: Tãtum abeſt vt quiſpiam miretur, me in te exultare, atque in humilitate mea, tuiſque in vberibus gloriari, vt Recti omnes, & vniuerſi, qui à recta ratione ducũtur, diligant te, in me quoque glorificaturi te ſint, cum me beatificabunt humillimam.

*d Luc. 1. 47*

## *Ex* Verſ. IV. cap. I. *Memores vberum tuorum ſuper vinum: Recti diligunt te.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphraſis Chaldaica: Et delectabimur, & exultabimus, & recordabimur eorum: & diligemus Deitatem tuam, & recedemus ab Idolis populorum, & omnes iuſti, qui faciunt, quod rectum eſt coram te, timebunt te, & diligent præcepta tua. 41

Quamuis antiquiores Patrum, qui verſionem Septuag. interpretati ſunt, in eo cõueniant omnes, quod totam hanc ſententiam adoleſcentulis ijs tribuunt, quibus tribuerunt & verba præcedentia, *Exultemus, & lætemur in te*: diſcrepant tamen inter ſe in hoc ipſo tripliciter.

*Origenes. Ambroſius.*

Quidam enim arbitrantur, ab adoleſcentulis totam ſententiam ipſam dictam ad ſponſum. Ita Origenes hom. 1. ex quatuor, & Ambroſius ſerm. 2. in pſalm. 118. verſ. 1.

*Greg. Nyſſ.*

Alij è contrario exiſtimant, eam totam dictam ad ſponſam. Ita Gregorius Nyſſenus, Theodoritus, tres Patres, & ex Latinis poſterioribus Bernardus ſerm. 24. in Cant. At Origenes ho. 1. ex duabus, tertio modo, prima verba inquit, dicta ad ſponſum, poſtrema vero, *AEquitas dilexit te.* dicta ad ſponſam.

*Origenes. Animæ etiã imperfectiores habere debent ſpem, vt aliquãdo diligant Deũ.*

Qui ergo ad ſponſum hæc dicta ſumit Origenes, primam quidem partẽ, *Diligemus vbera tua ſuper vinũ:* in vtraque expoſitione ſua vno eodemque modo ſic explicat, vt animæ, quæ haud perfectæ adhuc ſunt, tale quid dicere velint. Nos quidem nondũ in id perfectionis aſcendimus, vt diligamus vbera tua plus, quam vinum, vel certe vbera tua, quæ ſunt ſuper vinum, gerimus tamen ſpem, vtpote adoleſcentulæ in id ætatis proficere, quo poſſumus non ſolũ paſci, & ali ex vberibus verbi Dei, ſed & diligere alentem. Verba vero illa, *AEquitas dilexit te*: duobus explicat modis Homil. prima ex quatuor.

*Cum dilectione Dei eſt inconueniens vt aliquid ſit imperfectionis.*

Primo vt vox iſta ſit veluti incuſantium ſemetipſas, quaſi quæ nondum, abiecta omni iniquitate, peruenerint ad æquitatem, vt poſsint iam diligere vinũ ſuper vbera ſponſi, ſcientes, inconueniens eſſe, vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo, qui ad perfectionem ſpiritualis, & myſticæ doctrinæ peruenerit. Ac ſi dicant: Diligemus vbera tua ſuper vinum, nec aliquid patiemur, vt in nobis reſidui ſit iniquitatis, cum æquitas dilexerit te, atque adeo dilectio ipſa erga te cum iniquitate nullam habere queat partẽ.

*In Chriſto virtutes omnes perfectiſſimo modo. a Eph. 2. 14*

Secundo, vt per hæc ſignificetur, in Chriſto eſſe ſingulas quaſque virtutes, cum ſit ipſamet æquitas, ſicut alibi *a* dicitur ipſa iuſtitia, ipſaque pax.

*Ambroſ.*

Ambroſius ſerm. 2. in pſal. 118. verſic. 1. totam ſententiam applicat ad eos, qui à Chriſto vocati, relicto ſæculo, illum ſequuntur, pro certo habentes, in tali itinere errare non poſſe: Obſcuris tamen verbis de Ioanne Apoſtolo peculiariter id explicat, dicens: Viam ſæculi cœperat currere Ioannes, ſed auditis Chriſti imperijs, (quando ſcilicet de *b* naui eũ vocauit) deſeruit viam mundi, ſecutus eſt Chriſtum: probauit quia in eo corrigit iunior viam ſuam, ſi Chriſti verba cuſtodiat, dicens. *Diligamus vbera tua ſuper vinũ:* Sic tamen bibens, vt non abſorberetur vino: ſed gratia eius lætitiam cordi hauriret non corporis ebrietate titubaret. Denique bibens hoc vinum aperuit oculos ſuos, & vidit viam rectam: reliquit tortuoſas vias, dicens: *AEquitas dilexit te*: hoc eſt, non flexuoſa itinera te ſequũtur: ſed ſolus ad te poteſt iuſtitię trames peruenire: qui enim diligit iuſtitiã, non ſe auertit à Chriſto: quomodo enim arbitrum iuſtitiæ, remuneratoremque meritorum innocens metuat conſcientia?

*Ioannes Euangeliſta correxit viã ſuam ſequens Chriſtum. b Mat. 4. 21 Sequens Chriſtum errare nequit.*

Eccleſiæ Apoſtolorum hæc dicta accipiunt Nyſſenus, Theodoritus, atq; tres Patres: Ac ſi fideles quiq; dicant: 42

*Apoſtolorũ doctrina.*

*magnificiẽda, quia eſt à Chriſto qui illos dilexit.*

dicant: ſicut tu dilexiſti vbera Chriſti ſuper vinum, doctrinamque illius ſuper omnem ſapientiam ſeculi, & ſuper omne, quod delectat in mundo. Ita & nos diligemus vbera, atq; doctrinam tuam, eamque tuto ſugemus, quia rectitudo, id eſt, Chriſtus, dilexit te.

*Greg. Nyſſ. Theodor. Tres Patres. Ioannes Euangeliſta diligens Chriſtum fecit cor ſuum quaſi ſpongiã qua exprimerentur diuina myſteria.*

At peregregie Gregorius Nyſſenus ad Ioannem dilectum Chriſti diſcipulum hæc dicta accipiens, ait: Verbi amauit vbera, c *qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit*, & veluti quandam ſpongiam cor ſuũ appoſuit fonti, & ex ineffabili quadam traditione repletus Chriſti myſterijs, nobis quoque exhibet mammillam, à verbo impletam, noſque implet bonis, quæ ei à fonte ſunt indita, magna voce prædicãs, quod ſemper eſt verbum: Vnde nos quoque merito illi dicemus, *diligemus vbera tua ſuper vinũ*: Propterea autẽ diligimus tuorum documentorum influxum, quia te dilexit rectitudo: d *hic eſt enim diſcipulus, quẽ diligebat Ieſus*: Ieſus autẽ eſt rectitudo, quia in ipſo quicquid eſt obliquũ, corrigitur, & deducitur ad rectitudinẽ.

*c Io. 13. 23. d Io. 13. 23. Ioannem dilexit Ieſus, qui eſt rectitudo.*

*Anima perfecta dicitur virtus ipſa, ipſaque rectitudo. Origen. Bernard.*

Origenes Homil. 1. ex duabus: ad ſponſam, ſiue Eccleſiam, ſiue animã perfectam dictum cẽſet: *Aequitas dilexit te*: ob eximias, quibus decorata eſt virtutes. Ac ſi dixiſſet. Tu es ipſa æquitas; prout & à nobis dici aliquando ſolet ad exprimendas ingentes alicuius virtutes, eſt ipſa virtus, virtutis nomẽ illi tribuendo.

*Prælato aduerſus improbos murmurãtes ſufficere debet opinio bonorum, & teſtimonium bonæ conſcientiæ.*

Bernardus quoq; ſumens hanc ipſam partem, quæ ſecũdum vulgatam legitur. *Recti diligunt te*: vt ab adoleſcentulis dictam ad eandem animam, vel à bonis ſubditis ad prælatum ſanctum, inquit, hæc ab illis dicta propter quoſdam item ſubditorum, & imperfectorũ, qui non exultarent in matre, memores vberum eius, ſed ſpeciali gloriæ matris inuidentes, & captantes occaſionem murmurandi aduerſus eã, ex eo nimirũ, quod ſola in cellaria introiſſet. Propter hos itaque, ait, ad eam inquiũt; *Recti diligunt te*: ac ſi dicerent. Nõ ſit tibi curæ de iniqua reprehenſione blaſphemiarũ harũ: cũ conſtet, quia *Recti diligũt te*: Bona, inquit Ber. bona profecto conſolatio, cum blaſphemamur à malis benefacientes: ſi recti diligunt nos: ſufficit enim aduerſus loquentiũ iniqua opinio bonorũ cũ teſtimonio cõſcientiæ: e *In Domino enim laudabitur anima mea, audiant manſueti, & lætentur.* Quærit deinde ipſe Bernardus, qui ſint iſti recti, de quibus hoc loco fit ſermo: & ait ſicut Dominus f rectus dicitur, quia nõ eſt iniquitas in eo, iuxta illud pſalmi. *Rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo*: Eodem pacto, & illũ hominem rectum dici, qui Dei ſimilitudinem ſeruat: quive & recte in omnibus ſentit, & à recto, quod ſentit, in nullo diſſentiat: qui in omnibus recte per fidem, & recte per charitatem acquieſcunt, cuius fidem dilectio animat, probat actio.

*e Pſa. 33. 3. Rectus dicendus is, qui eſt ſimilis Deo abſque iniquitate. f Pſ. 91. 16.*

*Rupertus Abbas. Elizabeth, & Ioannis exultatio vnde.*

Rupertus vero Abbas exiſtimans, totam hanc ſententiã eſſe Elizabeth ad B. Virginem, quãdo exultauit infans in vtero ipſius: inquit hic ab ea exponi materiam, vel cauſam exultationis in illa: ac ſi diceret: Hæc eſt materia, vel cauſa exultationis, & lætitiæ noſtræ in te: Memoria vberum tuorum: quia virgineis vberibus lactaſſe illum prædicaberis, qui creauit te: Dicemus enim: g *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti*, Chriſte: Huius rei memores ſuper vinũ, id eſt ſuper omne, quod in hoc ſæculo dulce videtur, aut iucundũ, *Recti diligunt te*, id eſt certiſsime diligent te. Hoc ipſo enim, quod recti ſunt, quod nõ inuidi, immo beneuoli ſunt, memores vberum tuorum diligent te. Rectorum illorum primus eſt infans meus, qui à voce ſalutationis tuæ, qua ſalutaſti me, iam exultauit in gaudio in vtero meo, & lætantur in te: Nec deſinet exultare, memor vberum tuorum ſuper vinum, id eſt omne ſæculum reſpuens, & carnalis voluptatis commercium: virum ſe Deo dedicans virgineũ propter vberum tuorum lac dulciſsimum, quæ videlicet vbera tua de cœlo plena lacte virgineo lactauerunt Deũ.

*g Luc. 11. 27 Mariam cur diligant omnes recti.*

Eorum qui ad ſponſam, & Chriſtum Ieſum hæc dicta accipiunt, ſequẽtes lectionem Vulgatæ, ſiue ab adoleſcentulis, ſiue à ſponſa vna cum ipſis adoleſcẽtulis; quidam arbitrati ſunt, per ea ſignificari, ita

A exultandũ à pijs quibuſq; in Chriſto, vt memores ſint vberum illius, id eſt gratiæ, vel doctrinæ eius ſuper vinum auſteritatis legalis, quia qui illum diligunt, recto ſunt corde, atque adeo ſuper omnia eum diligunt: cum rectus eſſe quis neutiquam poſsit, qui aliquid eius præferat dilectioni, à quo ſolo id omne habet, quod in ipſo fuerit boni. Ita Caſsiodorus, Iuſtus Orgel. Anſelmus, Aponius, Beda, & alij.

*Charitas eſt regula, & fundamentũ rectitudinis omnis.*

*Caſsiodorus Iuſt Orgel. Anſelmus. Aponius. Beda. Greg. Pap. Ex memoria Paſsionis Chriſti anima accenditur ad Dei dilectionem.*

Gregorius Papa referre videtur hæc ad memoriam paſsionis Chriſti, per quam pia Anima accenditur ad Dei dilectionem, ſic enim ait: Exultare vult ſponſa Chriſti in ſponſi delitijs in memoriam vberum: quia dum recolit, quanta charitate Chriſtus eam
B dilexerit, qui ſanguine eam moriens in Cruce, redemit, & quotidie eam in ſinu Eccleſiæ matris, eiuſdem ſanguinis lacte nutrit, proculdubio magis ac magis in eius dilectionem intendit. Quod lac bene ſuper vinum dulce eſſe dicitur, quia per ſanguinem Chriſti miſericorditer educamur, qui per legis litteram ſeuere prius conſtringebamur.

*Greg. Pa. Caſsiod. Aponius. Rectitudo eſt fundamentum dilectionis Dei*

Ex eo, quod vltimo dicitur. *Recti diligunt te*: colligit idem Gregorius, rectitudinem eſſe fundamentum dilectionis Dei, ſicut & dilectio Dei eſt perfectio rectitudinis: id quod & à Caſsiodoro notatũ eſt. Ac ſi dicatur: Nullus te diligit Domine, niſi rectus: & nullus eſt rectus, niſi qui te diligit. Aponius quoque idipſum, & alij complures.
C

*Phil. Carp. Rectitudo ſita in quo ſit. h Pſ. 100. 1.*

Sed Philo Carpathius, Eſt, inquit, rectitudo continere ſe ab omni ſpecie delictorum: conſcientiam ſuã cum Dei lege conformare, eiuſque mandata omnia intento corde perficere, iuxta illud pſalmi: h *In conſilio rectorum, & congregatione magna opera Domini.*

---

## Verſ. V. cap. I. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

D

### Expositio I.

*Iuxta Litteræ ſonum.*

*1 Primus ſenſus.*

QVia in ſuperiori verſu apertiſſimis verbis ſponſa ſignificarat, quam magna dilectione ipſam ſuus amarat ſponſus, vtpote qui eam introduxerit, nec nõ & ſæpius introducturus eſſet in intimas ædes ſuas: Modo ne fortaſſe putarent ſociæ, ſe in eo, quod de ſponſi ſui amore iactabat, inani ac credula decipi imaginatione: quaſi credibile non eſſet, vt ipſam ſub nigro colore fuſcam tam ardenter amaret quiſquã. Idcirco huiuſcemodi earum ſuſpicioni per præoccu-
E pationem occurrens, & colorem ſuum purgans, iuxta commune feminarum ingenium, quæ ſi quid in ipſis turpe extet, quod nequeãt occultare, id quibus poſſunt modis defendere, ac purgare conantur: inquit: *Nigra ſum ſed formoſa, &c.* comparãs ſe tabernaculis Arabum, ex Cedar Iſmaelis filio ortum ducentium: ac tentorijs Salomonis, quę quamuis quoad id, quod extrinſecus apparet, atra ſint, & inconſpicua, cum imbribus & ſolis ardori pateant: intrinſecus tamen pulcherrima ſunt, ac precioſiſſimo præfulgent opificio cũ intertextis margaritis: Ita coniunctim ſimilitudines allatæ accipiẽdæ videntur Origeni ho. 2. ex quatuor, Nyſſeno ho. 2. Aponio, & Bernardo ſer. 28.

*Origenes. Greg. Nyſſ. Aponius. Bernard.*

F Verum cum in tabernaculis Arabum nihil ſit conſpicuum, nec id quod exterius, nec id, quod eſt interius: alio pacto, & probabilius ſimilitudines diuiſim accipiendæ videntur, & diſtributiue, vt altera alteri tantum membro conueniat in hunc modum. Nigra ſum, vt tabernacula Arabũ, quæ nullam habent pulchritudinem propter populi incuriã, paupertatem, & inelegantiam: quæve quia perpetuo ſub dio verſantur, nigricãt; Attamẽ ſum pulchra vt pelles, ſiue cortinę; has enim proprie ſignificat vox hebræa יריעות ieringoth, ſiue tẽtoria Salomonis, quæ ob Regis magnificentiam nitebant interius, atque inſigni erant elegantia, & artificio: Quem ſenſum communiorem reperio

*Secundus ſenſus. Origenes. Theodorus. Tres Patres*

Caſsiodor. Greg. Pa. Beda. Anſelmus.

A reperio tum apud antiquos Patres, tum apud Hebræorum Doctores.

Circa lectionum varietatem Notandum primo, Hebraicam vocem שחורה Sciehorah, haud nigram ſimpliciter ſignificare, ſed ſubnigram, atque adeo melius redditam in verſu ſequenti, vocabulo fuſcæ, *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim.*

Iuſtus Org. Philo Car. Rup. Abb.

Notandum ſecundo, pro eo, quod noſter Interpres ſecutus Septuaginta vertit *formoſa*, in Hebræo haud eſſe vocem יפה Iapha, quæ pulchram, & formoſam ſignificat, ſed eſſe vocē נאוה naauah, cuius ſignificatus proprius eſt, Deſiberabilis, & amabilis.

Bernard. & Hebræi.

B Notandum tertio, in Hebræo non eſſe aliquod verbum: ſic enim habetur. *Nigra ego*, apud Septuag. *Nigra ſum ego, & formoſa.*

---

## Verſ. V. cap. I. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

### Expositio II.

*De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia.*

2 C QVam apte vocibus hiſce Eccleſia hoc loco ſit vſa; dum nigram ſimul ſe dicit, atque formoſam, ex eo perſpicuum fiet, ſi intellexerimus, quidnam per illa ſibi ipſa velit, & quid ſit nigredo, quidve formoſitas.

Nigredo quid ſit.

Siquidem nigredo nil aliud eſt, quam ſimplex color: notum eſt autem ijs, qui de ſenſibus, & ſenſatis vel exiguam cognitionem attigerint, colorem eſſe quid in ſuperficie corporis opaci, nam licet in intimis quoque eiuſdem corporis partibus is inſit, vt patet, cum corpus illud confringimus: id tamen certum eſt, eum nullatenus eſſe obiectum viſus, niſi quatenus in externa corporis ſuperficie illuminatus exiſtit.

Pulchritudo quid ſit.

At formoſitas, & pulchritudo D ſita eſt non in vna tantum extrinſeca, & colorata corporis ſuperficie: ſed in plurium membrorum compoſitione, atque in apta, & congruenti eorūdem membrorum proportione inter ſe, vna cum venuſtate, ac gratia, prout alias explicabitur fuſius. Cum autem hæc ita ſe habeant, manifeſte apparet, haud repugnanter dici quid nigrum, atque formoſum, quod de ſe affirmat Eccleſia: quippe quæ, cū animaduerteret quoſdam eſſe fidelium, qui & in præſenti vita, quę nil aliud eſt, quā continua militia ſuper terram, perfectam optarent quietem, queruliſque obmurmurarent vocibus, dicentes: *a Expectauimus pacem, & non eſt bonum: & tempus curationis, &c.* Nos filias Ieruſalem nuncupans, breui hac alloquitur oratio- E ne: *Nigra ſum, ſed formoſa.* Ac ſi dicat.

a Ier. 14. 19

Paraphraſis.

Si filiæ eſtis Ieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis, ſi pacem in me videre exoptatis: ſi quietem, ſi ſummam demum pulchritudinem, ſcitote me nigram quidem in extrinſeca ſuperficie: perſecutionibus ab inimicis agitatam: anguſtijs à falſis filijs arctatam: & calumnijs innumeris denigratam; Attamen hæc omnia ſunt tantummodo color extrinſecus, & intimam haudquaquā tollere poſſunt, immo mirum in modum augent pulchritudinem, quæ eſt in membris meis: quæve ex aptiſsima membrorum meorum reſultat compoſitione, & gratia.

Ambroſ. Caſsiodor. Beda. Iuſtus Org. Aponius. Anſelmus. Bernardus Hug. Vict.

F Circa hæc autem, quæ in præſenti ſententia ab Eccleſia affirmata intelligimus, Notandum primo: Externam miſeriam non ſecus ac corpori nigredinem ab antiquo poſt Adæ peccatū myſtico Eccleſiæ corpori ſemper inhæſiſſe, atq; ab illa, quatenus militans eſt, neutiquam ſeparari penitus poſſe. Hinc illud eſt quod à principio in *b* Abel iuſto perſecutionē à fratre ſuſtinuit, & continua temporum ſucceſsione cōtinuatis aucta eſt tribulationibus: Ita vt & de primæ illius Eccleſiæ filijs dixerit Apoſtolus: *c Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione glady mortui ſunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti,* A *in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ.* Vides quantā nigredinē? Et de Apoſtolis; *d Puto*, inquit, *quod Deus nos Apoſtolos nouiſsimos oſtendit, tanquā morti deſtinatos, quia ſpectaculū facti ſumus mūdo, & Angelis & hominibus: Vſque in hanc horā, & eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operātes manibus noſtris: tamquā purgamēta huius mundi facti ſumus omnium peripſema.* En Eccleſiā Chriſti ſponſam adeo perſecutionum, ac miſeriarū nigredine coopertā, vt omnes quotquot externam tantū illius faciē intuentur, eam contemptui habeant; adeoque deſpicabilis apparens, vt vniuerſi oculos ab ea auertāt: facta eſt enim omniū peripſe- B ma, quod omnes indignentur, quodque vniuerſi à ſe abiicere ſtudeāt: At nigredo iſta extrinſecus tantum eſt: & quamuis tanta ſit, nō tollit eam, quæ intus eſt pulchritudinē, immo ad hoc ab æterno illo artifice tā atro delinita, & cooperta eſt colore, vt per eū illuſtrior interna eius redderetur pulchritudo.

Miſeriæ & tribulationes ſunt nigredo Eccleſiæ militantis, quæ illi inhæſerūt ab Adæ peccato.

b Gen. 4.

c Hebr. 11. 47.

d 1. Corin. 4. 9.

Tribulationes non tollunt, ſed augent Eccleſiæ decorem.

Simile.

Veluti enim pretioſus lapillus, ac margarita cœno, vel aliquibus nigris circūtecta à gēmario pulueribus, quæ eamdem poſtea ſplendidiorē ſint redditura: licet exteriori facie deformata videatur: interiori tamen dilucidius adhuc eniteſcit, ac deformitas, & nigredo illa nō modo turpiorē eam nō reddit: ſed omnino for- C moſiorem, atque illuſtriorem: Ita quoque & ipſa Eccleſia per miſeriarum cœnum, perque preſſurarum nigredinem formoſior redditur, propterea bene de ſe ipſa inquit: *Nigra ſum, ſed formoſa.* Nigra ſum, *e quia Deus nos Apoſtolos nouiſsimos oſtendit tamquam morti deſtinatos*: Sed Deus ipſe idcirco hac me circūtexit nigredine, vt illuſtrior per eam redderer. *f Maledicimur, & benedicimus*, ſubdit idem Apoſtolus: *perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur & obſecramus.* Per maledictionū, perſecutionū, ac blaſphemiarū nigredinē magis ac magis refulget Eccleſiæ charitas in Deum: atque in eos ipſos, qui eam perſequi contendunt illuſtrior redditur eius patientia, multoque magis il- D lius eniteſcit fides. Quod ſub alia metaphora in Apocalypſi ſignificatum crediderim, dum Eccleſiæ per candelabra aurea deſignantur: aurum namque per ignem probatur, malleis extunditur, & in candelabri formam producitur; atque in hunc modum inſtrumentum ignis efficitur, ac luminis: ſic profecto & Eccleſiæ ipſæ tentationibus probatæ, tunſionibus perſecutionum extenuatæ, ardent igne charitatis, fideique lumine emicantes, lucent per patientiam, perque ceterarum virtutum actus.

e 1. Cor. 4. 9

f 1. Cor. 4. 12.

Eccleſiæ cur deſignatæ per candelabra aurea.

Eccleſiæ pulchritudo in quibus ſita ſit.

Notandum ſecundo. Quamuis Eccleſiæ pulchritudo in genere, vt iam dictū eſt, in virtutum ſita ſit nitore, & in inſignibus, quibus à ſpōſo ſuo Chriſto de- E corata eſt, gratijs; Ex eo tamen quod ipſamet hoc loco ſe inquit cum nigredine exteriori, cū colore atro, qui eſt in ſuperficie ipſius, eſſe etiam formoſam, indicare pulchritudinem ſuam in eo ſitam, quod vniuerſa membra ſua licet nigra ſint per externas tribulationes, aptiſsimam inter ſe habeant charitatis connexionem, prout longius ab Apoſtolo *g* in Epiſtola ad Corinthios probatū eſt: quodq; ſingula eius membra non ſolum ſint inter ſe apte diſpoſita: verū etiam ſummam habeant propoſitionem, ſummamve perfectionem, ita vt recte, atq; perfecte ſua exercere queant munia, Doctores, & idiotę: Prælati, ac ſubditi: cōtemplatiui, atq; actiui: quod & manifeſtiſsimis F quoque verbis ab ipſo eius ſponſo ſignificatum eſt; quippe qui cum in capitulo quarto huius Cantici per genericā exclamationem ſponſæ extuliſſet pulchritudinē, dicens: *h quam pulchra es amica mea, quam pulchra es*: explicās deinde in quonam tanta eius ſita eſſet pulchritudo, ſingula illius commendat membra, incipiens ab oculis: tum ſummam quoq; eorum omnium inter ſe connexionem laudans atque propoſitionē ait; *i Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te*: ſic & in ca. 6. atq; in ca. 7. idem ſeruatū videbimus. Notādum Tertio, per adhibitas ſimilitudines ſubindicari cauſam, propter quam Eccleſia eo modo ſit nigra.

g 1. Cor. 12. 12.

h Cant. 4. 1

i Cant. 4. 7.

gra.

gra & miſera : nec non & quam generalis propter ſubindicatam cauſam in ſingulis eiuſdem Eccleſiæ membris ſit dicta nigredo.

3 *Tribulationibus nigra eſt Eccleſia, quia adhuc eſt in militia*

Primo etenim ſponſa cauſam ipſam innuit, dum ſe comparat tabernaculis: Siquidem cum tabernacula in genere ſint habitacula militum, qui belligerantes in caſtris commorantur, & ad ipſius militiæ vſum: idcirco Eccleſia Sancta nigra dicitur, ſicut ipſa tabernacula, quod adhuc in bello verſetur: ita vt nigredinis eius iſta ſit ratio, & cauſa peculiaris, quia in præſenti ſeculo ſit in cõtinua militia: *k Militia eſt enim vita hominis ſuper terrã*: Vnde & à ſponſo ob id, quod in huiuſmodi perſiſtat militia, aliquando comparatur *l* equitatui; aliquando dicitur *m* terribilis vt caſtrorum acies ordinata: nec non & ipſamet hoc vnũ in ſe conſpici poſſe, ſignificauit, cum diceret, *n Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorũ?* Ac propterea cõmuni ac vulgato epitheto Eccleſia militans nuncupatur, vt contra diſtinguitur à Triumphãti, quæ *o* cũ aſcenderit *dealbata, innixa ſuper dilectum ſuum de deſerto* huius mundi, nulla erit nigredinis, atque miſeriæ conſperſa inquinamento. Quid vero mirum, quod Eccleſia militans nigra ſit ob perſecutiones, ob vitæ aſperitatem, atque ob continuas miſerias, ſi inſtar tabernaculorum iugiter in caſtris commoretur ſub dio: ſi perpetuis perſiſtat in prælijs; cum in militia atra ſint omnia: inſectationibus, afflictionibus, vulneribus, iniurijs, minis, atque pauoribus plena ſint vniuerſa? Sed inter tabernacula ipſa, quibus ſe cõparat haud abs re duo illa nomina addidiſſe videtur duos illos tabernaculorũ Dominos atq; habitatores: Cedar videlicet, atq; Salomonem: Illud enim, quod ſupra tactũ eſt, innuere nititur, quod vniuerſi quotquot in ipſa ſunt, eadem perſecutionum, ſiue tribulationum ac miſeriarum nigredine nigri ſint, ita vt quoad omnes, & quoad ſingulos verum ſit, quod ait, *Nigra ſum*, quia vniuerſi ac ſinguli, qui in Eccleſia ſunt, ad alterutrum horum generum ſpectãt, ſiue ad Contemplatiuos, ſiue ad Actiuos. Enim vero Cedar nomine, actiuos deſignatos ex eo colligi poteſt, quod Arabes, qui ſunt filij Cedar, idcirco perpetuo in tabernaculis habitare ferantur, quoniam omnes pecoribus paſcendis, atque pecuariæ arti indulgeant, totumque ſtudium ſuum in eo collocent, vt varias peragant regiones, quo pecoribus ditiores reddantur. Nomine vero Salomonis, contemplatiuos aptiſſime ſignificatos ipſa eius nominis manifeſtat interpretatio: Salomon quippe, pacificus interpretatur, pacificos vero, ac paci & quieti indulgentes eſſe cõtemplatiuos nullus eſt qui abnuat. Porro quod ij, qui in Eccleſia actiuæ vitæ munia exercent, nigri ſint nigredine perſecutionum, tribulationum, ærumnarum, præterquam quod ex ipſa actionum natura manifeſtum eſt, vno tantum Apoſtoli Pauli exemplo vnicuique fiat perſuaſiſſimum, qui cum præ omnibus pro ingenti, quo flagrabat, ſalutis animarum deſiderio, huiuſmodi in vita extiterit ſolicitator, quanta nigredine fuerit circumtectus, exponit *p* Corinthijs dicens: *Miniſtri Chriſti ſunt*, (alij videlicet) *& ego, vt minus ſapiens dico: plus ego*: Ac ſi diceret, ſi alij pro Chriſti gloria, proque animarum ſalute, actiuæ ſe dederunt ſolicitudini, ego præ ceteris vniuerſis in hanc totum meũ adhibui ſtudiũ. Quid tũ? Summam ex iſtiuſmodi ſtudio cõſecutus ſum nigredinẽ : *In laboribus plurimis, in carceribus abundãtius, in plagis ſupra modũ, in mortibus frequẽter* : & cetera quæ longius proſequitur: & poſt longã ærumnarũ ſeriẽ ſubijcit: *Præter illa, quæ extrinſecus ſunt*; Quænã ſunt iſta? ipſamet actio: *Inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omniũ Eccleſiarũ. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis ſcãdalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor* : Ac ſi dicat, ſi de re aliqua mihi gloriandũ ſit, Chriſti ſpõsã matreq; meã Eccleſiã imitabor: gloriabor nẽpe de nigredine mea: dicãque, Niger ſum, ſed formoſus: quia ipſa nigredo, ac infirmitas mea meam redundat in gloriam, meque reddit illuſtriorem ac formoſiorẽ.

k Iob. 7. 1.
l Cant. 1. 9.
m Cant. 6. 9
n Cant. 7. 1
o Cant. 8. 5

*Tribulationibus concutiuntur omnes & ſinguli, qui ſunt in Eccleſia.*

*Actiui quãtis tribulationibus concutiantur in Eccleſia.*

p 2. Cor. 21 23.

A Verum nil mirum ſi Eccleſia nigra ſit in actiuis, ærumniſque confecta, quandoquidem actionis natura (vt dictum eſt) hoc ſecum fert, quemadmodum manuum natura ea eſt, vt callum ſi multũ laborent, obducant: At valde mirandum eſt, quod & cõtemplatiui quoque nigri dicantur; cum illi quieti ſeſe totos dicarint: cum contemplationis perfruantur delitijs: cum pacem temporibus omnibus inſectẽtur, eamq; videantur habere, ita vt ſi qui ſunt qui pacifici in hoc mundo dici queant, ij ipſi ſint, quibus id proprie competat: Et tamen verum eſt quod inquit Eccleſia, *Nigra ſum*, nõ ſolum quoad actiuos, ſicut *tabernacula Cedar*, verum etiam quoad ipſos contemplatiuos atque pacificos, *ſicut pelles ac tẽtoria Salomonis*. B q *Ecce* ait alibi, *in pace amaritudo mea amariſsima*: Ecce rẽ admirandam: ecce rem incredibilem: in ipſa pace contemplationis: in ijs ipſis, qui vitæ contemplatiuæ indulgentes, pacifici nominãtur & ſunt, eſt amaritudo amariſſima: ſunt ærumnæ permaximæ, eſt nigredo obſcuriſsima. Quod ergo hic ait breuiter, tale eſt.

*Simile.*

*Contemplatiui etiam nigri ſunt tribulationibus.*

q Eſai. 38. 17.

*Paraphraſis.*

Ne offendamini fideles, qui ad cœleſtem ſpectatis Ieruſalem: quod adeo ærumnis me atram conſpiciatis: nam extrinſecus quidem, tam in actiuis quã in contẽplatiuis nigra miſerijs ſum, quæ milito adhuc in terra : Attamen & in ijſdem formoſa quoque ſum ob eximiam eorumdem membrorum meorum charitatis connexionem, ob præſtantiſſimas quibus ijdẽ C prædíti & decori ſunt gratias, atque virtutes.

4 *Secundus ſenſus.*

Iuxta ſecundum ſenſum quo comparationes diuiſim & diſtributiue accipiuntur, Eccleſia ſancta hoc loco ſingulari arte ſuam extollit pulchritudinem, vtitur enim illo, quo peritiſsimi oratorum vti ſolent artificio, vt ſi qui in eo, quem commendare propoſuerint, extiterint defectus, eos, nequaquam ſilentio prætereant. ſed ante omnia in medium proferant, & quibus poſſunt efficacioribus verbis amplificent, vt poſtea ex eorum defectuũ comparatione magis illa eniteſcant bona, quę commendanda ſint. Hac arte & D Lucam exactiſſime in Apoſtoli Pauli commendatione vſum inuenimus, quippe qui egregia tãti Apoſtoli geſta narraturus, inſigneſque illius virtutes laudaturus: quo iſta omnia redderentur illuſtriora, prius ipſius defectus ante omnium oculos expoſuit, quãtaq; valuit exaggerauit eloquẽtia, dicens: *Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, acceſsit ad Principẽ Sacerdotũ, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad Synagogas, vt ſi quos inueniſſet huius vitæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalẽ*: ſitiebat diſcipulorũ Chriſti ſanguinem: illos ad internecionem, quibus poterat artibus inquirebat: erat ſpirans minarum, & cædis in illos: His tantis prænarratis criminibus, facillimũ ſibi E fecit aditum ad ipſius extollendas virtutes, atque ex ijs ipſis criminibus illuſtrius oſtendit, quanto in illo diuina effulſerit gratia, quæ eum vas electionis conſtituerit. Sic ergo Eccleſia cum animaduerteret, ſeſe non modicum denigrari ex admixtione cõplurium iniquorum ac impiorum, intelligẽs hanc ſibi nigredinem obijci poſſe à cœleſtibus ſpiritibus, qui cum ſint filij Ieruſalem cœleſtis, nulla iſtiuſmodi deturpẽtur nigredine : pulchritudinem ſuam illis purgare volens, ante omnia ipſam proponit nigredinẽ; eamq; per cõparationem, quam affert, exaggerat plurimũ: Tum ex ipſamet nigredine illuſtriorem oſtẽdit decorem: ſic n. ait: F *Nigra ſum filiæ Ieruſalem ſicut tabernacula Cedar*, tum ſubdit : *ſed formoſa ſicut pelles Salomonis*.

*Act. 9. 1.*

*Eccleſia ex admixtione bonorum atque malorũ eſt ſimul nigra & formoſa.*

r Mat. 13. 24.

ſ Nahum 2. 10.

Porro quod in Eccleſia præſentis ſæculi ſint ſimul admixti, & boni, quibus illa formoſa: & mali, quibus nigra reddatur; ex *r* Euangelicis confirmatur parabolis, Zizaniorum cum tritico admixtorum in agro: & ſagenæ miſſæ in mare, atque ex omni genere piſcium congregantis. Quod autem per eos, quos in ſe habet, peccatores nigra reddatur, omnibus perſuaſiſſimum eſſe debet, quibus compertum ſit, iniquos, ac peccatores tãta coopertos, ac deturpatos nigredine, vt de eis per Prophetã dictum ſit: *ſ facies eorũ ſicut nigredo ollæ*, quemadmodum enim olla igni admota natiuum

*Simile.* tiuum colorem amittit & tota nigreſcit, ita peccatores fœdi prauorum affectuũ igni redduntur, & atri: *t Eſa. 13. 8.* Vnde & Eſaias; *t facies*, inquit, *combuſta vultus eorũ* : & *u Ioel. 2. 6.* eandem metaphoram ſeruans Ioel ait. *u Omnes vultus eorum redigentur in ollam*: quã nigredinem multo efficacius per adiectam explicat ſimilitudinem Eccleſia *Simile.* ipſa, dũ addit, *Sicut tabernacula Cedar* : Quemadmodũ namque tabernacula Cedarenorum & Arabum idcirco adeo nigra ſunt & atra, quia Arabes atri ſint per incuriã, atque nigri per viles artes. Ita & Eccle- *Peccatorum nigredo vnde ſit.* ſia, in qua commorantur peccatores ideo nigra eſt, quoniam nigri ſunt peccatores: Ac veluti Arabes *Simile.* propter triplicem rationem nigri ac atri eſſe feruntur: nimirum quia inſtabiles ſint: quia pecoribus paſcendis indulgeãt: & tertio quia deprædationibus & latrocinijs ſtudeãt. Eodem pacto iniqui ac peccatores ex ijſdem tribus rationibus tam atram ſibi adſciſcunt nigredinem. Enimuero ij adeo inſtabiles ſunt, vt recte in eos prolata illa Domini cenſeatur *x Gen. 4. 12* ſententia, qua maledicẽs Cain dixit: *x Vagus & profugus eris ſuper terrã.* Quod ita & re ipſa eſſe manifeſtis verbis ſub meretricis perſona peccatorẽ deſcribens, *y Prou. 7. 10.* expoſuit Salomon, dicens: *y Et ecce occurrit illi mulier garrula & vaga, quietis impatiens, nec valens conſiſtere domi pedibus ſuis.* nec mirum, quia ab eo trahũtur, qui ſem- *z Iob. 1. 7* per *z circuit, & perambulat terrã*, ambulantes & ipſi in circuitu quærentes, quẽ deuorent, & cui deprædentur: ſunt enim *a Eſa 1. 22.* *a Fures infideles, & ſocij furum*, Dæmoniorũ: ſunt *b Ezech. 22. 27.* *b quaſi lupi rapientes prædam: ad effundendũ ſanguinem: contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt*: Sunt latrones, qui nunquã alienis exſaturãtur bonis, idq; quia toti ſunt in ſuis paſcendis pecoribus, in ſuis paſcẽdis ſenſibus, qui exſatiari nũquam poſsũt, cũ *c Eccleſ. 1. 8* *nec c ſaturetur oculus viſu, nec auris auditu.* Vtinã autẽ eos paſcerẽt iuxta tabernacula paſtorũ; Sic enim nec furtis indigerent, ac præda: nec inſtabiles, vagiq; circuirent: nec nigri eſſent per tanta, tamq; nefanda ſcelera, ſed relictis tabernaculis paſtorũ, relictis Eccleſiæ Prælatis, eorũque deſpectis ſanctis præceptis, boniſque exemplis paſcunt iuxta alia tabernacula Cedar; ad exemplar aliorum impiorum: iuxta Eccleſiã malignantiũ, vagantes circa concupiſcentiarũ paſcua, modo in paſcuis concupiſcentiæ carnis, modo in cõcupiſcentia oculorum: ac ſæpiſſime in paſcuis ſuperbiæ vitæ. At non erubeſcat ſponſa Chriſti horum nigredinem: neq; enim quidquam per huiuſmodi nigredinem deturpatur, imo quia eos intra ſe cum bonis permixtos cõtinet, illam libentius fateatur, & dicat. *Nigra ſum filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, addatque, Sed formoſa ſicut pelles Sa-* *Eccleſiæ pulchritudo magis apparet per commixtionem impiorum.* *lomonis.* tantum enim abeſt, vt iſtiuſmodi impiorum nigredo, iuſtorum deturpet pulchritudinẽ, vt ex illorum commixtione quam maximo potius ijdem augeantur decore. Nõ ſecus ac fulgentes margaritæ cum nigris admixtæ ſint lapillis, non ſecus ac varij *Simile.* flores cum viridi commixti ſint herba, iuxta illud *d Cant. 2. 1.* ſpõſi: *d Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.*

5 *Eccleſia eſt tabernaculũ in quo vna cum Deo commorãtur fideles.* *Bernardus.* Ad quid vero, dicet quis volens Eccleſia ſuam extollere pulchritudinem, pellibus, ac tentorijs ſe ſe aſſimilauit Salomonis? haud aliam crediderim ob cauſam, niſi vt in ea perſiſteret, quam cœperat, tabernaculorum metaphora, cum enim in ipſa commorentur fideles, qui à cœleſti peregrinantur Ieruſalem, non ſecus ac in tabernaculis habitare ſolent hoſpites, & aduenæ extra Ciuitates. Idcirco iure optimo ſemetipſam & quoad nigredinem, & quoad decorẽ aſſimilauit tabernaculis. Ac ſicut nigredinem ſuam exactiſſime per comparationem ad tabernacula Cedar explicauit: ita quoque & pulchritudinẽ ſuam expreſſit illuſtrius per ſimilitudinẽ ad pelles, ſiue tentoria, & tabernacula Salomonis. Quis enim dubitet, inter tabernacula eius temporis, ea pulchritudine, ac magnificentia, atque ornatu ceteris præſtare, quæ à Salomone facta eſſent, quibuſve ipſe vſus ſit Salomõ. Porro Salomon non tantum nomine Rex pacificus extitit, ſed & re, quapropter ſi tabernacula ſibi fabricauit: credendum ad delitias, non ad bella ijs vſum fuiſſe. Quod ſi ad delitias, & à Rege magnificẽtiſſimo facta fuerunt, à Salomone omnium ſapiẽtiſsimo atq; opulẽtiſſimo, cuius vniuerſa, quæ fecit, opera, tẽplum, vrbana domus, domus agreſtis & ſoliũ, in quo ſedebat, magnificentiſſima, pulcherrima, & vſquequaque concinna narrãtur: profecto abſque vlla dubitatione & ipſa quoq; tabernacula ingentem artificis ſui ſapientiã, ſummamque illius magnificentiam admirantibus omnibus exhibuerint, neceſſe eſt. Dicat ergo Eccleſia, cõgruẽtiſsime: *Sed formoſa ſum ſicut pelles & tabernacula Salomonis*: per hãc enim ſimilitudinem non ſolum in genere ſuam cõmendat formam: verum etiam ſubindicat, in quonam illa ſit ſita, atque vnde tanta ſibi proueniat pulchritudo: ex eo nimirũ præcipue, quod tabernaculum ſit veri Salomonis: ex eo, quod veriſsimus Rex pacificus Chriſtus in ea tãquam in tabernaculo habitet cum hominibus ad delicias, cũ *d* eius *deliciæ* ſint *eſſe cum filijs hominum.* *d Prou. 8. 31* *e Ecce enim tabernaculum Dei cum hominibus*, (vt dicitur in libro Apocalypſis) *& habitabit cum eis : & ipſi populus eius* *e Apo. 21. 3* *erunt*: *f Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos*, ait ſponſus, *& fundabo te in ſapphiris : & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles : vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis : Et in iuſtitia fundaberis.* *f Iſa. 54.* Quo loco animaduertendum, quã exacte Deus vniuerſam ipſius Eccleſiæ, quæ & ſub mulieris, & ſub tabernaculi metaphora ſignificatur, exprimat pulchritudinem: primo enim inquit, ſe eam inſtar mulieris comptæ decoraturum, quod clare ex Hebraica colligitur lectione, quæ vbi nos legimus: *Ecce* *Hier. in Eſ.* *ego ſternam per ordinẽ lapides*: habet, ecce ego ſternam בפיך אבנך bappuch abanaich; quod omnes, vt bene notat Hieronymus, præter Septuaginta, tranſtulerunt: *Sternam in ſtibio lapides tuos*; in ſimilitudinem videlicet comptæ mulieris, quæ oculos pingit ſtibio: Secundo pretioſiſsimorum lapidum, quibus exornãda ſit ac munienda, enumerat nomina, ſapphiros nimirum, & iuxta verſionem ſeptuaginta carbunculos, iaſpidem, cryſtallum, reliquoſque omnes, quos ſub nomine lapidum electorũ, ac deſiderabilium cõprehẽdit. Tertio aperit, quinã ſint iſti lapides, filij nimirum ipſius, qui erunt vniuerſi docti à Domino, ſicq. in Iuſtitia, & ſanctitate fundati, multo maiori, quam quicunque lapides pretioſi matrem ſuam, Deique ſponſam, ac tabernaculum Salomonis illuſtrabunt fulgore. Ac demum id, in quo proprie vniuerſa ſita eſt pulchritudo, ſummam nempe iuſtorum omnium extollit cõnexionem, aptiſsimamque inter eos commendat proportionem: Atque hæc tota eſt formoſitas, propter quã ipſa Chriſti ſponſa formoſam ſe inquit eſſe ſicut pelles, ac tentoria, & tabernacula Salomonis: Adeo vt tale quid per hæc ſibi velle videatur.

*Paraphraſis.* Tametſi ob admixtionem iniquorum hominum nigra extrinſecus ſim, inſtar tabernaculorũ Cedar, quia illi inſtar Cedarenorum atri ſunt: inſtarque eorumdem inſtabiles, in me vt in tabernaculo ſe operiant, deprædationi vacantes, ſuoſque paſcentes affectus: ſum nihilominus & formoſiſsima ſicut pelles Salomonis, tabernaculum exiſtens veri Salomonis, Chriſti, inhabitantis in iuſtis, ac ſanctis ijs, qui in me ſunt, atque cum ijſdem delitiantis in me, quam ſibi in peculiare fabricauit tentorium.

---

## Verſ. V. cap. I. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

### EXPOSITIO III.

*De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima.*

6 *Quod iuſti tribulationibus concutiantur triplex ingerit ſcandalum.* TRiplici ratione, quantum ex ſacris paginis colligere licet, homines offenſos nouimus propter vitam miſeram, quam pij, ac iuſti in præſenti ſæculo trãſigunt, & propter iuges tribulationes, quibus iuſti in hac vita concutiuntur: Quidam enim, ijque ſanctiſsi-

A ctiſſimi viri, haud valentes intelligere; quare impiis omnia proſpera euenirent, & è contrario iuſti continuis tribulationum fluctibus opprimerentur, ingenti concuſſi ſunt ſcandalo, exiſtimantes, iuſtos ex tanta miſeriarum nigredine deturpari: nec non & de diui-
a Pſ.72.2. na nonnihil hæſitarunt prouidẽtia: Sic Dauid: a *Mei* inquit, *pene moti ſũt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns:* Et Habacuc
b Habac.1.2. Propheta: b *Vſquequo,* inquit, *Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens & nõ ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem: videre præda, & iniuſtitiã contra me? Quare reſpicis contemptores, & taces, conterente impio iuſtiore ſe? & facies homines, quaſi piſces maris,* B *& quaſi reptilia, nõ habentia ducem.* Alij perpetuam atque infallibilem illam exiſtimantes regulam, qua in ſcripturis ſacris definitur, aduerſa euenire ſolere pro-
c Pſ.38.12. pter peccata, iuxta illud Pſalmi: c *Propter iniquitatẽ corripuiſti hominem;* ſtatim ac quempiam quantumlibet iuſtum, quantumlibet ſanctum tribulationibus preſſum inſpexerint, aliquam in eo peccati turpitudinem aſſerunt eſſe: quantoq; quempiam maioribus inſpexerint afflictatum ærumnis, tanto illum ex peccatis turpiorem affirmant? Sic Eliphas Themanites vidẽs, patientiſſimum Iob tantis cumulatum tribulationibus, peccatorum multitudine eum nigerrimum, tur-
d Iob.22.4. C piſſimumque aſſeruit dicens: d *Nunquid timens Deus arguet te & veniet tecum in iudicium? Et non propter malitiã tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus, &c. Propterea circumdatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita:* Sic & Apoſtoli, videntes cæcum à natiuitate, quem poſtea illuminauit Dominus, hanc ipſam ſequentes opinionem, ad Magiſtrum ſuum conuerſi,
e Ioan.9. dixerunt: e *Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* audieruntque Chriſtum, errorẽ illum confundentem, cum diceret: *Neque hic peccauit, neque parentes eius, ſed vt glorificetur Deus per illum.* Alij tertio D videntes eos, qui Deo inſeruiunt, tribulationibus cõcuti, perſecutionibus agitari, ærumniſque confici infelices, miſeros, ac maxime deformatos illos exiſtimant, è contra pulcherrimos eos eſſe definiũt, qui à Deo recedentes, proſperis abundant, blaſphemanteſque illa proferunt, quibus impios Iudæos lo-
f Malac.3.14. cutos apud Malachiam legimus. f *Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentũ, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituũ. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: Siquidem ædificati ſunt facientes iniquitatẽ, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt.*
Ambroſius. Iuſtus Or. Bernardus. E His igitur tribus perſonarũ generibus Anima Chriſti ſponſa hoc loco ſatisfacere nititur, ſuam purgãs tribulationum nigredinem: Atque ad primos quidem, & ad vltimos ſatisfacit, oſtendendo tribulationibus illis nullatenus ſe deturpari, neque vllo pacto internam ſibi per illam auferri pacis, ac fœlicitatis pulchritudinem: ſed potius augeri; inquit enim, *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis:* Quibus verbis quam recte primorum ſcandalo, ac hæſitationi, & vltimorum errori ſatisfactum ſit, perſuaſiſſimum fiet vnicuique ſi diligenti ſingula perpendantur examine.

F Primo naq; vt illos ſibi beneuolos reddat, perhoneſto eos compellat nomine filiarũ Ieruſalem. Ac ſi d.

Paraphraſis. O vos, qui ad cœleſtis illius Ieruſalem perfectiſſimam pacem creati eſtis, filiæ Ieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis; quia hoc vnum optatis: hoc vnũ quæritis: in hoc vnum veſtros omnes intenditis neruos, vt pacis videatis pulchritudinem, haudquaquam ſcandalum in me patiamini: nihilve de diuina, quæ in me maxime effulget, hæſitetis prouidentia: ex eo quod me tribulationum nigredine decoloratam inſpicitis: fateor, me nigram quidem eſſe (neque enim celare id vel poſſum, vel velim, ſi poſſim) fateor me vndique anguſtijs eſſe oppreſſam, & agitatã: Sed tamen ſimul quoq; formoſa ſum, felix quantum in hac vita fieri poteſt, atq; beata: ſimul & *nigra*, & *formoſa ſunt tabernacula, & tentoria,* ſimul nigra ſunt propter imbres, æſtus, ac ventos quibus continue ſunt ſubiecta: & formoſa propter aulæa, ac gemmas, quibus intrinſecus ſunt exornata: *Nigra* exterius quoad hanc externã ſuperficiem: *nigra* quoad hominũ oculos; at *formoſa* intrinſecus. Adeoque formoſa, & felix, vt ea ipſa nigredo, eæ ipſæ tribulationes, quibus primo aſpectu deformis, atque infelix exiſtimor, ſummã mihi ſeruent pulchritudinem, ac felicitatem internam: Sic, g *gloriamur in tribulationibus,* ait Apoſtolus: ſic & Dominus: h *Beati,* inquit, *eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis.* Quemadmodũ .n. ſi miles aliquis ita inuicto, ac ſtrenuo eſſet animo, vt primus obſeſſæ arcis muros conſcenderet: cũ ei exprobraret quis, quod vulneribus, ſanguine, cœnoq; deformatus eſſet. Reſpõderet profecto è veſtigio, ſe ex illo cœno, ex ſanguine, & vulneribus nedũ non pollui, ſed illuſtrari; cum ea omnia, quæ primo aſpectu atra videntur, ipſum Regi, & exercitui omni celeberrimũ exhibeant & glorioſiſſimũ. In eumdem modũ & Anima ſancta in carne non ſecundum carnẽ militans pro Rege ſuo, atq; adeo perſecutionibus agitata, tribulationumq; vulneribus confoſſa, atque earũdem tribulationum decolorata nigredine, dum ſibi à quopiam exprobratur, quod deturpata, quod miſera, quodve infelix ſit: Reſpõdet: *Nigra ſum, ſed formoſa;* nam hæc ipſa nigredo, hæ ipſæ tribulationes formoſiſſimam, & glorioſiſſimam Chriſto Domino meo, & vniuerſæ curiæ cœleſti me reddunt.

Tribulationes augent pulchritudinem animæ.

g Rom 5.3.
h Mat.5.11

Simile.

7 Quod ſi quis hanc rem intimius penetrare voluerit, animaduertet, per cõparationes, quas attulit, exactiſſime ſubindicari & cauſam tantæ nigredinis: & quomodo in vno, eodemque ſuppoſito ſimul ſint & nigredo, & decor, & quo pacto decor ipſe nõ modo non minuatur, ſed potius augeatur per talem nigredinem: dum enim ſe comparat tabernaculis, indicat vniuerſam nigredinem ſuam, omneſve, quibus premitur, ærumnas inde ſibi prouenire, quod tabernaculũ ſibi habeat adiunctum: quod extra patriã peregrina, & hoſpes in tabernaculo habitare cogatur, ipſumque tabernaculũ maxime graue iugiter geſtare, ſibi opus ſit. Quodnam autem tam graue eſt tabernaculum, niſi corpus iſtud terrenum, de quo Petrus Apoſtolus? i *Quamdiu ſum,* inquit, *in hoc tabernaculo:* & infra: *Certus, quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundũ quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.* Ex hoc lacrymæ, ex hoc miſeriæ, ex hoc tribulationes omnes, ex hoc, & ſuper hoc nigredo prouenit vniuerſa. Enimvero tribulationes, quæ ſanctũ quemque opprimere videntur, color tantum extrinſecus ac nigredo in corporis extrinſeca ſuperficie ſunt; ſed animæ, quæ intrinſecus eſt, quę intra ipſum habitat corporis tabernaculũ, haudquaquã tollũt pulchritudinẽ, iuxta illud Apoſtoli: k *Qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati:* Nihilominus per has ærumnas, per hanc nigredinem nec deturpatur eximia eius forma, nec vllatenus interna eius minuitur quies, & pax, per quam in hac vita formoſa efficitur; quinimo augetur non modicum. Difficile planè à nobis concipi hæc poſſunt: vere tamen ita ſe res habet, nam ſi aliquo pacto interna pax animæ ſanctæ per tribulationes minueretur iam, nigredo paulatim vniuerſam illius deturparet formã: & tamẽ verũ eſt quod ipſa ait: *Nigra ſum, ſed formoſa:* idq; quia ſum ſicut tabernacula: quia in corporis tabernaculo habito, & ipſa ſum inſtar tabernaculi: quia corporis tabernaculo ſum vnita.

Tribulationes animæ propter corporis coniunctionem.

i 2.Pet.1.13.& 14.

k 2.Cor.5.4

Paraphraſis.

Quod ſi quis quærat, qua ratione in vno eodemq; ſuppoſito ita ſtent ſimul iſtiuſmodi & nigredo, & decor, vt nigredo ipſa nihil officiat decori; audiat ſponſam ipſam, propriam attingentem rationem per ea duo nomina, quæ ad tabernaculorum appoſuit ſimilitudinem: per duos tabernaculorũ Dominos, atque inhabitatores, Cedar videlicet ac Salomonem: *Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Conquerens aliquando Propheta Dauid de præſentis vitæ miſerijs:

l Pſ. 1̄9. 5.

*Qua ratione in vna eademque pia anima ſtent ſimul miſeria & fœlicitas.*

l *Hei mihi,* inquit, *quia incolatus meus prolõgatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: Cum his, qui oderunt pacem erã pacificus.* Vis ſcire, quare & nigredo, & decor in vna eademque ſit anima: quia eſt incola huius terræ Cedarenorum tenebricoſorum (Cedar enim tenebras ſonat) ac iniquorum hominum, necnon & Dæmonum: quia incolatus eius in præſentis vitę tabernaculo prolongatus eſt: qui habitabit cum habitantibus Cedar: cum habitantibus mundum tenebrarum harum, quia multum incola fuit anima illius à patria cæleſti, idque in tabernaculo corporis: ſimulque internam cum Deo, & cum proximo, & quod difficilius eſt, cum ſemetipſo conſeruat pacem:

*Pulchritudo piæ animæ ſita eſt in perfecta illius pace.*

Quia etiam cum his, qui oderunt pacem, eſt pacifica: quia etiam cum hominibus iis, qui eam perſecutionibus inſectantur, quantũ in ipſa eſt, iuxta Apoſtoli conſilium, pacem ſtudet habere; quia cum paſsionibus ſuis, quæ oderunt pacem iugeque ſibi commouent bellum, ita pacifica eſt, vt cũ loquitur illis, imperans eis, ne turbas concitent, eaſque ſub rationis fræno coercet, illæ ipſam impugnent *gratis*: id eſt abſque vllo damno, abſque vlla internæ pacis perturbatione: abſque vlla ipſius animæ deturpatione, quæ ſola & vera animæ eſt pulchritudo; ſola & vera, quam in hac vita habere poteſt felicitas. Dum ergo ſponſa ſe dicit nigram ſimul & formoſam, *ſicut tabernacula Cedar, & Salomonis*: hoc ipſum ſignificat, miſeram ſe quidem eſſe, tribulationũque nigredine circumtectam, quia à patria exiſtens incola vna cum tabernaculo corporis ſui, habitare cõgatur cum habitantibus Cedar, ac mundum iſtum tenebricoſum; ſed ſimul quoque eſſe formoſam, ac felicem, quæ in ipſo tabernaculo ſit pacifica: quia quantum in ſe eſt tabernaculum ſtudet eſſe Salomonis: quia & extrinſecus cũ proximis, & intrinſecus cum ſemetipſa perfectam ſtudet habere pacem, in qua vniuerſa conſiſtit eius formoſitas. Et hæc quoad purgationem animæ ſanctæ, ad eos factam, qui de illius nigredine ſcandalum patiebantur, exiſtimantes illam infelicisſimam.

8

*Altera primi ſenſus applicatio.*

At non ſolum his duarum perſonarum generibus, per ea, quæ hic dicit, ſatisfacit Chriſti ſponſa, verum & ijs, qui regulam illam, quod tribulationes propter peccata immittantur à Deo, perpetuam, atque infallibilem exiſtimant.

Paraphraſis.

*Tribulationes haud ſemper arguunt peccata præcedentia.*

Ad hos, *Nigra ſum*, ait, *ſed formoſa filiæ Ieruſalem*: Ac ſi dicat. Non erubeſco nigredinem ærumnarum: non nego, nec cælo maximam, qua vndique ſum circumtecta, tribulationum nigredinem: Minime tamen verum id eſt, quod ex hac nigredine extrinſeca, ex his tribulationibus inferre vos ſentio: Nam etſi extrinſecus nigra ſim; munda tamen intrinſecus ſum à peccatis: ſimul cum nigredine ſum formoſa, & munda, ita vt haud fruſtra tãta mihi de ſponſi mei Chriſti dilectione promiſerim. Atque ſpõſa eſt Chriſti, humilitatis magiſtri: haud adeo mentis eſt expers, vel adeo ſuperba, vt ſe ea ratione formoſam aſſeruerit, ac ſi ab omnibus immunis eſſet peccatis: formoſam enim, & mundam ſe dixit eſſe cum tribulationum nigredine contra prędictum illorum errorem, qui affirmarent, non immitti tribulationes à Deo, niſi pro peccatis: & idcirco vt hunc confunderet errorem, ſeſeque purgaret, & Chriſtum, qui eius dilexit formam: *Nigra ſum*, inquit, *ſed formoſa*: prout à patientiſſimo quoque Iob dictum inuenimus: *m Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus*: Quomodo namque non peccaſſe ſe aſſerit, qui alias ſæpius peccaſſe ſe dixit, his verbis, *n Peccaui; quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Parce peccatis meis*; & alijs ſimilibus. Non peccaſſe ſe nihilominus ait, quia haudquaquam pro peccatis eæ ſibi contigiſſent amaritudines, quibus tunc temporis afflictabatur: Vnde & alio in loco ad hoc ipſum comprobãdũ: *o Vtinam*, inquit, *appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret*: Ac ſi diceret, Peccata quidẽ habeo, quia ſepties in die cadit iuſtus: tamen peccatorum grauiũ, quæ mortem inferunt, quæve Dei iram merentur, nihil mihi conſcius ſum. Atq; adeo hoc vnum exopto, vt peccata hæc quotidiana, quæ à me committuntur, pro quibus Eliphaz inquit me iram tuam meruiſſe, in ſtatera aliqua vna cum iſtis, quibus oppreſſus ſum, calamitatibus ponderarentur: profecto enim exiſtimo, calamitates ipſas eſſe multo huiuſmodi peccatis grauiores: & ex hac ponderatione omnibus manifeſtum fieret, me nequaquam propter peccata ærumnis cõfectum, ſed quia ſic placitum eſt voluntati tuæ, vt magis in me refulgeret gloria tua. Hoc pariter eſt, quod hoc loco inquit Anima ſancta, purgans nigredinem ſuam, ad eos, qui ex tribulationum nigredine peccatorum inferrent deformitatem.

m Iob. 17. 17.

n Iob. 7. 20. 14. 16.

o Iob. 6. 3.

Quod confirmatur ex ſimilitudine, quam affert, tabernaculorum Cedar, & Salomonis: qua ſignificat, ſe idcirco nigram tribulationibus, quia (vt dixi ſuperius) extra patriam habitet in tabernaculo terreſtri, quia verſetur inter peccatores, atqui cum in huiuſmodi exilio, & in tali conuerſatione impoſſibile nobis ſit vitare omnia, & ſingula peccata venialia, videtur implicite ea quidem non negare, quæ internam non auferrent pulchritudinem: Imo dum fatetur ſe nigrã ſimul ac formoſam eſſe, innuit pariter, decorem ipſum per huiuſmodi nigredinem illuſtriorem reddi: non ſecus ac candida manus ſubfuſco infecta ſapone; per illum ipſum candidior redditur, per quem denigrata videtur, & deturpata. Ideo nãque & Anima ſancta formoſior, quia eſt nigra: & ad hoc per tribulationes infuſcata, & denigrata à Domino eſt, vt formoſior reddatur, ac ſanctior: p *Tribulatio enim*, vt inquit Apoſtolus, *patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei*, in qua vniuerſa ſita eſt animæ pulchritudo, *diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Et hæc de primo ſenſu, in quo ſimilitudines accipiũtur cõiũctim, & nigredo ſumitur pro tribulationibus, perſecutionibus, anguſtiis, atq; miſeriis.

*Tribulationes augent animæ decorem.*

*Simile.*

p Rom. 5. 3.

9

Secundus ſenſus.

*Origenes. Hieronym. Io Chryſo. Ambroſ. Greg. Nyſſ. Greg. Papa. Phil. Carp. Bernard.*

Iuxta ſecundum autem ſenſum, quo ſimilitudines diuiſim accipiendæ videntur: per nigredinem haudquaquam tribulationes, ſed peccata deſignantur. Cũ enim Anima ſancta, quæ prius multis inuoluta fuit ſceleribus, per diuinæ gratiæ auxilia, per pœnitentiam perque virtutum ſtudia ad tam eximiam perueniſſet ſanctitatis pulchritudinem, vt in Chriſti ſponſam fuerit aſſumpta: Cumque hoc ſibi perſuadere ij nequaquam poſſent, qui illam tantis peccatis denigratam recolerent, præoccupans ipſa eorum obiectionem, vocanſque illos filias Ieruſalem, quia fideles eſſent, ac filij Eccleſiæ, quæ per Ciuitatis Ieruſalem metaphoram ſæpius deſignari ſolet: confitetur quidem ſuperiorem peccatorum nigredinem: ſed ex præteritæ nigredinis confeſſione illuſtriorem pręſentem oſtendit ſanctitatem, ac pulchritudinem ſuam, propter quã adeo à Chriſto dilecta ſit, vt in illius ſponſam ab eo aſſumi meruerit, in eiusque cellaria & ſit ſępius introducta, & adhuc ſe introducendam confidat, dicens: *Nigra ſum, ſed formoſa*, ac ſi dicat. Nigra iampridem fui per innumera, eaq; abſurdiſſima ſcelera, quibus *q* denigrata erat facies mea ſuper carbones: ſed tamen modo, diuina adiuuante gratia, haudquaquam per nigredinem illam vlla ratione deturpor: ſed formoſa ſum: ſed iuſtificata ſum, ſed tanta prædita ſum ſanctitatis pulchritudine, vt bene omnia mihi de Chriſto polliceri valeam, quem ita pulchritudinis meæ amatorem agnoui, vt in ſuam me elegerit ſponſam. *Nigra* quidem fui, *ſicut tabernacula Cedar*, quando ego ipſa tabernaculum eram Cedar, id eſt tenebrarum, habitante in me peccato, & poteſtate tenebrarum: ſed iam, Dei gratia, formoſa ſum, ſicut pelles Salomonis, ſicut cœlum, & ſicut Angelici ſpiritus cæli cælorum; habitante in me vero Salomone, ſicut & in illis.

Paraphraſis.

q Thren. 4. 8.

*Ex confeſsione peccatorũ præteritorũ magis apparet pulchritudo animæ iuſtificatæ.*

In his autem animæ ſanctæ verbis animaduertendum eſt primo, quam egregie ſuam purget ingredinem, ex ſuperiori vita contractam: ſimulque per peccatorum, ac ſcelerum conceſsionem, mirum in modum propriam extollat ſanctitatis pulchritudinem. Quemadmodum enim pictorum peritiſsimi priuſquã

pulchram

*Simile.* pulchram in tabula delineent imaginem, tabulam totam nigro operiũt colore: tum ſuper nigra tabula ipſam, quam volunt, imaginem pingunt; quo venuſta, concinnaque imago atro circumuoluta campo, ex ea nigredine, atque vmbra pulchrior appareat. Ita quoq; & Chriſti ſponſa, ſuam volens commendare formam, prius propoſuit peccatorum nigredinem: tum pulchritudinem adiecit, vt in corpore, tantis peccatis ſubdito, præſens magis effulgeret ſanctitas, quod & ab Apoſtolo ſæpius factum inuenimus. quippe qui in cõmendanda tum propriam, quam ex Dei miſericordia conſecutus fuerat, tũ aliorum ſanctitatis pulchritudinem, hac ipſa vſus eſt arte: de ſemetipſo namque ait: r *qui prius fui blaſphemus, & perſecutor, & cõtumelioſus:* en campum nigrum, intuere modo perpulchrã imaginem. *Sed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorãs feci in incredulitate.* B *Superabũdauit autem gratia Domini noſtri cum fide, & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu:* de aliis vero ad Epheſios, ſ *Et vos,* inquit, *cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris huius, ſpiritus; qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtræ facientes voluntatem carnis, & cogitationũ, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.* En nigredinem: Vis videre formoſitatẽ? Audi: *Deus autem, qui diues eſt in miſericordia: propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati, & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu:* C Quo loco ponderãda ſunt, in quibus Apoſtolus & nigredinẽ cõſtituerit, & formoſitatem: Nigredinem cõſtituit in eo, quod ambuletur in peccatis, in eo, quod elongati à Deo homines errent ſecũdum ſæculum mundi huius, errabundi vagentur per viam ſeculi: ac tertio in eo, quod ſe ipſos ſubiecerint diabolo, ambulantes, & conuerſantes ſecundum principẽ poteſtatis aeris in deſiderijs carnis; pulchritudinem vero cõſtituit in viuificatione, & reſuſcitatione, qua per Chriſti gratiam ſaluati, Chriſti habitaculum conſtituuntur: atque etiam in eo, quod conſedere mereãtur in cæleſtibus in Chriſto Ieſu, participes eiuſdem regni D cæleſtis cum Chriſto: cuius ipſimet per gratię cooperationem primum ſeſe cõſtituerant cælos. Quæ omnia quam exacte à ſponſa in his, quæ præ manibus habemus, explicata ſint, quamve clare, ex ſingulorum examinatione facile vnicuique fiet perſuaſum.

*r 1.Tim.1.13.* — *ſ Epheſ.2.1.* — *Nigredo animæ in quo ſita ſit.* — *Pulchritudo animæ in quo ſita ſit.*

Animaduertendum eſt igitur ſecundo, per peccata congruentiſſime animam dici nigram; quãdoquidem per illa ea, quæ pulcherrima creata eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, tantis commaculatur maculis, vt de ipſa ſic fœdata iure optimo per prophetam dictum ſit. t *Denigrata eſt facies eius ſuper nigredinem* (ſic enim habet lectio Hebraica, vbi nos legimus: *Super carbones:*) neque enim nigredo ac macula, quam infert E peccatum, eſt inſtar nigredinis communis, & ordinariæ, quæ deturpat tantummodo corpora ea, quæ tetigerit: ſed eſt ſuper huiuſmodi nigredinem, quoniam & ipſam denigrat animam, quæ ſpiritus eſt. At vero quia difficile humana mente concipi poteſt, qua ratione anima, quæ ſpiritus eſt, nigredinem aliquam in ſe admittere queat, acute plane ſponſa noſtra in ſua ſimilitudine, qua propriam confirmat nigredinem, ſubindicat, & quo pacto id fieri poſſit, & quid ſit huiuſmodi nigredo.

*Peccata qualem nigredinem inferãt animæ.* — *t Thren.4.8.*

F Dicens quippe ſe *nigrã, ſicut tabernacula Cedar,* innuit, eatenus ſe eſſe nigram, quatenus quodammodo eſt tabernaculũ Cedar: porro cum Cedar interpretetur, tenebræ: manifeſte colligitur, illam idcirco eſſe nigrã, quod facta ſit tabernaculum tenebrarum, quod in ipſa commorentur tenebræ. Et bene, cum peccatum, quod in ipſa & habitat, & regnat, quove denigratur, tenebrarum vocabulo exprimatur ſæpius in Sacris litteris, eodemque modo denigret, quo & tenebræ ipſæ, per priuationem diuini luminis, gratiæve diuinę: qua animæ quæque illuſtrantur, ac decorantur. Sicut enim ob id aer eſt tenebroſus, quod per interpoſitũ opacum aliquod corpus priuatum eſt lumine: ita pariter & ob id anima denigrata dicitur, & nigra; quod per interpoſitionem terrenorum, circa quæ admittuntur peccata, diuini luminis eſt priuata fulgore. Hæc explicat ſponſa dum ait: *Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar,* ſeu tenebrarum.

*Peccati macula, et nigredo quid ſit.* — *Simile.*

Quamuis per hanc ſimilitudinem exprimatur alia, vnde fiat, vt anima, quæ prius erat puriſſima, ac formoſiſſima, tantis dehoneſtetur ſceleribus, tantaque deturpetur nigredine: nimirum quia facta eſt tabernaculum Cedarenorum, ac poteſtatis tenebrarum: quia à Dæmonibus, qui à cæleſti patria expulſi, effugiunt à Deo, atque ab omni bono, tanquam tabernaculum cõuoluitur in gyrum circa tenebras, circa terrena, ac vana, ita vt recte de ſemetipſa verba illa Ezechiæ proferre queat. u *Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me, quaſi tabernaculum paſtorum:* Atque hoc illud eſt quod ad quoſdam hac ratione nigros nonnulli per Eſaiam dicebant. x *Propter hoc elongatũ eſt iudicium à vobis, & non apprehendet vos iuſtitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ, ſplendorem, & in tenebris ambulauimus: palpauimus, ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus, impegimus in meridie, quaſi in tenebris, in caliginoſis, quaſi mortui.* Nigredo namq; omnis in anima ex eo eſt, quod principum tenebrarum tabernaculum conſtituta, tenebris vndique eſt circumfuſa: vnde & per eundem Eſaiam de populo nigro, qui poſtea, vniuerſa purgata nigredine omnibuſq, fugatis tenebris, formoſus redditus eſſet, ac lucidus dicitur. y *Populus, qui ambulabat in tenebris* (quatenus nimirum à poteſtate tenebrarum, cuius ſe conſtituerat tabernaculum, per peccatorum tenebras trahebatur) *vidit lucem magnam, lux orta eſt eis:* quatenus ereptus de poteſtate tenebrarum ipſam in ſe admiſit lucem veritatis.

*Peccatis denigratur anima, quia fit tabernaculum dæmonum.* — *u Eſa.38.12.* — *x Eſa.59.9.* — *y Eſa.9.2.*

Quomodo vero iuſtitiæ in ſe admiſerit lumen, & qua ratione per huius luminis ſplendorem formoſus factus ſit populus ille, qui ambulabat in tenebris, de ſemetipſa loquens Chriſti ſponſa, aptiſſima explicat pellium Salomonis metaphora, dicẽs: *nigra fui, ſed modo ſum formoſa ſicut pelles Salomonis:* cum enim Salomon typum geſſerit Saluatoris noſtri, tam nomine, quam & Sapientia, rectiſsime hoc loco ipſum ſub illius exprimit vocabulo, qui & æterna ſit Sapientia Patris, & non modo Rex pacificus, ſed & *Pax noſtra,* iuxta Apoſtoli dictum, *Qui fecit vtraque vnum.* Quod ſi per Salomonem, Chriſtum intelligit ſponſum, profecto per pelles quoque, ac tentoria Salomonis Chriſti pelles intelligat, neceſſe eſt. Vis ſcire tentoria, vbi habitationem ſuam Chriſtus Dominus conſtituerit? z *Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam,* ait Propheta: a *& extẽdit cælum ſicut pellem:* & nimirum, veluti tentorio quodam vniuerſam operiens terram: Tanta profecto eſt piæ animæ pulchritudo, vt inter ea, quæ humano patent aſpectui, nihil à ſponſa reperiri potuerit, cui aſſimilaretur aptius, quam cœlũ, quod pulchritudine omnia excedit.

*Epheſ.2.14.* — *z Pſ.10.19* — *a Pſ.103.2.* — *Anima Sancta eſt pulchra, ſicut cælum.*

Et vere ſicut cœlum formoſa ea eſt, & ſicut tentoriũ veri Salomonis; quia in ipſa præfulget fides, quæ per dilectionem operatur, à qua non minus quam à Sole vniuerſa dependet pulchritudo, quæve totius virtutis fons eſt, æque ac Sol fons totius eſt lucis: quia inſtar cæli perpetuo mouetur, in virtutum ſtudio proficiẽs, & ad anteriora ſe ſemper extendens. Imo (vt bene ac ſubtiliter ait Bernardus) formoſior eſt Anima Sancta cœlo iſto corporeo; quia cælum iſtud præterit. Rationalis autẽ & ſpiritualis animæ ſpecies eſt æterna: decor enim eius eſt charitas, b quę *nunquam excidit,* eſt *iuſtitia,* quæ c *manet in ſæculum ſæculi:* eſt d *patientia, quæ non peribit in finem:* Eſt e *timor Domini permanẽs in ſæculũ ſæculi:* ſũt deniq; & reliquæ virtutes omnes, quæ inſtar rutilantium ſtellarum perpetuo ſplẽdore coruſcant.

*Serm.27. in Cant.* — *b 1. Cor. 13.8.* — *c Pſ. 110.3* — *d Pſ.9.19.* — *e Pſ.18.10.*

Quod ſi ob hanc perpetuitatem cœlum iſtud corporeum nullatenus conferendum eſt decori, ac formoſitati ſponſæ. Quomodo igitur ipſa ſe inquit formoſam, ſicut pelles Salomonis, ſicut tentorium Chriſti, ſicut cælum ipſum.

*Pulchritudo piæ animæ eſt ſimilis pulchritudini Angelorum.*
*f Pſ. 113. 16*
*Serm. 27. in Cant.*

At ſciendum; aliud eſſe cœlum, cui ſponſa ſuam comparat pulchritudinem, de quo per Prophetam itẽ dicitur, f *Cælum cæli Domino*, ſcilicet eſt in habitationẽ, in tentorium ac tabernaculum. Hoc, vt bene inquit Bernardus, (eius enim verbis hæc explicabo) extentum ſicut pellis, non ſpatijs tamen locorum; ſed affectibus animorum: Hoc mitis, varijſq; artificis diſtinctum operibus; diuiſiones autem ſunt non cœlorum, ſed beatitudinum: nam alios quidem poſuit Angelos, alios Archãgelos, alios Virtutes, alios Dominationes, alios Poteſtates, alios Thronos, alios Principatus, alios Cherubin, alios Seraphin; ſic ſtellatum cœlũ hoc, ſic depicta pellis iſta præcipua veri Salomonis. Habet autem iſta pellis tam grandis quam plurimas eiuſdem Salomonis pelles: quoniam vnuſquiſque beatus & Sanctus, qui ibi eſt, pellis eſt vtique Salomonis: benigni ſiquidem ſunt, & extenti in charitate, pertingentes vſque ad nos, & curam gerentes noſtri. g *Omnes adminiſtratorij ſpiritus, miſſi in miniſterium propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis*. Quamobrem ſicut cælum cæli ſingulariter dicitur vniuerſa illa multitudo beatorum collecta: Ita & cæli cælorum propter ſingulos, qui vtique cæli ſunt, ac nominantur: & ad ſingulos ſpectat, quod dicitur: h *Extendens cælum ſicut pellem*: Ex his pellibus, ac cœlis ſponſa ſimilitudinem ſumit; cum ait, ſe *formoſam ſicut pelles Salomonis*. Nec immerito inde ſumit ſimilitudinem, vnde ſumpſit originem.

*g Heb. 1. 14.*
*h Pſ. 113. 2.*

At qua ratione huiuſcemodi cœlis ſuam comparat formam? Quia vnũ Deum adorat, & colit ſicut & Angeli: Chriſtum ſuper omnia amat: quomodo Angeli, caſta eſt, quomodo Angeli, idque in carne peccati, & fragili corpore, quod non Angeli: querit poſtremo, & ſapit, quæ apud illos ſunt, non quæ ſuper terram.

Quod euidentius cæleſtis inſigne originis, quã ingenitã, & in regione diſſimilitudinis retinere ſimilitudinẽ? gloriã vitæ cæleſtis in terra, & ab exule vſurpari? in corpore deniq; pene beſtiali viuere Angelum? cæleſtis ſunt iſta potẽtiæ, nõ terrenæ. Hæc Bernardus.

Ex quibus omnibus manifeſtiſſime apparet, quam congrue Anima, quæ propter Sãctitatem ſuam Chriſti eſt ſponſa: pellibus Salomonis ſuam cõtulerit pulchritudinem, & quam vere ea, quæ per peccatorum nigredinem poteſtatis tenebrarum tabernaculum fuerat obſcuriſſimum, per vitæ renouationem cœlorum Angelorumque æmuletur decorem, ita vt iure optimo dicere potuerit, *Nigra fui, ſicut tabernacula Cedar, ſed modo ſum formoſa, ſicut pelles Salomonis*: Quod paucioribus verbis expreſſit & Apoſtolus, cum Epheſijs diceret: i *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Ac ſi diceret.

*i Ephe. 5. 8.*

Fuiſtis prius nigri, quia eratis tabernacula Cedar, & poteſtatis tenebrarum: nunc autem, quia facti eſtis pelles, ac tentoria veri Salomonis, qui lucem habitat inacceſſabilem, facti eſtis lux in illo formoſiſſimi, ac præfulgidi, inſtar cœlorum, qui ſunt ipſius pelles, ac tabernacula. Ex quo Apoſtoli loco apparet, quam cõgrue quod dicitur: *Nigra ſum*, pro præterito, *Nigra fui*, acceperimus: præſertim cum & Chaldæus (vt videre eſt in Appendice) de præterito vituli peccato Synagogam loqui faciat: & Hebraicus textus, vt notatum eſt in litteræ ſono, minime repugnet, cum nullum apponat verbum; legens. *Ego nigra & formoſa ſicut tabernacula Cedar, &c.*

11 *Altera ſecũdi ſenſus explicatio.*

Quod ſi quis verbum illud, *ſum*, pro præſenti tempore, vt ſonat, accipiendum contendat, tunc dictionẽ illam: *nigra*, ſumemus pro, *fuſca*, prout ſumpſit Origenes, Ambroſius & alij: vt ſignificet non omnimodam nigredinem, ſed nonnihil nigredinis, quam nigredinem nos Italice dicimus, *bruno, o brunezza*: & in hoc ſenſu proprie locuta eſt ſponſa, dum dixit ſe nigram: voluit enim ſignificare, ſe eſſe ſubnigram, & fuſcam aliquantulum, prout eſſe ſolent paſtores. Vt ipſamet ſe explicat in ſequenti verſu, cum ait, Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, &c. quod & dictio Hebraica שחורה ſcechorah, egregia innuit auroræ ſimilitudine, quæ ita eſt nigra, vt tamen ſit etiam lucida, quatenus tenebris admixtam habet & lucem, שחורה ſcechorah enim deducitur à verbo שחר ſciachar, quod proprie aurorare & diluculare ſignificat, vnde quia crepuſculum & aurora eſt nigra, ponitur quoque pro denigrare atque nigreſcere.

Iuxta hunc autem ſenſum, purgat anima ſancta pulchritudinem ac ſanctitatem apud eos, qui ſibi obijcere potuiſſent peccatorum reliquias, ac fomitem ſenſualitatis, ei relictum etiam poſt iuſtificationem.

Declarat Apoſtolus longius, quomodo anima etiam iuſtificata hac ratione ſit fuſca ſimul, & formoſa. Audi colorem fuſcum. k *Ego carnalis ſum venun datus ſub peccato: quod enim operor non intelligo*, id eſt non approbo, *non enim, quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio.* & cætera: ac poſt multa. *Video aliam legem*, fomitis ſcilicet, ac ſenſualitatis, *in membris meis, repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Vis ſcire quomodo cum hoc fomite, cum hoc colore ſubnigro anima ſacta ſit ſimul quoque & formoſa? Audi. *Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati*: id eſt quamuis fomite incliner ad malum, quatenus tamen ſpiritualis, gratiæque pulchritudine honeſtor, ſeruio legi Dei: ſicque formoſa ſum, quoniam nihil *nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu* (animabus, ſcilicet illis, quæ ſunt ſpõſæ Chriſti Ieſu) *qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me*, omneſque illas, *à lege peccati & mortis*, qua adeo nigra eram, & turpis, vt nullus in me reliquus eſſet decor.

*k Ro. 7. 14.*

Hæc longius Apoſtolus, quibus tota ſponſæ explicatur mens.

Neque enim aliud innuere illa voluit, dum dixit, ſe *nigram ac fuſcam eſſe ſicut tabernacula Cedar*, quam quod dixit Apoſtolus de fomite, de motibus concupiſcentiæ, ac ſenſualitatis, deque continua pugna inter legẽ, quæ eſt in membris eius, & legem mentis: inter duos homines, qui in ipſo vno eſſent, hominem animalem, ſeu carnalem, & hominem ſpiritualem.

Siquidem per ſimilitudinem tabernaculorum Cedar innuit, ſe eatenus fuſcam eſſe, quatenus eſt ſicuti tabernacula, quibus in terra Cedar vtuntur milites in bellis: tabernaculorum enim vſus præcipuus eſt in bellis, quando in caſtris exercitus demorari opus eſt: quatenus ipſa in terra iſta Cedar, ac tenebricoſa eſt veluti tabernaculum, ad bellorum vſus deſeruiens: quatenus ſemper eſt in pugna, ac bello illo, quod enarrauit Apoſtolus.

Porro quod propterea ſit ſubnigra, quia ſemper ſit in huiuſmodi bello, clarius ipſamet indicat in ſubſequentibus, dicens: l *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol*: Quare vero decolorauit te Sol? quia *filij matris meæ pugnauerunt contra me*.

*l Cant. 1. 6.*

*Anima Sancta, ex fomitis nigredine redditur illuſtrior.*
*m Ro. 7. 15.*

Verum quamuis hoc pacto aliquantulum ſit ſubnigra: eſt tamen ſimul, & formoſa: licet enim m carne ſeruiat, id eſt ſeruire compellatur legi peccati, ac fomiti: mente tamen ſeruit legi Dei.

*Simile.*

Imo eo eſt formoſior, quia hoc pacto eſt ſubnigra: nam quemadmodum maius inuicti animi robur, maioremque erga ſuum Principem beneuolentiam miles ille præ ſe fert, qui valetudinarius, vulneratus, ac imbecillis dimicare aggrediatur, & audacter in hoſtes irrumpit, quam ille, qui idem firmis lacertis, firmaque valetudine pro ſuo agat Imperatore.

Ita anima illa, quæ prauæ conſuetudinis imbecillitate, aſsiduiſque fracta paſsionibus, pugnam cum vitijs, ac prauis ſenſualitatis motibus init, & enixe in acquirendis virtutibus Deo ſeruiens laborat, multo apparet illuſtrior, quam ſi nulla vnquam imbecillitate eſſet confecta.

Dicat igitur ſponſa, quæ talis eſt: *fuſca ſum, ſed formoſa.*

*Pulchritudo piæ animæ inde prouenit, quod Chriſtus habitet in illa.*

At audiamus quomodo & quare ſit adeo formoſa, ait enim ſe eſſe *formoſam ſicut pelles Salomonis*: Apoſtolus in loco præcitato decorem animarũ Sanctarũ in

eo con-

eo conſtituit, quod illa mente ſeruiant legi Dei: quod liberatæ ſint à lege peccati & mortis, id eſt à peccatis mortiferis, idque quia ſunt in Chriſto Ieſu, quod ſi illæ ſunt in Chriſto, & Chriſtus quoque eſt in illis, ait enim ipſemet Chriſtus. n *Qui manet in me, & ego in illo*: & omnino ideo ſecundum Apoſtolum formoſæ ſunt, quia Chriſtus habitat in illis, iuxta illud Apocalypſis; o *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt.*

n Io. 6. 56.

o Apoc. 21. 3.

Quod clarius infra Paulus quoque explicat, dicens. p *Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis: Si autem Chriſtus in nobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum, ſpiritus vero viuit propter iuſtitiam*, bene autem ex eo, quod ſpiritus Dei habitet in nobis infert Apoſtolus, Chriſtum quoque habitare, & eſſe in nobis, quia per ſpiritum ille habitare ſolet in anima, prout ab eodem ſignificatur, cum ait, q *Habitare Chriſtum in cordibus veſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.*

p Rom. 8. 9.

B

q Eph. 3. 17

Paraphraſis.

Si ergo pulchritudo Animæ inde prouenit, quia Chriſtus in ea habitet, profecto hoc illud eſt, quod innuere vult & Chriſti ſponſa, dum inquit, *ſe eſſe formoſam ſicut pelles ac tentoria Salomonis*: æque enim eſt, ac ſi diceret.

Idcirco formoſa ſum, quia ſum ſicut animæ illæ, in quibus tanquam in proprijs tentorijs verus commoratur Salomon: quia & ipſa ſunt tentoria Regis pacifici, quia per Spiritum Sanctum habitat Chriſtus in corde meo, prælium indicens paſſionibus, prauiſque concupiſcentijs meis.

*Bellũ quod ſuſcitatur à Chriſto habitāte in pia anima eſt ſumma pax, ideoque per illud ſit anima fuſca & formoſa.*

Hoc autem illud eſt, quod ſummam hac in re incutit admirationem: quod habitante Chriſto in anima vt in tentorio bellico, anima ipſa ſimul eſt, & fuſca propter bellũ, & formoſa propter pacē: quia bellũ, quod in ea cōmouet Chriſtus inter hominem ſpirituale, & hominem animalem: inter ſpiritum & carnem: inter rationem ac fomitem ſenſualitatis, ſumma eſt Animæ Sanctæ pax, per quam eximie formoſa conſtituitur.

C

Quomodo namque Chriſtus Ieſus, qui Salomon dicitur, ac Pacificus aliud, quam pacem afferret? quomodo Chriſtus, qui nullibi ſuum figit tentorium, niſi vbi ſit pax: quia r *factus eſt in pace locus eius*, aliud ſuſcitare poſſet bellum, niſi in quo ſumma eſſet pax? Significarunt hoc Angeli illi, qui, cum Rex iſte pacificus in mundum adueniſſet, ſimul concinentes dixerunt: ſ *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quomodo namque ab Angelis per Chriſti aduentũ in terra pax annunciaretur, cum ipſemet Chriſtus dicat, t ſe non veniſſe vt pacem mitteret, ſed gladium & bellum, niſi bellum ipſum, quod à Pacifico ſuſcitatur, & bellum ſimul eſſet, & pax? niſi in huiuſmodi bello ſumma ineſſet pax, per quam formoſa fieret anima ipſa, quæ militat? Quæ pax idcirco ab Apoſtolo dicitur exuperare omnem ſenſum, cum ait: u *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras*; quia talis ſit, vt humana mens in ea comprehēdere nequeat, quomodo ſtet ſimul cum bello tam inteſtino, tamque perpetuo: quomodo & bellum ſit ſimul, & pax.

D

ſ Luc. 2. 14.

t Mat. 10. 34.

u Phil. 4. 7.

E

Paraphraſis.

Secundũ hæc ergo, quod ait ſpōſa breuiter tale eſt. Ne offendamini, quod me adeo dilectam prædicarim à Chriſto ſpōſo meo, fuſcam adhuc ob fomitem, & reliquias, quas in me conſpicitis, peccatorum: nam etſi propterea ſubnigra ſim ſicut tabernacula Cedar, quia & ipſa propter prædicta ſemper in bello ſim, æque ac tabernacula Cedarenorum, dimicans cum paſſionibus & concupiſcentijs meis: ſum nihilominus pariter & formoſa ſicut pelles Salomonis, habitante in me Chriſto meo vero Salomone, vt in bellico tabernaculo, qui per illud ipſum, quod prædictum intra me ſuſcitat bellum, pacificam me reddit pacificus, perfectiſſimamque in me operatur pacem illam, in qua ſumma omnium adeſt pulchritudo animarum.

F

A

## Verſ. V. cap. I. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

### Expositio IIII.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

Illam purgans Beatiſſima Virgo puritatis, ac Virginitatis calumniam, qua ab Hæreticis compluribus, atque à Iudæis præſertim impetitur; hoſue omnes filiarum Ieruſalem nomine compellans, quod ad terrenam ſpectent Ieruſalem quodve de ſynagoga potius ſint quàm de Eccleſia: *Nigra ſum*, ait, *ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis*: ac ſi dicat. 12

Rupertus Abb.

Quamuis iuxta prauam mentis veſtræ ſententiam, ſim adeo fœda & nigra, atque immunda, vt tabernaculis Cedar, quæ omnium ſunt nigerrima ac immundiſſima tabernaculorum, comparanda vobis videar, qui meum humano intellectu capere nequitis partũ, cum Virginitate coniunctum: qui terrenis rationibus meam abſque coniuge metimini conceptionem. Nihilominus reuera ſum formoſa, virginitatiſque decore perpulchra, talemque me tenent, quotquot recta credunt fide: adeoque in eorum mente munda ſum, & formoſa: vt cum pellibus tentorijs præfulgidis, atque pulcherrimis magnificentiſſimi regis Salomonis me conferant. Neque honeſtiores ſane, neque aptiores à B. Virgine afferri potuiſſent ſimilitudines, quibus ſuum confirmaret intentum: nam præterquā quod per illas ſummam, iuxta non credentium, atque credentium opiniones, nigredinem, & immunditiam ſummamque pulchritudinem, ac decorem in genere ſibi ineſſe confirmat, confirmat quoque particularem eorundem, vel impijſſimam calumniam, vel maxime illuſtrem laudem: ſiquidem cum Cedar, vt ſæpius dictum eſt in ſuperioribus, tenebræ interpretetur: per tabernacula Cedar eæ deſignantur mulieres, quæ tenebrarum, ac ſcelerum tabernacula ſint: mulieres peccatrices: mulieres quæ ſpiritus immundi, poteſtatiſque tenebrarum tabernacula ſe cōſtituerint, è quarum vna Ieſus in a Euangelio dicitur eieciſſe ſeptem Dæmonia; Ac talibus tabernaculis, talibus mulieribus blaſphema mēte, blaſphemoque ore ſceleſtiſſimi omnium Iudæi Dei genitricem comparant, dum eius impugnant Virginitatem: dum & mortuum & in cælis reſidentem, adhuc linguis perſequi non ceſſant filium eius Ieſum, quem in terris viuentem cruci affixerunt: ideo congruentiſſime ipſa, cui id optime erat exploratum: *Nigra ſum*, inquit, (in opinione veſtra) *ſicut tabernacula Cedar*: atque ideo tantis me inceſſere non deſiſtitis blaſphemijs. Per *pelles autem Salomonis*, non illius, qui terreno in Iudæa potitus eſt regno; ſed illius, qui cœleſte obtinet imperium; Chriſti nimirum Regis Pacifici, cæli iſti deſignantur corporei, quos Salomon noſter, qui & Deus ſimul eſt & homo b extendiſſe dicitur ſicut pellem, ac tanquam tentoria, vniuerſam terrā operientia, prout ſupra in præcedenti expoſitione oſtēſum eſt. Aptiſſime vero quæ eſt formoſa propter Virginitatem cum filij conceptione, ac partu: comparatur cœlis aptiſſime Mariæ pulchritudo, quæ in eo ſita eſt, quod Chriſtum Dei filiũ in ventrem ſuſcepit atque è ventre protulit, propria illæſa virginitate, & abſque vllo puritatis ſuæ detrimento, cælorum confertur pulchritudini: nam & cæli ipſi lumen in ſe ſuſcipiunt, ac radios Solis ex orbe Solari, idemque ad inferiores emittunt orbes; cum vero ex iſtiuſmodi Solis lumine ac radijs maximo illuſtrentur fulgore, plurimaſque de ſe proferant virtutes, ac influentias; nullũ tamen vel in luminis ſuſceptione, vel in illius emiſſione propriæ puritatis patiuntur detrimentum: nullam in proprio corpore admittunt confractionem; quod autem eodem plane modo Chriſtum in ſe ſuſceperit, nobiſque protulerit Virgo ipſamet

Paraphraſis.

a Mar. 16. 9

b Pſ. 103. 2

*Mariæ Virginitas quā apte comparetur cælis. Simile.*

met innuit ſtatim, cum ſubdit. c *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit, &c.* A

---

## Verſ.V.cap.I. *Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

*Peccatis denigrata eſt facies populi Iſrael, pœnitentia vera facta eſt inſtar vultus Angelorum Filiæ Hieruſalem quas alloquitur ſponſa quænam ſint.*

13 PAraphraſis Chaldaica. Quando fecerunt domus Iſrael vitulum, denigratæ ſunt facies eorum, ſicut filiorum Aethiopiæ, qui morãtur in tabernaculis Cedar: B & quando egerunt pœnitentiam, & dimiſſum fuit eis peccatum, multiplicatus fuit ſplendor vultus eorum ſicut vultus Angelorum, eo quod fecerunt cortinas tabernaculi, & recedit in medio eorum maieſtas Domini. Moſes autem magiſter eorum adſcendit ad æthera, & poſuit pacem inter eos, & Regem eorum.

Diſcrepant primo patres in definiendo, quibuſnam hæc à ſponſa dicantur. Siquidem & ſi manifeſtum ſit, quod dicta ſint filialibus Ieruſalem, per has tamen, quas allocuta apparet ſponſa, quidam illas intelligunt C adoleſcentulas, de quibus in præcedentibus. Ita Origenes hom.1. ex duabus, quem ſequi videntur Caſſiodorus, Beda, Aponius, & quotquot animas fideles accipiunt.

Idem tamen Origenes hom.2. ex 4. negat, ad prædictas Adoleſcentulas hæc habita: quin potius ad æmulas ſponſæ ea refert, quales Iudæi ſunt, & filiæ ſynagogæ, improperantes Eccleſiæ gentium nigredinẽ ignobilitatis, & idololatriæ, quod ſenſit & Athanaſius in ſynopſi, & Theodoritus.

Tertio Aponius ſupernas intelligit virtutes, vel perfectos quoſque, admirantes progreſſum ſponſæ, & Eccleſiæ. Ita & Pſellus apud Theodoritum.

*Eccleſia Gẽtium nigra per ignobilitatem generis, & per ſcelera præcedentia, ſed formoſa per fidem Chriſti.*

Quoad explicationẽ autẽ nigredinis, & pulchritudinis ſpõſæ maior eſt inter eoſdẽ Patres diſcrepantia. D

Primo enim, qui volunt hæc dicta ab Eccleſia Gentium ad filias ſynagogæ, & Iudæos, Origenes, Athanaſius, & Theodoritus ſupra citati, nigram, inquiũt, illam ſe eſſe concedere, quatenus ignobilis, non trahens originem ex Sanctis Patriarchis: quatenus incircumciſa, & præputiata, vt ait Athanaſius, vel etiam quatenus Idololatriæ, & grauiſsimis ſceleribus prius dedita fuit, vt ait Theodoritus, nihilominus eſſe formoſam per id, quod Chriſto adhæſit per fidem, à quo ſingularem accepiſſe ſe gloriatur pulchritudinem.

*Eccleſia nigra ac formoſa propter admixtionem malorũ atque bonorum.*

Secundo, nigram ſimul & formoſam ſe dicere Eccleſiam, inquiunt alij, quia conſtet ex malis ſimul, & E bonis. Ita Aug. lib.3. de doct. Chriſt. cap.32. & expoſ. in pſalmos tertium, 77. & 94. ponderans, quomodo non dicatur, *fuſca fui*, ſed *ſum*. Ita & Eucharius lib. quæſt. vet. teſtam. quæſt. in Cant. & Beda.

Ad quem ſenſum referri poſſũt, & quæ dicit Amb. lib. de init. myſt. c.7. Nigra, quia ex peccatoribus: decora fidei Sacramento.

Necnon & ea, quæ dicuntur à Tribus Patrib. apud Theodoritum, & Phil. Carp. Quod Eccleſia nigra ſimul, & formoſa dicitur, quatenus conſtat ex ijs, qui conuerſi ſunt de populo Iſrael, propter quos eſt formoſa: & ex conuerſis de populo Gẽtili, propter quos F ſe dicit nigram, id eſt, ignobilem. Et id, quod ait Amb. ſer.2. in Pſal. 118. ver.1. quod ſynagoga nigram ſe dicat propter incredulorum perfidiam: formoſa, quia ex ipſa Chriſtus, & Apoſtoli, & quia prior facta eſt congregatio Dei.

*Eccle[ſi]a & pia anima nigra per peccata, formoſa per pœnitentiã, per baptiſmum & per gratiam.*

14 Tertio, nigram, alij dicunt, ſe aſſerere Eccleſiam, vel piam animam propter peccata præterita: formoſam vero propter pœnitentiam, ſeu per lauacrum regenerationis: aut etiam per gratiã. Ita Orig. Hom.2. ex 4. Hier. comm. in c.2. Sophonię, & epiſt.22. ad Euſtochium, Chryſ. Hom.1. de virtute, tom.5. Amb. li.2. de Spiritu ſancto, ca.11. & comm. in pſal.50. ſuper illa verba: Aſperges me Domine hyſſopo, & in pſal.118. A ſerm 2. ver.1. & ſerm.18. verſ.5. Greg. Nyſſ. hom.2. in Cant. & Greg. Papa, lib.9. Moral. ca.18. & commen. in Cant. Philo Carp. Bernard. ſerm.25. in Cant.

*Anima nigra peccatis facta eſt formoſa, cum Chriſtus ſuſcepit ſordes illius.*

Inter quos ſingulariter Nyſſ. exiſtimans, piam animam, hic ſignificare, quomodo, cum eſſet nigra, facta ſit formoſa, quia Chriſtus ipſam dilexerit, prout dictum immediate fuerat iis verbis, *Rectitudo dilexit te*: Nolite mirari, inquit, illam dicere ad adoleſcentulas, quod me dilexerit rectitudo: ſed quod cũ nigra eſſem peccato, & per opera affinis eſſem, & coniuncta tenebris, me pulchram fecit per dilectionem, ſua pulchritudine cõmutata cum mea turpitudine: in ſe. n. tranſ- B latis ſordibus meorum peccatorum mihi ſuam impertiit puritatem. Declarat, quomodo quod nigrum erat, factum ſit ſpecioſum egregia ſimilitudine: quomodo noctu cum dominantur tenebræ, ſimul nigra redduntur omnia, etiamſi ſua natura ſint ſplendida: adueniente autem luce in ijs, quæ tenebris, & caligine erant obſcurata, non manet ea, quæ tenebris erat aſsimilatio: Ita etiam traducta anima ab errore ad veritatem tenebroſa quoque vitæ forma ſimul mutetur, ad lucidam gratiam. Quem Nyſſ. ſenſum tetigiſſe videtur & Amb. ſer.2. in pſ.118. cum proponit animã, C & ſpecialiter Ioannem dilectum Domini diſcipulum, admirantibus, quod ſeruus ſupra Dominum reclinaret in cœna: quodve caro illa peccatrix ſupra templũ verbi recumberet, dicentem, *fuſca ſum*, quia peccaui, decora, quia iam me diligit Chriſtus: quam relegauerat in Eua, ſcilicet carnem, recepit ex Virgine, ſuſcepit ex Maria.

*Anima nigra, quia peccauit, formoſa, quia dil[i]gitur à Chriſto.*

Idem vero Ambro. ſer.18. in eundem pſal.118. præclare notat, quomodo pia anima præmiſit nigram vt augeret decorem: nec dixit: *Nigra ſum, ſed decora*, ne quod nigrum eſt, decorum æſtimaretur.

Conciliatque hæc duo Gregorius Papa in Cantic. vt nigram ſe dicat Sancta anima, & formoſam: quia ſemper & turpitudinem peccatorum ſuorum percipiat: & tamen illius iuſtitiæ, quam in intimis videt, in D exterioribus actibus ſecum ſolertem formam gerat.

*Anima incipiens, aut catechumena fuſca, & formoſa per pœnitẽtiam, candida vero per baptiſmũ & per profectum.*

Origenes Homilia prima ex duabus in Cantic. videtur hæc applicare ad animam, quæ adhuc catechumena, vel incipiens ſit, quæ vna cum nigredine præteritorum peccatorum ſit ſpecioſa per pœnitentiam: non tamen candida antequam abluta ſit per baptiſmum, aut per maiorem profectum. Quærimus enim, ait, quomodo nigra, & ſine candore ſit pulchra. Pœnitentiam egit à peccatis, ſpeciem ei largita eſt conuerſio, & ideo ſpecioſa cantatur: quia vero necdum omni peccatorum ſorde purgata, necdum lota eſt in E ſalutem, nigra dicitur: ſed in atro colore non permanet: fit enim candida, quando ad maiora conſurgit, & cum ab humilibus incipit ad alta conſcendere, diciturque de ea: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata.

*Cant.8.5. ſecundum Septuag.*

*Eccleſia, & pia anima nigra tribulationibus, formoſa profectu virtutum & coronis.*

15 Quarto, nigram, nonnulli aſſerunt, dici Eccleſiam, aut piam animam propter ærumnas, & tribulationes, ac pugnas: formoſam vero propter virtutes, in quibus per illas proficit, & propter coronas. Ita Amb. li. de Spiritu Sancto, cap.11. dicens: Aut certe nigra exercitij ſui puluere, dum præliatur: decora, dum victoriæ ſuæ inſignibus coronatur. Ita & Caſſiodorus, Beda, Iuſtus Orgelitanus, Anſelmus, Hugo de Sancto F Victore lib.1. inſtit. monaſt. ſerm.84. tom.2.

*Nigredo tribulationum auget ſponſæ decorem.*

Bernardus ſer.25. in Cant. vbi oſtẽdit, nigredinem, ipſaſq; afflictiones augere ſponſę pulchritudinẽ, vnde tam de illa gloriatur, quã de præclara pulchritudine.

Aponius quoque nigram, ait, dici Eccleſiã propter perſecutiones & afflictiones; ait formoſam propter multiplices, quibus decoratur, ſanctorum ordines.

*Eccleſia, et pia anima nigra per fomitem, formoſa per gratiam.*

Quinto, nigram ſe ait, Eccleſia, vel Anima, per naturam, ac fomitem peccati: formoſam per gratiam. Ita Aug. ſerm.201. de verbis Domini, & ſerm.56. de tempore. Vnde enim, inquit, nigra? a *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea*: Vnde formoſa? *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor*? Vnde nigra?

*a Pſal.50.*

*b Rom. 7. 31*

nigra? Apoſtolus dicit. b *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in lege peccati.* Vnde formoſa? *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominū noſtrū.*

Ad hæc & Ambroſius in lib. de ijs, qui myſt. init. c. 7. dicens. Nigra per fragilitatem conditionis humanę; decora per gratiam.

*Virgo nigra per carnem, formoſa per virginitatē.*

Sexto ad quamlibet Virginem Sanctam hæc aptans Ambroſius libro exhortat. ad Virg. Nigra, inquit, per carnem; decora per virginitatem.

*B. Maria prægnans nigra incredulis, formoſa fidelibus.*

16 Quæ Rupertus Abbas aptat ad Virginem Dei genetricem, quæ nigram ſe dicat, ſecundum opinionem male videntium; quia prægnans inuenta ſit: at formoſam ſecundum opinionem recte credentium, quia ſalua virginitate de Spiritu Sancto imprægnata.

Quoad allatas ſimilitudines ſciendum, ab aliquibus ſumi quidem ambas coniunctim vt relatas tam ad nigredinem, quam ad formoſitatem comprobandam. Ita ab Origene ho. 2. ex 4. à Gregorio Nyſſeno, ab Aponio, & à Bernardo ſerm. 28. in Cant.

Communiori tamen ſenſu diuiſim illas accipi, & diſtributiue; primam vt relatam ad nigredinem; ſecundam ad pulchritudinem. Ita Origenes in homil. 1. ex duabus; nec non & in præcitata ſecunda, ex quatuor, Theodoritus, Tres Patres, Caſſiodorus, Gregorius Papa, Beda, Anſelmus, Rupertus Abbas, atque Bernardus ſerm. vigeſimo ſexto in Cant. & Iuſtus Orgelitanus.

Sciendum ſecundo. In explicatione harum ſimilitudinum non minorem inter eoſdem Patres eſſe diuerſitatem. Primo enim Origenes homil. 1. ex quatuor ſumit illas coniunctim, quaſi prius allatæ eſſent à Iudæis exprobrantibus Eccleſiæ gentium ignobilitatis nigredinem, & quaſi Eccleſia ipſa in hunc ſenſum illas repetat.

Quamuis pro coloris obſcuritate comparetis me tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis: Tamen & Cedar ex Iſmahele deſcendit, qui nō fuit expers diuinæ benedictionis, ſed & pellibus Salomonis comparatis me, quæ non aliæ ſunt, quam pelles tabernaculi Dei; & tamen miror, vos mihi coloris exprobrare nigredinem.

*c Nu. 12. 1.*

Quomodo nō meminiſtis, quod in lege veſtra ſcriptum eſt, quid paſſa ſit c Maria, quæ derogauit Moſi, cum accepiſſet Aethiopiſſam nigram in vxorem? quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc perfici veritate? Ego ſum illa Aethiopiſſa: ego ſum nigra quidem pro ignobilitate generis: formoſa vero propter pœnitentiam, & fidem.

*Origenes. Nigredo peccati aſsimilata tenebris.*

Idem tamen Origenes Homil. 1. ex duabus, diſtributiue eaſdem accipiens, nigredinem peccatorum aſſimilatam inquit tenebris, quod ſonat nomen Cedar, pulchritudinem vero pœnitentiæ, & virtutum, verique cultus, pellibus pretioſiſſimis, quas Salomon adhibuit in ornatum tabernaculi.

*Theodor. Anima Sancta formoſa, quia tabernaculum Chriſti, & quia veſtita Chriſto.*

Conuenit & Theodoritus apertius id declarans, quod dicitur de pellibus tabernaculi, ac ſi per eam ſimilitudinem ſponſa ſignificet, ſe ita formoſam, vt tabernaculum Chriſti veri Salomonis effecta ſit: additque per pelles Salomonis intelligi poſſe veſtimenta eiuſdem Salomonis, quibus is veſtiebatur in omni gloria ſua: ac ſi per hanc ſimilitudinem ſponſa dicat, ſe eſſe formoſam, quia veſtita ſit Chriſto vero Salomone.

*Anima quæque habere debet fiduciā proficiendi in vita ſpirituali.*

Greg. Nyſſ. Hom. 2. eandem explicationem ſequitur, ait tamen, ſimilitudines iſtas à pia anima allatas ad exhortationem ſubditorum in hunc ſenſum. Et vos ergo ô filiæ Ieruſalem aſpicite ad veſtam matrē: etiam ſi eſſetis tabernacula Cedar; propterea quod in vobis habitaret Princeps poteſtatis turpitudinis, Cedar enim interpretatur obſcuritas, eritis pelles Salomonis: eritis templum Regis, cum in vobis inhabitarit Rex pacificus: pelles enim ex parte nominauit totum ambitum regij tabernaculi.

*Tres Patres. Philo Carp. Caſſiodorus*

Per obſcuritatem, notatam nomine Cedar, conuerſos ex atra Gentilitate: per pelles vero Salomonis, & pacifici, conuerſos ex populo Iſrael, habente apud ſe pacificum ſermonem legis, & Prophetarum, ab Eccleſia deſignari aſſerunt Tres Patres, ac Philo Carpat.

*Anſelmus. Eccleſia nigra ob perſecutiones, formoſa, quia eſt tabernaculum Chriſti, & quia conſtat ex ijs, qui ſe morti, cant.*

Caſſiodorus per Cedarenos; perſecutores intelligit, quibus denigratur Eccleſia; per pelles vero Salomonis, & pacifici; deſignari dicit, eandem Eccleſiam exinde formoſam, quia facta ſit tabernaculum Chriſti, digna, ſcilicet viſitatione & conſolatione illius: & quia ex iis eſt, qui ſeipſos mortificant, æque, ac tabernacula facta ſunt ex pellibus animalium mortuorum.

*Beda. Eccleſia nigra quatenus ſecundum opinionem inſipientium cenſetur inimica totius mundi.*

Hoc ipſum penitus & Beda quoad ſecundam ſimilitudinem: quo ad primam tamen ait.

*d Gen. 16. 12.*

Cum Cedar filius fuerit Iſmahelis, de quo dictum eſt. d *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eū.* Cumque ipſo nomine, quod tenebras ſonat, vel perуerſos homines, vel immundos ſpiritus inſinuet: quādo dicitur: *Nigra ſicut tabernacula Cedar*, *ſicut*, non pro veritate, ſed pro æſtimatione inſipientium poni.

*Anima ſancta nigra corruptione mortalitatis, formoſa mortificatione.*

Quaſi Eccleſia ideo nigra ſit, quia generalis mundi totius eſſet inimica, iuxta illud. *Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum*, & quia inſipientes exiſtiment, ipſam manſionem in ſe præbere vitijs, vel malignis ſpiritibus.

*Mat. 10. 12. Greg. PP.*

Gregorius Papa hæc in hunc modum accommodat ad piam animam, vt nigra dicatur ſicut tabernacula Cedar, quia in quantum tenebras mortalitatis portat, nigredine corruptionis ſolidatur: & formoſa ſicut pelles Salomonis, qui Chriſtum repræſentat, dicatur: quia dum Sanctos quoſque, qui ad imitationem Chriſti ſe mortificant, imitari non negligit, eorū pulchritudinem per ſimilitudinem ſeiungit.

*Anima Sancta nigra ſicut tabernacula Cedar, quia deſpecta, formoſa ſicut pelles Salomonis ob ſtudiū mortificationis.*

Sicut tabernacula Cedar, ait Iuſtus Orgelitanus nigram ſe dicere animam, quia tamquam purgamenta huius mundi facta ſit omnium peripſema: Sicut pelles Salomonis, quia ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore ſuo circumferat, vt vita Ieſu manifeſtetur in carne ſua mortali.

*Aponius.*

17 Triplicem affert ſenſum Aponius.

*In Eccleſia nullus prælatus, aut Sacerdos eſt contemnendus, etiam ſi minus bonus videatur.*

Primum, vt per has ſimilitudines ſignificetur nullum in Eccleſia contemnendum, præſertim Prælatū, quamuis externa cuiuſpiam conuerſatio deſpicabilis appareat, ſed propter gradum, & ordinem venerandum, ac ſi dicatur, O filiæ Ieruſalem non vileſcat vobis extrinſecus minus pulcher aſpectus, qui tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis aſſimilatur: quia licet illa vilia ſint: magni tamen, ac Sancti Patriarchæ Abrahæ contegunt prolem, cui benedixit Deus in auo, (Cedar enim filius Iſmahel filij Abrahæ) & licet mortuorum animalium exuuiæ ſint pelles Salomonis; attamen Sanctam ab æſtu, & pluuia contegunt arcam, altare, & omnia vtenſilia tabernaculi Sancta Sanctorum.

*Eccleſiæ progreſſus explicatur.*

Secundo per eaſdem ſimilitudines inquit, Eccleſiam explicaſſe progreſſum ſuum de errore ad veram fidem: de mendacij caligine ad lucem veritatis: de truculenta iracundia ad pacis tranquillitatem, ex defenſione idolorum ad defenſionem vnius veri Dei.

*Eccleſia ſuſcepit peccatores pœnitentes, & continet intra ſe Sanctos.*

Tertio Eccleſiam, inquit, comparari tabernaculis Cedar, qui interpretatur tenebroſus mœror, quatenus ſub alas ſuſcipit impios pœnitentes; defenditque, ac protegit ad ſe confugientes ab imminente gladio: comparari vero pellibus Salomonis, quatenus Sanctos intra ſe continet viros, miſericordes, pacificos, & orthodoxos.

*Rup. Abbas.*

Rupertus Abbas applicans hæc ad Beatam Virginem; Nigram inquit, illam ſe dicere ſicut tabernacula Cedar, quod ſicut Iſmahel, pater Cedar, niger, ac ferus homo, iure eiectus fuit cum matre ſua Agar, & è regione omnium fratrum ſuorū in ſolitudine fixit tabernacula, ita & ipſa cum eo, quod cōceperat, videretur eijcienda viri ſui domo, & hæreditate indigna.

*B. Maria formoſa ſicut templum Salomonis.*

Formoſam vero ſicut pelles Salomonis, quia ſicut exterior cultus, & omnis dignitas ſapientiſſimi Regis incomparabiliter ſplenduit, ita vt nullus ei Regum potuerit vmquam comparari.

Ita & Virginitatis ipſius ſplendor præ omnibus Sãctis, & filijs regni Dei ſit admirabilis. A

Bene autem notat Rupertus, non dictum eſſe, *ſicut Salomon*, quia Salomon apud ſe habuit iniquitatem:
*e 3. Re. 11.* iuxta illud. e *Quia habuiſti apud te hoc, & non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens diſcindam Regnum tuum*, ſed *ſicut pelles Salomonis*, id eſt ſicut deforis ædificauit templum manufactum; ſicque formoſam ſe, inquit, dicere Beatam Virginem, ſicut templum Salomonis, quia ex ipſa Deus templum ſibi non manufactum, & non manufactam ſapientia ſibi ædificauit domum.

Denique ſimilitudines eaſdem Bernatdus prius exponit, ſumendo eas diuiſim, vt Anima dicat, ſe nigrã ſicut tabernacula Cedar, quia eſt in tabernaculo corporis, in quo peregrinatur, ac militat: quodve eſt tabernaculum Cedar, id eſt tenebrarum, quia animam, quaſi obiectu ſui, incircũſcripti luminis interim fraudat aſpectu, nec ſinit omnino videre illud, niſi per ſpeculum quidem, & in ænigmate, vnde prouenit ei nigredo; dicere vero ſe formoſam, ſicut pelles Salomonis: quod ſit inſtar cœlorum tum eorum, qui videntur, tum eorum, qui non videntur, & ſpirituales ſunt, Angelorum nimirum, ac beatorum, quos Deus f extendiſſe dicitur, *ſicut pelles*, qua de re pluribus egimus in tertia expoſitione, in ſecundi ſenſus explicatione, vbi & complura ipſius Bernardi attulimus verba. B

*Bernardus ſerm. 26. Nigredinem miſeriarum anima habet ex coniunctione corporis. Anima Sancta formoſa inſtar cœlorum & Angelorum. Serm. 27. in Cant.*
*f Pſa. 103. 2*

Origenes quoque Homilia ſecunda ex quatuor, quando ait, ſponſam comparari pellibus veri Salomonis, & pellibus tabernaculi non manufacti illius, quod fixit Deus: addere ad hæc videtur, ipſam piam animã per hanc ſimilitudinem deſignari, eſſe formoſam inſtar cæleſtis patriæ, quæ ſecundum aliquos eſt tabernaculum illud non manufactũ, de quo loquitur Paulus ad Heb. 9. Quamquam per illud ipſum tabernaculum poſſit etiam accipi corpus Chriſti ſecundũ Chryſoſtomum, & alios: atque ita eadem anima comparabitur Corpori Chriſti ea ratione, qua eandem ſimilitudinem explicat Bernardus alias. C

*Origenes.*
*Anima Sancta formoſa inſtar cæleſtis patriæ. Anima Sancta quomodo nigra & formoſa inſtar corporis Chriſti. Bernardus. Chriſtus foris niger ſed intus formoſus.*

Accipiens enim eaſdem ſimilitudines idem Bernardus in ſerm. 28. coniunctim, vt ambæ allatæ ſint ad probandam nigredinem: per pelles Salomonis ait, intelligi eas, quas Rex in vſum tabernaculi ſoleret aſſumere, ſi quando in tentorijs habitare liberet, quas vtique obſcuras ſine dubio, & tetras eſſe neceſſe fuit, vtpote quæ quotidiano forent expoſitæ ſoli, & frequentium iniurijs pluuiarum: neque id fruſtra, ſed vt is, qui intus repoſitus erat, ornatus nitidior ſeruaretur: Sic per pelles Chriſti veri Salomonis intelligit deſpectam illius ſpeciem extrinſecã: Quapropter bene, inquit, ſe ſponſa ait nigram, ſicut pelles Salomonis, quia afflicto condoleat, & fraternum eam decoloret incommodum, quam nigredinem, & ipſe ſibi Salomõ pro nobis dignanter induit: g *Qui peccata noſtra tulit in corpore ſuo ſuper lignum*: Nigram etiam propter perſecutionis nigredinem, quæ pro ſummo ornaméto habetur: & de hac potiſſimum gloriatur, hanc libentius imitatur de pellibus ſponſi, cum ille dixerit. h *Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur.* D E

*Anima Sancta dicit ſe nigram, eo modo quo & Chriſtus niger.*
*g 1 Pet. 2. 24.*
*h Io. 15. 20*

## Verſ. VI. cap. I. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* F

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

1 CVm in ſuperiori verſu ſponſa nigrã ſe dixerit; nũc ſe corrigens ſignificat, locutam ſe ex aliorũ opinione, nec tanto nigrore affectam eſſe, quanto ſociæ ipſæ exiſtimant, ſic eas compellans.

*Paraphraſis.* Ne ſpectetis, neque deſpiciamini me, quod fuſca ſim, & ſubnigra; is enim nigror, quo ſuffuſa ſum, mihi innatus non eſt: ſed eſt aduentitius, & talis, vt auferri facile poſſit. Cauſa autem huius accidentis ea extitit, quod aſpexit, percuſſit, atque combuſſit me Sol. A

Circa lectionum diuerſitatem: Notandum, variare Interpretes in verſione dictionis Hebraicæ שֶׁשְּׁזָפַתְנִי ſcezaphtani, quæ cum proprie ſignificet *aſpexit me*; ab interprete tamẽ noſtro verſa eſt, *decolorauit me*, ab affectu talis intuitus, ſicut etiam ab altero affectu eiuſdem, Aquila illam vertit συνέκαυσέ με, *combuſſit me*: & Theodotion περιέφρυξέν με, *torrefecit me*. Symmachus autem περιέβλεψέ με, *torue inſpexit me*. Quo ſenſu & Septuaginta vertiſſe, παρεβλεψέν με, indicat Origenes homilia ſecunda ex quatuor, nec incongrue iuxta ſignificationem verbi παραβλέπω, quod, vt ex Ariſtotele probat Budęus, hoc ſignificat torue, & limis oculis aſpicere. Quamquam & id quoque ſignificet (vt notat idem Budæus) quod eſt, non intendere: quo ſenſu idẽ Origenes vbi ſupra hoc loco illud ſumpſiſſe videtur: & clarius Ambroſius locis citatis in Appendice, legens. *Quia non intuitus eſt me Sol*, & Ioannes Chryſoſtomus homilia trigeſimaſeptima in Mat. Quicquid tamen ſit, certum eſt, tũ ab ipſo Origene homilia prima ex duabus, tum à ceteris, qui verſionẽ Septuaginta interpretati ſunt, idẽ verbũ acceptũ in ſignificatione cõtraria, nẽpe pro aſpicere, iuxta ſignificationẽ verbi hebraici. B

## Verſ. VI. cap. I. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* C

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

QVam apertis verbis ſuarum ærumnarum attulit cauſam Elias, a cum Domino illã ab ipſo percõtante, dum fugeret à facie Iezabel, & vnam ſibi optaret mortem, reſpondit, *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderũt, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eã*. Hęc ipſa ſub ſolis metaphora affertur ab Eccleſia Chriſti ſponſa cauſa ſuarũ tribulationum, ſuarum miſeriarum ſuæque nigredinis: Cum enim ſupra haudquaquam negaſſet: ſe eſſe extrinſecus nigram ob mundi huius perſecutiones, dixiſſetque, ſimul cum hac nigredine eſſe ſe adeo formoſam, vt aſſumpta ſit in Chriſti ſponſam: Modo quia animaduertebat, ſe propter iſtiuſmodi nigredinem ab omnibus gentibus deludi, ſuaque membra facta eſſe omnium peripſema: ne quis putaret hanc ſibi innatam, ita vt iugiter huiuſmodi tribulationibus fuerit oppreſſa, & perpetuo talibus opprimenda ſit anguſtijs, affert cauſam iſtius nigroris: ſimulque oſtendit, quomodo is ei ſit accidens extrinſecum, quod aliquando à ſe auferendum ſit, quodve non modo non deturpet vllo pacto, ſed maximopere ſuum augeat decorem: id quod in ſuperiori ſubindicauerat verſu: propterea ergo ad eos, qui cum deſpectu quodam ipſam intuerentur. 2 *a 3. Reg. 19. 9.* D E *Bernardus.*

*Nolite*, inquit, *conſiderare, quod fuſca ſim*: nigror enim iſte non ex mea prouenit natura, ſed ex extrinſecis hominum imperfectionibus, ex hominum ſceleribus: & ſi vultis, vt propriam, ac peculiarem iſtarum perſecutionum, ac tribulationum afferam cauſam, ſcitote, eam eſſe Solem, ardentemque zelum Dei mei, qui me in hunc decolorauit modum. *Paraphraſis.* F

Bene autem Solis nomine, Dei zelum nominauit: tum vt ex ſolis effectibus perſuaſum fieret omnibus, multo plura ſibi ex huiuſmodi zelo prouenire commoda, quam incommoda: multoque magis per eundem ſuum illuſtrari decorem, quam propria fuſco colore denigretur ſpecies: tum vt ex ipſo Solis nomine ſingulis innoteſceret, nigrum illum colorem extrinſecum, quid eſſe tantum in facie extrinſeca, cum Sol eas tantum denigrare ſoleat partes, quas extrinſecus tetigerit. *Zelus honoris Dei cur comparetur Soli.*

Decolo-

Decoloratur, verum eſt, Chriſti ſponſa ab iſtoSole A
zeli.

Fatetur & ipſa: ſed cum iſta decoloratio proueniat à Sole, videamus quid talis Sol, quid ipſe iuſtitiæ zelus prius in ipſa efficiat: quos affectus in ea producat: & quando iſtiuſmodi perſecutionum cauſet nigrorem.

*Zeli honoris Dei, & iuſtitiæ effectus quatuor.*

Porro cōplures hoc loco afferre liceret Solis effectus, quos ad illius ſimilitudinem zelus Dei producit in ſponſa: ſed ne prolixiores ſimus, quatuor ponderabimus tantum, & eos, quos nobis quatuor diuerſæ ſuggerunt lectiones, quas in prima expoſitione ſoni litteræ notauimus.

*Zelus Dei quomodo illuminat Eccleſiam.*

Horum autem primus eſt illuminatio, hæc enim B
primus ac præcipuus eſt Solis iſtius ſenſibilis effectus huncque attingit Eccleſia ſancta, cum iuxta Hebraicam, & Septuaginta Interpretum lectionem, inquit: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia aſpexit me Sol*: manifeſtum autem vnicuique eſt, quod Sol haudquaquam habet oculos, quibus aſpiciat: at tranſlate dicitur aſpicere, propterea quod nos aſpicere, atque ab alijs aſpici faciat, exhibens lumē per quod & videamus, quæ nobis objiciuntur; & videamur ab ijs, qui nos intuentur.

*Zelus nil nobis latere permittit, quod factum ſit contra Deum*

Et quidem duobus modis Eccleſia illuminata dicitur à Sole zeli Dei; primo, quia per illum ita afficitur vt C
ſingulos hominū intueatur, videatque errores, nulluſque illam latere poſſit eorum, qui contra Deum delinquunt, quem ipſa zelatur.

*b Pſ. 118. 158.*

Vnde & per Prophetam ait. b *Vidi præuaricantes, & tabeſcebā, quia eloquia tua non cuſtodierunt*: atque experiētia idipſum comprobamus; nam cum quempiā ſummo proſequimur amore, illius adeo zelamur honorē, vt lynceos videamur habere oculos ad ſingulos videndos, qui quidpiam contra illum fecerint inhoneſti; ac naturali quoque id perſuademur ratione: cum enim amicum verum, æque ac noſmetipſos diligamus, hinc fit, vt quemadmodum ita à natura inſtituti ſumus, vt D
amor proprius talem in nobis proprij, & honoris, & commodi ſuſcitet zelum, vt vel contra illa vel dici, vel fieri à quopiam poſſit, quod illico non præſentiamus: eodem pacto & æqualis in amicum dilectio æqualem honoris, ac commodi eius ſuſcitans zelū, nil nobis abſconditum eſſe permittit, quod illis contrarium ſit.

*Simile.*

*Zelo Dei illuſtrior reddita eſt Eccleſia.*

Altero quoque modo per Dei zelum illuminatur Eccleſia, quatenus per eum illuſtrior redditur: à quo cogitur ex latibulis egredi, perque bonorum operum lucem refulgere: quid enim Eccleſiam, eiuſque membra gentibus vniuerſis reddidit illuſtrem, niſi zelus E
ipſe honoris Dei? niſi zelus iuſtitiæ, qui ipſam & religionis ritus, & amores toto orbi contrarios edocere, compellebat? hinc populi vniuerſi, qui propria diligebant, ac tuebantur inſtituta, quive antiquis Patrum inhærebant erroribus, proprios aperuere oculos, & eā, quæ ipſis aduerſabatur, inſpexere Eccleſiam: contra quam tantos ciere motus, vt exinde inſtar ſilicis, quæ quanto pluribus ferri percutiatur motibus, tanto plures de ſe emittit ſcintillas; tanto magis, & ipſa facta ſit illuſtrior, maioreſque de ſe ſplendores emiſerit.

*Simile.*

Quid Eliam pauperculum, ac vilem hominem, pilis indutum; ac zona pellicea præcinctum adeo reddidit F
omnibus notum, vt vniuerſa contra eum commota ſit Iudæa? Zelus, quo zelabat pro Domino Deo ſuo. Quis eundem adeo reddidit illuſtrem, vt & Reges ipſi eum ad ſe accerſerent, illique obuiam irent? Zelus Dei. Quid Phinees adeo omnibus fecit conſpicuum? Quid Matathiam cum filijs ſuis Machabeis? Zelus, quē zelati ſunt pro Domino Deo ſuo; iſte tanquam ſol aſpexit eos; iſto tanquam ſolis lumine illuſtrati ſunt: ac propterea bene hoc loco tota Sanctorum Eccleſia inquit, ſe à ſole aſpectam, *Quia aſpexit me ſol.*

3
*Zelus Dei quomodo dicatur comburere.*

At dum ſecundum aliam Aquilę lectionem ait, ſe ab eodem ſole combuſtam, *Quia combuſſit me ſol*, alium deſignat eiuſdem zeli effectum combuſtionis. Porro ſi intimius zeli penetremus quidditatem, animaduertemus, illum vel non diſtingui ab amore, & charitate; vel eſſe ipſius charitatis perfectionem: Siquidem nihil aliud eſt, quam ardens amor, quam feruor ardentiſſimus ex feruentiſſimo amore procedens.

*Zelus Dei quid ſit.*

Quod ſi amor eſt, quomodo amorem cauſare dicitur? ſi feruor eſt ex charitatis igne procedens, quomodo animas charitatis igne comburere dicitur, quæ iā per ipſam accenſæ ſunt charitatem?

*Simile.*

Verum difficultas hæc facile tollitur: quemadmodum enim igni materiali, ſi accenſum apponas alium, ex alterius ignis acceſſione fit ardentior, magnaſque eleuat flammas, quibus ea, quæ per priorem illum ignem calefacta tantummodo erant, comburantur, ac penitus incendantur.

Eodem pacto cum igni ſimplicis charitatis, ardens adijcitur ignis zeli, ac æmulationis Dei, tunc tantæ ſuſcitantur amoris flammæ; vt nil ſit in ijs animabus, quæ aliquo charitatis calore fuerāt affectæ; quod per illas non incendatur, & cōburatur. Nec obſtat, quod zelus ex charitate procedere videatur, nam & oleum ex igne pēne mortuo accenditur, tantaſque nihilominus ſuſcitat flammas, vt eadem comburat ligna, ex quibus ignis in ipſum prouenit. Atque hinc eſt, quod cum ipſamet ſponſa charitatem, & zelum, æmulationemque igni compararit, zelo tamen, ac æmulationi, quæ ipſam perficit charitatem, non ignem quēlibet adſcripſit, ſed ignem maxime ardentem, flammiſque eleuatum, dicens: c *Dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis, atque flammarum.* Hinc & in præſenti ſententia propriam ſeruans locutionem, dixit. *Quoniam combuſſit me ſol.* Quia enim poteſt alicubi eſſe ignis, qui tamen exiſtens, vel modicus, vel coopertus, ac pene mortuus neutiquā rem illam comburat, in qua fuerit repoſitus. Eccleſia Sancta explicare volens, quā ardens ſit Dei zelus, ex iſto id patefacit combuſtionis effectu: quaſi non quilibet charitatis ignis ſit zelus Dei, ſed charitas illa, quæ ipſas comburit animas, ſemperque per eandem combuſtionem ardet magis ac magis; haud vero aliter comburit, quam ita ſingulas Dei amore ſuccēdens animas, vt pro eius honore tuēdo, nullam ſic habeant rationem. Quod autem iſta ſit zeli Dei combuſtio, qua comburit animas, ſimulque Eccleſiam, quæ nihil aliud eſt, quam ipſarum animarum collectio, ex Dauid Prophetæ perſuademur verbis, quibus ait: d *Zelus domus tuæ comedit me*, vbi dum comeſtionem zelo Dei attribuit, haud obſcure nobis innuit, & combuſtionem iſtam, quam eidem zelo tribuit ſponſa, fieri per quandam decorationem, & trāſmutationem. Sicut enim, quod comeditur, ab illo deuoratur, & in illius tranſmutatur ſubſtantiam, qui ipſum comederit: ſic & id, quod comburitur, ab eo deuoratur igne, & in illius ignis tranſmutatur naturam, qui ipſum combuſſerit. Vnde & apud profanos, atque etiam in Scriptura Sacra ignis deuorare dicitur, ac comedere, vt in lib. e Num. *Ignis Domini deuorauit extremam caſtrorum partem*, & in pſalmis. f *Iuuenes eorū comedit ignis.* In eundem modum cū combuſta dicitur Eccleſia ab igne, ſiue à Sole zeli, quo zelata eſt Dominū, ſignificatur, ipſam ita ab huiuſcemodi zelo eſſe deuoratam, vt nihil in ea remanſerit, quod eius proprium ſpectet commodum: ſed totam quodammodo in illū, quem zelatur, tranſmutatam: vt nil ſit, quod ipſam exhilaret, niſi quod ad Dei ſpectet honorem & gloriam: nullave alia angatur ex re, niſi quando Deum ſuum, quem zelatur, probro affici, atque offendi, intellexerit, & idcirco, quando dixit: g *Quoniam zelus Domus tuæ comedit me*: addidit. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me*; & hoc loco, cum ſecundum vnā lectionem dixit, non eſſe mirandum, quod fuſca ſit anguſtiis, quia combuſſit eam Sol: ſecundum aliam lectionem, vt infra videbimus, inquit: *Quia decolorauit me ſol.*

*c Cant. 8. 6.*
*Zeli Dei combuſtio quid ſit.*
*d Pſ. 68. 10.*
*Simile.*
*e Nu. 11. 1.*
*f Pſ. 77. 63.*
*g Pſ. 68. 10.*

Ex hoc ſecundo combuſtionis prouenit, & tertius huius Solis, ac zeli Dei effectus torrefactionis, qui per illam Theodotionis lectionem exprimitur, qua ſponſa ait. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia torrefecit me ſol.* Quid eſt autem iſta torrefactio in Eccleſia, niſi

*Zelus Dei indurat.*

indura-

*ſolidat animas in charitate.* induratio quædam inDei charitate;Quod enim igne A
torrefactum fuerit,indicatum conſpicimus.
Enimuero fidelium animæ, quæ modo prædicto
à flammis zeli Dei combuſtæ fuerint;ita per eumdẽ
Dei zelum indurantur in Dei dilectione, vt nullis vel
percuſſionibus,vel perſuaſionibus,vel perſecutionibus confringi,aut emolliri queant, quin eius tueantur honorem:quin illius prędicent gloriam, quem
tanto zelantur zelo.Hinc & ipſa Eccleſia in eo quem
ſupra citauimus loco,zelum,ac æmulationem duram
*h Cant.8.6.* appellauit,dicens:h *Dura ſicut infernus æmulatio*:neque
enim æmulatio,ac zelus Dei idcirco durus dicitur,
quaſi ipſe ſit durus;ſed quia duros efficiat, quos ſuo B
torrefecerit ęſtu. Hinc & Prophetæ omnes tametſi
continuis agitarentur perſecutionibus,quia zelo iſto
erant torrefacti,nunquam deſtiterunt, quin vbi Dei
honor id expoſcebat,& calamitates prædicerent, &
populos minis deterrerent,& Reges aſperrimis obiurgarent increpationibus. Hinc & tot martyres à
Chriſti fide nec minis,nec cruciatibus,nec morte ipſa dimoueri potuerunt:Vnde & Apoſtolus, qui bene
*i Act.11.13* ab hoc ſole fuerat torrefactus:i *Ego*,inquit, *non ſolum
alligari,ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomen
Domini Ieſu*:id eſt,potius quam à nominis Domini Ieſu
prædicatione, & ab illius defenſione vel tantillũ auertar,quem zelo zelatus ſum:quod & clarius expreſſit, C
*k Rom 8.35* cum diceret:k *Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculũ? an perſecutio? an gladius? ſed in his omnibus ſuperamus*, id eſt duri
perſiſtimus,ac ſolidi in ipſa charitate;*propter eum, qui
dilexit nos;Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neq;
Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtãtia, neq;
futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profũdũ, neque
creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in
Chriſto Ieſu Domino noſtro*.Vnde illi tanta certitudo? vnde tanta durities? Quia zelo zelatus eſt Dominum:
quia dura, ſicut infernus ęmulatio;quia torrefecit
eum Sol zeli Dei ſui.Hinc & quartus decolorationis D
*Zelus Dei cauſauit perſecutiones Eccleſiæ.* affectus ab iſtomet ſole prouenit:Hinc fuſcus color
ærumnarum,hinc nigror perſecutionum.Cum enim
Eccleſia ſancta eo modo,quo diximus,& illuminata,
& combuſta eſſet à zelo Dei:cum adeo per eumdem
zelum in Dei dilectione indurata eſſet, haudquaquam eiuſdem Dei ſuſtinere potuit opprobria; hinc
internis cruciata eſt afflictionibus,iuxta illud;l *Tabeſ-*
*l Pſ.118.139.* *cere me fecit zelus meus,quia obliti ſũt verba tua inimici mei.*
Et cum nequaquam continere ſe poſſet,quin eius defenderet honorem, quin illius prædicaret gloriam,
quem tanto proſequebatur amore : cumque adeo ipſam in huiuſmodi zelo induratam inſpicerẽt gentes,
contra eam mundus commotus eſt vniuerſus : vnde E
perſecutiones,bella,cruciatus,mortes, miſeriarumque omnium cumulus.At non eſt,cur ob huiuſmodi
nigredinem deludatur:nigror enim iſte, miſeriæ iſtæ
non ſunt Eccleſiæ à natura innatæ;ſunt accidens tantummodo extrinſecum,quod facili negotio ab ea auferetur;cũ *momentaneũ & leue tribulationis,æternũ gloriæ
põdus* in eã operabitur. Dicat ergo, & audacter dicat:
*Nolite me cõſiderare,quod fuſca ſim,quia decolorauit me Sol.*
Nolite me deſpicere,quaſi deformis ſim propter
4 *Paraphraſis.* iſtam ſubnigredinem perſecutionum, ac ærumnarum,quibus extrinſecus me denigratam inſpicitis;
nam nigra quidem,& fuſca ſum, fateor: ſed tamen F
ſimul quoque formoſa ſum: Nigror enim iſte ex eo
prouenit:quod ſol zeli,quo zelata ſum Deum meum,
decolorauit me:Verum dum iſtiuſmodi decolorauit
miſeriis, ſimul quoque idemmet ſol me illuſtrauit,
meq; charitatis cõbuſſit flãmis,atque etiam ſuo torrefaciens calore,duriſſimam me, ac maxime ſolidam
reddidit in eius,quem zelabar,dilectione. Quid ergo
iſtam conſideratis nigredinem? quid iſtum vnum, atque poſtremum zeli mei inſpicitis effectum? Cur non
potius tres alios admiramini eiuſdem Solis effectus
præcipuos illuſtrationis,cõbuſtionis,ac torrefactionis? Et hæc dicta ſufficiant,dum per nigredinẽ,ac colorẽ fuſcum intelligimus perſecutiones,ęrũnas,atque
A miſerias:quibus in pręsẽti ſtatu opprimitur Eccleſia.
Quod ſi per eundem colorẽ fuſcum, ac per nigro- 5
rem intelligamus peccatorum,& iniquorum cõmixtionem cum iuſtis,ac ſanctis, prout eum ſumpſimus *Alter ſenſus.*
in ſecundo ſenſu,quem in ſecunda expoſitione præcedentis verſus attulimus:Tunc Chriſti ſponſa Eccleſia
in his,quæ præ manibus habemus,exponet,quomodo iſta ſubnigredo minime ſit talis,vt innatum ſuum
deturpare valeat decorem, cũ talis nigror haudquaquam ſit ſibi naturalis,ſed extrinſecum accidens,quod
ex extrinſeca proueniens cauſa,tolli poſſit, declarat
autem,quæ ſit iſta cauſa,dicens,ſe decoloratam à Sole.Porro cum ex illa Domini *m* parabola tritici,ac zi- *m Matt.13.25.*
B zaniorum,in qua apertius explicatur,quomodo in eiuſdem Eccleſiæ agro commixtio iſta facta ſit,diabolo *Aponius.*
illam adſcriptam videamus,qui,cũ omnes dormirent
venit,& ſuperſeminauit zizania in medio tritici: plane conſtat,hanc ipſam à ſponſa aſſignari eiuſdem cõmixtionis cauſam:diabolũ videlicet ipſum, frequentius enim in ſacris litteris Spiritus ſanctus vnam,eãdemque rẽ modo in bonũ, modo vero accipit in malũ: idque ob diuerſas eiuſdẽ rei proprietates, diuerſoſque effectus,ſic vinũ pro diuina accipit gratia, pro
beatitudine æterna,proque deuotione in bonam partem,& ſæpius eodem vtitur ad ſignificandam diuinã *In ſcripturis ſacris ſæpius eadem res & in bonũ & in malũ ſumitur.*
C iram,prauas voluptates, & cetera ſimilia in malam
partem:ſic eadem ignis metaphora & Deum ſignificat,omnia illuſtrantem,ac comburentem:& diabolũ
quoque omnia deuaſtantem : ſic & alias complures
vſurpat res. Quapropter minime mirandũ eſt, quod *Diabolus cur dicatur Sol.*
diabolum Solis nomine nuncupauerit Eccleſia,ob id
quod Chriſtus,Deuſque ipſe Sol appellatur;ob id potius hoc nobis admirationem incutere debet, quod
cum diabolus ſit cauſa omnis obſcuritatis,vtpote poteſtas tenebrarum,non videatur congruere illi Solis
nomen,qui principium eſt,ac origo totius lucis. Nihilominus nõ eſt,cur vel ob hanc cauſam admiremur,
nam ex natura ſua lucidiſſimus is eſt, vnde & *n* Lucifer apud Eſaiã nũcupatur:at Lucifer, & Sol iſte pec- *n Eſa.14.12.*
D catorum tenebris obſcuratus eſt,iuxta illud; o *Lux* *o Eſa 5.30*
*obſcurata eſt in caligine eius*.Et,p *Obtenebratus eſt Sol in ortu* *p Eſa.13.10*
*ſuo*:haud tamen propterea amiſit combuſtiuam vim
Solis:ſed eam mutauit,vt qui comburturus erat charitatis æſtu:quatenus ad Dei dilectionem promouere
debebat,poſt peccatum miſeras animas æſtu comburat concupiſcentiæ:& qui prius formoſus, ac lucidiſſimus exiſtens,combuſtione ſua ceteros, ſi non peccaſſet,ſpiritus illuſtraſſet;poſtea obſcuratus, comburendo decoloret,nigredinemque,ac peccatorum tenebras miſeris inferat animabus. Hæc igitur cum
E Chriſti ſponſæ optime eſſent perſpecta, non dubitauit illum ſolis nomine nuncupare, præſertim cum eidem id quoque eſſet cõpertum,quod qui obtenebratus eſt,ſæpius q ſe *transfiguret in Angelum lucis*:vt quod *q 2.Cor.11.14*
tenebris offuſus comburere non poſſet,falſa ſaltẽ cõburere valeat luce. Animaduertendũ eſt autem, Eccleſiam ſanctam,ne in minimo quidem diſſentiret à
ſponſo,qui dixerat,diabolum in tenebris,cum omnes
dormirent, ſuperſeminaſſe zizania, quãuis diabolum
Solis nomine appellarit, neutiquam tamen dixiſſe,ab
illo ſe quoquo pacto illuſtratam, aut lumine aliquo
eum ſibi manifeſtatum: Sed tantũ, ſe ab illo decolo- *Diabolus quomodo per inſidias vitia diſſeminet. Simile.*
F ratam:imo ſecundũ lectionem originalium Hebræorum ac ſeptuaginta,cum inquit,ſe ab huiuſmodi Sole aſpectam,aut male inſpectam, videri tacite ipſius
diaboli indicare malignitatẽ,qui veluti Sol in nubibus
latens,aſpexerit quidem ipſam,& aſpiciendo in tenebris eam combuſſerit,ac decolorauerit,nõ tamen vllo
pacto ſe ei manifeſtauerit,ne declinaret ab illo : ſolet
enim plerũque contingere,vt Sol iſte corporeus,denſis coopertus vaporibus,quãuis lucis ſuæ radijs orbẽ
minime illuſtret,ardentioribus tamẽ exurat æſtibus:
eoque tunc nobis magis ſua obſit cõbuſtione,quo minus illius intuemur radios, quove minus ab eo nos
auertimus,quẽ nobis ſcimus eſſe obnoxiũ: Tũc aſpicit quidẽ nos Sol,ſuoque nobis officit aſpectu: at nos
nequa-

A nequaquam aſpicimus illum,atque ideo tunc dicere
faseſt,in tenebris quodammodo,atque in vmbra nos
à ſole comburi.In huncergo modum indicat Eccle-
ſia ſancta ſe per impiorum commixtionem à diabo-
lo denigratam per inſidias : ipſa enim hanc commix-
tionem nequaquam ſibi habuit innatam,quia ab æter-
no illo Patre familias,à conditore ſuo non fuit ſemi-
natum in ipſa aliud,quam ſimplex,& optimum triti-
cũ:diabolus in tenebris ſuperſeminauit zizania. Illi,
quos congregauit Chriſtus in ipſa,r erant *genus electũ,*
*regale ſacerdotium, gens ſancta,populus acquiſitionis, de tene-*
*bris vocati ad lucem*:At diabolus tenebris lucem obnu-
bilans:perditos,peccatores & impios immiſcuit ſan-
ctis,illisque lux quodammodo denigrata eſt. Vnde B
bene eum affert pro cauſa,dicens: *Nolite me conſidera-*
*re,quod fuſca ſim,quia aſpexit ſeu deſpexit me Sol*: per hunc
quippe malignum aſpectum idem in ea factũ eſt,quod
in bona plantatione ac perpulchra in arbore per ſolis
aſpectũ fieri ſolet.Quẽadmodũ enim plerũq; id eue-
nire ſolet in arbore bona vt radice illæſa ſeruata,ex ni-
mio Solis intuitu aliqui eius areſcãt rami,alijs viridi-
bus,ac pulchris remanentibus:Ita pariter & in Eccle-
ſia,radice illæſa ſeruata in Petri ſede,quia portæ infe-
ri non prȩualebunt aduerſus eã,cõplures fidelium per
diaboli inſidioſas ſuggeſtiones,perque illius æſtus a-
reſcunt in charitate,turpeſq; fiunt,ac denigrãtur pec-
C catis,ramis alijs,aliiſque fidelibus magis ac magis in
eadẽ virẽtibus charitate,magiſq; quotidie in ſanctita-
te proficientibus.At ſicuti arbor illa,etſi ſaluã habeat
radicem;etſi multos virides , & pulchros habeat ra-
mos,dicitur tamen quodammodo arida,& turpis, ac
decolorata,cum reuera aliqui tantum rami in illa ſint
aridi;eodem modo & Eccleſia propter improbos,
quos in ſe habet admixtos,nigra dicitur,& decolora-
ta.At videamus modum,quo ab extrinſeco decolora-
ta eſt Sole.Idem eſt,ac ille,quo à Sole decoloratur &
arbor:quemadmodum enim arbor prius aſpicitur à
Sole: tũ rami ij,qui in ipſa fuerint infirmiores , tene-
D riores,magiſque Solis æſtibus ſubiecti,comburuntur,
poſt combuſtionem arefiunt torrefacti:ac demũ prȩ-
dictis torrefactis,& arefactis ramis , atroque colore
denigratis,ipſa quoque vniuerſa decolorata dicitur
arbor.Eadem ratione & plantatio fidelis Eccleſiæ ſan-
ctæ prius obtenebrata à Sole,àdiabolo per inſidias aſ-
picitur in obſcuro,ita vt ſuper eius ramos atque fide-
les ſ ſupercadat ignis tentationis,& nõ videant Solem
qui talem immittit ignẽ;aç propterea qui infirmio-
res in ipſa extiterint,& molliores,huiuſmodi igne cõ-
buruntur:tum poſt tentationũ combuſtionem iidem
areſcunt rami,vniuerſum gratiæ humorem,quo pul-
chri,ac virides florebant,deperdentes : nec areſcunt
E ſimpliciter;ſed quod peius eſt,torrefiunt,cũ ariditate
ſimul quoque & nigris peccatorũ maculis denigrati:
Inde tota Eccleſia,extrinſecus fuſca dicitur , cum de-
colorata appareat:Verum haud tanta eſt iſta nigredo,
vt propterea deridenda ſit,turpiſque cenſenda.Fate-
tur hæc omnia ipſamet;eaque vt extrinſeca acciden-
tia extrinſecæ adſcribit cauſæ.

*Nolite* enim,inquit, *conſiderare me,quod fuſca ſim*: noli-
te me cũ deſpectu intueri,ex eo quod modo propter
iſtam iniquorum commixtionem ſubnigra ſim , qua-
ſi id mihi nigroris innatum ſit : quaſi à me nunquam
ſit auferendum;nam ex extrinſeco id mihi prouenit,
F quia Sol aſpexit me,Sol inquam obtenebratus diabo-
lus me inſidioſe aſpexit: aſpectuque ſuo in aliquibus
meis fidelibus me combuſſit æſtu tentationum ſua-
rũ:ſimulque in iiſdem me torrefecit , ac decolorauit.
(Hæc omnia iuxta diuerſas,quæ in littera allatæ ſunt,
lectiones clariſſime exprimuntur:) Attamen quia de-
coloratio iſta eſt accidens,extrinſecus aduenienſ , fa-
cili negotio à me auferetur,t cum venerit Dominus,
qui iubeat ſeruis ſuis, vt tollant de mundo ſcandala
omnia:vt *colligant zizania* ad comburendum: vt aridos
præcidant ramos in combuſtionem. Tunc enim ap-
parebit,quam formoſa ſim,cum non tanget me Sol,
neque vllus æſtus:Nunc vero,tametſi per hanc com-

*In Eccleſia impij commixti ſunt bonis per inſidias à diabolo.*

r 1.Pet.2.9.

*Nigredo per impiorum commixtionem quomodo in Eccleſia à diabolo cauſata ſit.*

Simile.

Simile.

ſ Pſal.57.9.

Paraphraſis.

*Impiorum admixtio non tollit pulchritudinem Eccleſiæ; aufereturque ab ea aliquando.*

t Mat.13.41.

A mixtionem aliquantulũ decolorata appaream: nigror
tamen iſte non tollit pulchritudinem, ac ſanctitatem
meam,quia radix eſt ſancta,etſi rami aliqui inutiles.
Imo & rami complures virides ſunt,ac florentes, pul-
chrioreſque ex eo apparent,quod ipſi inter aridos vi-
reſcunt gratia,florentque virtutibus.

---

## Verſ. VI. cap. I. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

B CVm exploratum omnibus vellet pia Anima , vn-
de ea ſibi proueniſſet nigredo miſeriarum & tri-
bulationum,propter quã à quibuſdam habebatur cõ-
temptui:& quomodo ſimul cum huiuſcemodi nigre-
dine eximius ſibi ex eadem cauſa proueniret decor.
*Nolite*,inquit;*me conſiderare,quod fuſca ſim, quia decolora-*
*uit me Sol*:Solis nomine Chriſtum exprimens , à quo
ea omnia ſibi euenire cognoſcebat:tum quia hoc tan-
quam proprium illius eſſe ſciebat:tum quia per Solis
metaphoram pleniſſime,quod ipſa intenderet,probari
animaduertebat.Imaginemur enim,vt dum quiſpiam
vel commoratur apud Solem,vel per loca eodem Sole
C circumfuſa graditur,tetram, ac deformem eius vm-
bram intuens quis abſque alia animaduerſione inani-
bus voculis dicere inciperet:ô vſquequaque deformẽ
hominem:ô nigerrimum portẽtum:poſſet plane ſuo
iure apricans ille,ac per Solem deambulans reſpon-
dere:ô te omni ratione deſtitutum hominem : ô om-
nis prorſus iudicij expertem,qui Solis ſplendore illu-
minatam faciem meam cernere vel negligens,vel ne-
ſciens in fluxam iſtam dumtaxat, & leuem vmbram
ab eodem enaſcentem Sole defigas obtutum. His iiſ-
dem profecto verbis compellat Anima ſancta homi-
nes illos,qui extrinſecam tribulationum, ac miſeriarũ
D nigredinem,ad exiguum temporis ſpatium duraturã,
& vanas referentem vmbras,qua à clariſſimo Iuſtitiæ
Sole Chriſto Domino ſæpe decoloratur,conſiderãtes,
nequaquam interiorem ac ſplendidiſſimum inſpiciũt
fulgorem,ab eodem ſapientiæ,ac bonorum omnium
Sole ſibi gratiſſime impertitum,dicẽs; *Nolite me con-*
*ſiderare,quod fuſca ſim,quia decolorauit me Sol*:Aç ſi dicat.
Si reſpicitis extrinſecam formam meam, in ſuperfi-
cie carnis nigra ſum,verum eſt, propter tribulatio-
nes: *Quia decolorauit me* Sol iuſtitiæ,permittens ,atque
etiam immittens ȩrumnas iſtas:ſed licet primo aſpe-
ctu ſic nigra appaream;conuertite tamen , & conii-
cite oculos in veram faciem meã,ab eodem Sole in-
E ſigni illuſtratam fulgore:nigredo tribulationum eſt
veluti vmbra fugiens ;at nolite conſiderare hãc vm-
bram:reſpicite potius formam meam præfulgidam
in ſæculum permanentem:Videte,quam ab ipſomet
Sole,qui ſuo modo vmbram iſtam cauſat nigram, at-
que fugacem,reddar ſimul & ſplendida,& decora:ſi-
quidem is me aſpiciens decolorat, fateor,ſed & illu-
ſtrat.

Circa hæc autem,quæ ab Anima dicũtur, quatuor
ſunt explicanda.Primo enim probãdum,quod Chri-
ſtus Dominus,dum quempiam aſpicit, tribulationes
in illum immittat ȩrumnarumque eum decoloret ni-
gredine.Secundo quod tribulationes præſentis vitæ
F ſint inſtar earum,quæ à Sole cauſantur , vmbrarum.
Tertio quare dum in præſenti ſæculo commoramur,
animas Chriſtus decoloret,dum illas aſpicit,& quarto
quo pacto dum Animam decolorat,ſimul quoque eã
reddat formoſam.

Quo ad primum:cum ipſamet Anima ſæpius Deum
deprecetur,vt ipſam dignetur aſpicere,quo per huiuſ-
modi aſpectum ab vniuerſis eruatur tribulationibus,
dicens:a *Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum ,ſaluum*
*me fac in miſericordia tua , Domine non confundar , quo-*
*niam inuocaui te* : cumque eadem fateatur , ſe per
Chriſti Domini aſpectum ab omni ſeruatam aduer-
ſitate,

Simile.

Paraphraſis.

*Aſpiciens animã Chriſtus, & tribulationes in eam immittit & à tribulationibus eam liberat.*

a Pſ.30.17.

b Pſ.30.8.

ſitate, dicens: b *Quoniã reſpexiſti humilitatẽ meam, ſaluaſti de neceſſitatibus Anima meam, nec concluſiſti in manibus inimici, ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos*, vbi ſcilicet tuta, atque à perſecutionibus libera conſiſterem: Primo quidem aſpectu falſum videtur, quod dicitur, Animam per Chriſti veri Solis aſpectum decoloratã nigredine tribulationum; Nihilominus vtrumq; verum eſt, & quod idem Chriſtus tribulationes immittat, & quod à tribulationibus eandẽ ſeruet per vnũ eumdemq; aſpectum, quo illam & decolorat, & reddit formoſam. Porro quod Chriſtus aſpiciendo decoloret, tribulationeſq; immittat, colligitur tum ex verbis illis Habacuc prophetæ, c *Aſpexit, & diſſoluit Gentes, & contriti ſunt montes ſæculi.* Aſpiciendo enim Dominus immiſit tribulationes in gentes ſuperbas, & inſtar montium elatas, quibus cum illæ diſſoluerẽtur, ab eo Sole, qui ipſas aſpiciebat decoloratæ ſunt: tum ex ijs, quæ in Euangelio *d* legimus contigiſſe Petro poſt trinam eius negationẽ; legimus enim, Chriſtum Dominum reſpexiſſe Petrum, & Petrũ fleuiſſe amare: aſpiciens quippe eum Sol Iuſtitiæ doloris ac triſtitiæ decolorauit nigredine, quorum manifeſtum exhibitum eſt ſignum per lacrymas amaras, quæ ex cordis amaritudine prouenere, ſed clarius expreſſit hæc ſponſa, dicens: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol*: & ſecundum aliam lectionem, *quia aſpexit me Sol.* Decolorauit enim ipſam cauſando in ea tribulationum obſcuram vmbram, idque per ſuum lucidiſſimum aſpectum, quo inſtar ſplendidiſſimi Solis eam aſpexit.

*Aſpectus Chriſti cauſat plerumq; tribulationes.*

c Hab.3.6.

d Luc.22.61. & 63.

6 Enimuero ſi cumulus tribulationum omnium, quæ in hac vita nobis incutiuntur, recte inſpiciatur, animaduertemus, nil aliud eas eſſe vniuerſas, quam atram quidem, ſed leuiſſimam, ac maxime fugacem vmbram: Agnouerunt hoc & Gentiles plerique: agnouerunt Philoſophi illi, qui ſtoicam profitebantur ſectam, vnde naturali tantũ lumine ducti id pro certo definiere, quod lõgius in ſuis Tuſculanis quæſtionibus probare nititur Tullius: vniuerſos, quibus in præſenti vita angimur, dolores, afflictiones, ærũnas, & tribulationes nil aliud eſſe, quam meram, ac vanã, & leuem opinionem, imaginationemq; noſtram: At quid neceſſe eſt, Gentiles, atq; Profanos afferre, cum per Spiritum S. clariſſime id ſæpius in ſcripturis ſacris definitum appareat? Apoſtolum audiamus, quomodo præſentes omnes nuncupet tribulationes: e *Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ*: ac ſi dicat: tribulationes omnes quotquot vel mente excogitari poſſunt in hac vita, perſecutiones vniuerſę, anguſtiæ, cruciatus ipſi quantũuis atroces, quantumuis difficiles atri quidem ſunt, tetri quidem apparent: at nil aliud ſunt, quam nigra vmbra, quam momentanea, ac leuis vmbra: in momento .n. tranſeunt, leueſque fugiunt omnes, leuiſſimarũ inſtar vmbrarum. Audiamus Prophetam clarius id aſſerentẽ: f *ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ac ſi dicat: ſi magnis concutiar tribulationibus; ſi aduerſariorum potentiſſimorum agiter perſecutionibus: ſi atrociſſimis excrucier cruciatibus; ſi quocumque me vertam, mortem ipſam mihi imminere conſpiciam, non timebo mala; nil mihi timoris incutient ea omnia, quoniã tu mecum es verus Iuſtitiæ Sol; quod ſi tu mecum es: quod ſi me aſpicis tu, qui vniuerſum illuſtras orbem, quomodo timebo obſcuritatem? quomodo pauebo tenebras? ſcio, optimeq; mihi compertum eſt, tribulationum, ærumnarumq; omnium nigredinem, qua à te quoquo pacto decolorata videor, nil aliud eſſe, quã atram quidem, ſed vanam, ſed leuem, ſed fugacem vmbrã. Timeant ij, qui inſtar paruulorum à vanis deterrẽtur vmbris, quod cenſeant eas eſſe corpora ſubſiſtentia; ego non timebo, quoniam tu mecum es: quoniam ſcio, vmbras iſtas ex tui illuſtratione prouenire.

*Tribulationes præſentis vitæ ſunt inſtar vmbræ leuiſſimæ & maxime fugacis.*

e 2.Cor.4.17.

f Pſ.22.4.

Ex hac autem vmbrarum appellatione colligere in nobis licet, quod tertio loco explicandum propoſuimus: Quare videlicet Chriſtus Dominus, qui eſt

*Tribulationum cauſa propria nec eſt Chriſtus ſed corpus noſtrum*

A fons totius gaudij, totiuſq; cõſolationis, aſpiciendo tribulationes ærũnaſq; cauſare dicatur: Etenim ſi tribulationes ipſæ vmbrę ſunt, ab eo tanquã à Sole prouenientes, conſequitur manifeſte, vt earũ propria, & peculiaris cauſa non tam in Chriſto ſit, quã in nobis, qui tribulatione denigramur: Vnde enim amabo noſtra prouenit vmbra? profecto non ex ſolis intuitu proprie: nam ſolis effectus proprius eſt illuminatio, non obſcuratio: eſt lumen, non obſcuritas, idq; manifeſte apparet ex illius aſpectu in corpora diaphana, in quibus nil vmbrarum conſpicitur, nilque videtur ab ipſo Sole cauſatum, præterquã lumẽ & fulgor. Quod B ſi non ex Solis intuitu, plane ex aliquo, quod in nobis ſit, noſq; conſequatur cõtinue, id cõtingere aſſerendum eſt: propriamq; ac intimam talis vmbrę cauſam in nobis eſſe definiendũ eſt. Quid vero iſtud eſt, niſi ipſummet corpus noſtrum? quod terrenũ, opacumq; cum ſit, lumen quidem ex vna parte, qua à Sole illuſtratur, ſuſcipit, ac propter opacitatem, & denſitatẽ ſuam illud neutiquã tranſmittere poteſt, ideo remanente altera eius parte obſcura, ac lucis experte: ſui ipſius nigram ac vanam reddit vmbrã: Quod ſi vmbræ iſtius naturalis cauſam nõ niſi improprie adſcribimus iſti Soli corporeo: Quis iam ambigat, vmbrã quoq; tribulationum, ac ærumnarũ improprie tantũ adſcribi vero Iuſtitiæ Soli? cum tribulationum, ac miſeriarum omnium propria, ac germana ea ſit cauſa, C quod corpus iſtud geſtamus terrenum: quod in corpore commoramur graui: corpus peccati ipſum eſt, quod diuinam tranſmittere non valẽs lucem, quã ex diuino ſuſcipit Solis aſpectu, tetras huius vitæ cauſat miſerias. Vnde exclamat Apoſtolus; g *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* id eſt de corpore, quod eſt cauſa miſeriarũ, atq; etiã mortis ipſius; quod eſt cauſa huius cõtinuæ mortis, quam agimus in hac vita, dũ tantis premimur anguſtiis, dum iugiter verſamur in medio vmbræ mortis. Quemadmodũ enim in vmbræ corporeæ productione animaduertimus, non tãtummodo à corpore eam emitti, D cũ corpus ipſum oblique à Sole fuerit aſpectũ: nam cum directe Sol illud aſpexerit, nulla ex eo prouenit vmbra, vt quotidie obſeruamus in meridie: quando Sol eſt in Zenith noſtro, directeq; nos aſpicit, rectos dirigens radios ſuos ſuper caput noſtrum: idem pariter & de tribulationum vmbra dicendum eſt: ſiquidẽ ex eo huiuſcemodi in nobis proueniũt vmbræ, quod Chriſtus iuſtitiæ Sol oblique nos aſpicit, nõ directe; cum enim directe nos ille aſpexerit in æterno cœleſtis patriæ meridie; tunc nulla ex corpore noſtro reſultabit miſeriarum vmbra; nullæ erũt tribulationes, nullæ anguſtiæ, nullæ perſecutiones: h *Abſterget* nem- E pe *Deus omnem lacrymam ob oculis ſanctorum: & iam non erit amplius neque luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Hinc eſt, quod tanto ſtudio inquirebat ſponſa Anima, vt *i* ſibi indicaret vbi ipſe paſceret, vbi cubaret in meridie: ſperabat namq; ſe in meridie illo ab eo cõſpici, ſeu potius ſi ipſũ aſpicere potuiſſet, nullam amplius tribulationum vmbram in ſe fore videndam. Modo enim per huiuſmodi vmbras nigra eſt, nec poteſt negare: quia decolorauit eã Sol: decolorauit autem, tribulationeſque immiſit, quia (vt aptiſſime legit Origenes) oblique ipſam aſpexit: Id vero nõ ex ipſius Solis prouenit defectu, ſed ex de- F fectu noſtri: Siquidem Chriſtus Dominus fulgentiſſimus iuſtitiæ Sol ſemper eſt in meridie, vbi ſplendidiſsimos lucis emittit radios, vbi æterna cubat felicitate, æternaq; eas, quas in tali meridie contigerit eſſe, paſcit beatitudine: Nos in cauſa ſumus, vt ille oblique aſpiciat, quia in præſenti ſæculo peregrinamur ab eo: quia nunquam in eodem ſtatu permanemus: quia ex debilitate corporis noſtri ante faciem caloris eius ſuſtinere non poſſumus. k *In meridiano* enim, vt dicitur in lib. Eccl. *exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere?* Dicat ergo Anima ſancta ſed impropria locutione: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me: quia oblique aſpexit me Sol.*

*Simile.*

g Rom.7.24

*Simile.*

*Tribulationes immittit Chriſtus in hac vita, quia nos aſpicit oblique, non directe.*

h Apo.7.17

i Cant.1.7.

k Eccl.43.3

Vmbra

*Paraphraſis.*

A Vmbra enim iſta, fuſcus iſte color extrinſecum tantum eſt accidens; quandoquidem à Chriſto vero Sole cauſatur per accidens (vt aiunt Scholaſtici:) Intuemini potius quod ab eodem Sole fit per ſe: cõſiderate ſplendorem, & decorem, quem ſimul cum iſta decoloratione mihi impertitur; Perpendite quomodo efficit, vt id, quod momentaneum, & leue eſt tribulationis meæ, ſupra modum æternum in ſublimitate gloriæ pondus operetur in nobis: Contemplemini, quam illuſtrem me reddat; quamve formoſam etiam in hac vita, dum per ipſas me decolorat tribulationes: Nonne videtis quanta ab iſto lucidiſſimo mihi proueniant Sole?

*Vna cum tribulationibus quæ bona conferantur piæ animæ à Deo.* *l 1. Pet. 5. 10.*

B Quænam vero ſunt iſta, dicet quis, quæ adeo iactitat ſpõſa? Referat ea Apoſtolorum Princeps: *l Deus enim*, inquit, *omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternam gloriam in Chriſto Ieſu*, id eſt qui effecit, vt Chriſtus Iuſtitię Sol ita vos tribulationum decoloraret vmbra, vt ſimul quoque per ipſas tribulationes formoſiſſimas vos per æternam redderet in futuro ſæculo gloriam; *ipſe* mediante eodem Sole *modicum paſſos*, id eſt ærumnarum momentanea vmbra decoloratos, etiam in hac vita vos maxime illuſtres reddet, maximeque formoſas, idque cõferens in vos tria vna cum prædicta decoloratione, ac vmbra, primo nempe vos *perficiet*: ſecundo *confirmabit*: & tertio *conſolidabit*: ô ſacrarum litterarum C maximam congruentiam. Tria refert Petrus, quæ à Deo Animæ conferuntur vna cum tribulationibus, quibus multo illa reddatur illuſtrior, quam reddita fuſca ſit. Tria multo prius attulit & ſponſa, dum ſuam purgat miſeriarum nigredinem: quodve maiorem incutit admirationem, quæ ab Apoſtolo ſubobſcuris ſignificata ſunt verbis, ea ipſa clariſſimis expreſſit ſponſa, idque ex varia interpretum lectione apparet: quod enim Petrus ait, *perficiet*, id ſpõſa explicat, dicẽs: *Quia aſpexit me Sol*: quod ille ſignificat per verbũ *confirmabit*: hæc exprimit eo verbo, *Quia combuſsit me Sol*: Ac demum *ſolidabit*, quod eſt tertium Apoſtoli verbum: ipſa exponit, dicens: *Quia torrefecit me Sol.* D

7 Perpendamus ſingula: fatetur quidem Anima, ſe à Chriſto per tribulationum vmbram decoloratam: at ſuſtinere non poteſt, vt homines propter hanc modicam, extrinſecamq; nigredinem, ita ipſam deſpiciant, vt eius non intueantur ſplendorem, quem ex eodem, qui ipſam decolorauit, ſuſcipit Sole: propterea ſicut ſecundum lectionem noſtram inquit, non eſſe tanti faciendam ſubnigredinem ſuam, quia decolorauit eam Sol: ita iuxta Hebraicam, ac Septuaginta lectionem ait, *Nolite me conſiderare*, atque deſpicere *quod fuſca ſim, quia aſpexit me Sol*, ſignificans, ſe minime à quopiã propter tribulationes eſſe contemnendam, quia quã- E do ipſam decolorauit Iuſtitiæ Sol, tribulationes in eam immittens, aſpiciendo decolorauit eam: At certe ſi Sol aſpicit, multo illuſtrius fit corpus ex ea parte, qua per illum illuſtratur, quam ex parte altera nigrum reddatur per vmbram: Quid eſt autem, Chriſtum animam aſpicere, niſi quod inquit Apoſtolus eam perficere: perficit eam lumine gratiæ, dum eam intuetur: Hinc eſt, quod cum intuitus eſſet Petrum, illico Spiritus ſancti gratia eum illuſtraſſe ſignificat: ſic enim Ioannes narrat Euangeliſta, quod cum ab Andrea Petrus adductus eſſet ad Ieſum: *m Intuitus eum Ieſus dixit: Tu es filius Ionæ, qui interpretatur* columba: ac ſi dixiſſet: Tu iam ex hoc es filius Spiritus ſancti; cuius typum F geſtat columba: hoc enim tibi meo contuli aſpectu, illuſtrans te lumine gratiæ diuinæ, quo ita perfectus es, vt filius Spiritus ſancti dici merearis: Hinc etiam cum adoleſcentem illum aſpiceret, qui ab eo efflagitarat, quid facto opus eſſet, vt vitam conſequeretur æternam: illico eum eodem gratiæ illuſtrauit lumine, vnde apud Marcum legimus: *n Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum*: quomodo enim quempiam diligere cenſendus eſt Chriſtus, niſi ſuam illi exhibendo gratiam? niſi diuino eum illuſtrando lumine? niſi ſuo eum perficiendo ſplendore? quo perfectas ille habeat vires, quibus ipſum, ſi velit, ſequi valeat ducem:

*Aſpectu ſuo Chriſtus perficit animam.*

*m Ioann. 1. 42.*

*n Marc. 10. 21.*

A quod ſi adoleſcens ille eum minime eſt ſecutus, id ex eius prouenit defectu, qui à diuino aſpectus Sole, à Chriſto dilectus, gratiæque decore perfectus, abſtulit ſe à diuino illo intuitu: Hoc demũ & illud eſt, quod eadem ſignificat Anima, dum ait: *o Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo*; ęque enim eſt, ac ſi diceret: Aſpexiſti nos Sol iuſtitiæ, atque inſtar Principum qui eleuantes vultũ in quempiam, illumque læta, ac hilari aſpicientes facie, ſummam ei conferunt lætitiam, & tu Domine Rex meus, & Deus meus hilarem ſuper nos eleuaſti faciem tuam, lætiſq; ac fauorabilibus nos intuendo oculis, tanquam ſignũ quoddam eleuaſti ſuper nos declarationem tuæ be- B nignitatis, tuique fauoris: quidni autẽ gauderem præ tali intuitu? *dediſti* plane *lætitiam in corde meo*: quia cum fauorabili, clariſſimoque aſpectu tuam contuliſti & gratiam, diuinæque me eiuſdem gratiæ illuſtraſti lumine, ſicve & tuo me perfeciſti fulgore, ita vt ſicut cordis lętitia, quã mihi contuliſti, in extrinſeca quoque reſultat facie, iuxta illud Prouerbiorum: *p Cor gaudens exhilarat faciem*: ſic & gratiæ tuæ lumẽ, quo me intrinſecus perfeciſti formoſamq; reddidiſti, in extrinſecos reſultans actus, extrinſecus quoque me reddat formoſam. Quapropter *Nolite me conſiderare*, ait ſpõſa ad filias Ieruſalem, atque cum contemptu deſpicere C *quod* ad modicum *fuſca ſim* tribulationum vmbra, quia *Sol* ipſe, qui *me* ſuo in hunc modum *decolorauit* aſpectu, formoſiſsimam quoque eodem me fecit intuitu, illuſtrans me lumine ſuo, ſuaque perficiens gratia.

*o Pſal. 4. 7.*

*Simile.*

*p Prou. 15. 13.*

*Paraphraſis.*

*Per tribulationes Chriſtus comburens animas confirmans illas in fide & dilectione ſua.*

*q 1. Pet. 1. 6*

Adeoque me formoſam exhibuit, vt non modo hoc me ſuo perfecerit lumine: ſed & in ipſa confirmauerit gratia, duplici me comburens æſtu, & ipſarummet tribulationum, & charitatis ſuæ: idcirco *Nolite* iã amplius *me cõſiderare, quod* ob tribulationes *fuſca ſim, quia* per ipſas *combuſsit me Sol.* Quomodo vero comburendo, Chriſtus confirmet in gratia, ſicque & fidem ac dilectionem noſtram confirmando, fortiſſimã per talem combuſtionem reddat & Animam, præclare ab D eodem explicatur Apoſtolo, cum ait: *q In quo* (ſcilicet quod per Ieſum Chriſtum regenerati eſtis in ſpem viuam, in hæreditatem incorruptibilem conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratã reuelari in tẽpore nouiſſimo) *exultatis: Modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, gloriam, & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti, quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata*: Ac ſi dicat: Quamuis per Chriſti veri ſolis intuitum aliquantulum vos de- E colorari opus ſit per tentationum, ærumnarumque ſubnigredinem: Tribulationes tamen ipſæ inſtãtaneæ ſunt, nec durant amplius, quã modicũ nunc: Et quamuis per earum obſcuram denigremini vmbram, vanæ tamen eæ ſunt, ac inſtar vmbrarum cito tranſeunt: Nihilominus multo maior eſt ſplendor & decor, quem per eiuſdem ſolis conſequimini aſpectum: nam dum decolorat per tribulationes, ijſdẽ æſtibus, quibus decolorat, ſimul quoque vos cõburit, confirmando vos in fide, ac dilectione ſua, in quibus vniuerſa ſita eſt animarum pulchritudo, & ſanctitas: Comburit enim tentationum æſtibus, *vt probatio fidei veſtræ inueniatur in laudẽ, & gloriã, & honorem, in reuelatione* ſua: fiatque mul- F to *pretioſior auro, quod per ignem probatur* probata & ipſa in combuſtione tanti ſolis. Quid mirum autem ſi huiuſcemodi ęſtibus combuſti, multo redditi ſitis pulchriores auro, quod per ignem probatur? quid mirum, ſi vna cum tentationibus & ærumnis tam illuſtrem habeatis lætitiam, cum hoc pacto in fide confirmati, & in dilectione, credentes exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata? Mirandum vero maxime eſt, quod quiſpiam ipſam deludat animam pro tam modica nigredine, pro tam momentanea tribulationum vmbra, qua à Sole Iuſtitiæ decolorata eſt. Addidit denique & tertium ſponſa, quo multo illuſtrior per eiuſdem Solis aſpectum reddita eſt eius ſpecies, nẽpe quia 8

*In tribulationum to-*

*lerantia, & in charitate quod dura & ſolida fiat à Chriſto pia anima.*

ipſam & ſolidauit, & torrefecit in charitate, ac patiẽ- A
tia; quia per fulgentiſſimũ gratiæ ſuæ lumen, perque
amoris æſtus verus Iuſtitiæ Sol ita eam charitate ſuc-
cendit, vt tam firma ac ſolida in illius perſiſteret di-
lectione, tamque dura in quibuſlibet ferendis aduer-
ſis, vt & ſemetipſam obijciat cruciatibus & illatos
exaſperet. Quorum infinita habemus in martyribus
exempla: ſed & clariſsime patientiſsimus, optimeq; ab
hoc ſole torrefactus Iob ſuo nobis id patefecit exem-
plo; qui vehementiſsimis à diabolo percuſſus plagis,
*r Iob 1.20.*
r ſurrexiſſe dicitur, ſuaque cõſcidiſſe veſtimẽta, idque
nullam aliam ob cauſam, niſi vt tãquam fortis athle-
ta contra omnes inſultus ad prælium liber inſurge-
*Origenes lib. 1. in Iob.*
ret, ſic enim præclare id exponit Origenes, dicẽs: Au- B
ditis plagis omnibus ſurrexit ad prælium, ſurrexit ad
virtutẽ atque ob id conſcidit veſtimenta ſua, vt expe-
ditior, atque conſtantior eſſet in bello, vt illa quæ im-
pediũt, à ſe proijceret: Nam & vere talis mos eſt in ali-
quibus gentibus, vt cum ad durum prælium venerint:
tunc ſcindentes veſtimenta ſua cum indignatione, &
furore currant contra aduerſarios intemperanter: nu-
do pectore: cum fiducia ſe offerentes: vt eſt Syrorum
gens: & aliæ Barbaræ gentes, expoliantes ſe, atque in
ipſis tunicis ſe præcingentes, nudo pectore, atq; ſca-
pulari viriliter eunt ad bellum: ſic ergo & admirabilis
Iob ſcindens veſtimenta ſua, nudus, atque audax ſtetit
in ſpiritale prælium. C

Vtque oſtenderet, quam torrefactus, ac ſolidatus eſ-
ſet à Sole, quamve duritia ſua cruciatus ſuperaret du-
riſsimos, poſtquam vlcere illo tam grandi vulneratus
*ſ Iob. 2. 7.*
eſt, quod totũ operiebat corpus, ſ accepta teſta ſaniẽ
radebat: Non accepit molle aliquid, vt abſtergeret le-
niter; ſed accepit teſtam duram, aſperam, vt raderet
*Origenes lib. 2. in Iob.*
cum dolore ſaniem: Dic, inquit Origenes, dic ô Beate
Iob, ob quam rem hoc facis? Cur hunc dolorem exa-
ſperas? Cur augmentas? Cur exaggeras, teſta radendo
lamentabile hoc vulnus, atque ſæuiſsimam hanc pla-
gam: cum potius debueras obſeruare, iuuare, leuare,
fouere, vngere, defricare: vt per hæc vniuerſa mitio-
rem, atque blandiorem redderes hunc ſæuiſsimum D
dolorem, plagamque terribilem? Sed reſpondens iu-
ſtus Iob dicit: Ego ô Viri non ſuccũbo his doloribus,
neque iſtis pœnis deficio, nõ debilitor, neque delaſſor;
Non enim ſunt dolores iſti fortiores animæ meæ fir-
mitate: non ſunt hęc tormenta duriora cordis mei du-
ritia. Vnde vero tantam beatus iſte vir habuit duritiẽ?
niſi quia etſi decoloratus eſſet à Sole, qui tantas illi
infligi permiſiſſet plagas; ab eodem tamen Iuſtitiæ
Sole aſpectus, & gratiæ lumine eſt perfectus, & æſti-
bus charitatis per ipſas tentationes combuſtus in fide
confirmatus eſt, ac in dilectione: adeoque in ipſa ſoli-
datus dilectione, & in patiẽtia eſt obduratus, vt plane E
ſe ab illo torrefactum valeat gloriari. Iure igitur Ani-
ma, quæ ſic ab eodem Sole torrefacta eſt, glorioſe di-
cere poteſt: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia de-
colorauit me*, & in ipſa decoloratione formoſiſsimam
quoq; me reddidit, & glorioſam, *quia aſpexit me: quia
combuſsit me: quia torrefecit me Sol.*

*Per tribulationum nigredinem formoſiſsimo decore pia anima exornatur à Chriſto.*

Sponſæ nigredo plane haudquaquã magni facien-
da à quopiam eſt, quia decolorauit illam Dominus,
quia per decolorationem ab eodem Domino eximia
decorata eſt pulchritudine, fulgẽtiſsimoque gratiæ, &
fidei charitatiſve, ac patiẽtię illuſtrata eſt decore: quod
& is ei aliquando eſt conteſtatus: cum per Prophetã,
ſecundum nonnullos haud contemnendos Docto-
*t Pſ. 67.14.*
res, tum Hebræorum, tum etiam noſtrorum, iuxta
Hebraicam lectionẽ diceret: *t Si dormias inter tripodas,
& ollas pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in
pallore auri*, id eſt, ſi inter nigerrimas tripodas, & ollas
dormiens ex illarum contactu denigrata aliquãtulum
fueris: ſi atrociſsimis ærumnis, atriſque tribulationi-
bus, in quibus tanquã in tripodibus, & ollis decoquũ-
tur homines: ſi nigris confecta anguſtijs, fuſcam te ir-
rideant ignari: Ne animo excidas; nã etſi ad modicum
ſis ſubnigra, eris tamen formoſa, ſicut columba, quæ
candidiſsimas habet, quibus volet, pẽnas, ita vt dear-
gentatæ videantur: quæve poſteriora dorſi habet ful-
genti auro diſtincta: ſic enim & tu *formoſa mea, colũba
mea in foraminibus petræ*, cãdidiſsimis puræ fidei deco-
raberis alis, quibus in ipſis etiã tribulationibus mente
voles ad cæleſtem, quæ tibi parata eſt gloriam: dor-
ſumque tuum, quo ipſas perfers tribulationes: patiẽ-
tia tua fulgentiſsimo charitatis auro erit illuſtris: vn-
de vero hoc animæ continget; niſi quia aſpiciet eam
Iuſtitiæ Sol? Quemadmodum enim tunc pulchrior *Simile.*
apparet columba, cum à Sole aſpecta, præter eximiũ,
quem in aliquibus pennis oſtentat candorem, per
eundem Solis intuitum auro, varijſque præfulgidis in
dorſo enitet coloribus: Eadem ratione & Anima ſan-
cta ex eo illuſtrior eſt; quin & inde vniuerſam ſuam
habet pulchritudinem, quod à Chriſto iuſtitiæ Sole eſt
aſpecta, quodque illius irradiata eſt radijs: Vnde quã-
uis ijs, qui talem non vident Solem, tribulationibus
fuſca videatur, formoſa tamen eſt, vnde & ait: *Nolite
me conſiderare, quod fuſca ſim, quia aſpexit me Sol*: Et hæc, ſi
per colorem fuſcum, accipiantur tribulationes.

Si autem per nigredinem, fuſcumque colorem in- 9 *Alter ſenſus.*
telligantur vel peccatorum maculæ (prout accepimus
in ſecundo ſenſu tertiæ expoſitionis verſus præcedẽ-
tis) vel violentam, qualem poſt Adæ peccatũ in nobis
ſentimus inclinationem ad malũ difficultatemque ad
bonum (prout ſumpſimus in tertio præcitatæ expoſi-
tionis ſenſu.) Anima ſancta hoc loco purgans huiuſ-
modi nigredinẽ, oſtendet, eam haudquaquã ſibi eſſe
naturalem, cum à Deo candidiſsima condita ſit, & de-
coris eximij: ſed ab extrinſeco id ſibi contigiſſe ni-
groris, qui aliquando à ſe ſit auferendus, vt cum deal-
bata in propriam aſcendet patriam, innixa ſuper Chri-
ſtum dilectum ſuum. Vt autem appareat, quod prædi-
cta nigredo ab extrinſeco ſibi aduenerit, & quod pro-
pterea non debeat illudi, cauſam eius affert acciden-
tis, dicẽs: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolo-
rauit me Sol*: per Solẽ, inordinatam intelliges concupi-
ſcentiam, ex qua tãquam ex peſsima radice vniuerſa
ortum habent peccata, vniuerſaque ad malum pro-
uenit inclinatio, quoniam *u Vnuſquiſque* (vt ait Apoſto- *u Iac. 1.14.*
lus) *tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.*

At vero, vt horum, quæ à ſponſa dicuntur, veritas
omnibus fiat perſpicua, duo ſunt examinanda: Primũ,
quomodo concupiſcentia in anima dicatur eſſe ex-
trinſeca cauſa extrinſeci accidentis, cum ſit de intrin-
ſeca ratione ipſius animæ, quippe quę tres pręcipuas,
eaſque de ſui intrinſeca ratione habet portiones, ra-
tionalem, iraſcibilem, atque concupiſcibilem: Se-
cundum, quomodo concupiſcentia illa, quam ſponſa
inquit ſibi eſſe extrinſecæ nigredinis extrinſecam
cauſam, ſit Sol, quave ratione hoc ei competat Solis
nomen.

Quo ad primum ergo, ſciendum, concupiſcentiæ *Concupiſcẽtiæ nomen tripliciter ſumitur.*
nomen tripliciter apud Theologos vſurpari: Primo
vt ſignificat vim concupiſcendi: quæ concupiſcibilis
appellatur, & eſt præcipua portio appetitus ſenſitiui,
quæ ab iraſcibili diſtincta eſt: ſecundo vt ſignificat ap-
petitionem boni, quod conducibile videtur, vel aſſe-
quendi, ſi abſens ſit, vel cõſeruandi, cum adeſt. Tertio
vt ſignificat iſtã ipſam ſecundam appetitionẽ, ſed in-
ordinatam, ſed violẽtam, ſed rebellem, ſeu potius ip-
ſam concupiſcentiæ rebellionem, violentiam, inordi-
natiõnẽ, inclinationemq; ad malum. Primo quidẽ, ac
ſecundo modo accepta concupiſcentia ita eſt de in-
trinſeca ratione Animæ, quatenus eſt corpori cõiun-
cta, vt nullo pacto ab ea valeat ſeparari: taleſque con-
cupiſcentias habuere primi parentes in ſtatu innocẽ-
tiæ, & beati habebunt in patria, nec vllatenus homini
dici queunt extrinſecæ, quippe quæ concreatæ ſunt
cum ipſa animæ eſſentia à Deo omnium cõditore; vt
per eas homo bona, quæ ſibi conducibilia ſunt, concu-
piſcens, facilius hanc degat vitã, futuramque inquirat.
At ſponſa, cum inquit, à concupiſcentiæ Sole, tanquã *Concupiſcentia qua ratione dici queat extrinſeca animæ.*
ab extrinſeco quopiam, extrinſecam ſibi cauſatam
peccatorum nigredinem, concupiſcentiam haud ita
accipit: ſed ſumit eam in tertio ſenſu, prout frequen-
tius

tius in ſcripturis ſacris Spiritus ſanctus vſurpare conſueuit, non tam pro appetitione, quã pro ipſius appetitionis inordinatione, violentaq; rebellione, ac procliuitate ad malum, captiuante animam ad legẽ peccati, quam aliquando Apoſtolus *x* appellat peccatum; non quod ipſa vere peccatum ſit, ſed( vt ſancta Tridentina declarat ſynodus) quia ex peccato eſt, & ad peccatũ inclinat; de qua Iacobus Apoſtolus, *y Concupiſcentia*, inquit, *cum conceperit, parit peccatum*: Hanc cõcupiſcentiam nequaquam habuere primi parentes in ſtatu innocentiæ: ſed poſt peccatum dumtaxat, vt vitium naturæ, quæ creata eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis, quaſi quid extrinſecum illi adhæſit in illius peccati pœnam: vt quia ipſi à Deo rebellauerant, continuam in ſe concupiſcentiæ ſentirent rebellionem: & quia per pomum, quod male concupierunt, à ſummo declinauerant bono, continuam ad malum in ſe ſentirent procliuitatem, ſummamque ad bonum ſibi ineſſe intelligerent difficultatem: Hanc concupiſcentiã, quam hac ratione ijs extrinſecus aduenisse diximus, vniuerſis ſimul cum peccato originali ſuis communicauere, atque communicant poſteris. Porro quia ipſa eſt actualium peccatorũ omnium cauſa: idcirco præclare Anima Chriſti ſponſa illi veluti extrinſecæ cuipiã rei omnem adſcribit originem eius, quæ extrinſecus pariter in ſe eſt, nigredinis, dicens: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.*

*x Rom. 7. 7.*
*Seſſ. 5. can. 5.*
*y Iac. 1. 15.*

10 Quid vero concupiſcentia iſta, malorum omnium radix, quid inquã, habet cõmune cum Sole, à quo vniuerſa, quæ ſub cœlo ſunt, bona proueniunt? Propter duas, eaſque præcipuas Solis proprietates, quas & ipſa concupiſcentia cum illo communes habere videtur, fulgorem nimirũ, atque calorem, Solis vocabulo concupiſcentiã appellatam crediderim: has enim ambas ſuo modo habet & concupiſcentia lucida quidem illa videtur, ac maxime clara, quod cõcupiſcibilia, ad quę nos inclinare contenderit, clariſſima ſuo oſtendit lumine, exhibetque pulcherrima. At lumen iſtud, quod nobis oſtentat, verũ lumen nõ eſt, ſed eſt mera nugacitas, qua miſeras faſcinat Animas, mentis oculos perſtringens, vt obcæcatas miſero ſecum circumferat gyro. Exactiſſime hæc omnia ſapiens vnica expreſſit ſententia, cũ diceret: *z Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtãtia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia.* Quo loco animaduertendũ, quod nugacitatis nomine lumẽ ipſum, ac ſplendor ſignificatur concupiſcentiæ, quod cum apparens tantummodo ſit, recte nugacitas dicitur, quæ vana, ficta, & cõtemptibilis res eſt. Iſtius vero nugacitatis, iſtius falſo apparentis luminis concupiſcentię faſcinationem obſcurare inquit bona: primo enim per ſuum apparentem ſplendorem concupiſcentiæ faſcinat: tum ex faſcinatione ſequitur bonorum obſcuratio. Faſcinatio certe nihil aliud proprie eſt, quam præſtigium quoddã, quo perſtringuntur oculi, ne videant rem, prout eſt: ſic faſcinare quis dicitur, quando, vt quoſpiam decipiat, lumine falſo illorum perſtringit oculos, ne verum videre queant: & in hoc ſenſu hoc verbum accepit Apoſtolus ad Galatas ſcribẽs: *a O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorũ oculos Chriſtus proſcriptus eſt, & in vobis crucifixus?* Sic ergo in hoc ſenſu concupiſcentia miſeras falſo ſplẽdore faſcinat animas. Hinc ſequitur earundem animarum decoloratio, obſcuratio, atque etiam obcæcatio: nimio enim ſplẽdore, quo mala illa illuſtrat, quæ proſequenda proponit, mentis obcæcat oculos, ne bonorum percipere valeat veram, & ſubſiſtentem claritatem, ac pulchritudinem, ſicque ei optime congruit, quod de Sole ipſo in libro dicitur Eccleſiaſtici: *b Refulgens radijs ſuis obcæcat oculos*: ſic obſcurare dicitur & bona, & animas ipſas, quę bona illa proſequi debuiſſent: vnde ſicut per ſapientem dictum eſt: *Faſcinatio nugacitatis obſcurat*: Ita per Apoſtolum de Animarum obſcuratione dictum eſt: *c Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Quid mirum igitur ſi Chriſti ſponſa ab huiuſmodi concupiſcentiæ Sole decoloratam

*Concupiſcentia cur dicatur Sol.*
*Concupiſcẽtia quomodo dicatur lucida.*
*z Sap. 4. 12.*
*Concupiſcẽtia quomodo faſcinet, & quid ſit faſcinatio.*
*a Gal. 3. 1.*
*Concupiſcẽtia quomodo decoloret animam.*
*b Eccl. 43. 4.*
*c Rom. 1. 21.*

A ſe aſſerat, à quo tantis ſe tenebris offuſam intelligat? At multo rationabilius ab eodem Sole decoloratam ſe affirmat, quia vehementiſſimis illius combuſta ſit æſtibus, vnde ſecundum Aquilæ lectionem pro *decolorauit me*, inquit, *cõbuſſit me Sol.* Quis vero explicet quãti ſint huius Solis: quanti ſint concupiſcentiæ æſtus, qualiterve comburat, ac decoloret comburens? Præclare quidem in lib. Eccleſ. hæc explicata reperiuntur, vbi ſapiens ille, de viſibili loquens Sole, ait: *d Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris: Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exſufflans, & refulgens, radijs ſuis obcæcat oculos.* Ac ſi dicat, Solem ſeruare proprietatem fornacis ardentis in operibus ardoris: quoniam inſtar illius inflammat, & comburit. Tripliciter enim, id eſt, multo plus, quam alias terræ partes, comburit montes ſuper illos exſufflans, ac copioſe effundens, vel efficacius, vt ſit comparatio Solis cum eo, qui fornacem accendit, continuaque fouet materia: Ac ſi dicat, eſt aliquis, qui accendit fornacem, eamque cuſtodit, ac fouet ſubminiſtrando materiam pro conficiendis operibus ijs, quæ æſtu & ardore fiunt: At Sol triplo magis exurit montes, id eſt Solis in calore efficacia longe excedit quamlibet accenſam fornacem, cum totos montes exurat, quos ſuis radijs primum attingit, & verberat: Porro hæc non minus ſoli concupiſcentiæ, quam corporeo ac viſibili congruunt: Concupiſcentia enim & ipſa in ijs, quæ in Anima efficit, operibus ardoris, ſeruat proprietates fornacis ardentis, quia inflammat, & vrit: Immo eſt ardentiſſima fornax, ardentiſſimuſque clibanus: Vnde & de impijs per Oſeam dicitur: *e Omnes calefacti ſunt, quaſi clibanus; quia applicauerũt quaſi clibanum cor ſuum, cum inſidiaretur eis*, ſcilicet diabolus: *tota nocte dormiuit coquens eos, manè ipſe*, ſcilicet clibanus, ipſa concupiſcentia, *ſuccenſus quaſi ignis flammæ.* Quamuis ſi iſta Prophetæ verba exactius perpendantur, per ea non tam ſignificatur, quod concupiſcentia ſit clibanus; quam quod eos, quos ipſa ſuccenderit, tantis inflammet ęſtibus, vt illos ardentiſſimos reddat clibanos: ac præclare quidem cor malorum dicitur clibanus, à coquente ſuccenſus; ſicut enim clibanus à coquente ſuccenditur, & ab igne, qui intra ipſum voluitur, omni ex parte calefit, ac denigratur: ſic & cor impiorum igne concupiſcentiæ incenditur, & ab eodem igne intra ipſum ſeſe voluente ad impietatis opera præparatur, ac denigratur: ita vt iure dicere queant, ſe ob peccatorum maculas nigros, ac fuſcos eſſe, quia Sol, atque ignis iſte eos decolorauit. Quod ſi concupiſcentiæ æſtus tanti ſunt, vt corda hominum ardentiſſimos reddat clibanos ardentiſſimaſque fornaces; profecto multo maiores ijdem dicendi ſunt, quam cuiuſlibet fornacis ardores, multoque concupiſcentia ipſa dicenda eſt ardentior, quam quælibet ardentiſſima fornax: quod clare ſub metaphora Solis iſtius viſibilis in Eccleſiaſtico explicabatur: *f Tripliciter enim*, pluſquam fornax cuſtodita *in operibus ardoris Sol exurit montes, radior igneos exſufflans*: nam cõcupiſcentiæ vis quoad calorem longe excedit quamcumque fornacem accenſam. Neque vero myſterio vacat, quod Sol iſte tripliciter comburere dicitur, monteſq; præcipue: ſiquidem maioribus à concupiſcentia ij comburuntur æſtibus, qui inſtar montium per ſuperbiam eleuati fuerint, cum ſuper inflatos exſufflet radios igneos. Tripliciterque eos comburit, quia *g Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut eſt concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ*: hoc triplici igne miſeras comburit animas, tantumque in eas inijcit ardoris, vt præcipites, ni diuina adiuuet gratia, in quodcumque præcipitiũ illas deuoluat; qua de re querebatur Apoſtolus, dicẽs: *h Non quod volo, bonũ, hoc facio, ſed quod nolo, malum, hoc ago: Video enim aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* Hocq; illud eſt, quod egregie ſignificat ſapiens, per illa, quæ tetigimus, verba: *i Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitia*: vbi pro dictione, *Inconſtantia* in Græco eſt dictio ῥεμβασμός, quæ proprie ſignificat circumrotationem

*Concupiſcẽtiæ æſtus quibus animam comburit, & decoloret, quales ſint.*
*d Eccl. 43. 4.*
*Simile.*
*Simile.*
*Concupiſcẽtia eſt fornax ardentiſſima.*
*e Oſe. 7. 6.*
*Simile.*
*Concupiſcẽtia eſt quali-bet fornace ardentior.*
*f Eccl. 43. 4*
*Concupiſcẽtia quid faciat animæ, cum illam comburit æſtibus ſuis.*
*g 1. Io. 2. 16.*
*h Rom. 7. 19.*
*i Sap 4. 12.*
*Concupiſcẽtia inſtar fundæ circũrotat animã.*
*Simile.*

funde,deduciturq; ab ipſo nomine fũdæ,quæ in Græ- A
co dicitur ῥεμβὼν atq; adeo indicat,ipſam cõcupiſcen-
tiam ſua inconſtantia ſemper modo in hæc, modo in
illa circumuerti , ſecumque miſera circumrotatione
circumferre & Animas, atq; illas præcipites proijce-
re, nõ ſecus ac funda illud proijcit,quod circumrotat
ſaxum: ſic autẽ ſenſum,qui prius erat ſine malitia,ani-
mamve tranſuertit , quæ ſine malitia à Deo condita
Paraphra-
ſis.
fuerat: ac de pura,& candida in nigram vertit,& fuſ-
cam. Quapropter iure, ipſamet inquit: *Nolite me cõſide-
rare,quod fuſca ſim,quia combuſſit,ac decolorauit me Sol:* Ac
ſi dicat; Licet cõpluribus aliquando peccatorum ma-
culis fuerim deturpata: licet & nunc propter aliquas
peccatorum reliquias,ac propter iugem carnis,& ſpi- B
ritus pugnã,quã ſentio in membris meis,ſim aliquan-
tulum fuſca;haud tamen propterea à vobis deſpicien-
da ſum,turpiſque cẽſenda, nam & nigredo præterito-
rum peccatorum,& fuſcus iſte color , quem modo in
me conſideratis, extrinſecum accidens ſunt , & extra
meam illam rectam,qua in Adam condita ſum, natu-
ram: ijs decolorauit me Sol concupiſcentiæ, idque per
ſuum falſum ſplendorẽ, perque ardentiſſimos æſtus,
quibus me combuſſit. Hoc nempe accidens, intrinſe-
cum meum non tollit decorem , ſi diuina me adiuue-
rit gratia : ſicut & concupiſcentiæ Sol meos omnino
perſtringere non valet oculos, nec tantis me amplius C
cõburere poteſt æſtibus;quandoquidem,vt probabili
conijcio opinione, Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Do-
minum noſtrum ita me liberauit de corpore mortis
huius deque his æſtibus, vt quamuis denigrẽt me ali-
quantulum per continuam pugnam, perque alia pec-
cata venialia; non tamen ita comburunt, vt eam de-
turpent pulchritudinem meam, propter quam me in
ſuam Chriſtus aſſumere dignatus eſt ſponſam.

## V.VI.c.I. *Nolite me cõſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* D

### Expositio IIII.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

11
Primus
ſenſus.
*Rup. Abb.*

DIxerat in præcedenti ſententia B. Virgo,loquens
cum filiabus Ieruſalem terrenæ, perfidos cõpel-
lans Iudæos,Nigram ſe quidem eſſe in opinione ipſo-
rum, quatenus corruptam illam blaſphemare non
erubeſcerent. Verumtamen eſſe formoſam , ac virgi-
nem, quamuis in vtero habuerit , atque ex vtero pro-
tulerit filiũ. Nunc idipſum confirmat; afferens ratio-
nem, qua probet id,quod impoſſibile videtur , vt vna
& eadem vno eodemque tempore ſit mater & Virgo, E
ſit prægnans,& incorrupta. Ratio autem ea eſt,quia
*Maria quomod, dicatur decolorata ex Chriſti partu.*
*a Io.1.9.*
decolorauit eam Sol,ille nimirum Iuſtitiæ Sol,*a Qui il-
luminat omnem hominem venientem in hunc mundũ*: Verbũ
æternum. Ait igitur ad eos ipſos, quos prius allocuta
fuerat,vel ad eos,qui eorum ſequerentur errorẽ: *Noli-
te me cõſiderare quod fuſca ſim*: Nolite me deſpicere,quod
in Iudæorum perfida opinione ſim fuſca,atque corru-
pta. *Nolite me conſiderare,quod fuſca* aliquantulũ fui,cum
filium concepi, ac peperi: quia iuxta ordinem naturæ
quæcumque conceperit, ac pepererit fuſca ſit,corru-
Paraphra-
ſis.
pta,atque Virginitatis expers: Nolite inquã,hoc con-
ſiderare ſecundum communem , ac vniuerſalem na-
turæ regulam: *quia decolorauit me Sol.* Neque enim con- F
ceptus , ac partus meus eſt cuiuſpiam puri hominis,
nec quod concepi, ex ſemine hominis concepi : ſed
*b Luc.1.35.*
*b Quod* in me *natum eſt,de Spiritu Sancto eſt*: Verbũ æter-
nũ æterni Patris filius fieri dignatus eſt & filius meus:
ipſum me matrem effecit: ipſum eſt , quod intra mea
viſcera , de meis ſanguinibus carnem ſibi aſſumpſit
humanam: ipſum eſt, quod me ſuo decolorauit con-
ceptu,& partu,& decolorauit, vt ſol. Quemadmodũ
*Simile.*
enim ſol influentia ſua abſque vlla terræ confractio-
ne, ita illius penetrat viſcera , vt in ipſis internis eius
viſceribus,eam decoloret, producens è terra ipſa ful-
gentiſſimum aurum abſque ipſius auri ſemine;eodem
*Chriſtus ſumens carnẽ ex Maria decolorauit illã quomodo ſol decolorat terram, atq; cryſtallum*
pacto & Dei filius verus iuſtitiæ Sol abſque vlla virgi-
nitatis meæ confractione ,omnipotenti diuinitate ſua
mea penetrauit viſcera , ibique abſque vllo humano
ſemine de meis ſanguinibus puriſſimum ac fulgen-
tiſsimũ humanitatis ſuæ produxit aurum: Ita me de-
colorauit,quia ſemetipſo reddidit grauidam. At vero
decoloratio iſta haud talis eſt , vt propter eam quaſi
fuſcam,atque corruptam deſpicere me debeatis : ſed
eſt decoloratio admirabilis, decoloratio tanti ſplẽdo-
ris,vt oculos perſtringat humanos ; eorum nimirum
obcæcans mentes, qui humanis rationibus tantũ in-
tueri velint myſterium : Matrem enim me fecit , ac
Virginem: quod mens capere nequit humana. Quid
ergo conſideratis me fuſcam? An quia ſol in puriſſi- *Simile.*
mam cryſtallum abſque vlla eius deturpatione im-
mittit ſplendorem , quo intuentium perſtringuntur
oculi , propterea cryſtallus ipſa fuſca dicenda eſt , at-
que obſcura? Imo vero tunc multo per ſolis intuitum
pulchrior ea reddita eſt, atque fulgentior , & magis
pura: fuſci ſunt oculi : obſcuri ſunt oculi , qui nimis in
illam defigũt obtutum: ita pariter haud ego fuſca cẽ-
ſenda ſum,atque per corruptionem obſcura : *quia de-
colorauit me Sol,* tam admirabilem abſque vlla mei cor-
ruptione in me immittens ſplendorem , vt Mater ſi-
mul eſſem,& virgo : fœcunda,& incorrupta. Hæc
quidem,ſi per nigredinem, impiam ſumamus de vir-
ginalis pudicitiæ corruptione ſententiam ; & per for-
moſitatem , illibatam virginitatem cum fœcunditate
coniunctam.

Verum cum per nigredinem peccatum quoq; de- *Alter ſenſus.*
ſignari videatur ; alterum plane non contemnendum
tum ſuperioris , tum præſentis verſus afferre poteri-
mus ſenſum: vt B. Virgo ſuam quidem in his cõmen-
dare velit pulchritudinem,puritatem,ac ſanctitatem,
eam tamen omnem ſuo adſcribens ſponſo, quem in
infinitum ſe ipſa & formoſiorem fatetur , & purio-
rem,ac ſanctiorem.

Vt autem bene ſenſus iſte percipi poſsit, nonnulla 12
ex ſacra ſupponenda ſunt Theologia : Nimirum tam
*Immunitas ab omni peccato, & plenitudo gratiæ quo diſcrimine competant Chriſto ac B.Virgini.*
Chriſtum,quam B.Virginem ab omni immunes fuiſ-
ſe peccato, vel peccati macula, omninoque fuiſſe im-
peccabiles: *c* oportet *enim vt* nobis *eſſet Pontifex, ſanctus,
innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus & excelſior cælis
factus*: at huius Pontificis & Matrem ſanctam , inno-
centem, ac impollutam eſſe decebat , & propterea
*d Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſsimus.* Inſuper tam *c Heb.7.26.*
Chriſtum , quam eius ſanctiſsimam matrem gratia
plenos extitiſſe: Siquidem, ſicut de Chriſto apud Ioã- *d Pſ.45.5.*
nem dicitur *e* fuiſſe *plenum gratiæ, & veritatis*, ita & B. *e Ioan.1.14*
Virgo apud Lucam ab Angelo dicitur *f gratia plena.* *f Luc.1.27.*

Attamen maximum adeſt diſcrimen inter Chriſtũ,
& matrem tum in immunitate à peccato: tum etiã in
plenitudine gratiæ. Enim vero Chriſtus Dominus ita
eſt immunis à peccato, vt nullo pacto cuipiam pecca-
to obnoxius eſſe potuerit: tum quia non traxit origi-
nem ex infecta radice , conceptus de ſpiritu ſancto:
tum quia gratia vnionis talis , ac tanta eſt , vt repug-
nantiam habeat cum ipſa formali deformitate pecca-
ti, & ex vi talis vnionis ex debito omnimoda ei com-
municata eſt immunitas à peccato. Sed Beata Virgo
ex vi ſuæ conceptionis obnoxia fuit originali pecca-
to, debitumque habuit contrahendi illud, niſi id diui-
na impeditum fuiſſet gratia. Siquidẽ ipſam in Adam
peccaſſe, manifeſtum eſt, *g Omnes enim in Adam* pec- *Maria redempta fuit à Chriſto.*
caſſe,& ideo indiguiſſe redemptione , inquit Apoſto-
lus: nec poteſt ab vna generali clauſula magis quam *g Rom.3.23.*
ab alia illa excipi ; nam vtramque exceptionem æque *Auguſtinus*
falſam exiſtimat Auguſtinus : certumque de fide eſt, *lib.2.de*
eam à Chriſto, qui fuit vniuerſalis totius humani ge- *pecc.merit.*
neris redemptor , fuiſſe redemptam : & ſi Chriſtus *cap.20.21.*
pro ea mortuus eſt , profecto & ipſam aliquo pacto
mortuam fuiſſe neceſſe eſt, ſaltẽ in Adam, iuxta Apo-
ſtoli illationem, quia *ſi vnus pro omnibus mortuus eſt*, ergo
omnes mortui ſunt: *h Et ſicut in Adam omnes moriuntur,* *h 1. Cor.15.*
*ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Atque hinc patet *22.*
diſcri-

diſcrimen, quod hac in immunitate inter ipſam dicebam eſſe, ac Chriſtum: quod ipſa ſecundum naturam obnoxia erat peccato: ex gratia tamen ac ſingulari priuilegio ab illo eſt præſeruata, atque in primo inſtanti ſuæ conceptionis præcipuum hoc ei collatum eſt donum, vt nec originali eſſet infecta, nec ab actuali vllatenus poſſet denigrari; at Chriſtus Dominus nec ſecundum naturã vllo pacto obnoxius fuit peccato, & ex debito perfectiſsimo modo hanc ipſam immunitatem habuit.

*Gratiæ plenitudinem quomodo habuerint Chriſtus, et B.Virg.*

Neque minus inter eoſdem ineſt diſcriminis in eo, quod pares eſſe videbantur in plenitudine gratiæ: Nam Chriſtus eſt principium gratiæ, ſecundũ diuinitatem quidem authoritatiue, ſecundũ humanitatẽ vero inſtrumentaliter, iuxta illud *i*: *Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*: atque adeo talem habuit Gratiæ plenitudinem, vt ea in ipſo fuerit & in maxima excellẽtia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus, & omnino (vt loquuntur Scholaſtici) quæ pertingeret ad ſummum gratiæ, & quantum ad eſſentiam, & quantum ad virtutem, provt alias declaratum à nobis eſt ex S. Thoma; Beatiſsima autem Virgo, licet habuerit gratiam ſufficientem ad ſtatum illum Matris Dei, ad quem fuerat electa: tantamque gratiæ plenitudinẽ, vt eſſet propinquiſsima auctori gratiæ, nõ tamen habuit gratiam in ſumma excellentia qua poteſt haberi, nec ad omnes gratiæ effectus: Et idcirco quamuis ex parte ſui ipſius dicta ſit gratia plena: nõ eſt tamen ita gratia plena, ſicut eſt Chriſtus, qui plenitudinem habuit gratiæ ex parte ipſius gratiæ, vt dictum eſt: quin & eam ipſam, quam Maria habuit, plenitudinem per Chriſtum communicatam accepit.

i Io.1.17.

His animaduerſis facile eorum, quæ hic dicuntur, percipietur ſenſus: Ait enim Beata Virgo: *Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar: Sed formoſa ſicut pelles Salomonis*: Ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

Secundum naturam quidem ego eram nigra, ac peccato originali obnoxia, ſicut & reliqui omnes, qui in corporis tabernaculo peregrinantur: Verumtamẽ ex diuina, quæ me præſeruauit, gratia, ſum formoſa, atque ab omni huiuſmodi originalis, vel etiã actualis peccati macula immunis, ſicut pelles Salomonis, id eſt ſicut tabernaculum, ac tentorium veri Salomonis, Regiſque pacifici: ſicut corpus Chriſti, ſicut ipſa humanitas Chriſti, in qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Ego enim ſum quoddã eiuſdem Chriſti tabernaculum, in quo per nouem commoratus eſt menſes, quodve vt tali eius habitationi eſſet idoneum, ſanctificauit Altiſsimus, maximaque illuſtrauit gratiæ plenitudine.

*Greg.PP. Bernard.*

Ne quis autem ex his eius verbis, & ex hac ſimilitudine exiſtimaret, ita illam eſſe formoſam, & quoad perfectiſsimam à peccatis immunitatem, & quoad omnimodam gratiæ plenitudinẽ, ſicut eſt Chriſtus, abſque vllo inter vtrumque diſcrimine: agnoſcens immenſam ſui ab illo diſtantiam; eximio quodam modo quicquid in ſe relucet decoris, ipſi adſcribit Chriſto, ſummamque pulchritudinis, ac gratiæ eius extollit excellentiam, vtpote quæ tãta ſit, vt in illius comparatione ipſa fuſca quodammodo videatur, etiamſi nihil in ſe vmquam fuerit maculæ: ſubijciens: *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

*Maria fuſca videtur comparata ad Chriſtum Simile.*

In comparatione quidem Chriſti adeo ab illius puritate, & ab illius gratijs vniuerſa ſuperatur puritas mea, decor meus, omniſque gratiarum mearum cumulus, vt fuſca quodammodo videar: Attamen Animæ fideles, nolite me deſpicere, *quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Chriſtus.n. verus Iuſtitiæ Sol hoc pacto me vobis fuſcam apparere fecit. Quemadmodũ enim Sol iſte corporeus lucidiſsima quæq; cum ipſe apparuerit, obſcurat ſidera: ita & ille me ſua decolorauit præſentia. Verũ ſicuti quãdo Sol iſte corporeus obſcurare videtur ſidera, tantum abeſt, vt quidpiam in eis vel realiter efficiat, vel manifeſtet obſcuritatis, quod tunc magis ſuum illis impertitur lumẽ, cum ea aſpexerit præſens: totaq; illa obſcuratio eſt ex parte noſtri, quibus in præſentia maioris luminis obſcurũ videtur lumen minus: Eodẽ modo quando me Chriſtus decolorauit, ſua magis illuſtrauit gratiæ luce: maioremque mihi impertijt ſplendorem, cum ſit filius meus; at quod decolorare videtur, fuſcamque oſtendere, id ex veſtræ prouenit mentis debilitate.

---

## V.VI.c.I. *Nolite me cõſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphraſis Chaldaica: dicit cœtus Iſrael coram populis: Nolite me deſpicere, eo quod nigrior vobis ſum, & quia feci iuxta opera veſtra, & adoraui Solem, & Lunam. 13

Suppoſitis ijs, quæ iam dicta ſunt circa intellectum verbi παρέβλεψεν, quod ab aliquibus hic in verſione Sept. ſumitur pro aſpexit ſimpliciter, aut directis radijs, ab alijs pro torue, ſeu oblique aſpexit.

Sciendum Solis nomen hoc loco multipliciter accipi apud antiquos Patres; quidam enim in bonũ illud vſurpatum cenſent, quidam vero in malum. Qui in bonum: Solis vocabulo vel Deum, & Chriſtum deſignatum exiſtimant: vel zelum Dei: vel ardens, quo flagrat anima, deſiderium eiuſdem Dei: vel charitatis æſtus, hæc tria poſtrema deſignata cenſuit Bernard. ſerm.28. in Cant. per Solem quippe accipit Dei, ac iuſtitiæ zelum, quo ſponſa accenditur, & accingitur aduerſus malignantes, iuxta illud: *a Zelus domus tuæ comedit me.* Et: *b Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici tui.*

*Bernard. Zelans honorem Dei decoloratur à Sole.*

a Pſal.68.10.

b Pſal.118.126.

Charitatem vero accipit, quatenus per decolorari à Sole inquit, ſignificari igneſcere charitate fraterna, flere cum flentibus, cum infirmantibus infirmare, vri ad ſcandala ſingulorum.

*Charitas quomodo decoloret animam.*

Accipit deniq; ardens Dei deſiderium, ſupponens, colorem fuſcum in pia Anima eſſe amoris Dei languorem, ſicut ſe declarat; Languor iſte coloris quædã exterminatio eſt, & defectus in deſiderio animæ, iuxta illud *c*: *Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus:* Ergo inſtar vrentis Solis, deſiderij ardor peregrinantem in corpore decolorat, dum vultum gloriæ inhiantem impatientem facit repulſa, & excruciat amantem dilatio.

*Deſiderium cœleſte quomodo decoloret animã.*

c Pſ.76.7.

Qui Deum & Chriſtum verum Iuſtitiæ Solem intelligunt, multifariam hæc exponunt.

Poſſunt autem varij eorum ſenſus reduci ad ſex exponendi modos, quorum primus eſt, vt ſint verba Synagogæ, prout exponit Ambroſius ſerm.2. in pſa. 118. verſ. primo, proponens illam talibus, per hæc filias Ieruſalem, & fideles alloquentem, quæ & cuilibet animæ peccatrici tribui poſſunt.

*Ambr.*

Nolite refugere me, quia fuſca ſum. Ideo fuſca ſum, quia Sol me reliquit, inquit, Synagogam talia ſibi velle per iſtiuſmodi verba: Amiſi colorem vultus mei: obtuſa facta eſt acies oculorum meorum, quibus ante Solem videbam: in tenebris ambulo, quæ diem Chriſti neſcio.

*Synagoga eſt fuſca, quia eſt deſtituta aſpectu Chriſti.*

Nolite tamen deſpicere me, quoniã qui reliquit, poteſt rurſum aſpicere, miſereri iterum: Solet congregare diſperſos, deſertos requirere, colligere deſtitutos. Omnes tribus Iſrael conuenite: aſpicite me decoram antea dilectam: Nolite aſpicere me, quoniam offuſcata ſum: hoc eſt, nõ hoc ſolum aſpiciatis, quia offuſcata ſum: Nõ eſt intuitus me Sol, & ideo offuſcata ſum; ſed lucet Sol ſuper iuſtos & iniuſtos: ſuper iuſtos pro gratia, ſuper iniuſtos pro miſericordia, illis mercedem meritorum tribuens, iſtis peccata dimittens. Et gentibus non lucebat ante, nunc lucet. Nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: qui illis remiſit, remittet & mihi. Nolite arbitrari, quoniam offuſcata ſum, quod penitus reliquerit me Sol, & iam non intueatur, non requirat & gratiam.

*Anima decolorata per peccatum, quia non admiſit Chriſti intuitum.*

Diſſimulauit à me, quia non ſeruaui mandata eius, reconciliabitur, cum viderit meorum pœnitentiam delictorum.

*Ambroſius Eccl. ex gentibus prius erat fuſca, quia non reſpiciebatur à vero Deo.*

Non vidit me Sol, quia non recepi venientem. Nō aperui feneſtras, vt lumē vitæ intraret: cū aperuero, illuminabit oculos meos, qui venit, vt totum mundum illuminaret; & videant etiam non vidētes.

In ſermone autem 12. verſiculo primo, item in Pſal. 118. eandem ſequens lectionem: *Quia non reſpexit me Sol*, Eccleſiæ ex Gentibus hæc tribuit, quibus obiectam à Iudæis ſibi nigredinem ignobilitatis, & præteritæ idololatriæ purgat, quod nigrorem illum habuerit, quia ipſam haud reſpexerit ſol Iuſtitiæ, vt B indignam tali eius aſpectu.

*Diuerſitas ſolis ſenſibilis, & Dei ſolis ſpiritualis in denigrando. Origenes.*

Quem ſenſum clarius explicauit Origenes hom. 2. ex quatuor, vbi conſtituta differentia inter ſolem iſtum corporeum, qui tunc magis denigrat, quum magis quempiam aſpicit: & ſolem incorporeum Deum, qui tunc denigrare dicitur, cum deſpicit, nec intuetur aliquem, quouſq; magis ad libram ſui ſplendoris cōſiſtentes reſpexerit, eos magis illuſtrat, omnique circumdat fulgore: inquit, hic Eccleſiam Gentium proſequi purgationem nigredinis ſuæ, vtpote, quæ non ſit ſibi naturalis: Sed deſpectu ſolis facta ſit: nempe quia cum Sol iuſtitiæ eam nō inuenerit C recte ſtantem, nec ipſe in eam rectos direxerit lucis ſuæ radios. Ac ſi diceret: Ego ſum populus Gētium, qui prius non aſpexi ad ſolem iuſtitiæ, nec ſteti ante Dominum & ideo nec ille me aſpexit, ſed deſpexit: neque adſtitit mihi, ſed præterijt.

14

*Peccator dicitur niger, quia ſit deſtitutus aſpectu diuino. Ambroſius.*

Secundus exponendi modus eſt, vt per hæc pia Anima purget nigredinem vitæ iniquæ præteritæ, præteritorumque ſcelerum ſuorum: Modus autem iſte eſt triplex iuxta triplicem lectionem.

Ambroſius quippe libro de Iſaac, & Anima capitulo quarto legens: *Quia non eſt intuitus me Sol*, indicat, per id excuſare ſe animam, ſeu potius in hoc referre cauſam prædictæ nigredinis, quia tunc deſtitu- D ta fuerit aſpectu diuino. Quod intelligendum eſt in eo ſenſu, quem ſupra explicauit idemmet Ambroſ. ſerm. 2. in pſal. 118.

*Io. Chryſ.*

Ad hunc quoque ſenſum referri poſſunt, quæ dicuntur à Ioanne Chryſoſtomo hom. 37. in Matth. ſi non intellexeris, veniet Dominus, vt perdat te, & de templo ſanctitatis expellat, & aliam ſponſam de Gentibus caſtiorem inducat in cubiculum ſanctitatis, vt tu proiecta, & in tenebris conſtituta dicas per Salomonem: *Ne aſpexeritis me, quoniam ego ſum denigrata, quoniam deſpexit me Sol.* Tametſi hæc ad Synagogam directa ſint.

*Origenes. Oblique ambulans coram Deo efficit, vt Deus pariter contra eum obliquus procedat.*

E Secundo Origenes hom. 3. ex quatuor accipiens verbum *deſpexit*, pro oblique reſpexit, hiſce loquentem eandem proponit animam.

Hinc eſt in me, quam exprobras, iſta nigredo, quia deſpexit me Sol propter incredulitatem, & inobedientiam, ac peccata mea; cum vero recte ſtetero ante eum, & non fuero obliqua in aliquo, neque declinauero ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed fecero rectas ſemitas pedibus meis, contra ſolem Iuſtitiæ incedens in omnibus iuſtificationibus eius ſine querela, tunc & ipſe rectus me deſpiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit cauſa vlla deſpectus, & tunc reddetur mihi lux mea, & ſplendor meus. Probat au- F tem Origenes, quod obliquitas vniuerſa, taliſque Chriſti deſpectus ſit à nobis, ex noſtra incōſtantia, & inſtabilitate, non ex Deo, qui ex parte ſua ſemper recte aſpicit. Primo exemplo regulæ rectiſsimæ, quæ ſi curuo ligno adhibeatur, videtur quidem per illam argui ligni prauitas; non tamen regula eſt, quæ ligno cauſam peruerſitatis impoſuit. Secundo ex loco Leuitici, iuxta lectionem Sept. vbi inquit Deus d: *Si inceſſeritis mecum peruerſi, incedam & ego vobiſcum peruerſus*: Siue vt in alijs exemplaribus: *Si inceſſeritis mecum obliqui, incedam & vobiſcum obliquus*, & paulo inferius: *Quoniam ambulauerunt in conſpectu meo obliqui, & ego ambulabo in furore meo cum eis obliquus.*

*Origenes. Obliquitas & peruerſitas omnis eſt à nobis. Simile.*

*d Leuit. 26.23. Peccator decoloratur per aſpectum Dei ex mala ſui diſpoſitione.*

Tertio idem Origenes homil. 1. ex duabus in hūc ſenſum hæc tribuit vel Synagogæ, vel Animæ, vt dicat: Ne admiremini coloris eſſe me tetri: Sol deſpexit me, pleno quippe radio in me luminis ſui fulgor illuxit, vt eius ſim calore fuſcata: neque enim vt decuerat, vt ſolis dignitas expetebat, illius in me Lumen excepi. Quæ explicari poſſunt per doctrinam ipſiuſmet Origenis homil. 2. ex quatuor, quod ſicut Sol duplicis eſt virtutis, vnius, qua illuminat; alterius, qua adurit: Sed pro rebus, aut materijs ſubiacentibus illuſtrat aliquid, nitorem ei conferens, aut infuſcat aliquid ardore: Sic & Sol iuſtitiæ, radios immittens in quempiam indurare aliquando dicitur, & obfuſcare cor, animā'ue illius, quod ſi talis ſit materia cordis eius, quæ præſentiam eius non ea accipit parte, qua illuminat, haud exhibens ſe aptam ad ſuſcipiendum lumen gratiæ ipſius; ſed ea, qua adurit, luteam ſe quodammodo illius obijciens radijs.

Tertius exponendi modus eſt, vt pia Anima decoloratam ſe dicat à Chriſto, quatenus quantumlibet alioquin fulgeat ſanctitate: in comparatione tamen illius iuſtitiæ ſolis fuſca apparet, æque ac ſtellæ fulgorem amittere videntur in comparatione ſolis huius viſibilis. Ita Gregorius Papa Comment. in Cant. & Bernard. ſerm. 28.

*Anima ſancta in comparatione Chriſti videtur fuſca. Greg. PP. Bernard.*

15

Quartus modus eſt Philonis Carpathij, qui pro παρέβλεψεν *deſpexit*, apud Sept. videtur legiſſe περιέβλεψεν *circumſpexit*, atque adeo exiſtimat, Eccleſiam, aut piam Animam ſignificare, ſe haud contemnendam ob nigrorem, quia tametſi ante fidem vita & moribus tenebroſa fuerit; attamen poſt fidem conſecutam ex ſola diuina clementia, à ſole iuſtitiæ fuit illuſtrata, & dealbata, dum is ipſam vndequaque circumſpexit.

*Animam fidelem illuſtrat Chriſtus vndequaque illā ſuo circumſpiciens fauore. Philo Carp.*

Quintus exponendi modus eſt Anſelmi, qui arbitratur, Eccleſiam, aut piam animā verbis hiſce ſignificare, ſe nequaquam eſſe contemnendam, quia fuſca ſit tribulationibus, ac perſecutionibus, quandoquidem illas patiatur propter Chriſtum iuſtitiæ ſolem.

*Tribulationes toleratæ propter Chriſtum non faciunt hominem contemptibilem Anſelmus.*

Sextus denique modus eſt Ruperti Abbatis, qui ait, B. Mariam per hæc ſignificare, ſe concepiſſe in vtero non ex humano ſemine; ſed quia Deus verus ſol ipſam implerit, quod fuſius explicatum videre eſt in primo ſenſu noſtræ expoſitionis quartæ.

*Maria decolorata quatenus impleta à Sole diuino per quem concepit. Rup. Abb.*

Ex ijs qui in malum hoc loco ſolis nomen vſurpatum arbitrantur, quidam tentationes diabolicas, earumque æſtus deſignatas opinantur. Ita Gregorius Nyſſenus hom. 2. in Cant. inquit, Animā, quæ peccatis extiterit obnoxia, hoc loco ſignificare, ſibi hanc nigredinem nequaquam eſſe naturalem, quippe quę à Deo condita ſit puriſſima, & ad ſui ipſius imaginē: neque fuiſſe cōſentaneum, vt ei, quæ lucidis Dei manibus fingebatur, illineretur forma aliqua tenebricoſa, & nigra: ſed eſſe aduentitiam, cum Sol tentationis ardentem æſtum per fraudem inijciens, eius formā ex ſplendido colore mutauit in nigrū: Deiecit enim, inquit Nyſſenus, Sol iſte primum germen adhuc imperfectum, & carens radicibus: & priuſquam aliquem acquiſiuiſſet habitum, & per agriculturam rationum in profundo potum dediſſet radicibus, ſtatim per inobedientiam viridi, & florente forma exſiccata, per æſtum nigrum effecit.

*Greg. Nyſſ. Nigredo peccati ex tentationis æſtu irrepſit in animam. Greg. Nyſſ.*

Idipſum alio pacto explicat Hieronymus libro tertio cōment. in Amos, in cap. tertio, aſſerens, animam dicere. *Nigra ſum, ſed ſpecioſa, quia decolorauit me Sol.* Corpora enim vmbris, ocioque marcentia tentationes, & æſtus ſeculi ferre non poſſunt: quæ autem ad luctam, & ad certamina præparantur Sole ſiccata, ſuperant mundi iniurias, & benedictionem ſancti Spiritus conſequuntur dicentis ad iuſtum e: *Per diem Sol non vret te neque Luna per noctem.* Aponius eodem fere ſenſu per Solem diabolum ipſum ſumit.

*Hieron. Amos 3.*

*e Pſ. 120. 6. Aponius. Eccleſia, & pia anima nigredinem miſeriarum habent ex ſole perſecutionum, & tribulationū. Caſſiod.*

Alij eadem Solis metaphora deſignatos affirmant æſtus perſecutionū, & ærūnarū. Ita Caſſiodorus dicēs, ſimile eſſe id, quod hic dicitur à ſponſa, ei, quod dicitur ab Apoſtolo f. *Nolite deficere in tribulationibus meis,* quæ

*f Eph. 3. 13*

g Ro. 8.18. h Matt. 13. 6. Beda.

*quæ eſt gloria veſtra:* g *non enim ſunt cõdignæ, &c.* Idipſum & Beda ex eo Euangelij, *h* vbi Dominus ſignificauit parabola ſeminis, iacta in petram ſemina, Sole orto æſtuaſſe, & quia non habebant humorem aruiſſe, quod poſtea declarans, addit: *Facta autem tribulatione, & perſecutione propter verbum continuo ſcandalizantur.* Idipſum Iuſt. Orgelitan ac Bern. Serm. 28.

Iuſt. Orgel. Bernard. Theodoritus. Ex idololatria prouenit nigredo in Gentes, & in Synagogam. i Cant. 8. 5.

Theodoritus videtur ſequi ſenſum paraphraſis Chaldaicæ, ait enim ſponſam in his talia ſibi velle: *Ne diſpiciatis me, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Quæ in præſentia fuſca ſum, candidiſſimam eſtis conſpecturæ, & præ admiratione conclamabitis, *i* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? Vobis autem & cauſam huiuſce nigredinis exponam. Denigrata ſum, dum creaturas adoro, omiſſo Creatore, & Solem hunc aſpectabilem colo, pro Sole iuſtitiæ: Verum, quæ ſit inter hunc, atque illum differentia animaduertens, relicta creatura ad Creatorem adorandum me contuli. *Nolite* igitur *me, quod fuſca*, nigraque *ſim conſiderare.* Me namque Sol aſpexit, vel (vt Symmachus interpretatur) attigit me Sol.

## *Ex* Verſ. VI. c. I. *Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me: poſuerũt me cuſtodẽ in vineis: vineã meã nõ cuſtodiui.*

### Expositio I.

*Quo ad literæ ſonum.*

16 PRoſequens Sponſa afferre extrinſecam, & accidentariã nigredinis ſuæ cauſam: cũ iã ſignificaſſet, inde eam proueniſſe, quod Solis combuſta fuiſſet ardore: Nunc affert rationem, quare ſic à Sole decolorata fuerit. Quæ autẽ ab ea dicũtur hoc pacto iuxta Rabbi Abraham Aben Eſdra congruenter inter ſe connecti, congruumque huiuſmodi ſenſum habere poſſunt: Fratres mei incenſi ſunt rixa, & cõtentione aduerſum me, & poſuerunt me cuſtodem vinearum, etiãſi huic cuſtodiæ non eſſem aſſueta, cum præſertim ne meam quidẽ vineam cuſtodierim, atque ideo cum in his vineis me huc, illucque peruagari, atque ſub dio cõmorari oportuerit vt eas cuſtodirẽ, vehemẽtioribus Solis ęſtibus cõbuſta, ac decolorata ſum.

Primus ſenſus.

Sed fortaſſe melius verba illa; *vineam meam non cuſtodiui*, ſic cum præcedentibus connectentur: Dum fratres mei poſuerunt me cuſtodem in vineis aliorum, vineam meam non cuſtodiui; vt ſenſus ſit.

Secundus ſenſus.

Paraphraſis.

Cum vineam meam cuſtodiendo, libera eſſem à Solis ardore, quatenus ibi ab illo me facile ſeruare poteram: fratres mei neſcio quo felle, quove ardentiſſimo in me ſuccenſi furore, pugnauerunt contra me, coegeruntque vt relicta vinea mea, cuſtodirẽ vineas aliorũ; in quibus ardor Solis maxime æſtuabat: Vnde cum non haberem, in quo me à tantis ſeruare, ac defendere poſſem æſtibus, *aſpexit, combuſsit, ac decolorauit me Sol,* ſicque vt cernitis, reddidit fuſcam.

Filij matris eiuſdem appellatio quid ſignificet.

Notandum eſt autem periphraſim iſtam fratrum, qua à Sponſa dicuntur *filij matris meæ*, quamuis communiori ſenſu vſurpata videatur in diminutionem fraterni amoris ab illis erga ſororem exhibiti, vtpote à fratribus, minime ex eodẽ patre oriundis; poſſe tamẽ haud incongrue accipi, vt poſitam ad amplificationem eiuſdem amoris fraterni, in maiorem facti eorum deteſtationẽ, eo modo, quo vſurpatam eamdẽ reperimus in pſal. 49. vbi Dauid ait; *a Sedens aduerſus fratrẽ tuũ loquebaris: & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum*, ac ſi diceret. Nedum aduerſus fratrem quẽlibet loquebaris, eumq; ſcandalizabas lingua tua; ſed & inſuper ponebas ſcandalũ etiam aduerſus illũ fratrem tuũ, qui ex eodẽ ortus eſt vtero matris tuæ, quemve idcirco præcipuo diligere debuiſſes amore.

a Pſ. 49. 20

Circa lectionum varietatẽ: quoad rem omnes quidem conueniunt, licet in verbis nonnihil ſit diſcriminis: Nam quod noſter vertit; *Pugnauerunt contra me.* In Hebræo eſt נִחֲרוּ בִי niharubi, ideſt: *cum ardore ſuccenſi ſunt mihi.* Symmachus vero διεμαχέσαντό μοι, id eſt, *impugnauerunt me*, ſed Septuaginta cum aliqua etiam ſenſus diuerſitate verterũt, ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί, ideſt, *pugnauerunt in me: in me*, inquam, in ablatiuo non in accuſatiuo, quod ſtet pro contra, & aduerſum me, prout accipit Amb. Vnde bene notat Orig. ſponſam hoc loco ſignificare, fratres ſuos dimicaſſe in ipſa, nõ contra ipſam. Atqui hæc lectio myſterio maxime vt videbimus congruit; quoad ſonum autem litteræ nõ intelligo, quid ſignificet præter id, quod & ceteræ ſignificant lectiones, vt pugna, quæ facta dicitur in ea, fuerit contra illam; niſi forte (ſi coniecturæ detur locus) ſponſa ſignificare velit fratres ſuos ſecũ inuicẽ dimicaſſe in ea ideſt pro ea: quis ſcilicet ipſorũ illam apud ſe habiturus eſſet: atqui cũ nemo id alteri concedere vellet coacta ipſa ſit, in hoc illis tandem conuenientibus, vt aliorum vineas cuſtodiret: ita vt vineam propriam cuſtodire nequiuerit.

Lib. de Iſa. & Anima. Homil. 2.

Tertius ſenſus.

Notandũ eſt quoque, vbi noſter legit. *Vineã meam*, in Hebræo haberi כַּרְמִי שֶׁלִּי charmi ſceli, ideſt, *vineam meam, quæ mihi*, vbi deficiente verbo multa ſuppleri nequeũt: multaq; præclara ſubindicãtur, vt verbi gratia, quę mihi dono data eſt; quæ mihi hæreditate obtigit; quæ mihi pro mea aſſignata eſt dote; quæ mihi meis plãtata eſt ſudoribus, & cetera huiuſmodi.

Quanquam ex hac lectione deducere & quartum poſſimus ſenſum, ſi nomen vineæ vltimo hoc loco haud proprie, & pro vera vinea hic poſitum dixerimus, ſed tranſlate pro ſpecie, & forma, cuius ſponſa multo maiorem habere debuiſſet rationem, quam cuiuſlibet vineæ. Ac ſi dictum ab ea eſſet.

Quartus ſenſus.

Paraphraſis.

Poſita cuſtos in vineis, illaſve cuſtodire coacta, formam meam, vineam illam, quæ mihi in primis cuſtodienda fuiſſet, non cuſtodiui: ita vt propterea decolorata ſim à Sole, & obfuſcata.

## *Ex* Verſ. VI. c. I. *Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me: poſuerũt me cuſtodẽ in vineis: vineã meã nõ cuſtodiui.*

### Expositio II.

*De prima ſponſa, quæ eſt Eccleſia.*

IVdæorum populus, quam procliuis ſemper extiterit ad idolorum cultum proſequendum, quamve magnis propter Idololatriam à Deo contritus ſit ærumnis, ita omnibus, qui Sacras vel attigerint literas eſt compertum, vt haudquaquã longa indigeat probatione. 17

Primus ſenſus. Ad idololatriam ſemper fuit procliuis Iudaicus populus.

Propterea ſynagoga, quam in principio ſecundæ expoſitionis primi verſus, probauimus fuiſſe antiquitus Chriſti ſponſam, prout nunc eſt Eccleſia, volens cõfirmare, quomodo nigredo vniuerſa, quæ ſibi obijciebatur ſiue tribulationum, ſiue etiam peccatorum ex eo prouenerit, quod à diabolo cõbuſta, ac decolorata fuiſſet tanquam à Sole: nunc affert rationem quare tantis eam æſtibus diabolus cõburere, ac decolorare potuerit: cauſam autem omnem eidẽ peccato adſcribit Idololatriæ, dicens, *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, cum nec vineam meam cuſtodierim.*

Loquitur autem pars Iudaici populi iuſtior de ijs, qui à veri Dei cultu eam amouebant. ac ſi diceret.

Paraphraſis.

Filij matris meæ Synagogæ, ſed non eiuſdem Patris, cum ex Patre diabolo eſſent, totis me impugnauerunt conatibus; neque enim ferre poterant, vt verum colerem Deum, cum ipſi fœdiſſima adorarent idola: ſicut autem nulla eſt conuentio luci ad tenebras, nec Deo ad Belial: ita & inter me atque inter illos continua extitit pugna: atque ideo ardentiſſimo mihi furore ſuccenſi dimicauerũt contra me malis exemplis, peſſimis perſuaſionibus ac plerumque armorum etiam violentia: poſuerunt me tandem cuſtodem in vineis, trahentes me ad difficillimũ falſorum Deorum cultum, cum nec vineam cultus veri Dei, & legis, quæ mihi donata ab ipſo fuerat, cuſtodierim; quamuis vineæ eius cuſtodia eſſet alioquin, & iucundiſsima, & facillima.

A

Hinc vinearum illarum indulgens curæ denigrata, combuſta, ac decolorata ſum omni peccatorum ſorde, maximiſque anguſtijs, atque flagellis. idque ab vrenti Sole diabolo, quando Deus me caſtigans *b* miſit *immiſsiones per Angelos malos.*

*b Pſal. 77. 49.*

Circa hæc vero duo ſunt, quæ aliquid habent difficultatis, & ideo aliqua indigent diſcuſsione.

Primum eſt, qua ratione idolorum cultus, necnon & cultus veri Dei, illiuſque lex dicantur vineæ; quæve inter iſtas vineas extet differentia.

B

Secundo, examinandum id nobis eſt, quo pacto ſynagoga aſſerat non cuſtodiſſe vineam ſuã, cultum veri Dei minime ſeruando, eiuſque præcepris non obtemperando, cum eam ipſam in cariſsimam Dei ſponſam electam nouerimus.

*Vinea quid. Quando cultus Dei, & eius lex ſint vineæ, ſicut & cultus idolorum.*

Quo ad primum. Si rem ipſam ſpectemus; Vinea nihil aliud eſt, quam collectio pluriumvitium, ex quibus colligatur vinum: Et quidem cultus falſorum Deorum coadunatio eſt plurium rituum, ex quibus & vinum colligitur.

C

Similiter & cultus veri Dei, eiuſdemque lex maxime fertilis eſt vinea, in qua plures plantatę ſunt ceremoniæ, multaque præcepta, quæ ſi excolantur, & cuſtodiantur, copioſiſſimum proferunt vinum. Quin & ob id potiſſimum religionis cultus, diuinaque lex ſub ipſa vineæ metaphora deſignantur cõgruenter; quod iugi excolenda ea non minus ſint, quam vinea ipſa terreſtris.

*Tres Patres. Idololatria qualis vinea ſit.*

Quod autem idolorũ cultus vinea ſit, & vinea, quę vuam, vinumque proferat, qualiſve ſit huiuſcemodi vinea, quale & vinũ, manifeſtiſſimis verbis per Moyſem Patriarcham explicatũ habemus in libro Deuteronomij, vbi pertractans differentiã maximã, quæ eſt inter has duas vineas, inter cultum Dei veri, ac cultũ falſorum Deorũ, ait, *c Non enim eſt Deus noſter, vt dij eorum, & inimici noſtri ſunt Iudices*: poſtea declarãs apertius, qualis eſſet falſorum deorum cultus, ſubdit:

*c Deut. 32. 31.*

D

*De vinea Sodomorum, vinea eorum & de ſuburbanis Gomorræ: Vua eorum vua fellis, & botrus amariſsimus: Fel Draconum vinum ipſorum, & venenũ aſpidum inſanabile.*

De vinea Sodomorum eſt Idolorum cultus: quia execrabilis eſt, æque ac Sodoma & Gomorra *d*, quarũ clamor atq; peruerſitas, vſq; ad Dei peruenerũt aures.

*d Gen. 18. 21.*

De vinea Sodomorum eſt quia æque, ac Sodoma, & Gomorra cæleſti deuaſtata eſt igne, ita vt recte de ipſo item, vt de eiuſcemodi vinea dicatur in Pſalmis. *e Incenſa igni, & ſuffoſſa, ab increpatione vultus tui peribunt.*

*e Pſal. 79. 17.*

Sed de vinea Sodomorum eſt præcipue: quia talis vinea, tales profert fructus, qui primo quidem aſpectu pulcherrimi videntur, & ſuauiſſimi.

E

*Mirabile de terra Sodomorum.*

At cum colliguntur, & vani reperiuntur eſſe, & fœtidi. fertur namq; in terra illa Sodomorũ, quæ à Deo igne, ac ſulphure combuſta eſt, remanſiſſe, ſiue de nouo enatas eſſe arbores, aſpectui perpulchra habentes poma, quæ vt primum à carpente tangũtur, in cinerem reſoluuntur, ſummumque de ſe emittunt fœtorem ac fumum. Ita refert Abulenſis ſuper citatum Deuteronomij locum, citatque Iſidorum libro decimoquinto Ethicorum, & Solinum cap. de Iudæa.

*Abulenſis. Iſidorus. Solinus.*

*Idololatriæ fructus vani, & fœtidi.*

In hunc igitur modum, & fructus, quos idololatria profert, quãuis pulchri, ac ſuaues eſſe videantur; vani tamen ſunt, cum accipiuntur, ingentemque de ſe emittunt fœtorem: quod egregie expreſſit Apoſtolus ad Romanos, dicens: *f Quem ergo fructum habuiſtis, in quibus nunc erubeſcitis?* Ac ſi dicat, Videbantur perpulchri iam prius vobis idololatriæ fructus: at poſtquã eos tetigiſtis, vani eſſe apparuerunt, nihilque ex ijs vobis relictum eſt, prẹterquam fœtor, ac ignominia; ita vt de ipſis modo erubeſcatis.

*f Rom. 6. 21*

F

Quod ſi quis curioſius perſcrutetur, quinã ſint iſti, quos vinea idololatriæ profert, fructus, audiat eundẽ Apoſtolum in eadẽ epiſtola longius illos enumerantem: *g Qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerũt, & ſeruierũt creaturæ potius quã Creatori: Propterea tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ* (iſti sũt, quos collegerũt fœtidos fructus) *nã feminæ eorũ immutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturã: Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis inuicem, & maſculi in maſculos turpitudinem operãtes, & mercedẽ, quã oportuit, erroris ſui in ſemetipſis recipientes: Et ſicut non probauerunt, Deũ habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuẽtores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia*, plane de vinea Sodomorũ, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorræ. Sed vtinam vani tantũ eſſent, ac fœtidi idololatriæ fructus, ſicut ſunt fructus vinearum Sodomæ & Gomorræ: nam inſuper ſunt etiam amariſsimi, & mortem afferunt ijs, qui eos guſtauerint, vel etiam attigerint, vnde bene Apoſtolus, vbi dicebat, fructus iſtos vanos eſſe, ac fœtidos, addit *h*: *nã finis illorum mors eſt*. Et Moyſes, *Vua*, inquit, *eorum, vua fellis, & botrus amariſsimus*. Ac ſi dicat, qui in huiuſcemodi vinea dulciores, ac ſuauiores inſtar dulciſsimæ vuæ videtur eſſe fructus, ij ſunt amariſsimi, ac inſtar fellis. Nec mirum, cũ inter eos, qui falſo eorum indulgẽt cultui, radix ſit amaritudinis, germinans fel, & amaritudinem ipſam, iuxta illud, quod per eundem Moyſem dicitur *i*, *Ne forte ſit inter vos vir, aut mulier, familia, aut tribus, cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro, vt vadat, & ſeruiat Dijs illarũ Gentium, & ſit inter vos radix, germinans fel, & amaritudinẽ.* Fel draconum vinum ipſorum, & venenum aſpidum inſanabile; eæ enim ipſæ, quæ ex tali cultu colliguntur, voluptates, ſummam tandẽ guſtui quoque afferunt amaritudinem, mortemq; inſtar inſanabilis veneni ijs inferunt, qui tale biberint vinum; patuit hoc manifeſtiſsime, vel in vnica illa *k* vituli adoratione, ex qua prædulces quidem populus ille ſibi videbatur collecturus fructus; vnde & dicitur:

*Idololatriæ fructus amariſsimi, ac mortiferi.*

*h Rom. 6. 21*

*i Deut. 29. 18.*

*k Exod. 32*

*Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*, & Moyſes *vocem cantantium*, cum è monte deſcenderet, ſe audire teſtatur ad Ioſue.

At poſtea cũ guſtare illos cœpit, quos dulciſsimos fructus exiſtimauit, amariſsimos ſenſit: quodq; ſuauiſsimũ credidit vinũ, reperit eſſe fel draconũ ac venenũ aſpidũ inſanabile, quod guſtatũ afferet mortẽ.

Propterea enim Moyſes *l* vitulum illum aureum combuſtum, in pulueremve redactum & aquæ mixtum populo vniuerſo in potum dediſſe dicitur: vt ex huiuſmodi potu illiuſmet idoli, quod falſis coluerãt ludis, cantilenis, atq; choreis, intelligerent, ſenſuque perciperent talis idololatriæ fructuum amaritudinẽ, & quomodo etiam mortem afferrent ineuitabilem.

*l Exod. 32. 20.*

Vnde & illico ſubditur in textu, *Ea die* per manus Leuitarum, qui vindices extiterunt iniuriæ Dei, occiſos eſſe *quaſi triginta millia hominum* de populo illo: & quod mortalitate iſta multo extitit amarius, Deus inſuper aſperrimas illas intulit minas: *Ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.*

At non tales ſunt fructus vineæ eius, quam ſponſa ſuam nuncupat. 18

Nec talis eſt vinea cultus veri Dei, vinea legis Dei.

*Ambroſius. Philo Carp. Vinea cultus & legis Dei qualis ſit.*

Siquidem vinea iſta, vinea eſt electa, quam æternus ille Paterfamilias prius in cordibus ſingulorum plantauit, inſerendo in eis legem naturæ, per quam vnum ac verum Deum colere docerentur.

In hac vinea plantauit omne ſemen verum ac poſtea eandem dilatauit per legem ſcriptam, in qua tot plantauit vites, totque arbores, quot ſui cultus inſtituit ritus: quot tradidit & præcepta.

Quiſvero vineæ iſtius fructuum explicet ſuauitatem? Quis vineæ ipſius exprimat pulchritudinem? *m Lex Domini immaculata, conuertens animas*: neque enim ſicut vinea falſorum deorum fœda eſt: neque inſtar illarum vinea Domini animas occidit & corpora; ſed eas ipſas quæ mortuæ fuerant, viuificat, conuertens eas de morte ad vitam.

*m Pſal. 18. 8.*

Fructus vero iſtius vineę adeo prædulces, adeo ſuaues, vt

nes,vt mellis præferantur dulcedini;ſunt enim *Dulcio-* A
*res ſuper mel, & fauum* : fructus iſti ſunt virtutes , quæ ex Dei cultu & lege naſcuntur , quæ tanquam ex varijs, diuerſiſque arboribus , ex diuerſis præceptis vt perpulchra , atque diſtincta poma naſcuntur.

*Ambroſius.* Vinum , quod ex hac vinea colligitur, eſt deuotio, vinum, quod lætificat cor hominis, exultans in Deo , quem colit,iuxta illud.

n *Pſal.* 15. 8 *n Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniã à dextris eſt mihi,ne commouear.*

*Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea, inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.*

Vinea iſta tã electa hęreditate obtigit Iudaico popu- B
lo,vnde in ipſius perſona,*Dominus pars hæreditatis meæ,* inquit Propheta,*& calicis mei:tu es qui reſtitues hæreditatẽ meã mihi:Funes ceciderũt mihi in præclaris,etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.*Et ſpõſa quoq; in eiuſdem populi perſona, iuxta Hebraicam lectionem, vocat illam hoc loco: *Vineã meã , quæ mihi,* ſcilicet hæreditate obtigit.

Verumtamen quamuis peculiaris ipſius eſſet hæreditas: quamuis adeo pulchra eſſet, adeo frugifera, cum eam non cuſtodierit:cum noluerit aſſueſceretali cuſtodiæ:cum eam non excoluerit,poſita eſt in cuſtodia vinearum,& cultuum falſorum deorum:idque ab ijs ipſis,qui ex eodẽ eſſent populo, eiuſdemq; matris
filij: Vnde & iure conqueritur,dicens: *Filij matris meæ* C
*pugnauerunt contra me;poſuerunt me cuſtodem in vineis: Vineam meam non cuſtodiui.*

*Quomodo populus Iudaicus dicatur non cuſtodiſſe cultum, & legem Dei, licet in eo ſemper fuerint aliqui boni.*

Quomodo autem id verum ſit, quod Iudaicus populus cultum Dei,eiuſque legem non cuſtodierit , facile vnicuique fiet perſuaſum; qui ſacras euoluerit litteras: & quamuis nunquam aliqui de prædicto populo defuerint,quos ſibi Deus reliquiſſet ſui adoratores veros, legiſque obſeruantiſſimos , quibus ſponſæ competeret nomẽ,& pro quibus Dei compeſceretur furor,ne vniuerſos è mundo tolleret : Sic namque vi-
o *Exod.* 32. demus *o*, quando vniuerſus populus vitulum aureum
adorauit , in vero Dei cultu perſtitiſſe ſaltẽ Moyſem, D
p 3. *Reg.* 19. 18. & Ioſue,per quos ira placata eſt Dei: Sic & ad *p* Eliam Prophetam, quando omnis populus Deum adorabat Baal, affirmauit Deus , ſe ſibi in Iſrael ſeruaſſe *ſeptem millia virorũ,quorum genua nõ* eſſent *curuata ante Baal,omneque os,quod nõ adorauit eum,oſculans manũ*: Sic & popu-
q *Iſai.* 1. 9. lus ipſe hoc fatetur, dicẽs per Eſaiam; *q Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemẽ,quaſi Sodoma fuiſſemus,& quaſi Gomorra ſimiles eſſemus*:id eſt,niſi Dominus aliquos de medio noſtrũ ſibi reſeruaſſet, qui ipſius cultum, ac legẽ cuſtodirent , ita illi fuiſſemus execrabiles , ſicut fuit Sodoma & Gomorra:atque etiam niſi paucorum illorum meritis, & interceſſione adiuti fuiſſemus, ad nihilum
fuiſſemus redacti,ſicut populus Sodomę & Gomorrę, E
quamuis inquam,ſemper aliqui de Iudaico populo,ac Synagoga perſeuerantes extiterint in veri Dei cultu, & in eiuſdem legis obſeruatione:ita tamen pauci fre-
r *Iſai.* 17. 6 quenter extitere,*r* vt Eſaias comparet eos vnico racemo, poſt vindemiam relicto ; vel duabus , aut tribus oliuis in ſummitate rami poſt oleæ excuſſionẽ; adeoque pauci ij erant,vt in comparatione tanti populi vix vlla eorum haberetur ratio : parum enim (vt vulgato prouerbio dicitur) pro nihilo reputatur. Ex quo factum eſt, vt frequentiſſime Synagoga vniuerſa omniſque eius populus generaliter in ſcripturis arguatur criminis huius quod Dei cultum, & legem non cuſto-
ſ *Deut.* 31. 27. diret:*ſ Adhuc viuente me*,ait ad illum Moyſes,*& ingrediente vobiſcũ, ſemper contentioſe egiſtis contra Dominũ,quãto magis cum mortuus fuero?*
t *Iſai.* 1. 2. Et Dominus per Eſaiã; *t Filios*,inquit,*enutriui,& exaltaui:ipſi autẽ ſpreuerunt me:Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum,& aſinus præſepe Domini ſui : Iſrael autẽ me nõ cognouit,& populus meus nõ intellexit:Væ genti peccatrici,populo graui iniquitate,ſemini nequã,filijs ſceleratis,dereliquerunt Dominũ:blaſphemauerũt ſanctũ Iſrael, abalienati ſunt retrorſum:* Et per Hier.
u *Hier.* 2. 20 *u A ſæculo*,inquit,*confregiſti iugum meum,rupiſti vincula mea,& dixiſti: Non ſeruiã. In omni enim colle ſublimi,& ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix:Ego autẽ plãtaui te vineã electã,omne ſemen verum; quomodo ergo conuerſa es mihi in prauũ vinea aliena?*

A Sic & fere per omnes Prophetarum paginas totus arguitur populus.Vnde & in Actibus Apoſtolorũ Stephanus generali ſententia, ſic eum allocutus : *x Dura* x *Act.* 7. 51.
*ceruice,& incircũciſis cordibus,& auribus:vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis:Sicut Patres veſtri & vos. Quem Prophetarũ non ſunt perſecuti Patres veſtri? & occiderũt eos,qui prænũciabãt de aduẽtu iuſti,cuius vos nũc proditores,& homicidæ fuiſtis. Qui accepiſtis legẽ in diſpoſitione Angelorũ, & nõ cuſtodiſtis.*

Iure igitur optimo & ſponſa , ac ſynagoga ipſa in perſona totius Iudaici populi dicere potuit id , quod tam frequenter & à Domino , & à ſanctis eius miniſtris dictum accepit: *Vineam meam non cuſtodiui.*

B Non cuſtodiui cultum veri Dei: non cuſtodiui ſua- Paraphraſis.
uiſſimam eius legem: & à filijs matris meæ Ieruſalem prauo bello impugnata ; poſita ſum cuſtos vinearum idololatriæ, quas ſanguine filiorum meorum irriga-
rem,iuxta illud Pſalmi: *Et immolauerunt filios ſuos, & fi-* *Pſal.* 105. 37.
*lias ſuas dæmonijs:Et effuderunt ſanguinem innocentẽ,ſanguinem filiorũ ſuorum,& filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.* Hinc mihi nigredo peccatorum omnium,quia decolorauit me æſtibus ſuis ſol,nempe diabolus.*Infecta eſt enim terra in ſanguinibus,& contaminata eſt in operibus meis,* & fornicatus eſt populus meus *in adinuentionibus,*& ſceleribus *ſuis*.Hinc mihi & nigredo tribulationum, perſecutionum , ac ærumnarum;
C cõbuſſit enim me æſtibus ſuis, ac decolorauit me ſol ille ardentiſſimus: cum *iratus eſt furore Dominus in populũ ſuum,& abominatus eſt me hæreditatẽ ſuã : & tradidit* me *in manus Gentium, & dominati ſunt* mei *qui oderunt* me. *Et tribulauerunt* me *inimici* mei & humiliata ſum *ſub manibus eorum* : Verumtamen nigredo hæc vniuerſa extrinſecum mihi eſt accidens: ſtatim enim ac vineã meam cuſtodierim:ſtatim ac ad ſponſum meũ conuerſa fuerim,tota à me tolletur iſta nigredo:Sic aliquando *vidit Dominus* ipſe cum tribularer, *& audiuit orationem* meã: *Et memor fuit teſtamenti ſui,& pœnituit eum,ſecundũ multitudinem miſericordiæ ſuæ*: Et dedit populum meum *in*
D *miſericordias,in conſpectu omnium,qui ceperant eos.*

Iuxta ſecundum ſenſum Eccleſia primitiua Apoſto-
lorum explicat hoc loco quare ſic à Sole zeli Dei cõ- 19
buſta ſit, vt tanta nigredine perſecutionum,ac tribu- Secundus ſenſus.
lationum decòlorata ſit:nimirum quia à Iudæis compulſa eſt, vt relicta ſynagoga , tranſiret ad Gentes , in quibus multa ſibi facienda fuere pro fidei zelo , quæ permaximas cõtra ſe ſuſcitarunt perſecutiones.Porro quod Iudaicus populus electiſſima fuerit vinea Dei,ex vulgatiſſimo illo Eſaiæ loco omnibus eſt conſpicuum, cum clare dicatur. *y Vinea autẽ Domini exercituũ , domus Iſrael eſt,& vir Iuda germen eius delectabile.*Hanc vineam, tanquam peculiarem æterni Patris hæreditatẽ Chri-
E ſtus Dominus excolendam accepit , vnde ſub altera ouium metaphora,dixit: *z Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierant,domus Iſrael:* & per Eſaiam in vineæ perſiſtens metaphora,*a Torcular*,ait,*calcaui ſolus, & de gẽtibus non eſt vir mecum*: ac ſi dicat, in vinea Iſraelitici populi ego ſolus calcaui torcular Sacrarũ Scripturarũ, quod in ipſa ab antiquo foderat Pater meus : ego ſolus expreſsi ex dicto torculari ſpiritualis intelligẽtiæ vinũ, & nolui, vt quiſquam de Gentibus mihi adhæreret, non quod nullus ex Gentibus in ipſum crediderit, hoc enim falſum eſt;ſed quod nullum ex Gentibus in Apoſtolorũ numerum adſcriptum eſſe voluerit. Hanc ipſam vineam à Chriſto Domino tãquam propriã, &

*Iudaicum populum vineam Dei, quanti fecerint Chriſtus atque Apoſtoli.*
*Ambroſ.*
Caſsiodorus
Greg. PP.
*Beda.*
Philo Carp.
*Iuſtus.*
*Anſelmus.*
*Bernardus.*
y *Iſa.* 5. 7.
z *Matt.* 15. 24.
a *Iſa.* 63. 3.

F peculiarem acceperunt & Apoſtoli cuſtodiendam,ac excolendam, quando eis dixit: *b In viam Gentium ne* b*Mat.* 10 5
*abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis : ſed potius ite ad oues , quæ perierunt domus Iſrael.* Vtinam autem hanc eis vineam cuſtodire licuiſſet , quam veluti hæreditariam à Domino ſuo acceperant. Neque enim huius cuſtodiam pro vniuerſo reliquiſſent orbe,
non ſecus ac *c* Naboth Iezraelita , qui nec pro argenti c 3. *Reg.* 21.
copia, nec pro vinea meliori, quam ſibi Rex Achab offerebat, vineam propriam , ac hæreditariam relinquere vmquam voluit: multoque libentius eam excoluiſſent , quam ceteras aliarum Gentium vineas; non ſecus ac agricola multo libentius propriam , & hære-

hæreditariam excolit vineolam, quàm aliorum vineas etiam cum maximo lucro. Si hanc vineam cuſtodiſſet Eccleſia illa Apoſtolorum, haud certe tanta, ſiue à Sole zeli Dei: ſiue à Sole perſecutionum decolorata fuiſſet ærumnarum nigredine; nam multa ibi habuiſſet, quæ ſibi vmbram facerent, quæ ſibi pro vmbellis inſeruirent, quibus ſe ab ardentioribus Solis æſtibus defendere valuiſſet: cognitionem, & cultum vnius veri Dei, qui *d ſcapulis ſuis* obumbraret illi, ita vt *ſub pennis eius* ſperaret. Neque enim contendendum ibi fuiſſet contra plurium deorum falſitatem; quod in vineis gentium motuum, perſecutionumque vniuerſarum extitit cauſa: ſummam Sacrarum Scripturarum inter ſe congruentiam: cum enim ea, quæ in antiquo teſtaméto ordinata ſunt per Scripturas Sacras, *e vmbram haberent futurorum*, vt inquit Apoſtolus, facile in dogmatibus fidei comprobandis ad illas confugere potuiſſet vmbras, ibique ſe à perſecutionum æſtibus ſeruare: prout ſæpius in Epiſtola, quam ad Hebræos ipſos ſcripſit, Apoſtolum feciſſe, animaduertimus: prophetarum vaticinia, quibus ſub variis figurarum vmbris, diuerſiſque metaphoris id omne fuerat prædictum, quod iam per Chriſtum opere impletum prædicandum erat; enimuero ſi ſcádalum quoddam apud populum illum mouiſſet crucis prędicatio, illico ſub Prophetarum vaticiniis, veluti ſub optimis vmbellis ſe tutari valuiſſet; ita illum prophetiis conuincens, vt ſi recta vti voluiſſet ratione, non modo eos non inſectaretur, ſed tamquam veritatis, paciſque nuntios ſummo proſequeretur honore. Quid dicam de lege illa diuina; ad quam veluti ad tutiſsimum confugere eis licuiſſet vmbraculum, ſi quando quid motus contra eos cieretur, cum vitia obiurgarent, vel virtutem ſuaderent?

*In vinea Iudaici populi Eccleſia multa habuit quæ ſibi pro vmbraculis deſeruirent.*

d Pſ. 90. 4.

e Coloſſ. 2. 17. Heb. 10.1.

Hinc tanto affectu Paulus Apoſtolus iſtiuſmet vineæ exoptabat cuſtodiam, vt diceret: *f Optabã ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundũ carnẽ: qui ſunt Iſraelitæ: quorum adoptio eſt filiorũ, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium & promiſſa: quorum Patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum carnem.* Verum, ô Iudęorum peruerſitatem, dum primitiuam illam Apoſtolorũ Eccleſiam fidiſsimã, diligentiſsimamq; ſynagogæ cuſtodem amplexari, ac iuuare debuiſſent, ſucceſi ſunt illi, tantaſque contra eam mouerunt pugnas, vt ipſa ab eis expulſa, ad cuſtodiam vinearum Gentium expoſita ſit: quod clariſsimis verbis Apoſtolum eis ſignificaſſe comperimus cum diceret, *g Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes: Sic enim præcepit nobis Dominus.* Et hoc illud eſt de quo noſtra hic queritur ſponſa, cum ait: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meã nõ cuſtodiui*: Dicit autem, ſe ab illis poſitã cuſtodem vinearum Gentiũ, nõ quod vere Iudæis placuerit, Apoſtolos Chriſti fidẽ Gentibus prædicare: ſed quod ab illis repulſi, ad gentes cõuertendas ire coacti ij ſint, non ſecus ac Dux ille, qui à conciuibus è propria expulſus Republica, dum in aduerſariorum illius Reipublicæ caſtris militans, illorũ Dux conſtituitur, dicere quodammodo poteſt ſe à conciuibus, qui eum expuliſſent, illius exercitus poſitum eſſe Ducem.

f Rom. 9. 3.

*Eccleſia Apoſtolorum poſita eſt cuſtos in vineis Gentium à Iudæis.*

g Act. 13. 46

*Simile.*

At poſita Eccleſia Sancta ad cuſtodiendas Gentiũ vineas ardentiſsimo zeli Dei ſui ſole combuſta eſt: vehementiſsimis decolorata eſt perſecutionum æſtibus: ærumnarumque, ac tribulationum obfuſcata eſt ſubnigredine. Siquidem cum in medio vinearum illarum ſe comperiſſet, quæ inſtar *h* vineæ illius viri ſtulti, de qua loquitur Salomon, totæ repletæ erant vrticis, ac ſpinis, totæ diſsipatæ, totæq; deſtructæ, ardẽtiſsimo æſtuare cœpit zeli Sole, quo zelata eſt Chriſtum Dominũ Deum ſuum: cœpit eas excolere; quid enim in illis cuſtodiret, in quibus nihil aliud eſſet, quã ſpinę peccatorum, quam vrticæ prauarum cõſuetudinum? extirpare cœpit infinita illa vitia, quibus totæ erant opertæ; in agreſtes vites, ceteraſq; arbores, in hominũ nimirum mentes, quæ vel infrugiferæ erant, vel agreſtes, ac amaros operum fructus proferebant, inſeruit verbum Dei, iuxta illud Iacobi. *i Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*: plantauit virtutum vites optimas, ex quibus ſuauiſſimum colligere poſſet æternæ felicitatis vinum: irrigauit illas aqua ſapientiæ.

*In vineis Gentium, quid faciendum fuit Eccleſiæ Apoſtolorum & quomodo in eis decolorata fuerit.*

h Prou. 24. 30.

i Iac. 1. 21.

Hæc autem omnia egit ſine vlla earum vmbrarum, quibus in vinea ſua ſe operire poterat. Neque enim vnum Deum credebant Gentes: neque Sacris fidem præſtabant Scripturis: neque Dei legem habebant; propterea paupercula cuſtos à Sole decolorata eſt cruciatibus, & tribulationibus: propterea per vniuerſum terrarum orbem contra ipſam motæ ſunt perſecutiones; neque enim Gentes illæ, quæ tanta falſorũ Deorum varietate mentem obtenebratam habebant, vnius Dei prædicationem admittere volebant: neque qui tantis ſæculi huius aſſueti erant illecebris, eas à ſe reſecari patiebantur. Neque *k* vulpes illæ quæ vineas iſtas demoliebantur, vani ſcilicet Philoſophi Idolorumque Sacerdotes, qui inſtar vulpium inani Philoſophia, falſiſque artibus, ac illuſionibus populos decipiebant, ſe à tali cuſtode capi ſuſtinebant. Nec demum *l* ſingularis ille aper diabolus, qui dictas vineas depaſcere ſolitus eſſet, antiquam à ſe tolli ſinebat harum vinearum poſſeſſionem.

k Can. 2. 15

l Pſa. 79. 14

20

*Tertius ſenſus.*

Iuxta tertium ſenſum præclare hoc loco hæreticorum exprimitur natura, quippe qui cum alieni ſint à fide Catholica; ſinguli tamen inter ſe pugnant pro Eccleſia Catholica, vt eorum videlicet ſecta nomine Catholicæ Eccleſiæ honeſtetur. Hinc in ea, quæ vere Eccleſia Catholica eſt, multa nigredo, per impiorum multorum commixtionem: hinc ſponſa decoloratur à Sole, nempe à diabolo per iſtam zizaniorum commixtionem. Ait ergo Eccleſia Sancta. *Filij matris meæ pugnauerunt in me*, vel *pro me*.

*Hæretici qua ratione ab Eccleſia dicantur filij matris meæ, & non fratres mei.*

m 1. Ioa. 2. 19.

Ac per filios matris ſuæ, ipſos ſignificat hæreticos, qui quidẽ quamuis ex Eccleſia prodierint, non tamen fidelium fratres dici debent, cum vere ex Eccleſia non ſint, iuxta illud Ioannis. *m Exierunt ex nobis; ſed non erant ex nobis.* idcirco autem filios matris ſuæ eos vocat, vt ſignificet eos diſtinctos eſſe ab ijs, quos vere in ſe cõtinet fratres, ex eadem matre, eodemque patre prognatos; quotquot enim ſacro renati ſunt baptiſmatis fonte: quotquot Chriſtũ confitentur: quotquot Euãgelij cuſtodiunt legem, vnius cenſentur eiuſdemque matris filij, nimirum ſynagogæ, vnde Eccleſia, & Chriſtus ipſe, & Euangeliũ prodijt, iuxta illud Iſaiæ. *n Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem*, & illud: *o Adhuc dicent in auribus tuis Siõ, filij ſterilitatis tuæ, Anguſtus eſt mihi locus: fac ſpatium mihi, vt habitẽ. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi iſtos?* At nõ omnes ex eodẽ ſunt patre: qui enim vere Chriſtũ ſequũtur fideles, ij omnes ex vno ſunt Patre Chriſto, *p Solicitі* iuxta Apoſtoli dictum. *ſeruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, vnũ corpus, & vnus Spiritus, ſicut vocati* ſunt *in vna ſpe vocationis* ſuæ, *vnus* enim ipſorũ *Dominus, vna fides, vnum baptiſma: Vnus Deus, & pater omnium Deus qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus illis*: atq; adeo vniuerſi ab vno tantum Chriſto Chriſtiani dicũtur; & ab vna fide fideles. Qui vero particulariũ hominũ hæreſes, ac ſectas ſequũtur, ij diuerſos habẽt patres, impios nimirũ hæreſiarchas, quorũ ſequuntur errores: ſicque veluti non iam Chriſti, ſed illorum filij, ab eis ſortiuntur nomen: ita Ariani ab Ario; Sabelliani à Sabellio; Manichæi à Manete; Lutherani à Luthero, & ſic de ſingulis. Atque hi omnes cum non habeant vnitatem fidei, & vnum Patrem, à quo in vno corpore ſeruentur vniti in vnitate Spiritus, in vinculo pacis, ſemper inter ſe cõtendunt, & pugnant, quodve in eis admirandum valde eſt: cum vniuerſi pro hoc vno inter ſe iuges habeant pugnas, vt ſinguli in ſuis ſectis Catholicæ Eccleſiæ nomen habeant; omnes tamen in hoc conueniũt, vt veram totis conatibus impugnent Eccleſiã Catholicam. Hæc omnia egregie paucis verbis Chriſti ſponſa Eccleſia ipſa Catholica expreſſit, cum iuxta lectionem ſeptua-

n Iſa. 2. 3.

o Iſa. 49. 20

p Eph. 4. 5.

*Hæretici diſſentiunt omnes inter ſe de nomine Eccleſiæ Catholicæ, licet vniuerſi in eo cõueniant quod ſimul veram Eccleſiam Catholicam impugnent.*

ſeptuaginta dixit. *Filij matris meæ pugnauerunt in me* (in ablatiuo) ac ſi diceret. A

*Paraphraſis.*

Hæretici, qui quamuis eandem mecum habeant matrem ſynagogam, nullatenus fratrum nomine digni ſunt; tum quia diuerſos habent patres, qui diuerſas conſtituere ſectarum familias; tum quia nulla vel mecum, vel inter ſe iura fraternitatis ſeruant. Iſti inquam filij matris meæ inter ſe ipſos pugnauerunt in me, & pro me: vt me ſcilicet haberent: haud quidem vt meam haberent fidem rectam, quam è toto orbe profligare contendunt; ſed vt meo honeſtarentur nomine. Pro hoc enim vniuerſi inter ſe diſceptarunt, vt B vnuſquiſque Catholicus nuncuparetur, vtve Catholicæ Eccleſiæ nomen propriæ obtinerēt collectioni, & ſynagogæ Satanicæ. Propterea poſuerunt me cuſtodem in vineis ſuis; cum enim agnoſcerent miſeri, ſectas ſuas nequaquam ſubſiſtere poſſe: cum intelligerent ex vineis eorum fructus colligi non poſſe, niſi adſit, quæ illos cuſtodiat; Fecerunt inſtar illius, qui cum propriam vineam per ſe cuſtodire non valeat, regia inſignia in illa apponit, vt ſic regem reuerentes, nullus ſit, qui vineam illam attingere audeat, ſic enim & ipſi pro defendendis vineis ſectarum ſuarum, proque colligendis ex ijs fructibus, perditione, ac deceptione miſerabilium animarum, Chriſti appoſuere C inſignia: me Chriſti Regis ſponſam Eccleſiam Catholicam in eis ponunt cuſtodem, meumque regium Eccleſiæ Catholicæ nomen illis imponunt, vt vel hac ratione ex regij nominis huius reuerentia nemo eis audeat obſiſtere, vnde conſequatur, vt fructus vineæ illæ peſſimos eis afferant, quos nemo attingat. Porro hoc eſt proprium Hæreticorum ſtudium, vt ſub mentito habitu, nomine, atque perſona ſuas tueantur hæreſes, miſeraſque faſcinent animas; vnde Dominus noſter eos cauendos admonens: q *Veniunt*, inquit, *ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.*

*Simile.*

*Hæreticorũ proprium eſt vt ſub mentito nomine, & habitu Catholicorũ decipiant animas.*

Et Paulus Apoſtolus eos deſcribens; r *Huiuſmodi*, inquit, *Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, tráſfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti*: nec mirum, *ſ ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis*: Sic & Iudæi illi Principes, qui D vniuerſum populum ad vitulum aureum adorandũ trahere volebant, honeſtiſſimo vitulum illum Dei, qui eos eduxerat de terra Ægypti, honeſtarunt nomine: & Aaron, inuitans vniuerſam plebem ad dicti vituli ſolemnitatem celebrandam, t *Cras*, inquit, *Solemnitas Iehouah eſt*, ſic & Ieroboam vitulos ſuos, quos fecit ad auertendum populum Iſrael à cultu veri Dei, honeſtiſſimo item nomine elohim honeſtauit, qui eduxit Iſrael de Ægypto, dicens: u *Nolite vltra aſcēdere in Ieruſalem, ecce Dij tui*, אלהיך ישראל elolecha, *Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti, conſtituitque diem ſolemnem* E *in menſe octauo quintadecima die menſis, in ſimilitudinem ſolemnitatis, quæ celebrabatur* in ea populi parte, quæ verũ ſeruabat Dei cultum: conſtituens & ipſe cuſtodem in vinea ſua veram Dei filiam, & ſponſam, atque adeo nõ ſolum populus Iſrael ad vitulos adorandos attractus eſt, eoque in errore confirmatus: ſed & populus Iuda; ſed & populus Ieruſalem, quam elegit Dominus, vt poneret nomen ſuũ ibi ex omnibus tribubus Iſrael, à ſuo auerſus eſt Deo, nec proprium cuſtodiuit veri Dei cultũ: Sic enim legitur in libris Regum poſt exaltatos x à Ieroboam vitulos, qui dicebantur Dij Iſrael: poſt inſtitutam ſolemnitatem ad ſimilitudinẽ ſolemnitatis, quæ fiebat in Ieruſalem, ſecundum verum Dei cultum. *Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerunt eum ſuper omnia, quæ fecerãt Patres eorum in peccatis ſuis, quæ peccauerunt. Aedificauerunt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter* F *omnem arborem frondoſam*. Atque hoc illud eſt, quod & ſibi quoque eueniſſe conqueritur Eccleſia Sãcta, dum poſtquam dixit ſe ab Hæreticis poſitam cuſtodem vinearum ipſorum ſubdit. *Vineam meam non cuſtodiui.* Æque enim eſt, ac ſi diceret.

*q Mat. 7. 15*
*r 2. Cor. 11 13.*
*ſ Exo. 32. 4.*
*t Exo. 3. 25*
*u 3. Reg. 12 28.*
*x 3. Reg. 14 22.*

*Ex hæreticorum fictione quanta mala prouenerint Eccleſiæ Catholicæ.*

Hæretici omnes vineas hæreſum, ac ſectarum ſuarum cuſtodierunt, in iiſque maximum fecere progreſſum, honeſtantes illas falſiſsimo nomine meo, ſectas nimirum ſuas nuncupantes Eccleſiam Catholicam. Ex hoc autem ingens exortum eſt malum, nam in pleriſque prouincijs vineam meam germanam: vineam meam, quæ mihi hæreditario iure à Chriſto Patre meo, ac ab Apoſtolis eſt relicta, rectam inquam & Catholicam fidem non cuſtodiui: Hinc tanta & tribulationum, & miſeriarum, & peccatorum in me prouenit nigredo. Hinc æſtus perſecutionum me decolorauit, vt cernitis: Hinc diabolus Sol ille ardentiſſimus me tantorum impiorum hominum permixtionis decolorauit nigrore.

*Paraphraſis.*

---

## *Ex Verſ. VI. c. I. Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me: poſuerũt me cuſtodẽ in vineis: vineã meã nõ cuſtodiui.*

### Expositio III.

*De ſecunda ſponſa, quæ eſt Anima.*

Qvi ſe ad vinearum curam, & ignaros agnoſcunt, 21 & debiliores, quive quietã, atque à laboribus, & periculis liberam degere volunt vitam; melius & ſibi, & vineæ ſuæ prouidentes: cuipiam, qui in vinearũ ſtudio ſit verſatus, quive continuis operibus aſſuetus laboribus minime frangatur, eam committunt, eiuſdemque eum præponunt cuſtodiæ, quem bonum, & vineæ, & fructuum cuſtodem intelligunt. Hos imitata eſt aliquando & Chriſti ſponſa anima ſancta, ac religioſa. Cum enim vineam ſibi à Deo dono datam haberet animam ſuam, illam cuſtodire per ſemetipſam nequaquam voluit; ſed tum quia ſe ignaram, ac debilem norat ad tantum operis, atque ad talẽ cuſtodiam: tum vt quiete Deo inſeruiens, fructus ipſius animæ per obedientiam abſque vllo periculo ſuſciperet, ſuo cuſtodiendam tradidit Prælato. Quamuis poſtea, quæ propriæ vineæ, propriæque animæ cuſtodiam habere noluit, per vim à fratribus vinearum, ac animarum cuſtos ſit poſita aliorum. Atqui hoc illud eſt, quod ipſa ingemiſcit, quodve ſuæ nigredinis, ſuarumque calamitatum omnium cauſam fuiſſe aſſerit, cum afferens rationem, quare à Sole fuerit decolorata, ait. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.* Æque enim eſt, ac ſi diceret.

*Anima ſancta vineam voluntatis ſuæ per ſe metipſam cuſtodire nolẽs Prælato illã tradit cuſtodiendam.*

*Bernardus.*

*Paraphraſis.*

Si vultis ſcire cauſam, cur tantis decolorata ſim tribulationum æſtibus, idque ab ipſo Sole iuſtitiæ; quid dicam vobis? cauſa vniuerſa hæc eſt, quod fratres mei, filij religionis, ac matris meæ me ſuper alios Prælatum conſtituerunt: me animabus aliorum præfecerunt, curamque ac cuſtodiam animarum tradiderunt, violentia magna me coegerunt, vt cuſtodirem vineas aliorum, qui vineam meam non cuſtodiui. Sed cum abnegaui memetipſum, cuſtodiendam alijs tradidi animam meam.

Circa hæc autem ſponſæ verba Notandum primo: Quamuis vineæ metaphora in ſcripturis ſacris ſæpius vſurpata reperiatur pro Synagoga, & collectione fidelium, ac præſertim in capitulo quinto prophetiæ Iſaiæ; nihilominus admodum apte eamdem accommodari & ſingulis animabus, præſertim fidelibus; nam quicquid de celebri illa Synagogæ vinea apud Eſaiam eſt dictum, facile & vnicuique aptatur animæ fideli, prout videre eſt apud eos, qui prophetiam illam exponunt. Harum igitur vinearum cuſtodem ſe poſitam, inquit Anima Sancta, animaſque ipſas aptiſſimo vinearum nuncupat nomine: quod in earum cura atque cuſtodia non minus ſibi laborandum, ac vigilandum ſit quam illi, cui plurium cuſtodia commiſſa ſit vinearum. Quemadmodum enim vinearum terrenarum cuſtodi continuis circa vineas deſudandum eſt laboribus, ac non modo iugiter ei laborãdum: Sed etiam ſumma ſolicitudine eſt vigilandum, vt videat ſi operarij bene ac diligenter operentur: vt cuſtodiat fructus,

*Prælaturæ onera, & labores quãti.*

*Simile.*

fructus vt arceat fures, malaſq; beſtias, quę demoliuntur vineas: Ita pariter & ei, cui plurium commiſſa eſt cura animarum, non ſolum continuis circa earum cultum deſudandum eſt laboribus, arguendo, obſecrando, increpando, idque in omni patientia, & doctrina. Sed & ſumma vigilandum ſolicitudine, iuxta illud Apoſtoli: *a Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac, Euangeliſtæ miniſterium tuum imple, ſobrius eſto*: Sicque vigilandum, vt pro creditarum animarum cuſtodia, nec æſtibus, nec imbribus cedat, nec laboribus parcat, nec ſomno: imo nec proprio, ſi opus fuerit, parcat ſanguini. Quia ſicut *b Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis*; Ita quoque & bonus vinearum, animarumque cuſtos, vt talium vinearum fructus ſeruet illæſos, cum propriæ etiam vitæ diſcrimine arcere debet & prauos homines, qui inſtar furum fructus virtutum ab animabus deprædari ſtudent: dæmones ipſos, qui quicquid in animabus extiterit boni, inſtar malarum beſtiarum deſtruunt, deuaſtant, atque conculcant.

*Prælato bono quid agendum.*

a 2. Tim. 4. 5.

b Io. 11. 14.

Quis vero eſt, qui tanto onere idoneum ſe intelligat? præſertim cum nouerit, adeo huiuſmodi vineas Chriſto Domino eſſe dilectas, adeoque earum expetitum fructum, vt proprio eas ſanguine irrigarit, & arctiſſimam ab earum cuſtodibus de ſingulorum fructibus exquiſiturus ſit rationem, cum dicet: *c Redde rationem villicationis tuæ*. Certe Chriſti ſponſa ſatis ſuam exploratā habuit inſufficientiam, agnoſcenſque, ſe longe eſſe tanto oneri imparem, multum diuque pugnauit cū fratribus, ne tantæ præficeretur cuſtodiæ: Vnde & ait; *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis*: quaſi diceret.

c Luc. 16. 2.

*Paraphraſis.*

Volebant me fratres mei præficere animarum cuſtodiæ: At ipſa intelligens, quātum ponderis cum tali cura humeris meis imponendum foret, quantumque ad iſtiuſmodi munus & ignorantiæ mihi ineſſet, & debilitatis, ne oneri aliquando ſuccumberē, reſtiti pro viribus: At fratres mei pugnauerunt contra me, pugnaui & ego, quantum licuit; ſed tandem illi me impugnatam vinearum addixerunt cuſtodiæ.

*In Prælaturis ſuſcipiendis quod diuerſimode ſe habeant ſtulti atque ſapientes.*

Quo loco animaduertenda eſt maxima, quæ inter prudentes ac Sanctos viros, atq; inter ſtultos & prauos homines in Prælaturis ſuſcipiendis ineſt differentia; Enimuero tanta eſt hominum ſocordia, tantaque ambitio, vt pro aſſequendo Epiſcopatus totis inter ſe dimicent viribus; tantūque abeſt, vt oblatas renuant vinearum, ac animarum cuſtodias: quod potius illicitis etiam plerumque artibus eas extorqueant: exultantque cum ijs potiti fuerint, æque ac ſi rem maxime honorificam, vtilem conſecuti eſſent, atq; ſalubrem. *d Stultus homo*, inquit Salomō, *plaudet manibus, cū ſpoponderit pro amico*. Quid enim reperiri queat, quod maiorē arguat ſtultitiam, quam ſpondere ſemetipſum omniaque ſua pro amico exponere, ac de hoc gaudere? quid magis ſtultū, quā exultare, cum pro aliorum cura noſmetipſos periculo exponimus? quæ maior ſtultitia, quam manibus plaudere, lætitiaque exilire pro onere ſibi impoſito grauiſſimo? Non exultauit certe ſponſa Chriſti; ſed intelligens onus ſibi impoſitum pugnaſſe ſe ait: Quidni autē cum fratribus pugnaret Anima Chriſti ſponſa, ne vinearum, animarumque cuſtodiam ſuſciperet? Si *e* Moyſes ille Sanctiſſimus quodammodo cum ipſo pugnauit & Deo, ne Iudaici populi ducatum acciperet; quidni cum fratribus ipſa pugnaret, ſi videret imponi aliarum vinearum cuſtodiam, aliarum animarum curam ſibi, quæ nec propriæ vineæ, animæque ſuę curam, atque cuſtodiam habere voluit? Quidni pugnaret cum fratribus, quæ ignara eſſet de Dei vocatione ad talem cuſtodiā? Victa vero, & impugnata à fratribus ſuis poſitam ſe dicit cuſtodem vinearum, quodve communi fere omnium conſenſu pro eximio munere proque maxima haberetur gratia, ipſa grauiſſimum, ac moleſtiſſimum contra ſe factum exiſtimat bellum. Quis enim mundanorum hominum cum aliquorum opera ad quampiam euectus ſit Prælaturam non diceret: Tales, ac tales pugnauerunt pro me: totis conatibus, ope, atque fauore pro me pugnauerunt cum ijs, qui mecum ad hanc cōcurrebant dignitatem: eorum tamdē auxilio poſitus ſum cuſtos vinearum, Epiſcopatum adeptus ſum, animarum mihi tradita eſt cuſtodia. Chriſti ſponſa ſi poſita eſt vinearum cuſtos, per vim ibi ſe poſitam aſſerit: & licet vis iſta, vis fratrum fuerit; licet pugna vniuerſa ex fraterno prodierit amore. moleſtiſſimum contra ſe tamen in hoc ab illis factum conqueritur, dum inquit, filios matris ſuæ, quando ipſam poſuerūt cuſtodem in vineis, pugnaſſe, nec pugnaſſe pro ſe, quamuis illi id fortaſſe exiſtimarint: Sed pugnaſſe cōtra ſe: Nil quippe magis Animæ religioſæ moleſtum ab aſperrimis fieri poſſet aduerſarijs: nil ve cōtra eam maioris excogitari poſſet periculi, quam vinearū cuſtodiæ deputari, quam animarum curam ei committi, quam vniuerſorum totius populi peccatorum pondus ſuper illam imponi. Nouerat ſe à ſapiente illo admonitam, *f Ne peccaret in multitudinem Ciuitatis*, immittendo ſe in illius curā, atque cuſtodiā: Recordabatur, ſic dictū ab eodem, *g Ne ſuſcipiendo populi ac animarum curam inuoluat ſe duplicibus peccatis*, & ſuis nimirum, & populi, cuius peccata ſæpe imputantur rectoribus; cum nec pro peccato proprio, nec pro peccato populi impunitus futurus ſit quiſpiam. Idcirco horum omnium memor, ne populorū vineis præficeretur, ſuam ipſius vineam Prælato cuſtodiendam tradidit.

d Prou. 17. 18.

e Exo. 3. 11

*Prælaturam ſibi exhibitam viri ſancti moleſtiſſimam rem arbitrantur.*

f Eccl. 7. 7.

g Eccl. 7. 8.

22 *Secundus ſenſus.*

Iuxta ſecundū ſenſum, Anima Chriſti ſponſa hoc loco primum, ac præcipuum vniuerſæ ſuæ nigredinis affert principium: Oſtendit enim, ſe vel nigredine ærumnarum decoloratā à Sole Iuſtitiæ, atque à Chriſto Domino: vel nigrore peccatorum, à Sole concupiſcentiæ denigratam: quia vineam Paradiſi, quæ ſibi tradita fuerat ad operandum, & cuſtodiēdum, nequaquā cuſtodiſſet: Sed à dæmonibus impugnata in primis parentibus, poſita eſſet cuſtos vinearum mundi, vbi ardentiſſimis Solis æſtibus combureretur, quos minime paſſa fuiſſet, ſi vineam ſuam cuſtodiſſet, quandoquidem in ea ſecuriſſimis tuta fuiſſet vmbraculis.

*Greg. Nyſſ. Pſellus. Bernardus.*

Vt autem ſenſus iſte, qui aliquanto eſt difficilior, omnibus fiat perſpicuus, ſingula per partes diligentiori perpendenda ſunt examine.

Primo igitur videndum, quomodo Paradiſus dicatur vinea, & quomodo Anima Sancta vocet illum vineam ſuam; Et quidem quod hominis propria poſſeſſio fuerit paradiſus ille terreſtris ex eo manifeſte colligitur, quod pro homine à Deo conditus is eſt, hominique ab eodem Domino in propriam poſſeſſionem eſt traditus, in quo habitaret, quem cuſtodiret, quemve excoleret: Vnde in Geneſi dicitur: *h Plantauerat autem Dominus paradiſum à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat*. Atque idcirco, iuxta Hebraicā lectionem ſponſa vocat eum vineam ſuam, quæ ſibi, ſcilicet à Deo plantata fuiſſet ad ſuas voluptates, ad ſuum habitaculum, atque ad ſuam peculiarem poſſeſſionem.

*Paradiſus terreſtris propria poſſeſſio hominis.*

h Geneſ. 2. 8

Sed quare paradiſum vineæ appellauit nomine, cum vinea ab horto differat, ac paradiſus proprio ſignificatu hortum ſignificet? Primo quidem dici poſſet, vineæ nomen improprie hoc loco vſurpatum, quemadmodum vulgari quoque, ac familiari ſermone Magnatum hortos, atque pomaria, vineas plerumque nuncupare ſolemus, cum dicimus: Eamus ad vineam talis, ac talis Principis, deambulaui per hanc, vel illam vineam; cum tamen re vera eæ non vineæ, ſed delitioſi ſint horti: impropriam autem hanc vocem vſurpaſſe crediderim ſponſam, vt in ea, quam ceperat, vinearum perſiſteret metaphora: dixerat enim, ſe poſitam cuſtodem in vineis, atque adeo congruentius ſubdit: *Vineam meam non cuſtodiui*: quam hortum meum non cuſtodiui. Quamquam ſi intimius Sacræ Scripturæ vſum, quo Paradiſi vſurpat nomen, inſpiciamus; animaduertemus, vocabulum iſtud ſignificare locum quemuis delitioſum

*Paradiſus terreſtris quomodo dici queat vinea hominis.*

*Paradiſi vocabulum quid ſignificet in Scriptura.*

tioſum, amœnum, & qui ad hominis inſeruiat delectationem: Vnde in libro Geneſ. dicitur. *i* Terram Sodomæ, & Gomorræ, antequam eam Deus ſubuerteret, fuiſſe tamquam Paradiſum; & in Ezechiele, cum ſit ſermo ad Regem Tyri, dicitur, *k in delicijs paradiſi Dei fuiſti:* Sic & alibi ſæpius: atq; cum non ſolum hortus ſit locus amœnus, atq; ad hominem oblectandum iucundus, ſed & vinea quam maxima: cur non potuit congruenter ſponſa Paradiſi locum vineæ nomine exprimere? Imo multo congruentius illum per vineæ, quam per horti expreſſit vocabulũ: quia per hoc ſignificauit locum illum ſibi à Deo datum, vt inde vinum colligeret beatitudinis: ac felicitatis illius, quæ naturaliter ab homine expeti, & comparari poſſet, quam in eo ſitam eſſe, ait Auguſtinus, vt nullum bonum abeſſet homini, quod recta voluntas optare poſſet, nullumque malum adeſſet, quod hominis feliciter viuentis carnem, vel animum offenderet: Vtq; in eo veluti in vinea operaretur. Neque enim ad delicias tantum paradiſus illi terreſtris datus eſt homini: Sed etiã, vt ab ipſo excoleretur: quamuis cultura & operatio illa nõ fuiſſet laborioſa ac moleſta, ſed facilis & iucunda: prout maxime iucundam etiam nunc agriculturæ artem eſſe conſpicimus: vnde Auguſtinus: Videmus, ait, cum tanta voluptate animi agricolare quoſdam, vt eis magna pœna ſit, inde ad aliud auocari: Quicquid ergo deliciarum habet agricultura, tunc vtique (in paradiſo videlicet) longe amplius erat quando nihil accidebat aduerſi vel terra, vel cœlo. Ac propterea per Moyſen locus ille Paradiſus dictus eſt voluptatis, quod ex eo vinum ſummæ voluptatis colligeretur: additumque eſt, hominem in eo poſitum, vt operaretur illum, porro cum terrena, ac mundana iſta viliſſima, in quæ poſt peccatum deiectus eſt homo, vinearum vocabulo ſponſa expreſſerit propter hæc duo, quod ex eis mundanarum voluptatum vinum colligatur, idque grauiſſimis, ac moleſtiſſimis laboribus, vt infra probabimus, dicens; *Poſuerunt me cuſtodem in vineis:* propter eandem duplicem rationem eodem vineæ vocabulo paradiſum illum ſignificauit, dicens: *Vineam meam non cuſtodiui.*

*i Gen. 13. 10*

*k Ezech. 28. 13.*

*Aug. lib. 14. de ciu. c. 10.*

*Aug. lib. 8. de Ger. ad lit. cap. 8.*

*Paradiſi terreſtris vinea quid commodi habuerit præ vineis mundi.*

At quidnam eximij præ cæteris illis vineis, quarum ſe poſitam inquit cuſtodem, vinea iſta ſua habuit, vt tantum ei conquerendum fuerit, quod iſta relicta ad illarum traducta ſit cuſtodiam? Ingens commoditas, qua & æſtus declinaret tribulationum: & ab ardentiſſimis ſe tutari poſſet concupiſcentiæ radijs, ita vt ſi in ea vinea perſtitiſſet, nequaquam à Sole decolorata fuiſſet, prout ſe modo in terrenis iſtis vineis decoloratam deplorat. Enimuero in vinea illa paradiſi varia, ac tutiſsima habebat vmbracula, diuerſaſque, quas ſecum geſtaret, habebat vmbellas, quibus vniuerſos à ſe Solis radios, vniuerſoſque ærumnarum abigere poſſet æſtus. An non vmbraculum commodiſsimum ſumma extitit ſcientia, qua à Deo donatus eſt Adam in paradiſo multo illa præſtantior, de qua ſapiens ille ait, *l Deus dedit mihi horum, quæ ſunt, ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitiones orbis terrarum, & virtutes elementorum: initium, & conſummationem, & medietatem temporum, viciſsitudinum permutationes, & conſummationes temporum, morum mutationes, & diuiſiones temporum: anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones: naturas animalium, & iras beſtiarum: vim ventorum, & cogitationes hominum: differentias virgultorum, & virtutes radicum: & quæcumque ſunt abſconſa, & improuiſa didici: omnium enim artifex docuit me ſapientia:* tanta tamque eximia rerum omnium ſcientia, etiam ſi nullum aliud habuiſſet vmbraculum, potuiſſet profecto Anima magna ex parte in paradiſo ſe & ab æſtibus tutari tribulationum, illas multo ante præuiſas ſua à ſe auertẽs prudentia: & ardentes cõcupiſcentiæ quoquo pacto declinare valuiſſet radios, prout aliqua ex parte per moralis Philoſophiæ cognitionẽ ab aliquibus vel etiam Gentiliũ Philoſophorum factum videmus. Sed & aliud inſuper in ea paradiſi vinea, multoque melius anima habebat vmbraculum iuſtitiam originalem, quæ erat abſoluta comprehenſio A omnium habituum, quibus homo ſecundum omnes vires & facultates ſuas rectus, & perfectus reddebatur, ac idoneus ad exercendas expedite & perfecte omnes actiones, naturæ ſuæ conuenientes. Per hoc autem vmbraculũ non ſolum ab vniuerſis eruebatur miſeriarum, ac tribulationũ ardoribus: cum illa præſtaret homini omnem felicitatem, quæ naturaliter ab eo experi, & comparari poſſet, tribuens ei omne bonum, omneque ab illo auertens malum, verum etiam ab atra præſeruabatur peccatorum nigredine, qua à concupiſcentiæ Sole decolorari potuiſſet, idque per rectitudinem partis ſuperioris, qua homo ſecundum rationem, & volũtatem erat ſubiectus legi, ac volun- B tati diuinæ; & per rectitudinem partis quoque inferioris, qua caro & ſenſus ad iudicium rationis & ſpiritus penitus conformabatur. Nec nõ & per id, quod nullam habebat propenſionem ad malum, nullamque ad bene agendum difficultatem: per gaudium perpetuum, per continuam conſcientiæ pacem & ſecuritatem, ac per ſummam mentis quietem, & tranquillitatem, quibus omnino repugnat peccatum.

*Scientia ſumma extitit cõmodiſſimum vmbraculũ primo homini in ſtatu innocentiæ.*

*l Sap. 7. 17.*

*Iuſtitia originalis ſecũdũ fuit vmbraculum hominis in ſtatu innocentiæ.*

*Gratia gratum faciens vmbraculum tertium primi hominis in ſtatu innocentiæ.*

Quid ſi & tertiam addas gratiæ gratum facientis, per quam ita homo in paradiſo amicus ac familiaris Deo conſtituebatur, vt iuxta communiorem, ac probabiliorem Theologorum ſententiam, omne etiam peccatum veniale in eo innocentiæ ſtatu ab illo auer- C teretur?

*Immortalitatis donum vmbraculum primi hominis.*

D. Tho. opusc. 3. c. 186.

Habebat inſuper homo in illo innocentiæ ſtatu, in vinea paradiſi & quartum eximiumq; vmbraculum, quo maxime tetram mortis declinaſſet nigredinem, donum videlicet immortalitatis, quo in eo ſtatu poterat non mori, cum igitur talia, tamque eximia in paradiſi vinea haberentur vmbracula: cum tam ingens omnis declinandi Solis ibi haberetur commoditas, quis non iure cunctis eam præferret, quæ in mundo ſunt, vineis? Merito proinde, & queritur Chriſti ſpõſa, & deplorat, quod talem non cuſtodierit vineam, dicens: *Vineam meam non cuſtodiui.* Poſitus quidem in D hac vinea fuerat Adam, non ſolum vt operaretur; ſed etiam vt cuſtodiret illam; ſic enim dicitur in Geneſi, *m Tulit Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur,* & cuſtodiret illum. A quonam cuſtodiret, ſi nullus ibi fuiſſet hominum, qui aliquid in ea furaretur? ſi nulla ibi accedere potuiſſet mala beſtia, quæ hanc demoliretur vineam? Cuſtodia certe illa, vt colligitur ex Auguſtino, non tam vineæ, quam ipſi neceſſaria erat homini: debebat enim eam ſibi diligenter cuſtodire, diuinis obtemperando præceptis, ne propter inobedientiam tanta huiuſcemodi vineæ amœnitate priuaretur, atque felicitate. Debebat præterea cuſtodire eam vineam aduerſus dæmones: E non vt eos à paradiſo arceret: ſed ne aurem fallacibus eorum præſtaret conſiliis, quibus deceptus, à Dei recederet obedientia, vnde poſtea ab ipſa paradiſi deturbaretur habitatione; prout modo ſponſa ſibi in ſuis parentibus eueniſſe conqueritur, dicens. *Vineam meam non cuſtodiui.* Quare enim præclaram illam non cuſtodiuit vineam ſuam, niſi quia à dæmonibus ſe decipi paſſa eſt in paradiſo? Niſi quia dæmonum obtemperans conſiliis, diuinum in paradiſo haud cuſtodiuit præceptum? Propterea bene id ipſamet exprimit, ſubdens. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis.*

*Paradiſus terreſtris quomodo cuſtodiendus erat homini.*

*m Gen. 2. 15.*

*Aug. lib. 8. de Gen ad lit. cap. 10.*

23

*Dæmones quomodo dicantur filij matris noſtræ.*

*n Gal. 4. 26*

At filios quidem matris ſuæ dæmones nuncupat; quod vere illiuſmet matris filij à Deo conditi ij ſint, in cuius filiam genitam ſe nouit à Chriſto. *n Qui rege-* F *nerauit nos in ſpem vitæ æternæ,* cæleſtis nimirum Ieruſalem, quam Apoſtolus matrem noſtram appellat. Verumtamen etſi propter hoc filios matris ſuæ illos dicat, quoad perfectiſſimam eorum ſubſtantiam, & quoad gratiam illam, qua copioſius in ſua ipſorum ratione decorati fuerant, vt eius ope inter alios cæleſtes ſpiritus, ſi voluiſſent, in cæleſti Ieruſalem tanquam in ſinu propriæ matris perſiſterẽt in æternum; Fratres nihilominus ſuos neutiquã eos dicit pia anima: tum quia nouit, nedum è matris ſuæ ſinu per ſu-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

perbiam illos excidiſſe, ſed & omni ſpe deſtitutos ſinus patriæ illius: tum quia intelligit, nedum fraterna ab illis non diligi charitate; ſed inſtar peſſimorum inimicorum exitiali odio inſidias, tentationes, ac perſecutiones ſuſtinere ſe iugiter ab eis ob id potiſſimum, quod ipſa filiam ſe cuſtodire ſatagat Dei, qui communis eſt pater: & ob id, quod in filiam genita ſit matris illius cæleſtis, quæ communis eſſe debuiſſet; & mater eorum.

Propterea igitur iuxta Hebraicam lectionem ait: *Filij matris meæ ſuccenſi ſunt mihi*, vel *exarſerunt in me.* Quiq; iam in cælis aſſueti erant ad pugnas, noua cum hominibus aggreſſi ſunt prælia. Vnde & bene per eandem Chriſti ſponſam, iuxta lectionem noſtram dicitur: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* B Pugnas quidem, eaſque grauiſſimas tunc iniere, quando, exiſtente ſponſa in vinea paradiſi in primis parentibus ſuis, vineamq; illam cuſtodiente, in tortuoſo ſerpente parentes illos ſuos aggreſſi tamdiu cum eis pugnauerunt, quoad vſque illos penitus expugnarunt. Arma vero quibus tantas commiſere pugnas non fuerunt ferrea; ſed blanda colloquia; ſed verba mendacia: ſed deceptoriæ interrogationes: ſed fallacia conſilia: Arma plane ſpiritualia nequitiæ, arma multo quibuſlibet ferreis armorum generibus validiora. Habemus has pugnas, habemus & hæc ipſa arma egregie in Sacra Geneſis hiſtoria enarrata: dicitur enim: o *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animatibus terræ, quæ fecerat Dominus* C *Deus.* Quid tum, in hoc tam callido ſerpente, cum parẽtibus noſtris callide tortuoſi illi filij matris noſtræ, ſpiritus nequitiæ deceptorias adorſi ſunt pugnas. Et vide, quam blandis incipiant verbis: *Cur præcepit vobis Dominus, vt non comederetis ex omni ligno Paradiſi?* Vide mendacia manifeſtiſsima: Deus dixerat: *Ex omni ligno Paradiſi comede.* Diabolus mendacij pater mendaciter, Deum, inquit, præcepiſſe, ne comederent ex omni ligno paradiſi. Voluit infelix Eua cum diabolo miſcere colloquia, nec animaduertit, colloquia huiuſcemodi potentiſsima eſſe arma nequitiæ: Reſpondit enim ad blanda illa diaboli verba, animaduertitq; mendacium in illis expreſſum: Sed nihilominus callidam non cauit D deceptionem: nam dicens: *De fructu lignorum quæ ſunt in Paradiſo veſcimur*; indicat, ſe intellexiſſe mendacium, & ipſius à ſe repulit ictum; At cum addidit: *De fructu vero ligni, quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Vehementioribus ſe expoſuit falſorum conſiliorum ictibus: fecitque inſtar illius, qui cum longius ab aduerſarij ſeſe tutarit iaculis: cominus tamẽ accedens nudato pectore, mortiferum in corde ſuſcipit vulnus: Sic enim & ipſa è longinquo ſeſe tutauit à mendacio; at latens in ſe tædiũ, & infidelitatis ſcrupulũ, ſuo denudans aduerſario, mortale deceptionis E in corde ſuſcepit vulnus: Siquidem ſtatim ac diabolus denudatam intuitus eſt in muliere præcepti diuini diſplicentiam, tædium, ac odium in falſa, quam ab illa factam accepit talis præcepti exaggeratione, qua de proprio addidit, *& ne tangeremus illud*: ſtatim ac eiuſdem mulieris in diuino præcepto hæſitationem ſibi in ijs verbis, *Ne forte moriamur*, per illud forte, nudatam conſpexit; Vehementiſsimum in illius cor deceptionis, fallaciſque conſilij immiſit iaculum, dicens: *Nequaquam morte moriemini: Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum.* Accepit feralem ictũ miſera parens noſtra: nam illico ſubditur: *Vidit igitur* F *mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile* Vnde enim agnouit, quod lignum illud eſſet bonum ad veſcendum, cum ipſum adhuc minime guſtaſſet? niſi quia iam acceperat ictũ maleſuadæ diaboli deceptionis? Quid vero ex hoc ictu ſecutum eſt? omnimoda illius expugnatio: Nam ſtatim illa tulit de fructu illius vetitæ arboris, & cõedit. Quodve omnium extitit peſsimum, ea, quæ à Deo condita fuerat in adiutorium viro cõtra omnia, quæ ei quoquo pacto aduerſata fuiſſent, validiſsimum

*Quibus armis dæmones pugnarint contra homines in Paradiſo terreſtri.*

o *Gen.3.1.*

*Dæmonum pugna cum primis parentibus noſtris qualis fuerit.*

*Simile.*

euaſit tormentum, quo vteretur diabolus ad illum debellandum: ſic enim in citata prælij iſtius deſcriptione ſubijcitur, *Deditque* (ſcilicet mulier) *viro ſuo, & comedit:* pugnas itaque iſtas deplorans anima Chriſti ſponſa, ipſaſque pro cauſa afferens vniuerſæ nigredinis ſuæ, ait: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.*

Non pugnaui pro viribus meis: non reſtiti quantum poteram inimiciſſimis illis filiis matris meæ: idcirco ab iis ita ſum expugnata, vt me à cuſtodia extruſerint Paradiſi vineæ meæ, ponentes me cuſtodem in vineis mundi huius.

*Paraphraſis.*

Duo in his animæ verbis animaduertenda ſuperſunt. Primum eſt, quomodo dæmones, poſtquam in prædicta pugna victoria potiti ſunt in homines, vt in deuictos, ſibiq; ſubactos homines illos potentiam exhiberent dominij ſui, idipſum cum illis agere ſtuduerunt, quod prius à Deo cum iiſdem factum aduerterant, tametſi ratione diuerſa. Nam ſicut viderant, Deum in Paradiſi cuſtodiam eos deſtinaſſe: ita è contra & ipſi poſtquam eos expugnarunt, tulerunt illos de paradiſo, & poſuerunt in vineis mundi, vt eadem in illis efficerent, quæ ex Dei præcepto facienda fuiſſent in vinea paradiſi: vt videlicet operarentur, & cuſtodirent illas: *poſuerunt* enim, inquit ſponſa, *me cuſtodem in vineis.* Multo vero diuerſimode in eundem hominem hæc & à Deo, & à dæmonibus peracta ſunt. Nam ſi Deus poſuit hominem in paradiſi cuſtodiam: in vnius tamen ſolius paradiſi vineæ eum deſtinauit cuſtodem: At dæmones in multis, ac pene infinitis vineis vnum tantummodo hominem cuſtodem poſuere, quod cuſtodis munus ab illo vno nequaquam impleri poterat.

*Dæmones quo pacto exercuerunt dominium in homines quos in Paradiſo deuicerant.*

Secundo ſi Deus poſuerat hominem cuſtodem paradiſi: plane ita cuncta in eo diſpoſuerat, vt nullus eſſet, qui vineam illam præſente homine, quoquo pacto demoliri poſſet, totaque hominis cuſtodia in eo ſita erat, vt tantummodo Dei præceptum cuſtodiret, vtque ſe in eo cuſtodiret, quo à Deo conditus fuerat, innocentiæ ſtatu.

At vero dæmones vnum eundemq; hominem poſuerunt cuſtodem in vineis diſſipatis, in vineis vndequaque apertis, in quas quicumque voluerit, ingredi queat, quas & conculcent malæ beſtiæ, demoliantur vulpes. Demum, ſi homo poſitus à Deo cuſtos in paradiſi vinea, operari in ea debuiſſet, operatio certe illa haudquaquam (vt ſupra oſtenſum eſt) moleſta illi, aut laborioſa extitiſſet, quin potius periucunda. At à dæmonibus cuſtos poſitus in vineis, ita in illis miſero operandum eſt homini, vt totam in laboribus, ac moleſtiis, totam in ſudore tranſigat vitam, vineæ enim illæ, quarum poſitus eſt cuſtos, ſpinis, ac vepribus plenæ ſunt, atque adeo in laboribus, atque in ſudore vultus ſui eas excolat, neceſſe eſt, ex quibus omnibus apparet, quã recte hoc ingemiſcat anima, quod à dæmonibus poſita ſit cuſtos in vineis: per hoc enim intellexit aperte, ſe deueniſſe in manum Dominorum crudelium: prout aliquando Egypto per Eſaiam minatus eſt Deus, cum diceret. p *Et tradam Egyptum in manu Dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum.*

p *Iſa.19.4.*

Alterum quod in his ſponſæ verbis, *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*, animaduertendũ ſupereſt, illud eſt, 24
quam congrue mundum iſtum, & hanc lacrymarum vallem, in quã è Paradiſo eiectus eſt homo, vineæ explicarit metaphora: & quã etiam apte non vnam eã, ſed plures dixit vineas. Enimuero, vt ab eo exordiamur, quod facilius ſit, plures vineas dixit, quia in vno mundo plura ſunt vitia: quorum ſingula diſtinctam, ac propriam conſtituant vineam: neque enim vnum aliquod mundana habent, quod ea ſimul vnita reſtringat, prout habere conſpicimus ſpiritualia, cæleſtia, atq; diuina, quæ omnia licet infinita eſſe videantur, per vnã tamen vniuntur charitatem. Ac propterea fere ſemper, quando fit ſermo in Scripturis Sacris de vinea Dei, deque vinea virtutis, in ſingulari vnica nun-

*Mundus non eſt vna, ſed plures vineæ, cum è contra vinea virtutis ſit vna tantum.*

nuncupatur vinea; ſic apud Iſaiā loco ſæpius citato, q Vinea dicitur fuiſſe *dilecto in cornu filio olei*. Sic & Dauid vnicam dicit vineam, r *quam plantauit dextera Dei:* Sic & Redemptor noſter in Euangelio ſ vineam vnicam æternum illum Patrēfamilias plantaſſe ſignificat: Sic & ſponſa ipſa: vnam eandemque vineam, quam communem cum pacifico Rege habet, vnicæ vineæ explicat nomine, dicēs, t *Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos:* & poſtea ſubdit. *Vinea mea coram me eſt.* Hinc & hoc ipſo loco, quem præ manibus habemus, *Vineam*, inquit, *meam non cuſtodiui:* E contra vero cum verba fieri contigerit de vinea huius mundi, cuius princeps ipſe eſt diabolus, de vinea vitiorum, fere ſemper plurium vinearum vocabulo illam in eiſdem Scripturis expreſſam inuenimus. Sic de Philiſtinorum vineis, ex quibus catulus ille leonis egreſſus eſt in occurſum Sampſonis, dicitur in libro Iudicum, u *Cumque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus, & rugiens.* Diabolus nimirum, qui in his vineis, tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret: quemve verus ille Sampſon Chriſtus Dominus dilacerauit, quaſi hædum. Has vineas x vulpium illarum flamma conſumpſit, ad quarum caudas faces ardebant: quia callidi, ac deceptores dæmones facibus contentionum eas conſumunt. Sic cum hanc mundi vineam percutit Dominus, in plurali vineæ Ægyptiorum percuſſæ dicūtur. y *Et percuſſit*, inquit Dauid, *vineas eorum, & ficulneas eorum:* & alibi: z *Et occidit in grandine vineas eorum:* Sic & Salomon, quando hanc mundi vineam excoluit, a *Plantaui*, inquit, *mihi vineas*, in plurali. Sic & per Amos Prophetam ad quoſdam, qui hanc ipſam excolere ſtudebāt vineam, dicitur in plurali. b *Plantabitis vineas amantiſſimas, & non bibetis vinum earum:* & paulo inferius. c *In omnibus vineis erit planctus:* Sic & per ſponſam, Chriſtum dilectum ſuum deſcribentem, qui propter ipſam in hanc mundi vineam deſcenderit, *factus pro nobis peccatum pro ſimilitudine abſque peccato*, vt nos à peccato redimeret. d *Botrus*, inquit, *Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi;* quod interpretatur oculus tentationis: quia vinea mundi plures in ſe habeat vineas plantatas in loco tentationis pleno; ſic demum & hoc loco congruentiſſime, dum ſignificat, ſe in hanc mundi iſtius vineam deſtinatam à filiis matris ſuæ. *Poſuerunt*, inquit, *me cuſtodem in vineis*, pluraliter: non in vna vinea ſingulariter: plures enim in mundo iſto vitiorum vineas cuſtodire illam coegerunt.

q *Iſa.5.1.* r *Pſ.79.15.* ſ *Luc.20.9.* t *Cant.8.11* u *Iud.14.5.* x *Iud.15.5.* y *Pſ.104.33.* z *Pſ.77.47* a *Eccl.2.4.* b *Amos 5.11.* c *Amos 5.17.* d *Cant.1.14*

*Mūdus eiuſque vitia continent in ſe vites rerū ſæculi, ex quibus exprimitur vinum voluptatum ſenſibilium.*

Sed quanam ratione mundum iſtum, eiuſque vitia vinearum deſignauit metaphora? An quia in mundo, necnon in quolibet mundi vitio plures plantatæ ſunt res ſæculi, ex quibus tanquam ex vitibus colligitur vinum voluptatum ſenſibilium: vinum, quod lętificat cor hominum carnalium? Certe terrenæ delectationes, quæ ex his ſæculi rebus colliguntur, vinum ſunt, & vinum potentiſſimum, quod ita miſeros inebriat homines, vt eos à Deo auertat, & à ſemetipſis. Nec minus congrue vites dicuntur terrena iſta omnia, ex quibus prædictum delectationum ſenſibilium exprimitur vinum: nam quemadmodum vites iſtæ terreſtres tamdiu bonum aliquod in ſe habent, quamdiu in terra radicatæ ac virides perſtiterint; eradicatæ ſiquidem, ac explantatæ ſi fuerint, nihil in ſe habent ſpecioſi, nihil ſuauis, atque ad nullum deſeruiunt vſum, præter quam ad ignis flammas ſuſcitandas: Eodem modo mundana iſta omnia quamdiu radicem in terra huius mundi habuerint, quamdiu in ſuo perſtiterint vigore, tamdiu pulchros ad intuentium oculos extendunt palmites, compluribus inſtar malleolorum vinculis ſe cum hominibus nectunt, tamdiu prædulces proferunt cupiditatum botros, ex quibus poſtea exprimatur & iucundiſſimum ſenſibilium voluptatum vinum; At cum per corruptionem è mundo eradicatæ, euulſæque fuerint, tunc nil in ſe habent vel ſpecioſi, vel commodi, atque nulli alij inſeruiunt vſui, niſi ad maiores in inferno ſuſcitādas flammas, quibus miſeri illi comburantur, qui eas in præ- A ſenti ſæculo congregauerint, quive ex eis in hac vita vinum colligere ſtuduerint. Habemus hæc à Deo per Ezechielem Prophetam haud obſcuris verbis ſignificata: Cum diceret: e *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarū? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum eſt in eſcam: vtramque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam, nunquid vtile erit ad opus? Etiam, cum eſſet integrum, non erat aptum ad opus, quanto magis, cum illud ignis deuorauerit, & combuſſerit nihil ex eo fiet operis. Propterea hæc dicit Dominus Deus. Quomodo li-* B *gnum vitis inter ligna ſyluarum, quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradam habitatores Ieruſalem, & ponam faciem meā in eos, de igne egredientur, & ignis conſumet eos.*

*Simile.* e *Ezech.15*

Quomodo vero mundi huius habitatores Ieruſalem terrenæ: quomodo mundi huius incolæ igni inſtar lignorum vitis tradētur? niſi quia cum rebus iſtis terrenis, quas inſtar lignorum vitis eſſe diximus, in ſuos connexos habent animos, vt ſimul cum eis ad ignem deputentur? quomodo de igne egredientur, & ignis cōſumet eos? niſi quia per mortem egredientur de igne concupiſcentiæ prædictarum vitium: & in inferno igne illo, flammaque illa ardentiſſima, quæ per has vites ſuſcitata fuerit, conſumentur abſque conſumptione. C hæc enim vnica eſt differentia inter vites veras, & vites terrenarum rerum, quæ per illas deſignātur, quod vites veræ vna cum flamma, quam eleuarint, conſumunt ea, quæ ſibi adhærent, ſimulque conſumuntur & ipſæ: & ideo bene de eis per prophetam dictum eſt: *Vtramque partem eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam.*

At vites terrenarum rerum, prout iunctæ ſunt quoad effectum cum animabus mundanorum hominum, etſi quoad eundem ſui effectum cum ipſis animabus igni tradantur in gehenna, ſuſcitant quidem ingentes flammas, quibus miſeras illas animas comburunt; D haud tamen eas penitus conſumunt, cum nec ipſę conſumantur, perpetuas ſuſcitantes, & conſeruantes flammas, quæ animas comburunt in æternum, conbuſtione multo peiori, quam ſi eas penitus conſumeret. Sic ergo (vt ad propoſitam redeamus quæſtionem) cum mundana iſta omnia, vniuerſæque res ſæculi huius congruenter vitibus comparentur, cumque in mundo iſto, ac in quolibet mundi vitio plures plantatæ ſint mundanarum rerum vites, ex quibus vinum colligitur terrenarum oblectationum, ſenſibiliumque voluptatum, plane iure optimo anima, quæ refert, quando à paradiſi vinea in hunc mundum à E dæmonibus eſt eiecta: mundū ipſum vineæ expreſſit metaphora, mundique vitia, vinearum appellauit vocabulo dicens: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis.*

Quamuis ex eo quod cuſtodem ſe in his vineis po- 25
ſitam aſſerit: alteram haud minus idoneam afferre liceat rationem, quare mundum iſtum, ac mundi vitia ſub vinearum metaphora expreſſit: nimirum quod in his cuſtodiendis iugi indefeſſoq; labore ſibi æque ac in vineis laborandum ſit; ſiquidem quemadmodum ei, qui vineam cuſtodit, ſemper laboret, neceſſe eſt, vel fodiendo terram, vel eligendo lapides, vel euellendo ſpinas, vrticas, cæteraſque malas herbas, vel F plantando varias vites, vel plantatas putando, vel inſerendo, vel denique vindemiando: ita pariter & miſeræ animæ, quæ à dæmonibus cuſtos poſita ſit vinearum huius mundi, iugibus nulla ſibi data requie deſudandum eſt laboribus in dicta vinearum cuſtodia. Enimuero & ipſa terram fodit, quando cogitationis ligone terram vertit: quando cogitatione ea etiā verſat, quæ ſub terra latent abſtruſa. Eligit & ipſa lapides anguſtiarum, & ærumnarū, quibus carnalium voluptatū ſibi perturbatur fructus, eaſq; pro viribus ex harum vinearum vijs ejicere nititur. Sed tanti in vineis illis huiuſmodi extant lapides, vt etiam poſt multos labores ſæpius in eos grauiter offendat. f *Via enim impiorū complātata lapidibus:* prout dicitur in libro Eccleſiaſtici, quāuis ſecundū aliam lectionem *complanata*

*Mundus eiuſque vitia dicuntur vineæ, quia in illis ſemper laborandum eſt æque ac in vineis. Simile.*

*In mundi vineis quantos labores ſuſtineant mundani.*

f *Eccl.21.11.*

legatur.Nec minus laboris,minuſve offenſionis ſuſtinet infelix anima in euellendis aſperrimarum ſolicitudinũ ſpinis,vrticis,ac vepribus,quorum pleniſſimæ A

g Iſa.7.23.

ſunt mundi vineæ, iuxta illud Iſaiæ. g *Et erit in die illa omnis locus, vbi fuerint mille vites, mille argenteis*: id eſt, omnes vineæ mundi,quæ in magno habentur pretio, *in ſpinas,& in vepres erunt.* Nec aliud vidit Salomon in vinea viri ſtulti, quam huiuſmodi ſolicitudinum vepres,vnde & ait.

h Pro.24.30.

h *Per vineam viri ſtulti tranſiui,& ecce totam repleuerant vrticæ, & operuerũt ſuperficiem eius ſpinæ.* Quid vero laboris adhibendum credimus Animæ, quæ vt ex terrenarum rerum vitibus voluptatum fructus percipiat, ſolicitudines iſtas, quæ eas impediunt, euellere nititur, nec tamen poteſt? cum & vias harum vinearum iſtiuſmodi ſpinis ſæpiuerit B Dominus, prout per Oſeam Prophetam minatur, dicens.

i Oſe.2.6.

i *Propter hoc*, videlicet,quod totum ſtudium tuum in hoc collocaſti,vt quiete terrenarum delectationum perciperes fructum,*ego ſepiam viam tuam*,qua per mundi vineam tibi incedendum eſt, *ſpinis* variarum ſolicitudinum, quas penitus eradicare non valeas,quibus & tuum transfigatur cor. Quid dicam de labore, quo eadem miſera anima mundi huius cuſtos in plantandis deſudat varijs terrenarum rerum vitibus: in congerendis diuitiis, honoribus,potentiis,ac dignitatibus,ex quibus poſtea vinum colligat ſenſibilium,ac temporalium voluptatum? Explicet laborem hunc auarus, qui vt magnas congerat C opes laborioſam exercet vitam & in mari,& in terra, & ad Solẽ & ad imbres,& ad frigora,& ad æſtus,idque vt aliquando dicere queat ſibimet:

k Luc.12.19.

k *Anima habes multa bona in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare.* Explicet idem ipſe,quos in his plantandis diuitiarum vitibus ſuſtineat labores,

l Eccl.14.9.

cum l *inſatiabilis ſit oculus cupidi in parte iniquitatis,nec ſatiabitur, donec conſumat, arefaciens animam ſuam*:quandoquidem inſatiabilitas iſta conſumit tandem animam propriam, arefaciendo eam anxiis curis.

Explicet ambitioſus,quos & ipſe in plantandis honorum vitibus perferat labores: explicent & alij,qui D aliarum vinearum cuſtodes,aliarum huius ſæculi rerum ſibi plantant vites: Sed & poſtquam illas tanto cum labore plantauerint, quantum eis ſupereſt operis in ijs putandis palmitibus, qui vites ipſas impediunt,ne deſideratum eis proferant fructũ? quantũ operę pretiũ eſt deſudent, quo ea amputent, quæ ſibi impedimento ſunt,ne ex coaceruatis terrenis rebus colligant vinum? quantæ contentiones cum æmulis?quanta defenſionis ſtudia contra aduerſarios? Quid dicam de laboribus inſertionis? quibus tanta in ipſas terrenarum rerum vites inſerunt media,tantos fauores iuſtos,atque iniuſtos,quibus adiuuentur in conſeruandis quæcumque fuerint conſecuti,atque in acquirendis ijs, quæ adhuc adipiſci minime potuerint? E

*Vinearum mundi vindemia qualis ſit.*

Sed fortaſſe operationes iſtæ omnes tam laborioſæ:ſudores hi vniuerſi,qui in vinearum mundi cuſtodia, atque cultu effunduntur, bene impenſæ exiſtimari poſſent, ſi ſaltem in vindemia boni colligerentur fructus, ſi ſuaue colligeretur vinum; Verumtamen

m Iſa.24.7

*Voluptates mundi quam ſint amaræ, damnoſæ,& modicæ.*

m,*luget vindemia,infirmata eſt vitis*,ingemiſcent *omnes qui lætabuntur corde*, quive in terrenis voluptatibus veras lætitias ſe inuenturos,ſperabant: Cũ Cantico,atq;lætitia non bibent vinum,amara erit potio bibentibus illam; Nec mirum,quandoquidem,

n Deut.32.32.

n *vua talium vinearum eſt, vua fellis, & botrus amariſſimus: Fel* F *Draconum vinum* earum,*& venenum aſpidum inſanabile*: mundi enim huius voluptates ſummam ſecum afferunt amaritudinem,& mortem ipſam,prout longius probatum eſt in expoſitione tertia verborum illorũ,

o Cant.1.2.

o *Quia meliora ſunt vbera tua vino*; quin tam modicum vini iſtius ex mundi vineis colligitur ab his, qui cuſtodiunt eas,vt vix ex eo ſuam madefacere valeant linguam: Propterea luget Iſaias Propheta dicens,

p Iſa.16.9.

p *Super hoc plorabo in fletu Iazer,vineã Sabama,quoniã ſuper vindemiam tua vox calcantium irruit*,(tot enim ſunt,qui hoc voluptatum vinum calcare contendunt, vt vix guttam eius ſinguli guſtare valeant)*& auferetur lætitia & exultatio de Carmelo: & in vineis non exultabit,neque iubilabit:vinum in torculari non calcabit,qui calcare conſueuerat:vocem calcantium abſtuli.* Propterea & anima Chriſti ſponſa ſe in his mundi vineis cuſtodem poſitam ingemiſcit. Dum vero ait:*Filij matris meæ pugnauerunt contra me; poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui*,æque eſt,ac ſi diceret.

**Paraphraſis.**

Formoſiſſima quidem,& candidiſſima cõdita ſum à Deo ad imaginem,& ſimilitudinem eius,abſque vlla miſeria feliciſſima, & abſque vlla peccati macula puriſſima: Sicque permanſiſſem,ſi vineam meam, quam mihi creator meus tradiderat,vt eam operarer, ac cuſtodirem: Si Paradiſum terreſtrem in meis primis cuſtodiſſem parentibus: ibi nullatenus me vel B Deus iuſtitiæ Sol decoloraſſet tribulationibus ac ærumnis: vel Sol concupiſcentiæ peccatorum decoloraſſet nigredine; habebam enim in dicta Paradiſi vinea multa vmbracula, quibus me à Solis eruerem æſtibus: eximiam rerum ſcientiam, iuſtitiam originalem, gratiam gratum facientem, immortalitatis donum, particularemque Dei mei protectionem, quæ mihi perfectiſsime obumbrarent. At dæmones *filij matris meæ* Ieruſalem cæleſtis,in cuius filios conditi fuerunt,ſicut & ego,*pugnauerunt contra me*, quando in Paradiſo Parentes meos aggreſsi tamdiu cũ eis pugnarunt,quamdiu effecerũt,vt vetitum comederent C pomum.Tunc *me* miſeram,meque infelicem *poſuerunt cuſtodem in vineis* mundi huius,cuius illorum princeps maximum obtinet principatum; quia *vineam meam* Paradiſi *non cuſtodiui*,cuſtodiens præceptũ Dei,quod pro vineæ illius cuſtodia mihi impoſuerat: Hinc mihi nigror iſte,quem inſpicitis,vniuerſus: Hinc miſeriæ omnes: hinc tribulationes: hinc ærumnæ,quibus vt probet ac purget,*Decolorauit me Deus* Iuſtitiæ *Sol*:hinc peccata omnia;hinc fomes peccati;decolorauit enim me Sol concupiſcentiæ in his mundi vineis,cum in eis illa nequaquam habere vmbracula, quæ habebam in vinea mea, quibus me ab iſtius Solis tutarer æſtibus.

*Prima cauſa omnium tribulationum omniumque peccatorum eſt peccatum originale.*

D Iuxta quartum quoque litteræ ſenſum, aptari hæc piæ poſſunt animæ, deploranti miſeriam nigredinis ſuæ, & afferenti rationem ac cauſam, vnde omnis in ipſam deuenit nigredo peccati: nimirum quia dæmones tentationibus,ſpiritualibuſve nequitiæ armis pugnauerunt contra ipſam, expugnatamque poſuerunt cuſtodem in vineis mundi, ſubiicientes eam ſtudio multiplicium vitiorum ea ratione, qua explicauimus iam:Ex quo factum eſt poſtmodum,vt inſignem illam ſpeciem,decoremque Sanctitatis ſuæ,qua Dei præferebat ſimilitudinem,quæ ſingulari Dei gratia ipſi tunc primum obtigerat, cum admiſſa fuit in illius hereditatem per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti,quæve ſibi multo maiori excolenda fuiſſet ſtudio, quam vinea quælibet ſęculi huius:quãdoquidem ſi cuſtodiſſet illam,haudquaquam defraudata fuiſſet vino deuotionis,& conſolationis diuinæ,neque nigrorem peccatorum contraxiſſet eum, quem contraxit in cuſtodia vinearum mundi, in quibus combuſta à Sole concupiſcentiæ decolorata ea ratione eſt. 26

**Quartus ſenſus.**

**Tertius ſenſus.**

Iuxta tertium ſenſum, anima Chriſti ſponſa propinquiorem affert cauſam, propter quam peccatorum nigredinem in ſe proueniſſe animaduertit, & propter quam à Sole concupiſcentiæ decolorata fuit, atque combuſta. Quemadmodum enim in ipſis verbis, iuxta præcedentem ſenſum, attulit cauſam primam ac generalem, ſeu originem totius nigredinis. Ita, iuxta tertium ſenſum, proximam ac peculiarem aſſignat rationem nigredinis peccatorum, nimirum quia ſenſus ab eo,quod recta dictabat ratio, ad ſuos proprios appetitus,ſeu ad mundana, terrena,carnalia atque caduca ſe abſtraxerint.

Pro huius autem ſenſus intelligentia; Notandum primo: Animam,quam hoc loco præſupponimus loqui,vt Chriſti ſponſam,non eſſe animã, quatenus eſt forma corporis humani, & quatenus eſt pars diſtincta ab

cta ab humano corpore : ſed & animam coniunctam corpori, vt ſupponit pro toto compoſito hominis, ex anima, & corpore; quod hoc animæ nomine nuncupatur à parte nobiliori, & omnino animæ vocabulum hic ſumi pro homine. Homo igitur prius proprios ſenſus appellat filios matris ſuæ, quod ſecū ex eadem progeniti ſunt matre : quamuis enim carnalis hominis mater , ſenſuum mater proprie dici non debet, quia ſenſus , prout hoc loco accipiuntur , prout ſunt animæ ſenſitiuæ , quam à Deo ſolo in homine creari manifeſtum eſt, cum non ſit re diſtincta ab anima rationali : nihilominus apto vocabulo , eorum dicitur mater, quia vere illorum generat organa, oculos, nares, aures, & cor, in quo & potentiæ, tam iraſcibiles, quam concupiſcibiles, & vniuerſæ operantur paſsiones : Sicut enim hominis dicitur mater, quia materiam præparat corporis , licet animam minime producat præcipuam hominis partem. Ita pariter & ſenſuum eiuſdem hominis mater dicitur , quamuis potentias ſenſitiuas nequaquā producat, quæ ſunt quaſi animæ partiales ipſorum ſenſuum.

*Senſus cur ab hom ne dicantur filij matris ſuæ.*

Partes quidem ſuas eos appellare potuiſſet : at incongruum ſibi viſum eſt , illos partes ſuas appellare, quæ in ſui ipſius damnum adeo atrociter pugnaſſent. Senſuum nomen exiſtimauit illis minime competere, qui bonum totius minime ſenſiſſent. Fratres dicere haudquaquam poterat , cum nil in eis fraterni erga ipſam , vel inter ſeipſos amoris conſpexiſſet : ſed ingens tantummodo odium , iuges contentiones , ac perpetuas animaduertiſſet pugnas.

Idcirco hoc eos appellauit filiorum matris ſuæ vocabulo , quaſi nullum repererit aptius: quia filij eiuſdem matris, ſed non eiuſdem patris ſorores ſuas, quas ex eadem matre progenitas habent , fraterno haudquaquam proſequi ſoleant amore , quin potius cum illis peſsime ſeſe gerunt, vt plurimum. Sic namque & ſuos ſecum agere intelligit ſenſus, æque ac ſi ex diuerſis oriundi eſſent patribus : quamuis reuera vnū eundemque ſecum habeant patrem Deum & ſingulorum ipſorum & totius animæ conditorem. *Filij matris meæ*, inquit, *pugnauerunt in me*, intra me.

*Bellum inteſtinū quam ſit graue, ac miſerum.*

Inter omnia bellorum genera nullum atrocius, nullum execrabilius , nullum denique Reipublicæ eſt pernicioſius bello inteſtino. Vrbes quas innumerabilis expugnare minime poteſt , qui ab intrinſecus fuerit, exercitus , modicum illico demolitur, ac ſolo æquat inteſtinum bellum. Reſpublicæ, quæ aduerſarias extranearum Gentium immēſas ſtrauere cohortes , per inteſtinum bellum ſtatim conſternuntur, & rediguntur in nihilum: corpus ipſum humanum tantæ plerumq; eſt fortitudinis, vt nec multis extrinſecis cedat, qui ipſum aggrediuntur, aduerſariis : idipſum tamen ſi modica inteſtina humorum perturbetur diſcordia, viribus deſtitutum vniuerſis, illico in terram proſternitur : ô miſerrimas pugnas, in quibus omnia quidem miſera. ſed (vt bene inquit Tullius) nihil miſerius, quam ipſa victoria.

*Lib.4.ep. fam.ep.9.*

Tunc namque in Rempublicam crudeliores ſunt victores , cum ex fratribus victoriam fuerint conſecuti, tunc frequentiores ciuium proſcriptiones: tunc acriores perſecutiones: tunc interneciones cruentiores, tunc denique vrbis deſolatio.

*Senſuum inteſtinū bellum quantas efferat miſerias.*
*a Ro.7.24.*

Experiebatur hæc optime Apoſtolus , qui inteſtinam hanc ſenſuum patiebatur pugnam : vnde tantas ex huiuſcemodi pugna commotas ferre amplius non valens miſerias exclamauit aliquando. *a Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

*Ex ſenſuum victoria miſero homini fit animæ deprædatio.*
*b Thre.3.11*

Ac ſi diceret : adeo ſum infelix tantaſque ſuſtineo miſerias ob inteſtinum illud bellum, quod ex ſenſibus patior in corpore , vt corpus ipſum , mortis corpus dicendum mihi videatur , quia per ipſum fere iugiter mortis patior miſerias. *b Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, dicebat ille, qui has plorabat miſerias: oculum nominans potentiam ſenſitiuam, quia viſionis ſenſus cæteris ſit fortior in hac pugna, atq; præſtantior. Ac ſi diceret.

A Senſus mei inteſtinum cum Anima mea geſſerunt bellum , ac victoriam conſecuti , ipſam deprædati ſunt, furantes quicquid in ea boni repererunt.

*Senſus cum vicerint ſpiritum, captiuum ducunt miſerum hominem.*
*c Ro.7.23.*

Nec ſolum iſtiuſmodi miſer ille homo ex prædicta ſenſuum victoria conſpicit deprædationem : verum etiam infelicisſimam ſui ipſius intuetur captiuitatem , qua à victoribus ſenſibus ducitur captiuus: quod ingemiſcit Apoſtolus, cū ait: *c Video aliam legem in membris meis* (ſenſus nimirum , ) *repugnantem legi mentis meæ*, (En inteſtinum bellum, vide quid ſequitur , cum lex illa ſenſuum , cum ſenſus ipſi victoria potiti fuerint) *& captiuum me ducentem in lege peccati,* B *quæ eſt in membris meis:* Victores namq; ſenſus captiuum miſerum trahunt hominem ad ſua ſenſibilia, ita vt nil aliud cogitet, nil amet, præterquam vana, & ſenſibilia ad quæ illum traxerint. Sed quod peius omnibus eſt ex huiuſcemodi ſenſuum victoria , per ipſos ſenſus mortem ſibi videt inferri , mortem inquam peccati , mortem Animæ , quæ multo eſt morte corporis atrocior.

*Senſus cum victoriam reportarint, inferunt animæ mortem peccanti.*

Explicauit hæc Ieremias Propheta egregia metaphora dicens : *d Aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis.*

*d Ier.9.21.*

*Per ſenſus quomodo ingrediatur mors.*

Mors certe, ſi exactius inquiratur quid ſit, nil aliud C eſſe reperietur, præterquam mera vitæ priuatio: porro cum priuatio nihil ſit reale , quomodo per feneſtras aſcendere , & ingredi dicitur ? plane ſi aſcendit ad mortem inferendam , cum aſcendit , adhuc mors non eſt : poſtquam vero ingreſſa eſt, nil ex eâ permanet, quod poſsit diſperdere paruulos deforis, ac iuuenes de plateis. Quid ergo mortis nomine per prophetam intelligitur, niſi id, quod mortem affert? Sic & à Chriſto Domino idipſum mortis nomen apud Ioannem acceptum inuenimus pro eo , quod per ſenſus mortem nobis affert , vbi dicit. *e Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum :* D profecto enim mortis nullus eſt guſtus ; ſed id quod mortem affert, guſtatur , cum illius dulcedine perfruimur, quod guſtatum affert mortem, cum per ſenſus ſenſibilium , ac terrenarum rerum concupiſcentiam admittimus, à qua per mortem peccati miſera occiditur anima: vnde & in antecedentibus dicitur: *f Si quis ſermonem meum ſeruabit, mortem non videbit in æternum* , vt ſignificetur non per vnum duntaxat, ſed per omnes , & ſingulos ſenſus id admitti in nos , quod mortem nobis inferat. Atque hoc illud eſt, quod Ieremias ſignificat, dū ait: *Aſcendit mors per feneſtras noſtras*, indicans id nobis euenire per ſenſus, quod validiſsimo oppido per parua, quæ in eius mœ- E nibus extiterint, foramina, quodque fortiſſimæ turri per ſuaſmet euenire ſolet feneſtras. Quemadmodum enim oppido ac turri parum confert, quod vndequaque , & ex omni parte ſint inexpugnabiles , ſi per foramina , ac per feneſtras aliquas aditum in eis habere valeant hoſtes : inde enim aſcendunt, mortemq; ijs inferunt, qui ſe alioqui tutiſsimos in eis putarint ; Ita parum homini prodeſt, quod inexpugnabili diuinæ gratiæ ſit circundatus muro , ſi ſenſuum foramina , ſi ſenſuum feneſtras in ſe habeat apertas: per has enim aſcendunt terrena, atque carnalia : per has ingreditur concupiſcentiæ æſtus, ex quo pecca- F ti prouenit mors. Hoc deplorat Propheta. *Quia aſcendit mors per iſtas feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos deforis*, id eſt, bona propoſita ; quæ paruula, & in principio tenera habebamus in mente: necnon *& iuuenes*, fortia nimirum opera, *de plateis*, quæ extrinſecus quoque, ac in plateis apparebant. Hocque in præſenti ſententia ingemiſcit, & anima Chriſti ſponſa ; oſtendens , quomodo hanc peccati mortem , quam alio nomine nigredinem nuncupat , per ſuos in ſe ingreſſa ſit ſenſus, dicens: *Filij matris meæ pugnauerunt in me* (in ablatiuo) *poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineā meā non cuſtodiui.* Quibus paucis verbis explicat, ſe ea omnia in ſe fuiſſe experta, quæ in inteſtinis bellis contingere ſoleant, miſera. Primo n. ſignificat,

*e Io.8.51.*
*f Io.8.51.*
*Simile.*
*Senſuum cuſtodia quam neceſſaria.*

ficat,eas ſe pertuliſſe miſerias,quas inteſtinorum bellorum tempore Reſpublica perpeti ſolet,dicens: *Filij matris meæ pugnauerunt in me.* Ac ſi dicat.

Paraphraſis. Senſus ipſi, qui mecum coniunctiſſimi ſunt, ſine quibus ne vitam quidem hanc ducere valeo, qui mecum ex eadem progeniti ſunt matre,vt per eos ad verum promouear bonum:vtve per illos mihi ſubminiſtrentur obiecta,quibus adiuuer ad eliciendas bonas operationes.Iſti inquam filij matris meæ inteſtinum ſuſcitarunt bellum,quod eo extitit pernicioſius mihi quod in me illud commiſere, intra me,pro me,atque etiam contra me. Quid enim contra me moleſtius fieri:quid mihi miſerius euenire potuiſſet,quam has inteſtinas in memetipſa ſentire pugnas?

27 Apparuere autem magis,quas ex tali inteſtina pugna pertulerit miſerias,ex ea,qua contra ipſam,& de ipſa ſenſus potiti ſunt victoria; in ſe enim ea omnia expertam ſignificat miſeranda,quæ ſupra enumerata fuere. Primo deprædationem:nam cum ipſa inſignem quandam haberet vineam rationis, vineam electam,in qua omne ſemen verum,vineam maxime frugiferam, quam ſummus ille, ac cæleſtis agricola propriis plantauerat manibus, quamque ei veluti in hæreditariam conceſſerat poſſeſſionem, vt per bona opera illam excoleret,ac diligentiſſima cuſtodiret cuſtodia:ſenſus de victoria inſoleſcentes,hanc ei deprędati ſunt; quod ijs deplorat verbis. *Vineam meam non cuſtodiui.* Ac ſi diceret.

*A ſenſibus rationem ſuperātibus, quanta mala perferat anima.*

Poſtquam pugnauerunt in me, meque expugnarunt,rectū mihi deprædati ſunt rationis vſum.Quomodo enim vineam illam cuſtodiſſem, quam illi deprædati eſſent? Paſſa tunc quoque eſt & infeliciſſimam captiuitatem;quod ſignificat,cum ait.*Poſuerunt me cuſtodem in vineis:Vineam meam non cuſtodiui:* ac ſi diceret.

Abſtraxerunt me à vineæ meæ cuſtodia,à rectę rationis ſtudio me auocarunt, ſimulque poſuerunt me cuſtodem in vineis ipſorum, captiuantes me in ſui miniſterium;effecerūt enim,vt relicto rectæ rationis vſu, quo terrena omnia deſpectui habuiſſem, tota indulgerem cuſtodiæ potentiarum ſenſitiuarum, captiuam me duxerunt in vineas ſuas: ita vt & intellectus meus nil aliud excogitaret,niſi quomodo nouis actibus ſenſitiuas oblectare poſſet potentias: voluntas nil aliud eligeret, nil aliud amaret, præterquam ſenſibilia illa, quibus ſenſitiuæ potentiæ recrearentur. Ac demum vt nil aliud mea verſarem memoria, præter ſenſibilia illa,quæ potentiis ipſis ſenſitiuis voluptatem præbuiſſent aliquando. Ex hac autem miſera captiuitate tertiam infelix anima in ſe expertam innuit miſeriam, miſeriarum omnium maximam, mortem nimirum peccati, quam ſub alia metaphora nigredinem appellauit: verba quippe iſta,*Poſuerunt me cuſtodem in vineis:vineam meam non cuſtodiui,* ad hoc attulit,vt oſtenderet,quomodo à Solo concupiſcētiæ decolorata fuiſſet, quod in præcedentibus verbis ſignificarat,cum diceret:*Nolite me conſiderare,quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Innuit itaque hoc loco, ſe à ſenſibus poſitam cuſtodem in vineis eorum,nempe in eorum potentiis, in quibus maxime arderent concupiſcentiæ radij; vel potius in vineis huius mundi: quas ſenſus veluti vineas proprias habent.De quibus vineis ſatis ſuperq;pertractatum eſt in ſenſu ſecundo iſtius ſententiæ,vbi longius probatum eſt,quomodo mundus iſte ſit vinea, & qua ratione vineæ in plurali dicatur propter plura illius vitia,ac demum quomodo vehementiſſime in dictis vineis Sol concupiſcentiæ ardeat,vnde poſtea prouenit,vt infelix illa anima, quæ in eis cuſtos poſita ſit, à tali concupiſcentiæ Sole per peccati nigredinem ſit decolorata: quando-quidem *g Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum:* Ne igitur acta agamus.

g Iac.1.15.

Vnum tantummodo nobis quo ad hunc tertium ſenſum pertractandum ſupereſt:Cur videlicet ratio, ex qua rectum omne dependet,vineæ nomine explicetur,quamve cum vineis habeat congruentiā.Porro ſi vinea locus eſt, in quo conſitæ ſunt vites, quę producunt vuas, ex quibus ſuauiſſimum exprimitur vinum, iure optimo vineæ nomine expreſſa eſt humanæ mentis ratio,vtpote in qua frugiferæ illæ plantatę ſunt vites intellectus,& voluntatis, è quibus recte cultis, ſi putentur ſuperflui curioſitatis palmites, ſi extrinſecæ oſtentationis auferantur & pampina, prædulces proferuntur vuæ bonarum cogitationum,ſanctorumque deſideriorum,& varia vini genera: nempe vinum contemplationis diuinarum rerum:vinum dulciſſimorum affectuum:vinum charitatis diuinæ, & vinum lacrymarum,quod nedum homines, ſed & Deum ipſum inebriat,iuxta illud: *b Inebriabo te lacryma mea.*

*Ratio quomodo dicatur vinea hominis.*

b Iſa.16.9.

Bene igitur Chriſti ſponſa de ratione ſua inquit; *Vineam meam non cuſtodiui.* Quibus verbis præter ea, quæ ſupra notata ſunt,duo inſuper ſignificat.

*Rationi obtemperans nequit peccare & cæt.*

Primum, quod ſi rationis vineam cuſtodiſſet, nequaquam ea peccati nigredine à ſole concupiſcentiæ decolorata fuiſſet;quandoquidem in illa duo habebat vmbracula, quibus ab huius Solis ſe tutari valuiſſet æſtibus,diuinam videlicet gratiam, nec non & particularem protectionem Angelorum,atq; etiam ipſius Dei: Quæ tamen nequaquam habuit in vineis mundi,in quibus poſita fuit cuſtos à ſenſibus,vnde factum eſt,vt in iis ſic à dicto decolorata ſit ſole.

Alterum eſt, quod ipſam vineam rationis non cuſtodiuit,cum poſita eſt cuſtos in vineis mundi: quoniam hæc duo incompoſſibilia ſunt,cuſtodire vineas mundi,& ſimul cuſtodire vineā rectæ rationis: omnino enim ſibi inuicem hæc auerſantur, ſicut caro & ſpiritus: nec quis rectam ſequens rationem, ſenſui perſeruire poteſt, nec qui ſenſibus addictus eſt, vllo pacto proſequi valet, id quod recta dictat ratio.

*Senſibus ac rationi ſimul inſeruire impoſſibile eſt.*

## Ex V.VI.c.I. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me:poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt B. Maria.*

Cvm iam Virgo glorioſa dixiſſet, ſe nigram quidem ſecundum falſam Iudæorū opinionem, atque corruptam,ex eo quod filium in vtero concepiſſet,ac mundo edidiſſet:Sed tamen reuera Virginem, & ante partum,& poſt partum permāſiſſe,& formoſam tamquam tabernaculum,ac templum veri Regis Salomonis: Cum ſignificaſſet, ſe iuxta eorundem blaſphemias decoloratam quidem fuiſſe:attamen decolorationem illam factam à Sole Iuſtitiæ, à verbo æterno,quando virtus altiſsimi obūbrauit ei:quando concepit de Spiritu ſancto: Nunc apertius explicat, quas ijdem contra ſe geſſerint pugnas, dicens: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis:vineam meam non cuſtodiui.*Ac ſi diceret. 28

Ruper. Abb.

Paraphraſis. Iudæi filij quidem matris meæ Synagogæ:ſed non filij Patris mei,cum ex Patre diabolo ſint:neq; etiam vllatenus fratres mei, cū nulla ſit conuentio Dei Patris mei ad Belial eorum patrem:Iſti inquam filij matris meæ exitiali odio proſequentes filium meum Chriſtum,& mihi pariter,quæ illum peperiſſem,infeſtiſſimi aduerſarij,pugnauerunt cōtra me: bella mouerunt contra virginitatem meam, ſuiſque blaſphemijs effecerunt, vt vineam meam non cuſtodierim, quatenus perſuaſerunt ſibi ipſis, atq; etiam alijs perſuadere conati ſunt,me non cuſtodiſſe,nec intactam, ac illibatam ſeruaſſe vineam virginitatis meæ, in qua nullus libidinis ardor officere mihi vnquam valuit;ſimulque poſuerunt me cuſtodem in vineis concupiſcentiarū mundi,exiſtimantes, ac aſſerentes,me carnis indulſiſſe concupiſcentiis,ſicut & reliquæ mulieres: in quibus vineis maximi quidem ſunt libidinis æſtus,illas denigrantes,quæ earum indulgeant cuſtodiæ.

*Contra virginitatem B. Mariæ quā acriter pugnarint Iudæi.*

diæ. Quamobrem ô filiæ Ieruſalem, animæque fideles, quibus optime eſt compertum, huiuſmodi filios matris meæ odij paſsionem ſuper mentis oculos habere, ita vt veritatem diſcernere nequeant, *Nolite me conſiderare*, quod aliquantulum *fuſca* extrinſecus appaream, & ab impiis tenear non Virgo, & corrupta, poſita in concupiſcentiarum vineis, nam re vera, *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, ſed non potuerunt* perfidi iſti Iudæi: Siquidem *Decolorauit me* certe *Sol*, ac matrem, ſicut & ceteras mulieres fecit apparere: nõ tamen ille ſol libidinis, ſed ille, qui eſt verus Sol Iuſtitiæ, qui me fœcundam fecit, atque ex me naſci dignatus eſt, ſeruata virginitate mea.

*Virginitas cur dicatur vinea, & quas congruẽtias cum vinea habeat.*

29 Pro perfecta iſtius ſenſus explicatione vnum eſt, quod declarationem expoſcit; Quare videlicet Virginitas, vineę expreſſa ſit nomine, quamue cum vinea terreſtri habeat congruentiam: nam quod idipſum de vineis concupiſcentiarum quærendum videtur, haudquaquam nouo indiget tractatu, cum ea ipſa, quæ in tertia expoſitione, ſenſu ſecundo de vineis mundi dicta ſunt, ad vineas quoque concupiſcentiarum poſſint aptari. Et quidem Ambroſius virginalem fructum, ipſamque virginitatem vineam nuncupat, facitque ipſam differre à coniugio, quod in ea haud plantata ſint olera ſicuti in coniugio: Ait enim: Nemo auferat animæ veſtræ vineam, & vilia olera ferat: Vinea enim quidam fructus virginalis eſt: cõiugia velut olerum plantaria ſunt, in quibus frequens zelus eſt, & ideo *a* ſicut *olera herbarum* cito cadunt, atque marceſcunt, niſi finẽ imponat ſenectus, aut ad perfectum vehat continentia: Non veniat ergo in vos *b* Achab, qui cõcupiſcat vineam veſtram delere, & extinguere: Nec veniat in vos Iezabel, vanum illud, & ſæculare profluuium, hoc enim ſignificatur vocabulo, vana, & vacua redundantia: Sed veniat Nabuthe, qui venit à Patre, ſicut ſignificat nominis ipſius interpretatio, qui vineam ſanguine defendat ſuo, & pro eo mortem offerat. Hæc Ambroſius: quibus alludit ad Hiſtoriam Naboth Iezraelitæ, cuius vineam concupiuit Rex Achab, vt ex ea faceret ſibi hortos olerũ, quæ habetur in libris Regum: ſed certe nec cauſam affert Ambroſius, quare Virginitas dicatur vinea: Nec congruentiam aſſignat inter vineam, ac virginitatẽ.

*Ambr. lib. exhort ad Virg. ante medium.*

a Pſ. 36.2.

b 3. *Reg.* 21.

Dicamus ergo nos, Virginitatem iure optimo dici vineam, cum ea omnia illi competant, quæ apud Eſaiam *c* dicuntur de vinea Domini: nec non & maximas habeat cum terrena vinea congruentias. Siquidem virginitas fuit vinea dilecto noſtro Chriſto, qui hãc præ cæteris virtutibus dilexit in terris; quod ex eo apparet, quia & inter diſcipulos ſuos Ioannẽ ſpeciali proſecutus eſt dilectione, qui ſpeciali prærogatiua virginitatis erat inſignitus, & inter mulieres Hebræas ſingulari dilectione pro ſua elegit matre, quæ prima profeſſa eſt virginitatẽ. Ac propterea propheta inquit, hanc vineam fuiſſe *Dilecto in cornu filio olei*, id eſt in terra fortiſsima, atque pinguiſsima, quod Virginitas perfecta in B. Maria fuerit terra illa fortiſsima, quæ fortem Gigantem edidit mundo, terra omni gratiarum pinguedine pinguiſsima. Hãc vineã ſepiuit iugi illa clauſura, qua & Maria ab omnium hominum ſe abſcondebat aſpectu, quaue & Virgines, quæ vere cuſtodire velint virginitatis vineam in penetralibus clauſas ſe continent domi. Ex hac vinea offenſionis lapides elegit dilectus, auferens ab ea omne opprobrium, omnemque maledictionem, qua in antiquo illo Iudæorum populo opprobrio habebantur Virgines. Neque vero vinea iſta ab alio plantari poterat, quam ab ipſo Dilecto, qui eam plantaſſe dicitur electam: quoniã ipſe eſt, qui eis, quos ſibi elegerit, vt virgines ſequantur agnum quocumque ierit, virtutem præſtat, qua electam valeat ſeruare virginitatem: nec enim virginitas terrena res eſt, ſed cæleſtis: nec humana, ſed potius Angelica. Quis enim ſine ſpeciali Dei ope in carne viuere poſſet, æque, ac ſi eſſet ſine carne? Vt enim vinea iſta ab innumeris prædonibus, quæ ipſam demoliri ſtudẽt, ſeruari poſſet illæſa: ædificauit quoque turrim in medio eius: quando in Virginis vtero ipſe ſibi in vno diuino ſuppoſito duas vniuit naturas, humanum, ac diuinam. Tunc enim ſe ipſum ædificauit in medio huius vineæ, vt eſſet *d turris fortitudinis à facie inimici*. Sed & torcular in hac vinea fodit, in quo ipſemet botrus effloreſcens exprimeretur in vinum ſuauiſsimum lætificans Deum, & homines. Quod vero iſtud eſt torcular, niſi perfecta virginis humilitas? Quod bene per defoſsionem extruitur, quandoquidem vera humilitas per deiectiſſimam extruitur animi demiſsionem: Extruxiſſe autem hoc torcular in B. Virgine dicitur Chriſtus: quia ipſemet ſingulari humilitatis prærogatiua eandẽ decorauit Virginem, propter quam illius humilitatem ex ea humillima Virgine exprimi voluit in mundum, vt qui à cæleſtibus ſpiritibus portabatur in cælis, expreſſus per huiuſmodi humilitatis torcular, quod in vinea extructum erat virginitatis, etiam ab omnibus biberetur in terris. Porro hoc humilitatis torcular in vinea virginitatis adeo eſt neceſſarium, vt pleræque virgines, licet per virginitatem multorum fructuum copiam afferant: cum tamen torcular iſtud in ſe minime habeant effoſſum, vinum nequaquam colligere queant meriti cuiuſpiam ad æternam felicitatem. Vt igitur virginitatis vinea huiuſcemodi proferat vinum, torcular illud in ea eſſe debet humilitatis: illaque vniuerſa in ipſa ſunt peragenda, quæ in terreſtribus vineis fieri conſpicimus: euellendæ ſunt ſpinæ ſolicitudinum ſæculi: putandi ſunt palmites ſuperfluarum cogitationum, ſuperfluorumque verborum, quia *virgo*, vt inquit Apoſtolus, *e & mulier innupta cogitat* tãtum, *quæ Domini ſunt, quomodo placeat Domino, vt ſit Sancta & corpore, & ſpiritu*, auferenda ſunt pampina oſtentationis: nſerendum eſt verbum Dei, ſiue per ſancta colloquia, ſiue per Sacrorum librorum lectionem, ſiue etiam per orationem: Et tunc demum virginitatis vinea *f* afferret *fructum centeſimũ*, prout apud Matthæum indicat Dominus, vinum nimirum perfectæ deuotionis in hac vita, & vinũm æternæ felicitatis in vita futura.

*c Iſa. 5.*

*Virginitatis vinea quomodo plantata in B. Maria.*

*Virginitatis ſepes quæ.*

*Virginitatis vineam plantauit Chriſtus.*

*Virginitatis turris eſt Chriſtus.*

*Vineæ Virginitatis torcular eſt humilitas; ex quâ expreſſum eſt vinum quod eſt Chriſtus.*

d Pſ. 60.4.

*Humilitas quam neceſſaria virginibus.*

*Pro virginitate colenda ea omnia agenda ſunt quæ fiunt in vineis terrenis.*

e 1. Cor. 7. 34.

f Matt. 13. 23.

Illud denique hoc loco notandum eſt, quod Beata Maria non tantum vineam appellat virginitatem, ſed peculiariter vineam dicit ſuam, tum quia eam præ omnibus ſeruauit; tum quia eam veluti peculiare, ac ſingulare donum à Deo accepit, quando etiam poſt partum virgo eſt ab illo ſeruata, vt eſſet virginum omnium Regina & mater: ac propterea, iuxta Hebraicam Lectionem ſignanter dixit *vineam meam quæ mihi*, in ſingulare videlicet à Deo collata eſt donum, atque in propriam tradita eſt hæreditatem.

Quod ſi hæc vinea in hæreditatem B. Mariæ à Deo eſt donata; ſi virginitas tam propria, tamque peculiaris eſt illius vinea, profecto falſum eſſe conuincitur, quod impij aſſeuerant Iudæi, vt ipſa vineam hanc ſuam non cuſtodierit.

---

## *Ex* Verſ. VI. c. I *Filij matris meæ pugnauerũt cõtra me: poſuerũt me cuſtodẽ in vineis: vineã meã nõ cuſtodiui.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphraſis Chaldaica: Quia Prophetæ falſi fuerunt cauſa, vt deuolueretur ira furoris Domini 30
ſuper me, & docuerunt me vt ſeruirem Idolis veſtris, & ambularem in inſtitutis veſtris: Domino autem ſæculi, qui eſt Deus meus, non ſeruiui, neque ambulaui in legibus eius, neque cuſtodiui præcepta eius, & legem eius.

Tres partes habet iſta ſententia; Primam, *Filii matris meæ pugnauerunt contra me*. Secundam, *Poſuerunt me cuſtodẽ in vineis*. & Tertiã, *Vineam meam non cuſtodiui*. Cum in expoſitione vniuſcuiuſque harum partium multipliciter inter ſe diſcrepent Patres, ne in tanta

opinionum varietate confuſionem legenti pariam, ſingulas earundem partium ſeiunctim pertractare operæ pretium cenſui, & multiplicitatem ſententiarum reducere ad capita.

*Origenes. Caſiod. Beda. Iuſt. Org. Anſelmus. Bern.*

Prima pars. *Filij matris meæ pugnauerunt contra me*, vel *in me* (in ablatiuo) vt legit Orig. Pugnaque ipſa, cuius in ea parte fit mentio, duobus modis intelligi ſolet, vel in bonum, vel in malum.

*Iudæi pugnauerunt cōtra Eccleſiam primitiuam. Ambr. Beda. Iuſtus Org.*

In malum multipliciter accipitur. Primo enim intelliguntur hæc, vt dicta ab Eccleſia primitiua enarrante pugnas illas, quas ſuſtinuit à Iudæis filiis Synagogæ matris ſuæ. Ita Origen. Homilia prima ex duabus, tametſi exemplificet id hiſtoria Pauli, perſequētis eamdem Eccleſiam. Ita & Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, Iuſtus Orgelitanus, & Bernard. Sermone 29. in Cant.

*Iudaizantes fideles pugnauerūt contra Eccleſiā primitiuam ex Gentibus*

Cum quo primo intellectu iungi poteſt & is, quo ab eadē primitiua Eccleſia hic enarratur pugna illa, quam ſuſtinuit à fidelibus, qui erāt ex circunciſione, contendētibus, vt qui ex gentibus erant, iudaizarēt: quem ſenſum tetigit Ambroſius ſermone ſecundo, in Pſ. centeſimum decimumoctauum, Ver. 1. & Bed. Iuſtuſque Orgelitanus.

*Rupe. Abb. Iudæi pugnauerūt contra B. Mariam*

Huic quoque primo intellectui adnecti poteſt, & quod aſſeritur à Ruperto Abbate, vt per hæc B. V. Maria ſignificet, à iudæis & ſe impugnatam, & virginitatem ſuam.

*Auct. op. im. perfect. in Matth. Iudæi pugnauerunt contra Synagogam proſequendo prophetas. a Luc. 3. 7.*

C Quodve aſſerit Auctor operis imperfecti in Matt. Hom. 3. apud Io. Chryſoſtomum, vt Synagoga ſignificet, Iudæos in ipſa pugnaſſe, perſequentes iugiter Prophetas: Viperarum (ait citatus Auctor) natura eſt rumpere viſcera matrum ſuarum, & ſic naſci: Quoniam ergo Iudæi aſſidue perſequētes Prophetas, corruperunt matrem ſuam Synagogam, ſicut ipſa lugens dicit in Canticis: *Filij mei dimicarunt in me.* (nota hanc lectionem) Ideo Ioannes vocauit illos *a genimina viperarum.*

*Paſſiones pugnauerūt contra animā & ſpiritum. Ambr.*

D Secundo principaliter in malum accipiuntur hęc, vt dicta à pia Anima enarrante, vnde factum ſit, vt decolorata, ſeu deſpecta à Sole ſit, idq; tribus modis. Vel enim per hanc ſignificat impugnationem paſſionum ſuarum, vnde Ambr. lib de Iſa. & Anima cap. 4. ait: *Filij matris meæ pugnauerunt in me.* Hoc eſt, impugnauerunt me corporis paſſiones, carnis illecebræ decolorauerunt me, ideo ſol iuſtitiæ mihi nō refulſit.

*Dæmones in Paradiſo pugnauerūt contra animā in tentatione primorū parētum. Greg. Nyſſ. Pſell. Bernard. Dæmones pugnant iugiter cum anima.*

E Vel primam ſignificat pugnam, qua in Paradiſo terreſtri impugnata eſt in primis parētibus à Dæmonibus, quos filios matris ſuæ. i. fratres ſuos appellat, quia ab eodem conditi ſint, à quo condita eſt & ipſa, quomodo accepit ea Gregorius Nyſſenus Homilia 2. in Cant. quem ſequitur & Pſellus apud Theodoritū, tetigitque eundem ſenſum Bernardus Sermone vigeſimonono in Can. indicans, ſecundum aliquos explicari hoc loco pugnam Dæmonum, qua iugiter dimicare cum anima ſatagunt.

*Humanæ ſapientiæ rationes pugnant contra animam. Tres Patres.*

Vel tertio, vt eadem Anima ſignificet, in contemplatione creaturarum oppugnatā ſe à rationibus, ex humana ſapientia prouenientibus, quas filios dicit matris ſuæ nimirum ipſius ſapientiæ.

*Bernardus. Religioſi inteſtino bello pugnāt contra piam animam.*

F Vel denique vt anima religioſa ſignificet pugnas, quas in monaſterio ſuſtinere aliquando coacta ſit à fratribus ipſis ſuis, filiiſve matris ſuæ eiuſdem, ſ. religionis, pugnas inteſtinas, adeoque grauiſſimas, maximeque deplorandas, quem ſenſum proſequitur Ber. Serm. 29. in Cant.

In bonum quoque diuerſimode accipitur iſta pugna, cuius hic meminit ſponſa. Ac primum de pugna Apoſtolorum, quos recte Eccleſia filios appellat cæleſtis Ieruſalem matris omnium fidelium, iuxta ſententiam Origenis Homilia 2. ex quatuor, & Theodoriti. Vel iuxta Gregorium Papam, congregatio eorū fidelium, qui per ipſos conuerſi ſunt, filios matris ſuę eoſdem dicit, cum ex vna ſint matre Eccleſia: Vel iuxta Bernard. Serm. 29. qui ex eadem Synagoga matre totius Eccleſiæ.

*Apoſtoli pugnauerūt in Eccleſia & contra Eccleſiam, vt in illa deſtruerent infidelitatem & malitiā omnem.*

A Porro ſecundū Origenem loco citato Ecclęſia gētiū ait, Apoſtoli pugnauerunt in me, & nō contra me, id eſt pugnauerūt in ſenſibus, & in corde meo, vt deſtruerent omnem infidelitatem, omnemque malitiā.

*Origenes. Ambr. Theodorit. Greg. Papa. Philo Carp. Bern.*

Secundum Ambroſium vero ſerm. 2. in Pſal 118. verſ. 1. Theodoritum, Gregorium Papam, Philonem Carpathium, atque Bernardum: Apoſtoli non in dānum, ſed in vtilitatem eccleſiæ in eo ipſo pugnauerunt contra eccleſiam, ita vt iure dicere potuerit, pugnauerunt etiam contra me.

Sicut eadem ratione contra Synagogam pugnaſſe ſignificantur prophetæ, arguentes, obſecrantes, & increpantes illam, prout tangit Ambr. loco cit.

*Orige. Prophetæ pugnauerunt contra ſynagogam vt tollerent ab ea malum. Amb. Angeli pugnauerūt in anima vt in illa deſtruerent vitia.*

B Secundo in bonum eadem accipitur pugna, quatenus ex ſententia Origenis Homilia ſecūda ex quatuor, Anima nuper conſeruata enarrare dicitur pugnam Angelorum, quā illa in ſe factam ab eis perceperat, vt à filiis matris ſuæ Ieruſalem cæleſtis. Ac ſi diceret. Cū ab aduerſariis poteſtatibus grauiſsimæ cōtra me mouerentur pugnæ, Angeli Sancti pugnauerunt in me, vt ſcilicet in me deſtruerent vitia, & imperfectiones, atque minuerent vires paſsionibus.

Secunda pars. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis*, & ipſa in bonum accipi ſolet, & in malum.

*31 Apoſtoli poſuerunt Eccleſiam cuſtodem vinearum dātes illi libros ſacros.*

C In bonum accipitur primo ab iis, qui aſſerunt, per hæc ſignificare ab Apoſtolis, qui in primitiuæ Eccleſiæ vtilitatem pugnarunt eidem eccleſiæ datos fuiſſe libros ſacros, vt eos, quaſi vineas quaſdam cuſtodiret, ſeruando mandata, & quæ in illis ſcripta ſunt. Ita Origenes Hom. 2. ex quatuor & Theodoritus.

*Eccleſia cuſtos vinearum mandatorum Dei. Angeli poſuerunt Eccleſiam cuſtodem ſenſuum, & dogmatum diuinorum. Eccleſia poſita cuſtos vinearum Gentium.*

D Nec multum ab hoc diſtat, quod dicitur ab Ambr. ſer. 1. in Pſ. 118. idipſum ſtudium ſignificari exhibitū à ſanctis prophetis, vt ſynagoga cuſtodiret mandata Dei. De Angelis id ſumitur ſecundo ab Orig. loc. cit. qui pugnantes in anima, poſuerunt illam cuſtodē in vineis diuinorum ſenſuum, ac dogmatum, ex quibus poſſet vinū bibere, quod lętificat cor hominis. Tertio de trāſlatione eccleſiæ ad excolendas vineas Gentiū, facta ab Apoſtolis, in ipſius Eccleſiæ vtilitatē pugnātibus intelligunt hæc Amb. ſer. 2. in pſ. 118. v. 1. Caſs. Greg. Papa. Phil. Car. deque eadem, vt facta à Iudæis pugnantibus in dānum eiuſdem eccleſiæ, intelligunt Beda, Anſelmus, Iuſtus, atque Bern. ſer. 30. in Canti.

*Maria à Iudæis facta cuſtos Eccleſiarum Gentium. Doctores, & Prælati poſiti cuſtodes animarum. Orig. Aponius. Bern.*

E Quarto ſecundum Rupertū Abbatem ſignificatur per hæc, B. Virginem ob impugnationē eorūdem Iudæorum factam eſſe cuſtodem eccleſiarum Gētium. Quinto ſecundum Orig. Hom. 1. ex duabus ſumenda hæc ſunt, vt dicta in perſona ſanctorum illorum, qui cōſtituti in eccleſia ſunt ad procurandā aliorum ſalutē doctrina, & exemplis, cui ſenſui ſuffragatur & Aponius. Nec ab hoc differt admodum ſenſus Bern. ſer. 30. quo Prælatus ille hæc dicit, qui coactus à fratribus ſit, vt curam ſuſciperet animarum aliorum.

*Anima à dæmonibus poſita eſt cuſtos vitiorū. Greg. Nyſſ. Pſellus.*

In malum quoq; diuerſimode eadem pars accipitur. Primum quippe Greg. Nyſſ. Hom. 2. in Cantic. & Pſellus aſſerunt, per hæc ſignificare piam animam, quomodo expugnata à dæmonibus in paradiſo terreſtri traducta ſit in ſuis parentibus, à cuſtodia paradiſi ad ſtudium ponendum in vineis vitiorum.

*Tres Patres. Anima diſtracta eſt in varios idolorū cultus ab humanis rationibus.*

F Secundo catena trium Patrum dicit, eandē ſignificare, quomodo expugnata à rationibus humanæ ſapiētiæ, diſtracta eſt in varios Idolorum cultus ex cōtemplatione creaturarum.

*Amb. Beda. Eccleſia primitiua coacta ſeruare cæremonias legis.*

Tertio ſecundum Ambroſium ſer. cit. in Pſa. 118. & Bedam; explicat, & deplorat per hæc Eccleſia primitiua miſeriam illam ſuam, qua à fidelibus Iudaizantibus coacta aliquando fuit ſeruare circumciſionem, cæteraſque cæremonias legis.

*Extraneis implicati actiones noſtras negligimus. Greg. PP.*

Quarto deniq; Greg. Pap. Homi. 17. in Euang. hæc dicit, Eccleſiam Sanctam de membris ſuis infirmantibus dicere. Vineę quippe noſtrę ſunt actiones, quas vſu quotidiani laboris excolimus: ſed cuſtodes in vineis poſiti, vineam noſtram minime cuſtodimus, quia dum extraneis actionibus implicamur, miniſterium actionis noſtræ negligimus.

Tertia denique huius ſententiæ pars illa. *Vineam meā nō cuſtodiui*, tripliciter accipitur; vel vt pertinens

ad

ad ſimplicem euentus narrationem: vel vt cauſa prędictorum: vel tertio vt effectus conſequens præexpoſitam pugnam, & cuſtodiam vinearum.

*Synagoga non cuſtodiuit vineam legis. Ambr.*

Vt pertinens ad ſimplicem narrationem accipitur ab Ambroſio ſerm. 2. in Pſalm. 118. verſ. 1. aſſerente, explicari per hæc à Synagoga, quod nequaquam obtemperauerit prophetis, nec cuſtodierit vineam legis diuinæ, peculiarem ſibi à Deo traditam.

*Eccleſia vineam legis non cuſtodiuit etiam in ſynagoga. Ambr. Beda. Bernard.*

Vel difficultatem eiuſdem legis per hæc ab Eccleſia dici contra eos, qui illius iugum ei imponere ſtuduerunt, ac ſi dicat. Cum vineam ipſam meam eius legis nec prius cuſtodierim, aut cuſtodire potuerim. Quem ſenſum præter Amb. loco cit. ſequitur & Bed.

*Prælatus bonus fatetur ſe cuſtodire neſcire: vel animam propriam.*

B Vel tertio eſt exaggeratio, ſeu amplificatio querelæ piæ animæ illius, quam fratres religioſi coegerint, vt curam animarum ſuſciperet aliarum, cum adhuc non cuſtodierit vineam animæ propriæ, nec ſui ipſius curam habere noſſet. Ita videre eſt, quomodo anima ſit vinea.

*Greg. Papa. Eccleſia tranſlata ad Gentes, quia vineam Iudææ non cuſtodiuit.*

Vt cauſa accipitur à Gregorio Papa dicente hanc afferri ab Eccleſia primitiua cauſam, propter quam diſperſa ſit in gentes, quia Iudæam vineam ſuam non cuſtodierit, quando illa cuſtodiri deſpiciens, fideles à ſe repulit.

*Anima Săcta nŏ quærit quæ ſua ſunt.*

Vt effectus duobus modis ſumitur, vel vt denotăs

C effectum bonum, vel effectum malum ſignificans.

*Origenes. Theodorit. Bernardus.*

Vt denotans effectum bonum accipitur primo ab Origene Homilia prima ex duabus, à Theodorito, & à Bernardo ſerm. 30. effectum charitatis, ob quam pia anima non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliorum, quorum poſita eſt cuſtos.

*Aponius Eccleſia, & pia anima poſt conuerſionem non cuſtodit vineam vitæ, cultuſque priſtini.*

Et ſecundo ab eodĕ Origene Hom. ſecŭda ex quatuor, & ab Aponio effectum abiectionis inſtituti, diſciplinæ, cultus, ac vitæ priſtinæ, quă vt hæreditariam vineă propriă prius cuſtodiebat Eccleſia, tum ea, quę ex Gentibus tŭ ea, quæ ex Iudæis, vel anima, antequă per cŏuerſionem poneretur cuſtos in vineis Chriſti.

*Greg. Nyſſ. Anima excidens à paradiſo non cuſtodiuit vineă immortalitatis.*

At vero vt denotans effectum malŭ accipitur pri-

D mo à Gregorio Nyſſ. exiſtimante, piam animam per hæc deplorare caſum ſuum à vinea paradiſi terreſtris, quădo in primis parĕtibus expugnata ă dæmonibus non cuſtodiuit vineă immortalitatis, impaſſibilitatis, Deo aſſimilationis, & alienationis ab opere malo.

*Tres Patres. Anima idololatra non cuſtodiuit vineă rectæ rationis.*

Secundo ex ſententia trium Patrum anima ſignificat ex diſtractione ad cultum idolorum, id in primis ſibi eueniſſe mali, quod vineam rectæ rationis, qua ſibi dictabatur, vt ad creaturas omnes, ad archetypum rerum earum conditorem referret, non cuſtodierit.

*Philo Carp. Ambr. Synagoga ob idololatriam non cuſtodiuit vineam legis [illegible] ei.*

Quemadmodum & ſynagogæ, ſecundum Philonĕ Carpathium ex eodem cultu idolorum, vel ſecŭdum Ambroſium ſerm. ſecundo, Pſal. 118. ver. 1. ex inobe-

E dientia erga prophetas id contigit mali, vt nŏ cuſtodierit propriam vineam mandatorum legis diuinæ.

*Ambr.*

Quamquam idem Amb. lib. de Iſaac, c. 4. effectum quod animæ expugnatæ à paſſionibus contigit, per hæc accipiat, quod ſcilicet deuotionem, & obſeruantiam plenam ſeruare non potuit.

*Eccleſia non cuſtodiuit vineam ſynagogæ. Ambr. Caßiod. Beda. Iuſt. Org. Anſelmus. Bern. Ruper. Abb. Maria non cuſtodiuit ſynagogam.*

Communiori tamen ſententia per hæc ſignificatur malus is euentus, qui tranſlationĕ Eccleſiæ ad Gĕtes conſecutus eſt, vt Eccleſia ipſa relinquĕs ſynagogă, & Iudæam non cuſtodierit vineam ſuam peculiarĕ. Id quod & Beatæ Virgini obtigiſſe ait Rupertus Abbas.

---

## Verſ. VII. cap. I. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

1 DVobus modis ea, quæ hic dicŭtur, cum ſuperioribus connecti poſſunt. Primo, vt ſponſa ſicut hucuſque licet cum ſociis verba haberet, ſæpius tamen ex amoris vi ad abſentem ſponſum ſermonem direxit. In eŭdem modum hæc pariter ad ipſum met,

A qui adhuc abſens ſit, proferat. Secundo, & fortaſſe melius ac ſubſequentibus congruentius: Vt cŭ ſpŏſa multis hucuſque verbis ingentem ſociis declarauerit, quo erga dilectum ſuum flagraret, amorem, mutuamque illius in ſe dilectionem indicarit, atque efficacisſima quoque oratione ſignificarit, quam ardenti deſiderio ad illius anhelaret præſentiam. Nunc fingatur ſponſus aduentaſſe, ad quem illico ſponſa huiuſmodi habuerit verba: *Indica mihi*, &c. Iuxta hanc duplicem connexionem, duplicem quoque horum verborum afferre poſſumus ſenſum. *Orig.*

*Primus ſenſus.*

Quorum alter eſt, vt poſt coloris ſui purgationĕ, quam in duobus præcedentibus verſibus ſponſa fe-

B cit egregie; modo præ amoris magnitudine, quaſi diutius domi ſe continere nŏ valens, ſuŭ patefaciat deſiderium, quod tale ac tantum eſſet, vt cum aduĕtantem præſtolari amplius non poteſt dilectum, decreuerit, abiecta puſillanimitate feminea, ad illum accedere, ſed ab vnica tantum re impediri, quod ignoraret, quo ſibi tendendum foret, vt illum conuenire valeret; Sic igitur præ amoris, ac deſiderij magnitudine abſentem, æque ac ſi præſens eſſet, alloquens ſponſum: *Indica*, inquit *mihi*, *quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

Quamuis ita viribus deſtituta ſim, vt nec vnguen-

C torum fragrantia, nec vinum quoquo pacto me erigere potuerint; ne tamen omnino peream, illud enitar, vt ad te veniam, quem diligit anima mea. Languor nempe meus haud prouenit aliunde, quam ex eo, quod ſine anima ſum. Animam meam tu habuiſti iam diu, ex quo dilexi te: idcirco tanto ardore tuum expoſcebam oſculum, vt per illud eam mihi reſtitueres: idcirco tantam ex tuo odore exſpectabam recreationem, idcirco tanta auiditate tuum præſtolabar aduentum, confidens me poſt te curſuram velociter, à te videlicet tractam, quem diligeret anima mea: imo ab ipſa tractam, quæ in te eſſet, anima mea: En iam diutius te pręſtolari nequeo: Ipſa me

D trahit anima mea: ipſa me allicit ad te: *Indica* igitur *mihi*, ſpŏſe mi, *vbi paſcas* gregem tuum, *vbi cubes in meridie*: vbi te reperire potero, quando præ magnis æſtibus, & homines, & animalia quæque cubare ſolent ad vmbras; nec enim æſtibus parcă, nec ardentisſimos Solis pertimeſcam radios: in ipſo quippe meridie, velocisſimo curſu ad te contendam anhelans.

*Secundus ſenſus.*

Altero vero ſenſu, his verbis ſponſa non tam ſuum exprimit deſiderium vehementisſimŭ videndi ſponſum: quam propriam excuſat negligentiam, qua ad ſponſum minime perrexit, à quo tantum diligeretur, quemve & ipſa tanto proſequeretur amore: Sic

E igitur vt primum aduentantem intuita eſt dilectum ſuum, obuiam illi facta: ſtatim, vt moris eſt feminarum, ſe purgare cœpit, quare illum eo vſque ſecuta non fuerit dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: Quaſi per præoccupationem apud ſponſum, qui de eius amore aliquatenus poſſet eſſe ſuſpectus, ſe purgans dicat.

*Paraphraſis.*

Amor quidem in te meus talis ac tantus eſt, Dilecte mi, vt hucuſq. pro tui deſiderio pene defecerim, vt te vnum cogitarim ſemper, teque vnŭ locuta ſim: Iamque diu eſt, quod te adiiſſem, teque ſecuta eſſem: atque vtinam ſciſſem, quo loci te conuenirĕ, profecto nulla me res detinere valuiſſet: trahebat enim

F me ipſamet anima mea, quę in te erat, quĕ diligebat. At quamuis me ad te trahi, & cŏpelli intelligerem: quid facere tamen, quoue iter dirigerem ignorabă: nec enim ſciebă, vbi locorŭ eſſes; Quapropter amabo te. *Indica mihi* pro futuro tĕpore, *vbi in meridie paſcas*, greges, & *vbi* tunc temporis *cubes*, ſiquidem nullis paſcens laboribus, recta eo aduolabo, tecumque commorans, tua iucundisſima perfruar præſentia.

Circa lectionŭ varietatem. Notandum primo, tam in Hebræo, quam in Greca verſione Septuag. interpretum, id quod noſter legit in præſenti, *quem diligit*: in præterito haberi: *quem dilexit anima mea*, quæ lectio antiquiorem indicat ſponſæ dilectionem.

Sic quoque ad ſignificandam continuatam ac perennem

ennem dilecti curam, quam erga ſuum exhibeat gregem. pro eo, quod noſter in præſenti legit; *Vbi paſcas:* in Hebræo eſſe in futuro: *Vbi paſces:* Clariſsimeque ex verbo חרעה thirnghe, ſicut etiam Græco verbo ποιμαίνεις, quo vtuntur hoc loco Septuaginta, explicari quod in textu noſtro dubium alicui videri poſſet, an ſcilicet, dum quæritur, vbi ſponſus paſcat: intelligatur de loco, vbi ille paſceret ſemetipſum, vel vbi paſceret gregem: Verba enim illa patefaciunt, quæri locum, vbi dilectus paſceret gregem.

Notandũ ſecundo, pro eo, quod nos legimus, *Vbi*, in Hebræo eſſe vocem איכה echa, quæ dictio cum anceps ſit, & ſignificet tam vbi, quam quomodo, ab aliquibus Hebræorum hic ſumitur in ſecundo ſignificatu pro quomodo, vt ſponſa non tam locum ſibi indicari petat, quam modum, & rationem, qua dilectus eius paſcat, & cubat in meridie. Nihilominus haud diſcedendũ à noſtra vulgata, & à verſione Septuag. communique noſtrorum intellectu: præſertim cum & Hebræorum quoque communior opinio idipſum ſentiat, vt petatur non modus, ſed locus, in quo ſponſus paſcat, &c. & vox ipſa Hebraica ſumatur in primo ſignificatu pro vbi.

Notandum tertio, pro eo, quod noſter legit: *Vbi cubes*; in Hebræo haberi verbum in hiplanghil הוביע tharbiz. quod tranſitiue accipitur, & ſonat, *Cubare facies:* Qua lectione ſignificatur, à ſponſa non tam quæri locum, vbi dilectus cubaret, quam locum, vbi ſuum cubare faceret gregem: quia videlicet is magis de grege, quam de ſemetipſo eſſet ſolicitus: Quæ haud modicum ſpiritualibus congruent ſenſibus.

---

## Verſ. VII. cap. I. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

2 Motus naturalis id eſſe conſpicimus proprium, vt eo ſit vehementior, properetque celerius, quo propius ad præſtitutum acceſſerit finem. Haud ſane multum ab iſtius motus natura humanorum deſideriorum motum diſtare crediderim: & hũc namque vehementiorem in fine animaduertimus multo magis, quam in principio: & eſt par vtriuſque ratio: ſiquidem naturalis motus nihil aliud eſt, quam manifeſtum rerum inanimatarum deſiderium, quod inclinationem dicimus naturalem, qua proprium exoptant quodammodo centrum: vnde fit, vt cum ad finem magis acceſſerint, magis quoque, & properent, quo illud naturaliter concupitum attingant: idipſum hominibus à cognitione præſtatur, & ratione, vt vehementiori tunc in aliquam rem tendant deſiderio, cum propinquius ad eam acceſſerint conſequẽdam. Viſum eſt in principio huius Cantici, quam ardenti deſiderio Eccleſia Sancta in Antiquis Patribus Chriſti Domini aduentum exoptarit, atque præſentiam: porro deſiderium iſtud quo longius protrahebatur, eo ardebat vehementius. *a At vbi venit plenitudo temporis, quo miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.* Tunc iuxta naturam motus deſiderij exarſit vehementiſsime. Hinc illud eſt, quod hoc loco per Spiritum Sanctum eadem nobis proponitur Eccleſia, quæ eo ipſo tempore, quo Chriſtus æterni Patris filius fulgentiſsima Natiuitatis nocte ex Maria Virgine ortus eſt in Præſepio, vehementiſsimo eiuſdẽ dilecti ſui flagret deſiderio, & quaſi eum præſentem habeat, cuius præſentiam cupiditate exoptabat tam grandi, locum ab eo efflagitet, in quo ortus ſit, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Quorum verborum vim atque dulcedinem quo facilius, ac iucundius percipere quilibet valeat, ſingula perpendenda ſunt exactius; neque enim abs

*Deſiderij motus ſimilis eſt motui naturali, & quomodo.*

*a Gal. 4. 4.*

A re factum exiſtimarim, vt illorum expoſitio in Sacratiſsima Natalis Domini feſta mihi inciderit.

Illud igitur primo animaduertendum, quam præclare in his paucis verbis ſignificetur, quinam eſſent, qui Chriſtum inuenire tam ardenter exoptarent, propter quos ea, quæ hic dicuntur, adſcribantur & toti Eccleſiæ; dum enim dicitur: *Quem diligit anima mea*, innuitur, illos tunc temporis, quando Chriſtus natus eſt in præſepio, tam ardenti eum inquiſiſſe deſiderio, qui eſſent inſtar animæ Eccleſiæ, per quos videlicet Eccleſia vitam haberet, æque, ac corpus vitam per animam habet: quive Chriſto per dilectionem inhærerent: æque ac animam ei inhærere intelligimus, B quem amore proſequitur. Præter Dei genitricẽ Mariam, Beatum Ioſeph, & domum Zachariæ, Paſtores ij erant, qui audito Angelico nuntio, natum quæſierunt in præſepio, quẽ totius mundi crediderunt Saluatorem: Magi ij erant, qui cum vidiſſent ſtellam in Oriente, ortum Regem quæſierunt in Betleemitico oppido, quem & ſuper cælos, & ſuper vniuerſam terram regnantem adorarent; paſtores quidem anima erant Eccleſiæ, quæ ex Iudæis, Magi vero Eccleſiæ, quæ ex Gentibus. In his tunc viuebat Eccleſia, quia in his vitam habebat charitatis, quia in his Chriſtum diligebat veluti animam ſuam. In his tanto ſtudio ſuum C exoptabat, ac inquirebat dilectum, vt diceret: *Indica mihi quem diligit anima mea.* Ac bene non ab hominibus tanti Regis locum inquirit, ſed ab ipſomet Rege, ſed ab ipſomet, quem diligebat, Chriſto. Quemadmodum enim qui abditum aliquem inſpicere velit theſaurum, ab eo illum ſibi indicari, ac demonſtrari expoſcit, qui illius habuerit claues, quive illum indicare & ſciat, & valeat. & qui ignotum adire deſiderat locum, ab eo illum ſibi indicari efflagitat, cui optime locus ille ſit notus. Ita quoq; & Eccleſia Chriſti ſponſa cum abditiſsimum contemplari exoptaret Incarnationis myſterium, ab eo illud ſibi indicari poſtulat, à quo vno id fieri poſſe intelligebat. Cumq; ignotum D ſibi, in quo Chriſtus ortus eſſet, adire concupiſceret locum, ab ipſomet Chriſto illum ſibi petit oſtendi. Recolebat enim, quæ per Prophetam dicerentur. *b Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in locum, quem poſuit.* Norat illum compotem ingentis eſſe felicitatis; qui cum in valle lacrymarum conſtitutus, aſcendere conſtituerit in locum illum, quem Dominus in propriam ſibi elegiſſet manſionem, in locum quem ex vili brutorum animalium præſepio in admirabile ſibi poſuiſſet palatium, in quo naſceretur, in quo & requieſceret, adiuuatur ab ipſomet Domino, ipſummet ducem E habet, qui talem ſibi poſuit locum. vere profecto beatus, cui Chriſtus indicare dignetur præſepij locũ, in quo paſcit, in quo cubat in meridie. Propterea, *indica* inquit Eccleſia.

*Diligentes Chriſtum ſunt Anima per quam viuit Eccleſia.*

*Paſtores, & Magi quam ardenti deſiderio inquiſierint præſepe Chriſti.*

*Simile.*

*Incarnationis myſterium, & locus præſepij ab vno indicatur Chriſto.*

*b Pſ. 83. 6. Sic legit textus Græcus, & Pſalterium Romanum.*

Indica mihi tu locum iſtum: niſi enim illum tu mihi indicaueris: niſi abs te mihi fuerit auxilium, beatitudinem haudquaquam conſequi valeo: beata plane dici poſſem, beatam me cenſerem, ſi locum habitationis gloriæ tuæ inuenirem: ſi locum, in quo naſci dignatus es, adire mihi liceret.

*Paraphraſis.*

Bene autem quærens præſepij locum: non dixit 3
ſimpliciter: *Indica mihi, vbi* natus ſis, vbi locum habitationis tuæ conſtitueris: ſed *Indica mihi vbi paſcas, vbi* F *cubes in meridie.* Quare *vbi paſcas?* Paſtores loquebantur, quid mirum, ſi Chriſtum inquirunt paſtorem? quid mirum, ſi locum iſtius inquirentes, locum vbi is paſcat, inquirunt? præſertim cum & Deus ipſe eundem, vt paſtorem polliceatur miſſurus filium ſuum per Ezechielem, vbi dixit: *c Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas: ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem.*

*In Præſepio Chriſtum quærens Eccleſ. quærit illum vt paſtorem.*

*c Ezech. 34. 23.*

In præſepio certe iumenta ſolummodo paſci ſolẽt, & ſi qui paſcuntur hominum, haud alij paſcuntur, quam ij, qui iumentorum curam habuerint: & tunc, licet in eodem loco paſcantur iumenta, & homines, non tamen vno eodemque paſtu homines, quo & iumen-

menta paſcūtur: iſta enim fœno paſcuntur, illi pane. A

*In præſepio Chriſtus paſcit iumenta fœno.*

Paſtor noſter Chriſtus in præſepio naſcēs, & iumē-
ta paſcit, & homines: nec alios homines quam eos,
qui iumentorum curam haberent. Quod quidem in-
ter iumenta natus ſit, perſpicuum omnibus eſt, lon-
geq; antequã naſceretur, id per Habacuc prophetam
prænuntiatum ibi habemus, vbi pro eo quod nos
legimus. *d in medio annorum viuifica illud*, in verſione
Septuag. dicitur: *In medio duorum animalium cognoſceris.*

*d Habacuc 3. 2.*

At quomodo, quove cibo iumenta ipſa, in quorum
medio natus eſt, pauerit, haud omnibus eſt explora-
tum: Indicatur tamen iis Eſaiæ verbis. *e Cognouit bos
poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui.* Pauit, ex-
hibendo eis ſui ipſius cognitionem: pauit, ſeſe illis B
manifeſtando. Si quæris cibum, quo ea pauit: fœnum
tibi quærendum eſt, quod bonus paſtor attulit in
præſepe. Audi vero eundem prophetam, hoc tibi in-
dicantem. *f Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tan-
quam flos fœni.* Intuere Chriſti carnem: intuere ver-
bum æternum carnem indutum: hoc eſt, fœnum po-
ſitum ante iumenta; legimus, *g* Nabuchodonoſor
Regem fœnum inſtar bouis comediſſe, idque in ſuo-
rum delictorum pœnam, vnde & per Danielem ei
dictum eſt. *Fœnum, vt bos comedes.* Legimus & in libro
Machabæorum, *h* Iudam Machabæum cum iis, qui
cum eo fugiſſent in deſertum, fœnum comediſſe, id- C
que propter inimicorum metum, & ne contamina-
rentur cum gentibus. At accedat iam vnuſquiſque ad
Sanctum Domini præſepiū, comedat fœnū, ſicut bos;
agnoſcat Chriſtum poſſeſſorē ſuum, ſicut cognouit
& bos. Neque id pœnam reputet, ſed ſummam exi-
ſtimet gratiam, quod huiuſcemodi fœnum ſicut boui
comedere ſibi liceat; Secedat iam Chriſtianus in de-
ſertum præſepij locum, ibique inter iumenta vitam
in montibus cōtemplationis agat: vbi fœni cibo veſ-
catur cum iumentis; ſic enim & ab aduerſariorum
omnium timore liberabitur, & ab omni peccatorum
coinquinatione purgabitur.

*e Iſa. 1. 3.*
*Chriſtus in præſepio factus eſt fœnum iumentorum.*
*f Iſa. 40. 6.*
*g Dan. 4. 22*
*h 2. Mach. 5. 27.*

*In præſepio Chriſtus paſcit homines ſemetipſo pane cæleſti.*

Quod ſi fœni nomen abhorret, ſciat, Chriſtum in D
præſepio eſſe paſtorem, vt ibi paſcat non ſolum iu-
menta fœno: ſed & homines pane, homines tamen
ſuorum curam habentes ſenſuum, qui inſtar iumen-
torum effrænes poſt concupiſcentias currere, & cō-
edere ſolent fœnum terreſtre mundanarum rerū.
Hos homines paſcit paſtor bonus in præſepio, & paſ-
cit ſemetipſo pane cæleſti. Panis terrenus haudqua-
quam dat vitam, niſi vbi vitam reperit: quin nec ibi
eam largitur, ſed tantummodo, quam inuenit, pro
modico conſeruat temporis. Nec mirum, quo enim
pacto vitam conferre poſſit, qui vitam in ſe minime
habeat? At Chriſtus in præſepio panis effectus, vitam E
comedenti confert, & vitam æternam, quippe qui ſit
panis viuus, de cælo deſcendens. Iure certe Eccleſia,
*Indica*, inquit, *mihi, vbi paſcas.* Animaduertit namque
quod plane in Sacratiſſimo ſponſi præſepio ſui paſ-
cendi eſſent fideles. Comedat iam quiſque panem
hunc, cum iam omnibus peruius eſt locus iſte præſe-
pij: comedat agnoſcendo in Chriſto latentem diui-
nitatē: comedat, intelligendo, ſi poteſt, etſi nō poteſt,
credendo panem illum, qui in præſepio in cibum ei
proponitur.

*In præſepio qui ſunt imbecilliores paſcūtur pane lacrymarum Chriſti.*

Quod ſi imbecillior ſit quis, ita vt panem hunc
mandere minime poſſit per contemplationē: Acce- F
dat nihilominus quiſquis talis eſt adhuc infantulus,
accedat ad paſtoris præſepium, vbi Chriſtus paſcit.
Inueniet ſane ibi, & panem molliorem: panem lacry-
marum; contempletur infantem, iacentem in præſe-
pio, ingentemque lacrymarum copiam profunden-
tem: his ſeſe paſcat lacrymis: panis enim ſunt lacry-
mæ iſtæ, & panis, qui cor hominis confirmet, nu-
triens, atque conſolidans in charitate omnes, qui ip-
ſum comederint: cibus indignationis erat iam lacry-
marum panis: vnde ad Dominum conuerſus dicebat
aliquando Propheta: *i Domine Deus virtutum, quouſque
iraſceris ſuper orationē ſerui tui: cibabis nos pane lacrymarū,*
*& potum dabis nobis in lacrymis, in menſura.* Cibus erat
mœſtitiæ lacrymarum panis, verum eſt: nam & idem
Propheta Regius; *k Fuerunt*, inquit, mihi *lacrymæ meæ*
*panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus
tuus?* Sed tunc lacrymarum panis cibus erat doloris,
atq; triſtitiæ: quando Dei filium, paſtoremque noſtrū
haudquaquam habebamus præſentē: quando audie-
bamus à Gentibus nobis exprobrari; Vbi eſt Deus
veſter? Nec habebamus quem illis oſtenderemus,
Chriſtum, panis ille erat ex lacrymis noſtris confe-
ctus, quid vero ex nobis, præterquam dolor, præter-
quam mœſtitia prouenire poteſt? At panis lacryma-
rum, quo Paſtor bonus in præſepij paſcuis homines
paſcit; non eſt confectus ex lacrymis noſtris: ſed ex
lacrymis, quas is aſſumpſit ex nobis, quaſve pro nobis
effudit. Beatæ profecto Animæ, quæ tali paſtæ fue-
rint pane. Beatus ille, qui tanti paſtoris inuenerit paſ-
cua. Dicat iam ergo paſtori ſuo Eccleſia, etſi abſens
is eſſe videatur, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi
paſcas.*

*Panis lacrymarum quo Chriſtus paſcit in præſepio, qualis ſit.*
*i Pſ. 79. 5.*
*k Pſ. 41. 4.*

*Paraphraſis*

Indica præſepij locū, vbi iumenta paſcis fœno car-
nis tuę: vbi maturos viros paſcis pane diuinitatis tuę,
vbi demum & eos, qui imbecilliores ſint, pane paſcis
lacrymarum tuarum.

*In præſepio qua ratione Chriſtus dicatur paſcere oues quæ paſci ſolet herbis.*

Verum dicet quis, ſi ſponſa requirit paſtorem, pe- 4
titque, vbi paſcat, gregem ſuum ab eo ſibi indicari,
id ergo probandum erat, quomodo Chriſtus Paſtor
bonus in præſepio ſuas paſcat oues: Enimuero oues
neq; pane, neq; fœno ipſo paſci ſolent, ſed herbis vi-
rentibus. Vnde & Ezechiel Deum introducens ouiū
paſtorem, ſic eū loquentem proponit de paſcuis, qui-
bus oues ſuas paſturus is eſſet. *l In paſcuis vberrimis pa-
ſcam eas & in montibus Iſrael erunt paſcua earū: ibi requie-
ſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur
ſuper montes Iſrael.*

*l Ezech. 34. 14.*

*Chriſtus in præſepio paſcit oues ſuas pane.*

Ad hæc dupliciter reſpondere poſſumus. Primo,
tametſi oues ſecundum vſum ordinarium, virentibus
paſcantur herbis; nihilominus cum ouis quæpiam
eſſe contingat, quam paſtor ſpeciali diligat amore,
& pane plerunque ipſamet manu paſtoris paſci-
tur: cuius rei manifeſtiſſimum in Scriptura Sacra ha-
bemus aſſertorem Natham Prophetam, qui cum
celebrem illam Regi Dauid proponeret parabolam:
*m Pauper*, inquit, *nihil habebat omnino, præter ouem vnam
paruulam, quam emerat, & nutrierat, & quæ creuerat apud
eum cum filiis ſuis, ſimul de pane illius comedens, & de calice
bibens, & in ſinu illius dormiēs, eratq; illi ſicut filia.* Quare, ſi
à terreno paſtore id fieri cōtingit, vt de eodem pane
paſcat ouem, quam præ aliis diligit, de quo paſcitur
& ipſe: plane multo magis idipſum de paſtore cæle-
ſti aſſerere licet, qui & Paſtor bonus, & amantiſſi-
mus ouium ſuarum ſimul & pater: vt quas inexplica-
bili proſecutus eſt dilectione, oues ſuas in præſepij
paſcuis non modo de eo, quo ipſe paſcitur, paſcat la-
crymarum pane, ſed & de ſeipſo, qui eſt panis Ange-
lorum de cælo deſcendens, id quod nulli vnquã Pa-
ſtori contigiſſe audiuimus, quia nullus vnquam Pa-
ſtor tantam in oues propitas habuit, vel habere po-
teſt charitatem, quantam Paſtor ille cæleſtis habuit
in ſuas.

*m 2. Reg. 12. 3.*
*Chriſtus in præſepio paſcit oues ſuas herbis virentibus.*

Quod ſi quis in his præſepij paſcuis herbas adhuc
perſeueret inquirere virentes: Sciat nec eas in his v-
berrimis deeſſe Domini paſcuis; herbæ enim ſunt va-
riarum documenta virtutum, quibus ſimplices oues
Chriſti paſcuntur: His herbis huiuſcemodi oues, & à
Sanctis omnibus paſcuntur paſtoribus, vnde per
Ieremiam à Deo dicitur: *n Et dabo vobis Paſtorem iuxta
cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.* Porro ſi Pa-
ſtores qui ſunt iuxta cor Dei, iſtiuſmodi herbis Do-
ctrinæ paſcunt Dei gregē: nunquid paſtorū Princeps
filius Dei his ipſis oues ſuas defraudabit? Abſit hoc
ab humana mēte. Enimuero in ipſis præſepij paſcuis
perfectiſsimo modo vniuerſarum exhibet documen-
ta virtutum, quodve mirabile eſt ſummo id facit ſi-
lentio, cum enim infantulus iaceret in præſepio, nec-
dum

*n Ierem. 3. 15.*

dum vocis, & loquelæ organa haberet ſoluta, multo perfectius gemitu, atque exemplo virtutes docuit, quam ſi ab eruditiſsimo oratore eloquẽtiſsima doctę fuiſſent oratione. An non dulciſsimã in his præſepij paſcuis charitatis reperimus herbam, dum ibi intuemur Deum pro nobis hominem factum? dum intelligimus, Deum tanto nos proſecutum charitatis ardore, vt cum in ſua impaſsibili pro nobis pati non poſſet diuinitate, quo eximium nobis charitatis oſtẽderet ſpecimen, paſsibilem indueret carnem? Audi Apoſtolum ex hac charitatis herba paſtum proponentem: *o Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei non ex operibus iuſtitiæ, ſeruans nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit.* p *Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem ſectatorem bonorum operum.* An non maxime virentem in eiſdem paſcuis habemus humilitatis herbam, herbam mortificationis, herbam paupertatis, herbam obedientiæ, & herbas reliquarum virtutum omnium, quibus, cum libuerit, paſci valeamus? Quid igitur mirum, ſi Eccleſia illa primitiua locum iſtum, iſtaque paſtoris cæleſtis paſcua tam ardenter exoptarit, vt ab ipſo æque ac ſi præſens eſſet, quem diligebat, indicari ſibi ea petierit, dicẽs: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas:* Haud certe id cuiquam admirationem incutit, qui talia agnouerit paſcua, qui talem aliquando mente audiuerit locum.

o Tit. 3. 4.
p Tit. 2. 14.

At quod admirationem aliquam ingerit, illud eſt, quod in hac ſua paſcuorum Chriſti inquiſitione ſpõſa non ſolum petit ſibi indicari locum, vbi paſcat paſtor ille cæleſtis, ſed etiam, vbi cubet, dicẽs: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes*: Nec videtur inquirere duo diſtincta loca, nam addidiſſet particulam diſtinctiuam, Et, dixiſſetque, indica mihi, vbi paſcas, & vbi cubes. Sed vnum tantummodo locum, in quo & paſcat ſimul, & cubet. Ex quo non modica inſurgit difficultas, quanam ratione Chriſtus, ſi in præſepio cubat, Paſtor dici queat, & Paſtor bonus: & quomodo ſi paſtor bonus eſt, cubare dicatur, & non potius ſolicitum circa gregem vigilare. Enimuero paſtoris boni id proprium eſt, vt pro ſui gregis cuſtodia, vigilanter aduenientes obſeruet, & cuncta, quæ circa illum fieri contigerit: vt ſolicitus huc, illucq; diſcurrat, nec æſtui parcens, nec frigori: Sic dominus, cum ſe Paſtorem bonum futurum per Ezechielem polliceretur, *q Ego paſcã*, inquit, *oues meas, & ego accubare eas faciam: Quod perierat requiram, & quod abiectum erat reducam.*

*Chriſtus quomodo ſit paſtor bonus maximeque ſolicitus in præſepio cubans.*

q Ezec. 34.

Sed facile vniuerſa hæc diluitur difficultas, ſi bene perceperimus, quis qualiſque ſit, quem ſponſa cubãtem inquirit. Petit enim ſibi indicari ſacrati præſepis locum, in quo æterni Patris filius factus eſt Paſtor hominum, factus homo: Quærit Deum factum infantem, qui præ membrorum teneritudine faſciis alligatus iaceat in præſepio, ibique ſuum paſcat gregem: At certe paſtor iſte infantulus multo ſolicitius, fortius, ac vigilantius, dum cubat, tuetur gregem, quam quilibet vigilantiſsimus, validiſsimus, maximeque ſolicitus Paſtor alius: tutioraque, & magis quieta, atque pacifica Chriſtus paruulus, & cubans in præſepio, humano gregi exhibet paſcua, quam ſi ſolicitudine maxima huc illucque diſcurreret. Propriũ enim id habet Paſtor hic optimus, vt tunc melius, ac tutius ſuas paſcat oues, cum & cubare contigerit: Sic dum ſuper crucis ſtratum cubauit, perfectiſsimo pauit modo: adeoque tuta ipſa reddidit paſcua, vt & lupum illum infeſtiſsimum, & tortuoſum ſerpentem, & leonem rugientem dilacerauerit diabolum: quia *r cornua in manibus eius*, dum ibi cubaret, & *ibi abſcõdita eſt fortitudo eius:* Sic & quando cubauit in ſepulchro tanquam fortiſsimus Paſtor, prædam à diaboli abſtulit faucibus, gregemque raptum ex inferno in feliciſsima cælorum tranſtulit paſcua. *ſ Quia requieſcens accubuerat vt leo*, & quaſi leæna fortiſsima

*Chriſtus dum cubat melius ac tutius paſcit gregem.*

r Haba. 3. 4
ſ Gen. 49. 9

A ad prædam ſibi raptam aſcendit cubans: Sic quoque & dum in præſepio paruulus cubat, cubans vigilantiſsime, fortiſsime, ſummaque ſecuritate ſuum paſcit gregem. Nec mirum, quandoquidem etſi paruulus cubet, Deus tamen eſt, tantaque fortitudine præditus, vt nullus ſit, qui ei reſiſtere valeat, & ſi paruulus cubando gemit, eius tamen vagitus multo maiorem infeſtãtibus gregem incutit terrorem, quam cuiuſlibet fortiſsimi leonis rugitus, ita vt ſi Prophetę dicere licuit, *t Leo rugiet, quis non timebit?* multo verius nos dicere poſsimus: Chriſtus gemit, Chriſtus vagit, quis non timebit? Nec opus eſt, vt pro ſui gregis cuſtodia paruulus iſte paſtor huc illucque diſcurrat, cum oues
B ſuas ſuper proprios humeros habeat, quippe qui in maximo illo itinere, pro qua ingenti ſuarum ouium ſolicitudine è cœlis ad terras deſcendit, *u* relinquens nonaginta nouem Angelorũ oues in deſerto illo cæleſti, venit ad vnã illam, quæ perierat, ad humanũ videlicet genus, illamque inuentam poſuit ſuper humeros ſuos: *x Ecce* enim ait Eſaias, prædicens vniuerſa hæc, *Deus veſter, ecce Dominus Deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur: Ecce merces eius cũ eo, & opus illius coram illo: Sicut paſtor gregẽ ſuũ paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.* Quid clarius? Quæ eſt merces Chriſti niſi ouis il-
C la vna, propter quam in præſepe deſcendit? Hæc eſt merces eius quam ſecũ habet, dũ ouem, quæ perierat, impoſuit ſuper humeros ſuos: hoc eſt opus eius, quod eſt corã illo: vt in brachio fortitudinis ſuæ congreget agnos nouellos in fide, & in ſinu ſuo leuet oues debiles; atque vt fœtas, quæ filios parituræ ſint ad fidem, portet in humeris: Hæc enim omnia ſibi adhuc infantulo cubanti fuere propoſita. *y paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: Et factus eſt Principatus ſuper humerũ eius.* Principatus iſte oues ſunt, quas paſcit, qui bene factus eſt ſuper humerũ eius, quandoquidem ex quo ouem illam, quæ perierat, impoſuit ſuper humeros ſuos, vniuerſum humanũ gregem ſuper eoſdẽ habet humeros; indeq; eum prudẽtiſsime,
D & fortiſsime, ac quietiſsime paſcit; vnde ſubiicit Propheta. *Et vocabitur nomẽ eius*, ſcilicet Paruuli Paſtoris, cubantis in præſepio, *Admirabilis*: Quid ergo miraris, ſi paruulus exiſtens, & cubans munia eximij Paſtoris exhibeat? *Conſiliarius*: Quid illo prudentius, qui paruulus adhuc exiſtens, cæteris paſtoribus prudentiſsima gregis paſcendi præbeat conſilia? Nil illo fortius, quippe qui & vocetur, & ſit *Deus & fortis* per antonomaſiã. Quã iugi autem paſcat cuſtodia, illud nobis eius indicat nomen, quo dicitur, *Pater futuri ſæculi*, id eſt auctor æternitatis, quia deuicta morte, æternitatis aditum ſuis reſerauit ouibus. Porro quæ paſcua reperiri queunt tutiora, quis vnquam quietius, maiorique ſecuritate, ac pace, gre-
E gem ſuum paſcere poteſt, quam paruulus Paſtor, cubans in præſepio, qui proprio nomine ab effectu *Princeps* dicitur *pacis*? Bene profecto, ſicut in noſtra lectione ſponſa paſtorem iſtum quærit cubantem, locumque ab eo ſibi indicari expoſcit. *Vbi paſcat, vbi & cubet*: Iuxta Hebraicam lectionem non tam quærit paſtorem ipſum cubantem, quam eumdem ſuas cubare facientem oues, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſces, vbi cubare facies*: Nam etſi Chriſtus in præſepio cubet, cubat tamen ex infirmitate, quo nos quietos, & validos per gratiam cubare faciat in pace, atque in gloria. Cuba-
F bat quidem ab æterno Verbum Patris in cœleſti illo ſtratu, vbi perpetua, ac inexplicabili perfruebatur felicitate: vbi abſque vlla laſsitudine quieſcebat; cubabat tunc in meridie, qui nunquam deficeret, cum Pater ipſum miſit in mundum, vt eſſet Paſtor bonus, atque fidelium, ſimpliciumque ouium ſuarum paſceret gregem: tunc qui in diuina fortitudine feliciſsime cubabat in cælis, in ſumma infirmitate miſero cubauit in ſtratu præſepij, ita vt recte de illo

ad æter-

t Amos 3. 8
*Chriſtus in præſepio habet oues ſuas ſuper humeros.*
u Luc. 15. 5
x Iſa. 40. 10
y Iſa. 9. 6.
*Chriſtus cubat ex infirmitate, vt nos cubare faciat ex virtute in pace, & gloria.*
*In præſepio quomodo verſatum ſit vniuerſum ſtratum Chriſti.*

ad æternũ Patrem ea dici poſſint verba; quæ per Pro- A
z Pſa. 40.4 phetam ad aliud propoſitum dicta fuere: *z Vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius*; in infirmitate nimirum carnis eius, in infirmitate infantilis ætatis eius, quæ cubare cogeretur in ſtratu Præſepij: vt ex miſera cubatione ſua, nos eximia cubare faceret pace, atque felicitate, quando enim ſic à Patre verſatum eſt ſtratum eius in infirmitate eius, ſimul cum infirmitate iunctam habuit & validiſsimam fortitudinem, ſimulque cum paruulo illo corpuſculo vnitam habuit & diuinitatem: & qui infantulus in ſtratu iacebat Præſepij, Deus ſimul erat, & homo vſquequaque perfectus, qui tamquã optimus Paſtor & cubaret, & ſuas cubare faceret oues: Propterea (vt iam ſupra animaduerti) B ſponſa iuxta diuerſas lectiones petit, ſibi indicari ipſum Præſepij locum, vbi cubet, atque etiam vbi cubare faciat oues.

6 Quamuis per vltimam illam particulam, quam addit, *in meridie*: hoc ipſum multo apertius innuat: Siquidem etſi quando Pater verſauit ſtratum Domini Ieſu in infirmitate eius, in hoc quoq; ipſum eius verſauit ſtratũ, vt qui in cæleſti ſtratu perpetuo cubat in meridie, in ſtratu Præſepis cubaret in media nocte, quando tenebræ ſolent eſſe denſiores: prout prænun-
a Sap. 18. 14. tiatur in libro Sapientiæ, vbi dicitur: *a Cum quietum ſilentiũ contineret omnia, & nox in ſuo curſu mediũ iter haberet, omnipotens ſermo tuus, exiliẽs de cœlo à regalibus ſedibus in* C
Nox Natiuit. Chriſti quam fuerit lucida. *terram proſiliuit*: Nihilominus nox illa haud minus refulſit, quam dies quælibet luciḋiſſima, iuxta illud Pro-
b Pſa. 138. 12. phetæ. *b Et nox ſicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius*: Nam quemadmodum tenebræ noctis illius erãt denſiſsimæ, & obſcuriſsimæ, antequam Chriſtus naſceretur, prout eſſe ſolent tempore mediæ noctis: ita proportionabiliter & lumẽ noctis illius, poſtquam Chriſtus natus eſt, luciḋiſsimum ac fulgentiſsimum extitit: prout eſſe ſolet in meridie, quando ſol eſt in medio firmamẽti: Nec mirum, quandoquidem in ipſo illius ſacratiſsimæ noctis medio, in medio terræ ſplendidiſsimus exortus eſt Iuſtitiæ ſol, tamquam D ſponſus procedens de thalamo ſuo; vnde præclare Eſaias, tam eximium illius noctis vaticinans fulgorem;
c Iſai. 58. 10. *c Orietur*, inquit, *in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt ſicut*
Chriſtus nedum eſt ſol, ſed et ipſamet lux. *meridies*: In quibus verbis valde notandum eſt, quod non inquit ſimpliciter, orietur in tenebris ſol tuus: Sed orietur in tenebris lux tua, ad indicandam excellentiam fulgoris eiuſdem Chriſti, quippe qui haudquaquam lucem habeat vt accidens, prout corporeus iſte ſol: ſed ſit ipſamet lux ſubſtantialiter, propter eã, quam ſibi vnitam habet, diuinitatem: ac propterea alias idem Propheta lucis vocabulo eum ſæpius ſignificat: *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem ma-*
d Iſai. 9. 2. *gnam*: *d Lux orta eſt eis*: *e Dedi te in lucem Gentiũ, vt ſis ſalus* E
e Iſai. 49. 6
f Iſa 60. 19 *mea vſque ad extremũ terræ*. *f Non erit tibi amplius ſol ad lucendũ per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te*: *Sed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriã tuã*: *Nec occidet vltra ſol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit*
g Iſa 30. 26 *tibi Dominus in lucem ſempiternam*. *g Et erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptẽpliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die, qua alligauerit Dominus vulnera populi ſui, & percuſſurã plagæ eius ſanauerit*. Lux lunæ non lucet, niſi in nocte; in qua vero & luna ſimul, & ſol eodem tempore luxit, niſi in nocte Natiuitatis Domini? Tunc ortus eſt quidem ſol iuſtitiæ, ſed qui luceret ſeptempliciter, id eſt multo magis, quam ſol, qui per diem illuminat: F quia ſol ille eſt lux per eſſentiam: propterea bene &
h Ioan. 1. 9. Ioannes de hoc loquẽs ſole: *h Erat*, inquit, *lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ*. Propterea Lucas, quãdo ea in nocte Angelus Domini ſtetit iuxta paſtores, euangelizans illis gaudium magnum,
i Luc. 2. 9. quia natus eſſet eis Saluator, dicit, *i* claritatem haud ordinariam, ſed claritatem Dei circumfulſiſſe illos. Sed ſi tam magna eſt Chriſti lux, vt nullatenus cum iſta luce ſolis ſenſibilis valeat comparari: Quare Iſaias ſubdit: *Et tenebræ tuæ erunt ſicut meridies?* Nitebatur quidem Propheta ſanctus pro viribus immenſam illius ſacratiſsimæ noctis lucem aptiſsimis oſtẽdere verbis;

A At quia inter eas luces quæ hominibus conſpicuæ ſunt, nullam fulgentiorem reperit, nullamque efficaciorem illa, quæ in meridie cernitur, quando ſol iſte corporeus eſt in medio firmamenti, totamve, quam de ſe emittere poteſt, lucem effundit: idcirco huius meridianæ lucis ſimilitudine, veri Iuſtitiæ ſolis lucem expreſſit, dicens: *Et tenebræ tuæ erunt ſicut meridies*: ac ſi diceret: Tenebræ illius noctis euadẽt ſplendidiſſimæ: tantaque luce fulgebit nox illa tua, in qua Nox Natiuit. Chriſti cur dicatur meridies.
pro te verus exorietur ſol Chriſtus, vt nec verba habeam idonea, quibus illam exprimam: dicam tamen meridiem. Propter hanc ipſam rationem & ſponſa eodem meridiei vocabulo ſanctiſsimum illius noctis tempus expreſſit, quo lux diuina effulſit ſuper orbem terrarum, quando Chriſtus cubauit in præſepio, dicens: *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Ac per particulã iſtã *in meridie*, id ſimul ſignificat, quod dicebam: Paruulum illum Paſtorem ſuum Chriſtum vna cum carnis infirmitate vnitam habere & maximam diuinitatis virtutem: qua dum cubaret ex infirmitate, ſimul quoque cubare faceret nos oues paſcuæ eius. Nam ſi in tempore mediæ noctis tantam ſplendeſcere facit lucem, vt ex media nocte fiat meridies, plane ipſe, qui cubat, Deus ſit operæpretium eſt: quandoquidem *Deus* eſt, *k qui*, vt inquit Apoſtolus, *de tenebris* k 2. Cor. 4. 6
*lucem ſplendeſcere* facit. Et nox iſta ea *l eſt dies, quam fecit* l Pſ. 117. 24
C *Dominus*, iuxta Prophetæ vaticinium: vniuerſæ enim dies fiunt per curſum ſolis corporei: at dies iſta, in quam tenebricoſa conuerſa eſt nox, non à Sole iſto corporeo, ſed ab illo, qui tunc mundo exortus eſt, Iuſtitiæ Sole; ſed à Chriſto immediate facta eſt, qui ipſomet ortu ſuo nedum illã fecit diem, ſed & meridiem, Nox Natiuit. Chriſti quomodo ſit dies quam fecit Dominus.
id eſt, inſtar meridiei ſplendidam eam reddidit; ſicut enim meridies conſueta fit à Sole, exiſtente in altiori puncto orbis firmamenti, ita & ipſe, iuxta Zachariæ vaticiniũ, ea in nocte *m per viſcera miſericordiæ ſuæ viſi-* m Luc. 1. 78
*tauit nos oriens ex alto*: felix illud Præſepe, in quo peculiari fulgore tantus effulſit Sol: felix locus ille, in quo D Paſtor ille bonus mundo exortus paſcit, cubat, & cubare facit in meridie illa. Merito certe tam ardenti deſiderio illum inquirit ſponſa, dicens; *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. Quaſi dicat.

Video noctem fulgere ſicut meridiem, quia charitas Dei circumfulſit me: Scio, te Deum, ac Paſtorem Paraphraſis.
meum natum paſcere, & cubare in præſepio: Angelus enim à te miſſus id mihi ſignificauit: at neſcio, vbi ſit locus iſte: ideo *indica* ipſe *mihi* hunc locum, *vbi paſcas, vbi cubes in* hac *meridie*; neque enim amplius continere me poſſum, quin eo te conueniam; indica mihi illum, feſtina ſane eo aduolabo, vt ibi à te paſcar: vt ibi tecum cubem: vt ibi te perfruar. *n* Timuere iam in Pa- n Gen. 3. 8.
E radiſo parentes noſtri, cum *deambularet Deus ad auram poſt meridiem*; atque ideo ſe abſconderunt, putantes effugere poſſe illius præſentiam, quæ iam felicem illum iuſtitiæ originalis meridiem pertrãſire fecerat; at nos cum eundem ſciamus in terra cubantem in meridie, tantum abeſt, vt ab eo abſcondi debeamus, quod potius, hoc vnum exoptamus, hoc vnum petimus, vt nõ abſcondat, ſed indicet nobis locum, vbi ſic cubat in meridie. Parentes noſtri tunc timuerũt, audientes vocem ipſius, qua loquebatur, ambulans poſt meridiem, timuerunt autem, quia nudos ſe agnouerant. Ideo dicebat Adam: *Audiui vocem tuã, & timui, eo quod nudus eſ-* F
*ſem*; At nobis haudquaquam eſt metuenda præſentia eius, cum & ipſe nudus apparuerit, vt noſtram operiret nuditatem: nec voce iucutere poteſt timorem, cum vocem nullam præter ploratum emittere valeat, infantis loquelam. Quapropter dicere & nos poſſumus: Indica quæſo nobis, vbi paſcis, vbi cubas, vbi hanc demum vocem emittis.

Iuxta ſecundum ſenſum, Eccleſia ſancta poſt Chriſti aduentum hoc loco purgans ſemetipſam, exponit 7 Secundus ſenſus.
illi, quare non ſemper cum eodem feruore, eademque multitudine eum ſecuta fuerit, nempe, quia aliquando tanta extitit Catholicæ fidei perturbatio, vt quo-
K dammodo

A dammodo ignoraret, quo eum ſequi poſſet, id eſt, quibus Chriſtianis fidem præberet; loquitur autem ex perſona imperfectiorum, ac ſimpliciorum fidelium, & quadam cum verecũdia inquit: *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, ac ſi diceret.

Paraphraſis. *Ambroſius. Auguſt. Caſsiod. Gregor. Papa. Aponius. Iuſtus. Anſelmus.*

O Chriſte, *quem diligit anima mea*, quæſo ex hoc iam *indica mihi, vbi paſcas*, id eſt in quorum doctrina bonũ paſtũ præbeas fidelibus tuis, & *vbi*, quove in loco, & in quibus Sanctis viris quiete permanens *cubes*, nec non & quorum ope, ac doctrina fideles tuos in fide quieſcere, ac perſiſtere facias in meridie horum æſtuum, quibus totus ardet orbis: *Ne vagari, &c.*

Pro iſtius ſenſus intelligentia nonnulla diſcutienda ſunt: Primo, quanã ratione Eccleſia, quę eſt Chriſti B Sponſa, aut aliqui illius fideles ignorent id, quod vniuerſis, vel etiam cæcutientibus eſt maxime conſpicuum, quove pacto petat, ſibi à ſpõſo indicari locum, vbi fides ſit, cum exploratiſsimum omnibus ſit, fidem tutam eſſe in Cathedra Petri, eoque loci abſque vllo errore habitare, & cubare Chriſtum per fidem in cordibus fidelium, vbi ipſa ſit Petri Cathedra.

Secundo examinandum, quomodo eo in loco, vbi firma ſit eius fides, Chriſtus Dominus ſuos paſcat fideles, & quomodo ibi cubet, illoſve cubare faciat, qui in ſe credunt. Ac demum, quomodo tunc magis paſcit, & cubat, quando eſt meridies.

*Eccleſiam Romanam Chriſtus ſibi elegit, ſicut Dominus elegerat Ciuitatem Ieruſalem.*

C Quoad primum: Sciendum, in veteri teſtamento elegiſſe Deum Ciuitatem vnam Ieruſalem, in qua auguſtiſsimum ſibi ædificaretur templum habitationis gloriæ ſuæ: in qua & quæcũque ad ſacrificia pertinerent, perficienda eſſent: in qua demum cõmorarentur & Sacerdotes, ad quos confugiendum eſſet pro quocunque dubio circa veram religionem: Sicut autem in Synagoga Ciuitatem vnam Ieruſalem elegit Dominus, cui vniuerſa niteretur religio: ita pariter poſtquam Chriſtus Dominus venit in mundum, Sanctamque ſibi deſponſauit Eccleſiam, vnam elegit ſedem, cui vniuerſa niteretur fides catholica: Petri videlicet cathedram, vnamve Vrbem Romam, vbi poD tiſsimũ ipſius Petri reſideret ſucceſſor: vnde ad Petrum dixit aliquando: *o Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eã*: & de hac multo congruentius dici poteſt per Chriſtum Ieſum, quod per Dominum de ciuitate, ac templo dictum eſt Ieroſolymitano: *p Elegi, & ſanctificaui locum iſtũ, vt ſit nomẽ meum ibi in ſempiternũ, & permaneant oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus*: quod ipſemet ſignificauit, cum diceret: *q Rogaui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquãdo cõuerſus cõfirma fratres tuos.* In hac voluit, vt vniuerſa ſibi offerrentur ſacrificia: neque enim eorum, qui extra hanc Romanam extiterint fidem, vllatenus vel orationes admittit, cum E *r* haud ſit *ſpecioſa laus in ore peccatoris*, vel *ſ* ſuſcipit ſacrificia, quæ odiuit anima eius veluti abominationem: Ad hanc vt quilibet accederet, voluit, cum quidpiam circa religionem, & circa res fidei ineſſet dubitationis, veluti ad aſylum totius veritatis.

o *Mat.* 16. 18.
p 2. *Par.* 7. 16.
q *Luc.* 22. 32.
r *Ecc.* 15. 8.
ſ *Iſai.* 1. 11

*Eccleſia Romana eſt firmamẽtum veritatis.*
t 1. *Tim* 3. 15.

Quapropter ad Timotheum ſcribens Apoſtolus, Eccleſiam iſtam vocat domum Dei, in qua videlicet Chriſtus Dominus inhabitat, nec non & *t* columnã, ac firmamentũ veritatis, dicens: *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei cõuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, colũna, & firmamentũ veritatis.* Verùm, tametſi fidelibus conF ſtet vniuerſis, veram, ac catholicam fidem in hac eſſe Petri Cathedra, in qua Chriſtus in ſuo reſideat Vicario: in qua Chriſtus, & paſcat, & cubet, haud tamen omnibus eſt perſpicuũ, qua ad ipſam tendendum ſit.

*Eccleſia quomodo petat ſibi indicari, quod omnib. conſtat, Chriſtum reſidere in Cathedra Petri. Simile.*

Contingit aliquando, vt turris, vel oppidum aliquod in excelſo monte conſtructum vniuerſis per multa millia paſſuum ſit conſpicuum; & tamen complures itineris, anfractuſque viarum ignari, neſcientes viam illam, qua ad oppidum ipſum tenditur; dum oppidũ vident, ab oppido aberrantes, haudquaquã illud attingant, quoaduſque expertum inquirant ducem, qui veram, ac bonam eis indicet ſemitam: Sicut ergo iis, qui oppidum propriis cernunt oculis, dum viarum A expertes ſint, experto duci dicere licet: indica mihi, vbi ſit oppidum illud, aut turris illa: Eodem pacto & Eccleſiæ ſanctæ ex perſona eorum, qui in ſe ſunt, imperfectiorum, ignorantium, atque ſimplicium optimo duci Chriſto dicere fas eſt. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes*: cũ enim multi ſint viarum anfractus, quibus ad Petri tenditur cathedram; quandoquidem multæ ſunt hæreſes, multæ & ſectæ, quæ ad ipſam ducere videntur, imbecilliores nihilominus, & inexperti tametſi ipſam à longe inſpiciant, ſcientes, in ea eſſe veram, & catholicam fidem, facile ab ipſa aberrant, niſi bonum, & expertum habeant ducem. Quidni vero Eccleſia vniuerſalis, infirmiorum perſonam induens, B pro ſemetipſa petat, quod pro illis obtinere exoptat. Si particularis illius filius Paulus Apoſtolus pro infirmiorũ ſalute ſeſe infirmũ facere nõ dubitauit, ita vt diceret aliquãdo: *x Factus ſum Iudæis tamquã Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos, qui ſub lege erãt, lucrifacerẽ, ijs, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem (cum ſine lege Dei nõ eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erãt; factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ, omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerẽ ſaluos. Indica mihi*, ait, *quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

*Theodorit.*
x 1. *Cor.* 9. 20.

8
*Ex perſona imperfectiorũ Eccleſia petit indicari ſibi locũ, vbi Chriſtus paſcat, & cubet.*

Sed in petitione iſta animaduertenda eſt ſumma ipſius Eccleſiæ cautela, quam ex duabus particulis, C quas adhibuit, colligere licet: nimirum ex illa, *Quem diligit anima mea*: & ex altera: *In meridie*: Dũ enim apponit particulam illam; *Quem diligit anima mea*: id indicat, quod iam ſæpius dictum eſt, petitionẽ hãc ſe efficere eorum tantum nomine, qui imperfectiores, infirmiores, ac ſimpliciores eſſent in fide. Æque enim eſt, ac ſi diceret.

Paraphraſis.

O Chriſte dilecte mi, ij quidem, propter quos in via ſpirituali perſiſto, non ſecus ac corpus humanum propter animam perſeuerat in vita temporali: ij, ex quibus omnem habeo motum ad ſingula, quæ mihi agenda ſint, bona, ſicut ex anima corpus: perfectioD res, qui in me ſunt, quive in me ea omnia exercent munia, quæ in humano corpore exerceri ſolent ab anima: ita vt & ipſi anima mea quodammodo dici queant: Iſti, inquam optime nórunt, vbi habites, vbi paſcas, vbi cubes; diligunt enim, ac dilexerunt te iamdiu: atque adeo perfectiſsimo modo in te credunt, cum dilectio fidem præſupponat; cumque te diligãt, viarum omnium expertiſsimi ſunt, nec facile eſt, eos aberrare à fide Romana; atque à Cathedra Petri, in qua tu paſcis, & cubas. At quoniam in me non ſolum ſunt perfectiores iſti ſancti, atque experti; verum etiam complures imperfectiores, ſimpliciores, & in fide imbecilles, qui ex nimia ſimplicitate nimiaque ignoE rantia haudquaquam te iugiter ſequi valent, & facilè aberrare queunt à fide Romana, & à Petri Cathedra, in qua tu paſcis, & cubas: Idcirco illud à te efflagito, vt imperfectioribus ijs, qui in me ſunt, indices, vbi paſcas, vbi cubes; vt eos, qui te minimè diligunt, tu tuo ſancto illuſtres lumine, tu in fide corrobores, quo in illis quoque te iugiter proſequi poſsim, quoue cum ipſis etiam te conuenire valeam, in loco vbi & paſcis, & cubas: ibique te per dilectionem perfruar.

*Pro tempore ſchiſmatum, & maximarum perturbationũ Chriſtus quærendus eſt ad Petri Cathedrã, & ad fidem rectam.*

Per alteram vero particulam illam, *In meridie*, quam vltimo loco ſubiecit, cautiſsime explicat eadem Eccleſia, pro quo tempore, quamve ob cauſam locum F illum ſibi à Dilecto ſuo indicari expoſcat: Ac bene vno meridiei nomine & tempus hoc exprimit, & cauſam.

y *Ecc.* 43. 3.
*Caſsiod. Beda.*

Quoniam enim in meridie maximi eſſe ſolent calores, ingenteſque corporum perturbationes, iuxta illud Eccleſiaſtici: *y In meridiano ſol exurit terram, & in conſpectu ardoris illius, quis poterit ſuſtinere?* Idcirco per meridiei nomen maximas ſignificauit Fidei perturbationes, ingenteſque tribulationum æſtus, quibus haudquaquam Iuſtitię Sol Chriſtus, ſed infeſtiſsimus ille peruerſitatis, ac falſitatis Sol diabolus Eccleſiam exurit, ita vt vix fortiores, quiue maxime perfecti, ac ſancti ſunt, in conſpectu huiuſcemodi ardoris valeant

leant ſuſtinere. Contingit ſane frequentius, tantas in Eccleſia commoueri turbas, vt vix perfectiores in recta, & catholica fide ſtabiles perſiſtere queant: vt vix ſanctiores, ac maxime experti locum diſcernere valeant, vbi Chriſtus paſcat, vbi cubet in Petri cathedra: prout quando in Romana Eccleſia ſchiſma aliquod exortum ſit, tunc quippe cum plures ſimul ſint, qui ſummos ſe exhibeat Pontifices, cum plures ſe in Petri cathedra reſidere cõtendant, facile in hoc viarum anfractu, & in his perturbationũ æſtibus à Chriſti loco aberrant, qui ſimpliciores ſunt, ac minime experti, cũ eis minime cõſtet, vbinã, & apud quẽ illorũ Chriſtus paſcit, & cubat: prout & pręceteris perturbationum æſtibus cõtigit tempore Conſtantis Imperatoris Arriani, qui cũ ſe maxime catholicũ venditaret, vt ſub falſa catholicæ fidei determinatione Arrianam propagaret hæreſim, frequẽtiſsima indicebat Epiſcoporum cõcilia, in quorum vno Ariminenſi, tanti fuere Catholicæ fidei æſtus, vt iuxta Hieronymi dictum vniuerſus ingemiſcens orbis terrarum ſe Arrianum miratus ſit: quando ingentes quoque & in ipſa Petri cathedra commotas legimus turbas.

Pro iſtiuſmodi igitur perturbationum temporibus Chriſti ſponſa Eccleſia, eum ſibi poſtulat à dilecto ſuo indicari locum, qui alias vniuerſis eſt maxime conſpicuus, fidem nimirum rectam, & catholicam, fidem Romanam, Petrique cathedram, vbi ipſe in tali meridie paſcit, & cubat.

*In Eccleſiæ æſtibus, ac perturbationibus quinã deijciant.*

Ac bene etiam prædictum perturbationũ tempus, prædictoſque fidei, Eccleſiæq; Romanæ æſtus meridiei nomine deſignauit, vt idipſum cõfirmaret, quod ſæpius animaduerſum eſt, petitionem hanc à ſe fieri ex perſona infirmiorum, ac imperfectiorum, qui in his perturbationibus à recto declinant tramite, atque à vera deficere ſolent fide: nam perfectiores quique licet aliquantulum perturbari tunc temporis videantur, haud tamen deficiunt, ſed in fide bene radicati & fundati, per ipſos perturbationum æſtus magis in fide Romana ſolidantur, magiſque diuinæ gratiæ irrigati humore, creſcunt in charitate.

*Simile.*

Quæ omnia meridiei tempore in herbis terræ obſeruare vnicuique licet: tunc enim ad ardentiſſimos Solis æſtus eæ quidem herbæ, quę bene ſint radicatę, quæue idoneum habeãt humorem, quamuis tabeſcere aliquantulum videantur: per ipſos tamen Solis radios, à quibus tabefactæ videtur, magis in terra radicantur ſolidanturve in ſe ipſis, ac magis augentur: at vero herbæ illæ, quæ haudquaquam bene fuerint radicatæ, quæve humore madefactæ minime fuerint, meridiano æſtui reſiſtere nõ valentes, illico areſcũt. Propterea ergo Chriſti ſponſa, dum pro imperfectioribus iſtis, qui meridianos æſtus ſuſtinere minime poſſunt, ſuum deprecatur dilectum, vt ſibi locum indicet, vbi paſcat, vbi cubet, addidit cautiſſimè particulã, *In meridie*, dicens, *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

9 Neque vero ſilentio prætereũdum eſt, quod ſponſa, dum ſponſum quærit, ſuper Petri cathedram ſedẽtem, tanquam paſtorẽ quempiam illum inquirit: locumque illum quaſi paſcua ſibi petit oſtendi, dicens: *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: Siquidem per hãc loquendi formulam inſignia ſubindicari videntur myſteria.

*In Eccleſia Romana cubare dicitur Chriſtus propter iugẽ aſſiſtentiam.*

*z Matth. 28*

Primo enim (vt ab vltima exordiar particula) per verba illa; *Vbi cubes*: iugis, ac perpetua deſignatur Chriſti Domini aſſiſtẽtia, qua requieſcit, & cubat abſque vlla diſceſſione in Petri cathedra: quã ipſemet eſt pollicitus, cum apud Matthæum diceret: *z Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Bene autem per cubationis ſitum exprimitur diuina hæc Chriſti aſſiſtentia perpetua: nam quemadmodum qui cubãs moratur in aliquo loco, tandiu permanenter eo perſiſtit in loco, quamdiu ibi cubat: Ita dum Chriſtus perpetuo paſcit, & cubat in Eccleſia Romana, permanenter & abſque motu progreſſiuo in ea commoratur, eique perpetuo aſſiſtit.

*Simile.*

*Chriſti aſſiſtentia quãtam pacem & ſecuritatem afferat Eccleſiæ Romanæ.*

*Simile.*

Secundo dicitur Chriſtus cubare in Eccleſia Romana non ſolum propter continuam, quam illi exhibet, aſsiſtentiam; verum etiam propter ingentẽ, quã illi, omnibuſq. eius fidelibus præſtat pacem, ac ſecuritatem. Nec mirũ, quod tantam cubando Saluator noſter afferat pacem, tantamq; ſecuritatem: cum experimento videamus, locum illum, in quo Princeps aliquis cubauerit, per ſolam Principis illius præſentiam eſſe ita pacificum, & ita ſecurum, vt nullus ſit, qui illic contendere audeat, nec cuipiam alium offendendi ibi vel pateat aditus, vel adſit animus. Propterea per Ezechielem dicebat Dominus. *a Ego Dominus Deus ero eis in Deũ, & ſeruus meus Dauid Princeps in medio eorũ: Et faciã cum eis pactum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra, & qui habitant in deſerto, ſecuri dormient in ſaltibus.* Cubans quippe Chriſtus in Eccleſia Romana, eos, qui in periculoſiſsimo huius mundi habitãt deſerto, ſecuros dormire facit in ſaltibus mundi huius, in quibus latibula ſolent eſſe ferarum. Quam ſecuritatem apertius expreſsit & ſponſa, iuxta lectionem Hebraicã, pro eo, quod nos legimus, *Vbi cubes*, inquit, *Vbi cubare facias*, & bene; nam hoc ipſum per eundem Ezechielẽ ſe facturũ pollicitus eſt, cum diceret. *b Ego paſcam oues meas, & ego accubare eas faciam.* Quidni autem fideles in Eccleſiæ Romanæ accubent paſcuis, ſi copioſiſsimũ in illis habeant paſtum? Qui in Regis Palatio de menſa regia viuit, quantalibet Ciuitas inopia prematur ciborum, ſecurus quieſcit, ac cubat, cum ſibi copioſus ſemper præſto ſit paſtus, à Rege exhibitus. Quanto magis in Eccleſia Romana ſecuræ cubare poſſunt Chriſti oues in paſcuis, vbi Chriſtus, qui ſimul Rex Regum eſt, & Paſtor bonus, cubãs ipſe & cubare eas facit, & paſcit, abundantiſſimum eis prębens paſtum? *In paſcuis vberrimis paſcam eas*, ait ipſemet per Ezechielem: *Et in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua earum; ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcẽtur ſuper montes Iſrael.* Paſcit Chriſtus oues ſuas in paſcuis vberrimis Eccleſiæ Romanæ, vbi abundantiſſimum illis exhibet virentium herbarum paſtum: paſtus iſte nullus alius eſt, quam herbarum, quæ colliguntur, ac decerpũtur ex montibus excelſis Iſrael; Montes plane Iſrael, ſunt Sacræ ſcripturæ. Montes quidem excelſi propter ſublimitatẽ ſenſuũ: mõtes vero Iſrael, quia ad populũ Iſrael traditæ ſunt. *Illis* enim filiis Iſrael, vt inquit Apoſtolus, *c credita ſunt eloquia Dei*, vel cum nomẽ Iſrael interpretetur, vidẽs Deũ, Scripturę Sacrę dicũtur montes excelſi Iſrael, quoniã ab iis ſolum earum celſitudo poteſt attingi: ab iis ſolum intellectu eę penetrari queunt, qui Deum prius ſuo viderint intellectu, quive Dei habeant cognitionem, & credant in illum: Herbæ virentes horum montium Iſrael ea ſunt dogmata, quæ ex ipſis deſumuntur Scripturis Sacris, documenta Sanctorum morum: antiquorum Patrũ imitanda exempla: diuina mandata, diuinaque conſilia, quæ omnia vberrime in ſacrarum Scripturarum montibus progerminant, exortaq; à fidelibus omnibus decerpuntur in vberrimis Romanæ, catholicęq; Eccleſiæ paſcuis.

*a Ezech. 34. 24.*

*b Ezech. 34. 15.*

*Simile.*

*In Eccleſia Romana fideles paſcũtur; a ſiu, qui ex Sacris ſcripturis decerpitur*

*Ezech. 34. 14.*

*Sacræ Scripturæ quomodo dicantur monte Iſrael,*

*Quæve ſint herbæ horum montium.*

*c Rom. 3. 3.*

## Verſ. VII. cap. I. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

### Expoſitio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

EX præclariſſima illa Redemptoris noſtri ſententia, qua dicitur: *a Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuũ*: nonnihil mihi circa hæc ſponſæ verba difficultatis exoritur: Qua ſcilicet ratione Anima Sancta eius inquirit locum, quem diligit, cum ſtatim ac Deum dilexit, ibi ſuo extiterit corde vbi ipſe eſt Deus: Enimuero hoc eſt, quod Chriſtus Dominus ſua illa ſignificare voluit ſententia, vt vniuſcuiuſq. cor, vniuſcuiuſque animus 10

*a Matth. 6. 21.*

*Locum Dei quomodo quærat pia anima cum iam ibi ſit cum diſomet Leo.*

animus eo ſit loci, vbi illud eſt, quòd dilexerit; nomine A quippe theſauri id omne expreſsit, quod prę vniuerſis diligitur, tanquam maximè bonum, vel quia re vera bonum id ſit, vel quia ſic apprehenditur, vt maximè bonum, quoniam theſaurus adeo bona res eſt, vt per ipſum fere omnia obtinere confidamus bona: porro cum Deus ſit omne bonum, iuxta illud: *b Ego oſtendam tibi omne bonum:* nil inter amabilia vniuerſa congruentius, quam ille, ſignificari poteſt theſauri vocabulo: atque adeo cum per Saluatorem noſtrum dicitur: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum:* illud præſertim indicari videtur, quod cor, atque anima eius, qui Deum veluti ſuum diligit theſaurum, in eodem eſt loco, vbi ipſe eſt Deus.

b Exod. 33. 19.

Quod ſi ita res ſe habet, quid quærit modo Anima B Chriſti ſponſa locũ, in quo iam ſimul cum ſuo eſt dilecto? Quomodo tam feruẽti deſiderio ad ipſummet, quẽ diligit, Deum inquit; *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie?* Verba certe iſta repugnãtiam in ſe habere videntur: nam petens, indicari ſibi locum, vbi quiſpiam ſit, innuit, ſe illum minime diligere: cuius locum inquirit: Si enim diligeret illum, haud peteret, indicari ſibi locum, vbi & ipſa iam eſſet corde, atque Anima ſua.

Nihilominus & verum eſt, quod anima ibi ſit, vbi Deus eſt theſaurus eius: & ſumma cum ratione eum C ſibi locum indicari expoſcit, vbi Deus eſt, paſcens, & cubans in meridie: nec vlla in ſponſæ verbis ineſt repugnantia.

Etenim diligẽs quidpiam, triplici modo ibi eſſe poteſt, vbi eſt id, quod tanquam ſuum diligit theſaurũ: per amorem, per deſiderium, & per delectationem, ac fruitionem.

Anima triplici modo eſſe poteſt, vbi eſt id, quod diligit.

Primo enim homo quidpiam tanquã ſibi maxime bonum apprehendens, per amorem ad illud inclinatur, & diligit illud, abſtrahenſve à præſentia vel abſentia eius, in illud ſeſe transformat, ac ſimul per actũ amoris eodẽ eſt in loco, in quo id, quod diligit, extat.

Secundò, videns id ipſum, cũ quo per amorem iam D eſt, re ipſa à ſe abeſſe, conſideranſque illud vt bonum abſens, maximo ad illud tendere nititur deſiderio, & tunc per huiuſmodi deſiderium ibi dicitur eſſe, vbi id eſt, quod diligit, quodve deſiderat.

Tertio denique quod diligebat, atque deſiderabat, poſsidet atque perfruitur, ac in illo, & cũ illo per delectationem permanet, & quieſcit. Verum etſi his tribus modis cor diligẽtis dicatur ibi eſſe, vbi eſt theſaurus eius, vbi eſt id, quod diligit, realiter tamen tertio dumtaxat modo in eodẽ loco anima actu eſt, in quo eſt id, quod diligit: quia cũ eo, quod iã præſens poſsidet, quieſcat per delectationẽ, certè ibi eã eſſe cõperitur, vbi illud eſt, in quo ipſa quieſcit, cum duobus aliis E modis in eodem loco ſit tantũmodo per inclinationẽ quandã, qua ad ſuum inclinatur theſaurũ. Quomodo ergo, dicet quis, verũ illud eſt, quod vbi eſt animę theſaurus: vbi eſt id, quod diligit, ibi & ipſa ſit anima, etiãſi illo minime fruatur, etiamſi in illo minimè quieſcat adhuc per delectationem? Si amor & deſideriũ ferũtur ad bonum, quod diligitur per motũ, quomodo ibi eſſe Anima, ibiq; quieſcere dici poteſt, vbi theſaurus ille, bonũque illud extiterit, ad quod tendit per motũ amoris ac deſiderij? Si mouetur, certe neq; ibi eſt, nec quieſcit eo in loco, quo mouetur. Nihilominus etiam per iſtiuſmodi inclinationis, per iſtiuſmodi amoris, ac F deſiderij motus cõgruentiſsime dicitur ibi eſſe, vbi eſt theſaurus eius, quia iuxta probabiliorem Philoſophorũ opinionem, motus non diſtinguitur realiter à termino. Sed tametſi tunc quoquo pacto ibi eſſe dicatur, haud tamen cenſendũ, ſimpliciter eã ibi eſſe: ſed eſſe per amorem dumtaxat, ac deſideriũ: atque adeo, quia ibi ſe aliquo pacto eſſe, intelligit, ab ipſomet amore, ab ipſomet deſiderio, propter quod ibi eſt, vehementius eam impelli, ad id vt tendat velocius, quod diligit, illumve vt penetret locum, vbi illud ipſum ſit, quod ſibi diligendum propoſuit. Hinc illud eſt, quod Regius Propheta, cum per amorem, ac deſiderium iam eſſe

Amans Deũ eundemque deſiderãs eſt ibi præ amore, & deſiderio vbi ipſe eſt Deus.

cœpiſſet in loco, vbi ſuus habitaret dilectus, tam veloci & amoris, & deſiderij curſu ad eum impulſus eſt, vt diceret: *c Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutũ, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini:* Ac ſi diceret: Cũ te Domine Deus meus veluti meũ diligerem theſaurum, iam per amorem atque per deſideriũ in atriis tuis cœpi eſſe, vbi tu es: ac propterea tanto dilectionis impetu ad ipſa tua inclinor tabernacula, ad locum habitationis glorię tuę, vt haud exprimere valeam, quam maxime ea mihi ſint dilecta, propterea quoque eo vehementer ab ipſo eorum impellor deſiderio, vt prę velociſsimo curſu prope deficiam, ad inſtar illorum, quos præ nimio curſu ſpiritum ſuſcipere non valentes, deficere videmus in via. Concupiſcit enim, & deficit anima mea in atria Domini. Hinc etiam & Anima Chriſti ſponſa ab eodem amore, & deſiderio, per quę iam quoquo pacto eo in loco eſſe cœperat, in quo paſcebat, & cubabat eius dilectus, ad illũ velociſsimo curſu currere nititur: atq; adeo ipſum quaſi pręſentẽ habeat, ad quẽ tẽdit, ait: *Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Ac ſi dicat.

c Pſa. 83. 1.

Quia te diligo, vehementiſsimaque amoris inclinatione ad te tendit Anima mea: idcirco, vt te perfrui mihi aliquando liceat, velociſsimo deſiderij curſu ad te feſtinare contendo. Verumtamen id mihi accidit, quod ei euenire ſolet, qui ignarus locorũ ſumma celeritate aliquo venire nitatur, quo tamen nunquam perueniet, quoadusque expertum repererit ducẽ: ſic enim & ipſa per deſiderium curro ad te, Dilecte mi: At quia locum nequeo penetrare, vbi ſedes in excelſo gloriæ tuæ ſolio, quia locus habitationis gloriæ tuę eſt mihi ignotus, te adire non valeo: Propterea hoc vnũ à te efflagito, *Indica mihi* tum & locum iſtum, *vbi paſcis, vbi cubas in meridie.*

Paraphraſis
Simile.

Notãdum eſt autem quam apte ardentiſsima Chriſti ſponſa in iſtiuſmodi ſua petitione ſingula apponat verba: Primo enim cum ſimpliciter dicere potuiſſet: *Indica mihi, quem diligo, vbi paſcas,* &c. ad ſignificandũ intentiſsimũ, quo Deum proſequeretur, amorem, ait: *Indica mihi quẽ diligit anima mea:* Quare *quẽ diligit Anima mea?* An fortaſſe, dũ diligit Anima tua, nõ diligis & tu? An dũ tu diligis, non diligit & Anima tua? Sane dũ Deũ diligit, anima diligat neceſſe eſt: Attamen dũ ait: *quem diligit Anima mea:* ſimul cum dilectione, & cauſã indicat, & modum huiuſmodi dilectionis: Nam ſi anima eſt, quæ Deum diligit, idcirco eum diligit, quia ſui ipſius Animam agnoſcit illum; Deus ſiquidem eſt Anima animæ: atq; adeo ita eum diligit, quomodo ipſa à ſuo diligitur corpore quod animat.

Quis vero explicet, quanta ſit iſtiuſmodi animæ dilectio erga Deum Animã ſuam, niſi qui eũ intelligat modum, quo corpus ſuam diligit Animã? S. Thomas præclare in libro de dilectione Dei, & proximi hæc explicans, triplicem corporis ſtatum diſtinguit: Animandi, Animati, & Exanimis: Quem triplicem ſtatũ in ipſa quoque Anima diſtinguere poſſumus reſpectu Dei, qui eſt eius Anima. Porro ſicut in corpore animando tria ſunt, potentia ſuſceptiua animæ, naturalis appetitus ad eam habendam, & virtus diſpoſitiua organizans embrionem, diſponenſque illum ad eam ſuſcipiẽdam: ita & in Anima tria eadem reperiuntur, antequam animetur à Deo: primo enim potentiã habet ſuſceptiuã, quatenus capax eſt Dei, atq; ab illo ſolo perfici poteſt. Quid dicam de naturali eius appetitu, cum omne perfectibile ſuam appetat perfectionem? habet denique & virtutem diſpoſitiuam, potẽtias nimirum naturales, diuina gratia præueniente adiutas, quibus & ipſa quodammodo ad ſuam diſponatur vitam: quamuis enim diſpoſitiones ad gratiam ſint magis à Deo, quam ab anima: atq; adeo proprie ipſemet Deus ſit, qui Animam pręparet, ac diſponat ad ſui ſuſceptionẽ, iuxta illud Prouerbiorum: *d Præparatur voluntas à Domino:* Nihilominus quia anima per naturalem liberi arbitrij potentiam bene vtitur gratia præueniente, qua naturales eius potentiæ corroborantur, & ipſa pariter aliquo pacto diſpoſitionem ad Deum, vitamque

11 Anima S. diligit Deum quomodo corpus diligit animam ſuam.
S. Thomas Opuſculo 61. cap. 20.
Simile.

d Prouer. 8. 35. ſecundũ Sept.

vitamque ſuam ſuſcipiendam in ſe habere, ac ſeſe quodammodo præparare dicitur, iuxta illud itē Prouerbiorū: *e Hominis eſt præparare animā*: Et illud Dauidis: *f Dilata os tuum, & implebo illud.* Sic igitur dum anima, Chriſti ſponſa ſuum erga illum amorem hac exprimit locutione: *Quem diligit anima mea*: hæc omnia breuiſsima hac innuit oratione.

*e Prou. 16. 1*
*f Pſ. 80. 11.*

Quem ſolum agnoſco mei perfectiuum: quandoquidem tāta eſt, quam tui Domine Deus meus habeo capacitatē, vt iure optimo de creaturis vniuerſis, deque omni re, quæ alia à te ſit, illud proferre mihi liceat: *g Vanitas vanitatū, & omnia vanitas*: cum vniuerſa ſimul ne minimam capacitatis meæ implere valeant partem; Te diligit anima mea, atque ideo *h Sitiuit ad te Deum fontem viuum*, teq; diligēs, nil prætermitto, quo quantum in me eſt ad tui me diſponam ſuſceptionē, parans tibi vias, rectaſque faciens ſemitas tuas.

Paraphraſis.
*g Eccle. 1. 2*
*h Pſ. 41. 3.*

At multo plura per hanc ipſam breuem orationē: *Quem diligit Anima mea*: ſignificari intelligemus, ſi ex ſimilitudine corporis in ſecundo ſtatu, quādo iam animā, ſimulque cum anima & vitam habet, & ſenſum & motum, ab ipſa anima ſibi elargita. Anima quoque conſideretur, vt Deum habens vitam ſuam. Tunc enim, cum illa intelligit, ſe ab huiuſmodi Anima ſua donatā & vita, & ſenſu, & motu morali, tanto Deum ipſū amore proſequitur, vt ea vniuerſa in illius impēdat dilectionē: hocq; illud eſt, quod innuit ſponſa, dū ait: *Quē diligit Anima mea*; æque enim eſt ac ſi diceret.

*Quem Anima mea*, veluti ſuam *diligit* Animā, vtpote à quo habet, vt viuat per gratiam, vt ſentiat, quæ tua ſunt, vtque ad bonas moueatur operationes: *Quē diligit anima mea*, ita vt non ipſa viuat in ſe, ſed tu viuas in illa: *Quē diligit Anima mea, i* reformata *in nouitate ſenſus* ſui, vt probet *quæ ſit voluntas* tua *bona & beneplacēs, & perfecta*. *Quem diligit Anima mea*, ita vt nil mihi videre, nil audire, nil loqui, nilve alio pacto ſentire ſit gratum, niſi quod ad te ſpectet, quodve ad tuū redundet honorem ac gloriam, vt nil me contemplari, menteque mea verſare delectet, niſi te Animam animæ meæ. *Quem diligit anima mea*, vtpote à quo veluti ab Anima ſua motum ſuſcepit vniuerſum: atq; adeo ita te diligit, vt quicquid agit, propter te agat.

Paraphraſis.
*Anima S. quali amore Deum diligat, à quo & ſenſum & motū habet tanquam ab anima ſua.*
*i Rom. 12. 2*

Sed adhuc in eadem breui oratione includitur ingens cupiditas, qua appetit, eſſe perpetuā huiuſmodi coniunctionem cum Deo ſuo, ſummūq; ſtudium: quo abhorret ſeparationem ab illo: neque enim minus Anima hanc abhorret, illamve deſiderat, quam corpus coniunctionem appetat perpetuā cum anima ſua, ſeparationemque ab illa abhorreat: Siquidem optimè nouit, multo maiora ex ſeparatione Dei ſui ſibi prouentura detrimēta, quam ea quæ poſt Animæ ſeparationem corpori prouenire videmus: Ideo, dū eum ſibi dilectiſsimum ſignare voluit, nō dicit ſimpliciter; *Quem diligo*, Sed, *quem diligit anima mea*: ac ſi dicat.

Cui tam arcta vnione coniuncta eſt anima mea: vt nil ſit, per quod à te ſeparari queat, cum in hoc vniuerſum ſuum collocet ſtudium, vt dicere poſsit: *k Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Certa ſum enim, quia ſi ipſa noluero, neq; mors, neque vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; inſtātia, neque futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu* dilecto meo.

Paraphraſis.
*k Rom. 8.*

Sicut autem dilectionem ſuam, qua Deum proſequebatur, tam apte per iſtiuſmodi loquēdi formulā expreſsit, vt nec melius nec efficacius ea exprimi poſſet: ita pariter eadem prudentia cæleſtem, quam ſibi indicari petebat gloriam, talibus ſignificauit verbis: *Vbi paſcis, vbi cubas in meridie*: per hæc nāq; pauca verba totū id exprimit, quod de cæleſti illa felicitate humana mente excogitari queat: explicat enim primū, quomodo ibi à Domino vniuerſa exhibeātur, quę delectationem afferre poſsint, idque per verbum *paſcis*: ſecundo, quod quicquid moleſti reperitur in mundo, id omne ab ea excludatur, dicens: *Vbi cubes*, vel, *vbi cubare facies*: in quibus duobus ſita eſt omnis felicitas: ac demum tertio per verbum, *in meridie*, innuit modum, à quo ibi ea exhibeatur felicitas.

*Origenes. Greg. Nyſſ. Pſell. Bernard.*

Locus ille cæleſtis patrię, dicitur locus, vbi Chriſtus ſuas paſcit oues, vbi Deus ſuos paſcit amicos: & per hoc paſtus nomen, vniuerſæ exprimūtur delitiæ, omneſq; delectationes: quādoquidem dulcedo, quę delitiarū omnium propriiſsimum eſt ſymbolū guſtu proprius percipitur in paſtu, ac cibis, quam vllo alio ſenſu, vel vlla alia re. Triplici vero paſtu in cæleſti patria beatos à Deo paſci colligimus ex ſacris litteris: Primo herbis: Secundo liliis, ac floribus: & Tertio adipe frumenti. Paſcuntur, primo herbis, quas ipſi ſeminauerint, recipientes ibi fructum bonorū operum, quę hic egerint, iuxta illud Apoſtoli: *Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet*: Sane tantus eſt harū herbarū guſtus, vt ipſe ſolus ingentem cōferat beatitudinē, teſte Propheta, qui ait: *m Labores manuū tuarū quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Quod ſi herbarum iſtiuſmodi paſtus talem exhibet beatitudinem, quid paſcua conferent liliorum? inter quæ, & quibus eo loci ſponſus paſcit, *n qui paſcitur inter lilia?* lilia ſane iſta terrena aut ouium, aut hominū paſtū eſſe, quis dixerit, cū nec oues, nec homines ex iis ſeſe alere queant? paſcere tamen dicuntur ex eo, quod hominis, & cæterorū animātium viſionem paſcunt, & odoratum: iuxta communem illam loquendi formulā, qua, cum nos delectat perpulchram aliquam rem intueri, viſum, oculoſque paſcere dicimur. Atqui cum paſtus iſte non ſit proprius, ſed metaphoricus paſtus, idcirco ſponſa non ait ſimpliciter, Dilectum paſcere liliis, ſed paſcere inter lilia, dicens: *o Qui paſcitur inter lilia*: vt modū ipſum ſubindicaret, quo liliis beati à Deo paſcuntur in Patria; nēpe per viſionem, quam exiſtentes inter candidiſsima, ac maximè redolentia lilia, paſcunt ingenti cum delectatione liliorum eorum pluchritudine, & odore: viſionemque oculorum mentis, qua animæ vident in patria, haud pluchritudine tantū paſcitur, ſed & odore, & iis vniuerſis, quæ aliquam cōferant oblectationem. Lilia horum paſcuorum Dei ſunt Angelici Spiritus, qui (vt bene inquit Ambroſius) non laborant, neque nent: cum à principio creationis ſuæ perfectionem ſuam habeant, & candorem gloriæ: *p Vnde nec Salomon*, aut quiſpiam glorioſiſsimus mundi huius Princeps, *in omni gloria ſua eſt veſtitus, ſicut vnum ex iſtis*, iuxta Saluatoris noſtri definitionem: Lilia etiam ſunt ſancti vniuerſi, qui inſtar liliorum vita candidi ſanctorum operum exemplis odorē ſuauem reliquerunt in mundo. Lilia præcipuè ſunt Virgines ſanctæ propter eximium caſtitatis candorem, & propter puritatis fragantiam: Lilium candidiſſimum eſt Virginum mater B. Maria, de qua dicitur: *q Sicut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*: Lilium denique liliis vniuerſis & candore, & odore præſtātius eſt humanitas Chriſti, qui de ſemetipſo aliquando aſſeruit: *r Ego flos cāpi, & lilium conuallium*: Ex his omnibus liliis paſci optans anima ſancta, cæleſtem à ſponſa ſibi indicari expoſcit patriā, dicēs; *Indica mihi quē diligit Anima mea, vbi paſcis.*

12
*Cæleſti in patria Beati à Deo paſcūtur triplici paſtu. P. paſtus eſt ex his, quæ ſeminata ſint in hac vita.*
*m Pſ. 127. 2.*
*Liliis paſci dicuntur Beati per viſionem humanitatis Chriſti, B. Virg. aliorum què ſanctorū in gloria.*
*n Cant. 2. 16.*
*o Cant. 2.*
*Lilia cæleſtis patriæ quæ ſint.*
*lib. 7. in cap. 12. Lucæ*
*p Luc. 12. 27*
*q Cant. 2. 1*
*r Cant. 2. 1*

Feliciſsimæ certe oues illæ, quæ in talibus paſcuis à ſummo vniuerſorū Paſtore, & talibus herbis paſcūtur, & talibus liliis: At multo feliciores eas dicemus, ſi animaduertimus animam ſanctam, quādo à Deo ſuo petit, ſibi indicari locū, vbi paſcat cæleſtem gregem; non tam id petere, propterea quod in dictis paſcuis iſtiuſmodi ſint & herbarū, & liliorum paſtus, qui maximā conferant beatitudinem, quā quia ibi oues paſcātur ex adipe frumenti, hoc enim eſt, quod ipſa præ vniuerſis deſiderat. huc omnia eius tēdunt deſideria; huc omnis illius directa eſt petitio, dixit autem vniuerſaliter; *indica mihi vbi paſcas*, quia qui ad cæleſtē illā peruenerit patriā, triplici, vt dictum eſt, non ſolum ex adipe frumenti, ſed & ex herbis, & liliis vſquequaque ſuauiſſimo paſcitur paſtu: At vero conuiuium illud, quod ibi ex adipe exhibetur frumēti, eſt omnium ceterorū in infinitū prædulce: ipſumque vnū eſt, in quo beati tali ſatiātur paſtu; quod apertiſſime Regius Propheta ſignificauit, cū diceret: *ſ Qui poſuit fines tuos pacē & adipe frumenti ſatiat te*: Nec eſt quod quis quærat quiſ-

*Viſio diuinæ eſſentiæ eſt præcipuus beatorū paſtus in patria.*
*Eſſentia diuina cur dicatur adeps frumenti.*
*ſ Pſ. 114. 3.*

nam ſit iſte paſtus ex adipe frumenti, cum ab eodem propheta id explicatum ſciamus alias, vbi inquit, *t Satiabor, cum apparuerit gloria tua*: clare enim patet, adipem frumenti eſſe diuinam eſſentiam, in cuius viſione vniuerſa eſſentialis beatorum gloria ſita eſt: quæ bene haud frumentũ ſimpliciter ſed adeps dicitur frumenti, quia in quolibet frumento quantumlibet pulchro, quantumlibet puro ſemper eſt aliquid furfuris; at in adipe frumenti nihil reperitur admixtũ vel furfuris, vel cuiuſpiã alterius rei. Quid diuina eſſentia purius excogitari poteſt; in qua nihil eſt mutabilitatis, nihil admixtionis, nihilque imperfectionis vel minimæ: in cuius comparatione nil aliud purum videtur.

*t Pſ. 16. 15.*

Sed & bene addidit; *Vbi cubes*, vt ſignificaret apertius, B quem locũ ſibi à dilecto ſuo indicari peteret, ſi enim dixiſſet: *Indica mihi, vbi paſcis*, tantũmodo, haudquaquã de cęleſti patria locutus videretur, cum etſi eo in loco, perfectiſsimo modo ſuum Deus paſcat gregem, paſcit tamen etiam in hoc mundo: Imo propterea in hunc mundũ deſcendit, vt eſſet paſtor bonus, paſcens fideles oues ſcientia, doctrina atq; exemplo. Verum cum addit: *Vbi cubes*, nullum relinquit dubitandi locũ, quin patriã illã efflagitet cęleſtẽ. Æq; enim eſt ac ſi diceret.

Paraphraſtus.

Satis iam te noui in hoc mundo paſcentẽ; Noui te pro tuis paſcendis gregibus *u* tota die laborantẽ: Noui te etiã in cælis pro defenſione ciuiũ tuarũ *x* ſtantem à dextris virtutis Dei; at quod modo mihi eſt in optatis: C id vnũ, quod à te obtinere percupio, illud eſt, *y* vt inhabitẽ in domo tua omnib. diebus vitæ meæ, vt videã voluptatem, quam præſtas in cælis, & viſitem templũ tuum; vt videã eſſentiã tuã, qua perfectiſsimo, ac feliciſſimo paſtu cęleſtes paſcis ſpiritus, & in qua ęterna cubas quiete: quapropter, *Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes*: Indica mihi, vbi te inueniã paſcentẽ ſimul, atque cubãtem: Indica mihi, vbi à te pleniſsima paſci queam ſatietate eſſentiæ tuæ, vbi tecũ perpetua felicitate in tua cubantẽ eſſẽtia, ſimul quoque & me cubare facias: vbi *z in pace in idipſum dormiã & requieſcã*. Hoc enim quoq; per hãc ſignificatur par- D ticulã: *vbi cubes*: perpetua nimirũ, ſecuriſſima, atq; omnino imperturbabilis cæleſtiũ paſcuorũ quies, & pax: de qua per Prophetã dicebatur, *a Qui poſuit fines tuos pacem*: Quod apertius hebraica exprimitur lectione, qua dicitur: *vbi cubare facies*. Siquidẽ propterea cæleſtis illa patria nuncupatur Ieruſalẽ, quæ interpretatur viſio pacis, quod cum ibi diuina videatur eſſentia, in qua cumulatiſsima eſt pax: ſimul quoq; à comprehenſoribus vſquequaq; perfecta ibi cubatur in pace. Ibi cubare nos faciet idem ipſe, qui paſcit: ibi cubabit, atque quieſcet vniuerſus noſtri intellectus appetitus, nec quidquam amplius ſcire concupiſcet: ibi cubabit & ipſa voluntas, cæleſtique in amore quieſcet, vniuerſa- E le illud diligens bonum, in quo ſunt omnia bona, & extra quod nihil eſt, quo frui quis valeat: ibi denique cubabunt & omnes potentiæ.

*u Io. 4. 6.*
*x Act. 7. 55*
*y Pſa. 26. 4*
*z Pſal. 4. 9.*

*Cæleſtis patriæ quam magna ſit quies & pax*
*a Pſ. 147. 5.*

13 Illud vnum nobis modo ſupereſt explicãdum, quo pacto per vltimam illam particulã, *in meridie*, modus ab eadem ſponſa innuatur, quo in eo, quem ſibi indicari petit, loco, prædicta exhibeatur felicitas.

*Beatitudo cæleſtis patriæ quibus actibus fiat conſummata*

Pro huius autem rei intelligentia illud pro indubitato ſupponendum eſt, quod ab omnibus pro cõfeſſo habetur, conſummatã cæleſtis patriæ beatitudinem compleri, & per viſionẽ diuinæ eſſentiæ, & per ardẽtiſsimã Dei charitatem ſimul cum gaudio, & fruitione F eſſentię eiuſdẽ, quę diligit: Quod cum ita ſit, plane apparet, eũ eſſe modũ, quo Deus in Patria prędictã beatis cõfert beatitudinẽ, qui beatorũ illuſtrat intellectũ ſuamq; illis proponit eſſentiã pro obiecto intellectus: quodue ita per ſui amoris ardorem eorundẽ Beatorũ voluntatem inflãmat, vt charitate penitus ardeant, & inexplicabili voluptate, ac gaudio, ipſo potiãtur, cuius ardent amore: ſed vide amabo, quam præclare hęc omnia per vnicã illam particulã, *in meridie*, innuãtur à ſponſa. Conſtat ſane, meridiem nil aliud eſſe, quàm tempus illud diei, quãdo Sol eſt in medio firmamenti, & per conſequens quando de ſe maiorem emittit lu- A cem, & quando ardẽtiores cauſat æſtus. In perpetuo ergo meridie Deus paſcere, & cubare dicitur, perpetuam conferens beatitudinem, quoniam in eundem modũ quo Sol in meridie exiſtens, perfectiſsimè ſublunari huic mundo ſeſe cõmunicat, & ipſe per ſummam felicitatem ſeſe cõmunicat beatis, exhibens eis lumen gloriæ, ac per illud eorum perficiens, atq; corroborans viſionem, & inflammans voluntatem, per ardentiſsimos, quos in eis producit, charitatis æſtus, totũ ſeſe illis prębens ſummum bonum: ita vt & ipſi per tam ardentes ſuccenſi flammas, toti reſoluantur in illum. En quomodo ibi paſcit, & cubat in meridie.

*Deus in Patria communicat ſe beatis, quomodo Sol in meridie ſeſe communicat per lucem & calorem.*

Verum ſi ſubtilius rem ipſam cõſideremus, videbimus per hanc particulã, *in meridie*, non tantum ſignificari, in quibus conſummata exhibeatur beatitudo. Verum etiã in quo potiſsimũ illa cõſiſtat, quod maxime apud ſcholaſticos eſt controuerſum: ſignificatur enim, eam ſitã eſſe potiſsimũ in actu intellectus, in viſione beatifica, quod ſcripturæ ſacrę magis eſt cõſonũ, iuxta illud Pſalmi: *a Vnã petij à Domino, hãc requirã: vt inhabitẽ in domo Dñi omnib. diebus vitæ meæ, vt videa voluntatẽ Domini, & viſitẽ tẽplũ eius*. Et, *b Videbitur Deus Deorũ in Siõ* Et, *c Satiabor cũ apparuerit gloria tua*: & illud Ioannis. *d Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum Deũ verũ, & quem miſiſti, Ieſũ Chriſtũ*. Siquidem per iſtiuſmodi particulã, *in meridie*, ſignificatur, Deũ in cæleſti pa- C tria perfectiſsimo modo Beatis ſeſe communicare, quomodo & Sol iſte corporeus perfectiſsime ſeſe cõmunicat in meridie, per eximiã lucẽ, ac per ingẽtẽ calorem. At quemadmodũ, tametſi ſol per prædictos ambos ſeſe cõmunicet effectus lucis, atq; caloris: luce tamen potiſsimũ hanc ſui præſtat cõmunicationẽ, quandoquidem prius ſeſe manifeſtat per lucẽ, & tũ per ipſius lucis refractionem, per effectum quoque ſe cõmunicat caloris: Eodem pacto & Deus quãuis ſeſe cõmunicet tum intellectui, tum voluntati beatorum, exhibens illis eſſentiã ſuã & pro obiecto viſionis per lumen gloriæ, & pro obiecto volũtatis, atq; amoris per ſummã, & infinitã bonitatem: beatitudinem tamen D tunc potiſsimũ confert dum exhibens eis lumen gloriæ, intellectui eorũ ſeſe perfectè cõmunicat: ex qua poſtmodũ cõmunicatione ſequitur, & altera cõmunicatio per amoris ardorem: prius enim beati vident diuinã eſſentiã, & cum ex iſtiuſmodi viſione accenditur eorum charitas ad eã amandã, quam per prædictã beatificã viſionem ſummũ omniũ agnouerũt bonum: neq; enim volũtas quidpiã diligere poteſt, quod prius cognitũ non ſit per intellectum. Prudentiſsimè igitur Anima ſancta hãc addidit particulam, *in meridie*: Quis vero perpetuũ hunc non exoptaret meridiem? hunc quærat, hunc petat anima quæq; à ſponſo, quem diligit: hunc in pręmiũ efflagitet dilectionis, dicat, & au- E dacter dicat: *Indica mihi quẽ diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*. O vere meridies exclamat Bernard. plenitudo feruoris, & lucis, Solis ſtatio, vmbrarũ exterminatio, deſiccatio paludũ, fœtorũ depulſio. O perenne Solſtitiũ, quãdo iam non inclinabitur dies, ô lumen meridianũ, ô vernalis temperies, ô æſtiua venuſtas, ô autũnalis vbertas, & ne quid videar prætermiſiſſe, ô quies, & feriatio hyemalis: aut certe, ſi hoc magis probas, ſola tũc hyems abiit, & receſsit: Hunc locum, inquit, tantæ claritatis, & pacis, & plenitudinis indica mihi, vt & ego quoq; te in lumine tuo, & in deco- F re tuo per mentis exceſſum merear contemplari paſcentem vberius, quieſcentem ſecurius: Nam & hic paſcis, ſed non in ſaturitate: nec cubare licet ſed ſtare, & vigilare oportet propter timores nocturnos.

*Beatitudo patriæ eſt potiſsimum in viſione diuinæ eſſentiæ*
*a Pſ. 26. 4.*
*b Pſa. 83. 8*
*c Pſ. 16. 15.*
*d Io. 17. 3.*

*Simile.*

*Meridies æternæ felicitatis qualis ſit.*

*Bernardus ſerm. 33. in Cant. ante medium.*

14 Iuxta ſecundũ ſenſum, Anima, quæ poſt ardentem feruorem aliquantulum in Dei ſeruitio tepefacta eſt, quoniã ſenſibilibus orbatã ſe ſenſit conſolationibus ſpiritus, quibus tanquã lacte, cũ adhuc paruula eſſet, à Domino fuerat enutrita: cum aliquando Chriſti dilecti ſui in ſe ſentiat præſentiã, qui per internã inſpirationem ei exprobret, quare eum priſtino nõ fuerit ſecuta feruore: ad ſui purgationem locũ inquirit, vbi ipſe conſolationũ paſtu ſuos paſcat fideles: vbi, & in

Secundus ſenſus.

quonam

quonã ſtudio paſcat per delectationes,& cubet abſq; vllo diſceſſu in meridie præſentis vitæ,quæ tantis æſtuat miſeriarũ æſtibus; vt & ipſa eo illi iugiter ſequi poſsit:quaſi dicat,ſe idcirco illum minime ſecutã,quia ſibi ſubtractas ſenſiſſet cõſolationes ſpiritus, neſciretque,vbi eas reperiret:quia eius orbata eſſet præſentia & ignoraret, quonam in ſtudio ipſum inuenire, ipſo perfrui,&cum illo vniri ſibi liceret: Propterea inquit: *Indica mihi quem diligit anima mea,vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Sicut dubitauit Iob de loco Sapiẽtię & intelligẽtię,qua perficitur intellectus,dicens: *e Sapiẽtia vbi inuenitur,& quis eſt locus intelligentiæ?* quoniã vni tãtum is cognitus eſſet Deo. Ita & Anima ſancta hic dubitat de loco conſolationũ ſpiritualiũ,in quibus eſt affectus perfectio: & ſicut ſapiens ſapientiã, & intelligentiam ab eodẽ efflagitauit Domino,cui ſoli illius locus notus eſſet,dicẽs: *f Da mihi Domine ſedium tuarũ aſsiſtricẽ ſapiẽtiã: Mitte illã de cælis ſanctis tuis,& à ſede magnitudinis tuæ vt mecũ ſit,& mecum laboret,vt ſciã quid acceptũ ſit apud te.* Ita & ſponſa cõſolationes ſpiritus ab eo expoſcit,qui ſolus illas elargiri poteſt,petens, ſibi earũ indicari locũ,ac dicẽs: *Indica mihi quẽ diligit anima mea,vbi paſcas, vbi cubes in meridie:* Neq; veritas eſt,hoc petere,cũ pro certo haberet,eas haudquaquam ſibi negandas.Ideo quippe dũ eas petit,ſignificat,ſe illũ diligere,à quo eas expoſcit,dicens; *Indica mihi quẽ diligit anima mea:* ſciens & de ſapientia dictũ. *h Præbuit illa diligentibus ſe:* An nõ idem eſt, *Quem diligit anima mea*,atq; quẽ diligo? Non poteſt enim diligi Chriſtus à quopiã, cuius tamẽ anima illũ minime diligat:vt quãdo quis diligit Chriſtũ, tantũmodo vt ab eo corporalia,ac temporalia ſibi cõferãtur,ſicut diligebant Chriſtũ,qui, *i* cum panibus ab eo ſaturati eſſent in deſerto,illum iterũ quærebant;vt iterum ab ipſo ſaturarentur panibus: quod is optime agnouit: Vnde & dixit eis: *Amẽ dico vobis quæritis me,nõ quia vidiſtis ſigna,ſed quia mãducaſtis ex panibus & ſaturati eſtis.* At verò ſponſa Chriſti Chriſtum diligit corde, & Anima,quia non quærit ab eo temporalia,atq; carnalia,quæ omnia propter ipſum arbitrata eſt vt ſtercora:ſed quærit tãtum ipſummet, quem diligit,& ſi qua quærit,ſpiritualia quærit, quibus magis cũ illo vniatur,quibus& paſcatur in vita ſpirituali.Ac propterea, dum ſpirituales ab eo quærit conſolationes,aptiſsimè dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, &c.*

*Conſolationum verarũ locus, vt & locus ſapientiæ ſoli Deo eſt cognitus.*
e Iob 28. 12.
f Sap. 9. 4.
h Eccl. 1. 10
i Io. 6. 19.
*Diligere quis Chriſtum poteſt, cuius tamen anima Chriſtum nõ diligat,& quomodo id fieri queat.*

*Paraphraſis.*

Non quæro ſæculi voluptates,non bona temporalia, non quicquam, quod ad carnem ſpectet; Nã anima mea,ſpiritus meus te diligit.Indiget & ipſa paſtu conſolationum ſpiritualium, has expoſco,has quæro à te, quem ſolum diligit anima mea , & quem ſolum animas paſcere noui.

Habet autem & maximã emphaſim hæc loquendi formula: *Indica mihi quem diligit aima mea:* ſignificat nãque Chriſtũ Dominum,quodãmodo teneri ad ipſam paſcendã,cũ enim dicit; *Quẽ diligit anima mea*,eque eſt ac ſi diceret: Cui adhæſit, cui conglutinata eſt anima mea: quando namq; cuiuſpiã anima aliquem diligit, quæ diligit conglutinatur per amorem animæ illius, quem diligit. Vnde de Ionatha,ex anima diligẽte Dauid dicitur: *k Et factum eſt cum cõpleſſet Dauid loqui ad Saul,anima Ionathæ cõglutinata eſt animæ Dauid,& dilexit eũ Ionathas,quaſi animã ſuam.* Quod ſi ſponſa,diligẽs Chriſtum,conglutinata eſt Chriſto,profectò à Chriſto ſuſcepta eſt cura illius : nam & hoc quædam ſe expertã aſſeruit,cum diceret per Prophetam, *l Adhæſit*,vel (vt legit Auguſtinus) *conglutinata eſt anima mea poſt te,me ſuſcepit dextera tua.* Vbi nota , quã proprie loquatur, dicẽs: nõ tibi ſimpliciter: ſed, *poſt te:* quia eatenus Anima Chriſto conglutinatur per gluten dilectionis: quatenus illum ſequitur: quatenus illius ſeſe dicat ſeruitio, tuncq; libentiſsime ſuſcipitur à dextera eius.Porro ſi à Chriſti dextera ſuſcepta eſt : ſi in eius nobiliſsimum ſeruitium admiſſa eſt,nulli dubium eſt,quin & ab illo debeat paſci: nam & hoc videmus etiam in Principibus huius mũdi,vt,cum aliquem ad ſua admittãt ſeruitia,illicò annonã eis aſsignẽt, qua paſcantur: *m Nec enim quiſpiam*,vt inquit Apoſtolus, *propriis militat ſtipẽdiis:* Dum ergo Chriſti ſpõſa ait. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas;* talia dicere videtur.

*Eum, cuius anima Deum diligit, Deus quodãmodo tenetur paſcere conſolationibus ſpiritualibus.*
k 1. Reg. 18. 1.
l Pſ. 62. 9.
*Simile.*
m 1. Cor. 9. 7.

*Adhæſit, & conglutinata eſt Anima mea poſt te:* Tuo dicata eſt famulatui,idcirco à te debet paſci; propterea *Indica mihi,vbi paſcas* cõſolationibus ſpiritualibus:Neq; vero id mihi vllatenus negare potes;nã *quando adhæſit anima mea poſt te,me ſuſcepit dextera tua:* neq; cauſari potes impotentiam,quod tibi deſint conſolationes,quibus me paſcas;quod me tantis nequeas paſcere conſolationibus;nam ea ipſa, qua me ſuſcepiſti , dextera tua,omni conſolationum plena eſt genere: *n Delectationes* enim *in dextera tua vſque in finem.*

*Paraphraſis.*
n Pſ. 15. 11

Paſcuorũ vero metaphora Spirituales exprimit cõſolationes:quoniã per has conſolationes,tanquã proprio paſtu anima recreatur,quia per eas enutritur, & creſcit in vita ſpirituali , nõ ſecus ac corpus per cibos corporeos alitur,& debitum ſuſcipit augmentum.

*Conſolationes ſpirituales paſcuorũ nomine ſignificantur, quia ſunt proprius animæ paſtus.*

Nam quãuis & conſolationes ſæculi paſtus eius eſſe videantur; talis tamen ſunt paſtus , vt mortem ipſi inferat,tantum abeſt, vt per eas illa vel nutriatur, vel creſcat in augmentum ſpiritus; ſunt namq; ex eo paſtus genere, *o Quod*,vt inquit Iob, *guſtatum affert morte.*

o Iob 6. 6.

Chriſtum autem quærit paſtorem,dum quærit cõſolationes,& ait: *Indica mihi,vbi paſcas:* Quoniã Chriſtus ſolus eſt,qui cõſolationes exhibens animã paſcat, optimum illi præbens , ac ſimul prædulce nutrimentum,iuxta vniuſcuiuſque complexionem, ætatem, & neceſſitatem: Chriſtus ſolus eſt,qui materno animas paſcat affectu,earum in omnibus curam gerens,eaſq; ſemper ad maiores promouens profectus. Nam paſtores ceteri,vt ſunt diabolus, mundus, & caro exhibent,& ipſi temporalium, carnaliumq; cõſolationum paſtus: At tantum abeſt,vt per huiuſmodi paſtum Animas paſcant, vt potius in ipſa conſolationum exhibitione, ex ipſis animabus paſcant ſemetipſos: quod præclare nobis expreſsit Propheta, cũ ait: *p Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos:* quaſi enim oues prędicti Paſtores, miſeras congregant animas ad paſcua voluptatum ſæculi, quaſi oues illas carnalibus paſcũt delitiis; ac dum huiuſmodi voluptatibus eas paſcere videntur, ipſi ſeſe paſcunt ex illis,ponentes eas in inferno: Sic miſeræ Animæ ignorantes,quod admoniti ſunt à Salomone , *q* in talium voluptatum paſcuis eſſe gigãtes,ac Dæmones,& in profundis Inferni ſuas eſſe ſemitas, dũ putãt ſe paſci, ipſæ fiunt ſuorũ paſtorũ paſtus,nam *mors depaſcet eos.* Hos paſtores imitãtur & peruerſi quique hominum , qui ſimplices animas ad ſæcularium voluptatũ paſcua trahere nituntur:contra quos omnes iſtiuſmodi paſtores per Ezechielem exclamat paſtor bonus: *r Væ paſtoribus Iſrael:quia paſcebãt ſemetipſos: Nonne greges à Paſtoribus paſcuntur?* Ac ſi dicat: Quid noui hoc eſt? Greges paſci ſolent à Paſtoribus,paſtoreſq; eorum curam,ac ſolicitudinem gerere debent;at vos Paſtores impij, atque peruerſi nõ modo non paſcitis infelices Animas, quæ ſe à vobis paſci exiſtimant,quandoquidem voluptates illæ,ad quarũ paſcua eas congregatis , nec nutritionẽ afferunt vllã, nec vllum augmentum; ſed cum iis illas paſcere videmini: cum iis illas paſcere nitimini,quæ guſtatæ afferunt mortem; paſcitis voſmetipſos ex earũ interitu: *ſ Et diſperſæ ſunt*, ait Dominus, *oues meæ, eo quod non eſſet paſtor,& factæ ſunt in deuorationem omniũ beſtiarum agri.*

*Chriſtus ſolus eſt verus paſtor bonus. Diabolus, mundus, & caro dum voluptatibus ſæculi paſcũt animas,paſcunt & ſemes animabus ipſis.*
p Pſ. 48. 15
q Prou. 9. 18
r Ezec. 34. 2
ſ Ezec. 34. 5

Notandum inſuper,quod dum ſpõſa Chriſtũ quęrit paſtorem, non petit tãtum,ſibi indicari,vbi is paſcat:ſed vbi paſcat ſimul,&cubet: Ait enim; *Vbi paſcas, vbi cubes:* Enimuero etiam ipſis voluptatibus ſæculi,etiam ipſis carnalibus , ac terrenis conſolatibus paſcit nos Chriſtus:quandoquidem ipſe eſt,qui elargitur & ea,quibus in ſæculo ad voluptatem vtimur, diuitias, honores,ſanitatem,pulchritudinem, & cetera huiuſmodi:nec poſſemus vllum elicere fruitionis ac delectationis actum,niſi ipſe nobiſcum phyſicẽ cõcurreret. Attamen, dum hoc pacto his paſcit voluptatibus ſęculi,paſcit quidem Chriſtus;ſed non paſcit ſimul,& cubat: quia etſi temporalia illa tradat bona: etſi ad actus delectationũ,quæ percipiũtur ex illis,cõcurrat

*Conſolationibus ſæculi paſcit quidẽ Chriſtus, at non cubat cum illis.*

(vt dictū eſt) phyſice, & quatenus actus ſunt natura- A les;non tamen concurrit ad illos,quatenus inordinati ſunt moraliter,quatenus nos ad malū vſum ea,quæ nobis contulit, bona conuertimus in prauas ſæculi, carniſque delitias , ac voluptates. Imo ab huiuſmodi

*Simile.* ſæcularium voluptatum vſu fugatur , non ſecus ac apes per fumum fugantur à melle, quod produxerint:

*t Sap. 1. 5.* Hinc per Sapientem dicitur: *t Spiritus Sancti diſciplina effugiet fictū,& auferet ſe à cogitationibus,quæ ſūt ſine intellectu,& corripietur à ſuperueniēte iniquitate:* Quæ autē maior iniquitas,quam oblectari donis contra eorum largitorem?Quæ cogitationes magis ſine intellectu reperiri queunt , quam eæ , quæ ad vanas excogitandas

*u Iob. 28. 13.* voluptates exponuntur?Hinc & per Iob dicitur, *u ſa-* B *pientiā non inueniri in terra ſuauiter viuentium*,quoniam

*Conſolatio-nibus ſpiri-tus paſcens Christus piā animā,paſcit ſimul & cubat.* haud cubat Chriſtus ęterna ſapiētia in terra,vbi animę paſcuntur ſæculi voluptatibus ſpiritus , ſimul cū ipſis cōſolationibus cubat & Chriſtus, quia ſemper ibi ſua adeſt præſentia, vbi piam animam talibus paſcit delitiis:imo & ipſemet delectatur,cum ea ipſa,quę paſci-

*x Iſa. 62. 5* tur,Anima,vnde per Iſaiam dicitur:*x Gaudebit ſponſus ſuper ſponſa,& gaudebit ſuper te Deus.*Quod ergo ait ſpōſa,tale eſt.

16 Haud ſatis mihi eſt , vt me aliquibus paſcas volu-

*Paraphraſis* ptatibus:Tuam potius prædulcem exopto præſentiā: Nolo ſæculi delitias,quæ illam excludunt: ſi conſolationes quæro ſpirituales non tam eas quæro,quia ſint C voluptates,quia ſint cōſolationes,quibus à te paſcor: quam quia,cum illis te Deum meum præſentem habere confidam; quam quia , in iſtiuſmodi paſcuis te cubare cognoſco.Idcirco *indica mihi,vbi* paſcis *vbi* cubas.

Neque vero minoris ineſt myſterij in eadem petitione,cum iuxta aliam lectionem ait: *Indica mihi quem dilexit anima mea,vbi paſces,vbi cubare facies.*Per eā enim

*Voluptates ſæculi etſi paſcere videantur, haud tamen cubare faciunt, quos paſcunt.* petit ſibi indicari , vbi Deus ſimul paſcat per cōſolationes,& cubare faciat eas, quas cōſolationibus paſcit,animas,per quietem,pacem,& ſecuritatē: quādoquidem conſolationes,& voluptates ſæculi etſi paſcere videantur: paſcunt tamen vix pro tantillo tempo- D ris,& quodammodo in trāſitu,iuxta illud, quod mūdani in libro Sapientiæ fatentur, cum dicunt.*y Trāſie-*

*y Sap. 5. 9.* *runt omnia illa tanquam vmbra,& tanquam nūtius præcurrens;& tanquam nauis,quæ pertrāſit fluctuantem aquā, cuius cum præterierit,non eſt veſtigium inuenire,neq; ſemita carinæ illius in fluctibus;aut tanquā auis, quæ trāſuolat in aere,cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius,ſed tantū ſonitus alarū, verberans leuem ventū,& ſcindens per vim itineris aerem,& commotis alis trāſuolauit,& poſt hæc nullū ſignum inuenitur itineris illius;aut tanquā ſagitta emiſſa in locum deſtinatū:diuiſus aer continuo recluſus eſt,vt ignoretur tranſitus illius.*Tantumque abeſt,vt iſtiuſmodi ſæculi delitię eos, E qui ipſis paſti fuerint,quoquo pacto cubare faciāt,illiſque aliquam conferant quietem, vt potius maximam eis afferant inquietudinem,propter continuum internæ conſcientiæ morſum: & multa ſuſcitant bella; cum ea quæ tales exhibent voluptates, pauca ſint, & infinitus ſit eorum numerus, qui ex iis ſe paſcere

*z Ezec. 33. 6* cōtendant:*z Errauerūt in cunctis montibus*,ait Dominus per Ezechielē , *Et in vniuerſo colle excelſo*,ſuper quos vix maximis peruenire poſſent laboribus , & in quibus multiplici paſcuntur periculo. *Et ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei:*neque enim ſuper terra quieti commorari poterant,ac tuti:neque dum terrenis F in paſcuis terrenis paſcerentur delitijs,cubare vllatenus eis permittebatur; ſed propter iſtiuſmodi voluptatum penuriam diſperſi ſunt ſuper terræ faciē, vt inde ſaltem aliquas colligerent porcorum ſiliquas: quibus non poſſent exaturari.

17 Vnicum modo nobis examinādum ſupereſt: Quare addatur particula illa *in meridie*, & quare ſpōſa,ſpirituales à Chriſto quærens conſolationes , hac lo-

*Præſens ſæculum cur dicatur meridies.* quendi formula vtatur: *Indica mihi,vbi paſcas,vbi cubes in meridie:* Porro congruentiſſime hoc meridiei nomē iſti aptatū eſſe ſæculo, facile intelliget quilibet, ſi recolamus,quod ſæpius dictū eſt in ſuperioribus, meridiem nil aliud eſſe, iuxta ſenſum illum, quo hoc loco ſumitur,quàm tempus,quo Sol eſt in medio firmamenti: & ex conſequenti, quando Sol , licet maxime oblectet per lucem,per nimios tamen æſtus maxime etiam affligit. Solem eſſe concupiſcentiam , longius oſtenſum eſt ſupra in principio ſecundi ſenſus , qui allatus eſt in tertia expoſitione illorum verborum; *Decolorauit me Sol:*Quod autem iſte concupiſcētiæ Sol *Concupiſcētiæ Sol vna cū luce æſtu inflammat.* tempore præſentis ſæculi ſit in medio huius mundi, ſicut Sol iſte corporeus eſt in medio firmamenti , ex iis Ioannis verbis manifeſtum eſt, quibus ait: *a Quic-* *a Ioan. 2. 16* *quid eſt in mūdo aut eſt concupiſcentia carnis,aut cōcupiſcētia oculorum, aut ſuperbia vitæ.* In medio mundi exiſtens Sol iſte cōcupiſcentiæ maximam quidem de ſe emittit lucem,quia ſplendida, pulchra,ac valde delectabilia ea facit apparere, quæ concupiſcit:vt patet ex eo, quod de pomo illo legimus ligni ſcientiæ boni,& mali:quippe quod tam ingenti luce per concupiſcentiæ Solem fuit perfuſum , vt *b* infœlix mulier viderit illud, *b Gen. 3. 6.* *quod bonum eſſet ad veſcendum,& pulchrum oculis,aſpectuq; delectabile.* At dum lucem iſtam emittit , per illius refractionem ſimul quoque & ingentes cauſat calores: iuxta illud Eccleſiaſtici.*c Concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.*Sic cum per lucem , quam in Suſannam emiſit, *c Eccl. 9. 9.* perpulchram ſenibus apparere ipſam feciſſet , illico per eiuſdem pulchritudinis crebram conſiderationem ardentibus illos inflammauit æſtibus,vnde & dicitur. *d Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem,& deambulantem, & exarſerunt in concupiſcentiam eius.* *d Dan. 13. 8.*

Sic & Holofernes *captus eſt in ſuis oculis*,intuens Iu- *Iudith 10. 17.* dith, ſibi per concupiſcentiæ lucem illuſtratam , ſtatimque illius cor concupiſcentiæ ardore exarſit,vnde dicitur:*e Cor autē Holofernis cōcuſſum eſt,erat enim ardens* *e Iudith 12. 16.* *in concupiſcentia eius,* ſcilicet Iudith , quam tam attente fuerat intuitus. Quid mirum autem , ſi mortuus eſt Holofernes,ſi mortui ſunt & ſenes illi, nedum morte corporis, ſed & morte Animæ, quæ multo eſt peior, cum tam ardentibus Solis concupiſcentię inflammati ſint æſtibus? Nonne videmus , complures quotidie propter corporei Solis calores mortem obire?Quare *Simile.* quemadmodum prudentiores hominum meridianos *Conſolationibus paſci vult ſponſa ſub vmbra Chriſti, vt fugiat æſtus concupiſcentiæ.* deuitant æſtus, confugientes ad loca vmbroſa, ne ab eis lædantur in corpore. Ita pariter & Animæ , quæ prudentia ſpiritus prudentiores ſunt, meridianos cōcupiſcentiæ æſtus deuitāt,ne ab iis quoquo pacto lædantur in ſpiritu:confugiunt vero ad Deum , de quo dicitur per ſapientem, *f Oculi Domini ſuper timentes eū,* *f Eccl 34. 19.* *protector potentiæ,firmamētum virtutis, tegimen ardoris,& vmbraculum Meridiani:* Et per Eſaiam:*g Quia factus eſt* *g Eſa. 25. 4.* *fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua : ſpes à turbine, vmbraculū ab æſtu:* cōfugiunt ad Chriſtum Dominum,de quo per Ieremiam dicitur;*h Spiritus oris no-* *h Thren. 4. 20.* *ſtri Chriſtus Dominus,captus eſt in peccatis noſtris,cui diximus, In vmbra tua viuemus in Getibus;* de quo inferius in hoc cantico & ſponſa,*i Sub vmbra*,inquit,*illius,quem deſide-* *i Cant. 2. 3* *raueram,ſedi:*quaſi iam inueniſſet locum,quem modo ſibi ab ipſomet Chriſto indicari expoſcit his verbis; *Indica mihi,vbi paſcas,vbi cubes in meridie:*eque enim eſt, ac ſi his diceret.

Indica mihi, qua in re,quoue in ſtudio in his præ- *Paraphraſis.* ſentis vitæ æſtibus à te paſcantur,ac recreentur ſpiritualibus conſolationibus oues tuæ ſub vmbra tua:Da mihi,vt ſub vmbra tua ſedeam , ibique & meridianis concupiſcentiæ æſtibus liberam,ſpiritualibus me paſce conſolationibus,& tecum quietam in pace cubare facito.

## Verſ.VII. cap.I.*Indica mihi quem diligit Anima mea , vbi paſcas , vbi cubes in meridie.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa , quæ eſt Beata Maria.*

Quod in Euangelio Glorioſa Virgo ſignificauit filio ſuo iis verbis,*a Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce ego,* 18 *Luc. 2. 48.* *& Pater tuus dolentes quærebamus te:*Idipſū & per ea,quę *Maria ex ſui amoris* hic

*magnitudine teſtatum voluit lio, & dolorem, & ſolicitudinem ſuam ob id, quod illum amiſerat.*

hic dicit, idem ſignificat: ſicut verbis primo ſuum ei A erga ipſum ingentem indicauit amorem, ex cuius indicio ſat illi oſtenſam cenſuit & eius, quæ ob amiſsionem ipſius perculſa eſt, doloris magnitudinem, dicens quippe, *fili*, vnico verbo totum id expreſsit, quod de tanto, tamque eximio amore vel longiſsima explicari poſſet oratione. Nam inter amores naturales maior nullius eſt amore matris in filium: vt colligitur ex verbis illius Dauid: *b Doleo ſuper te frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis ſuper amorē mulierum: ſicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam.* Ex hoc autē tam grandi amore, quo filium ipſum ſuum diligebat mater talis, quæ haud comparem in terra tāti filij haberet patrem, inexplicabilem ſuum pariter expreſsit dolorem ſubiiciens: *Quid feciſti nobis ſic?* Ac ſi diceret: B Quare nos tanto cruciaſti dolore, vt pene mortui ſimus? Quare ſic nos afflixiſti, vt nec dolorem noſtrum exprimere valeamus? Tum ex ſui amoris, atque doloris magnitudine, & ſummā eidem manifeſtauit ſolicitudinē ſuam, addens; *Ecce ego & Pater tuus:* (en amor ingēs maternus) *dolentes*, (en dolor, prædicto proportionatus amori) *quærebamus te*, (en ſolicitudo ſumma, quem in eo quærendo adhibuit, quem adeo diligebat & pro cuius abſentia tam grandi angebatur dolore,) In eundem modum hoc quoque loco, cum per verbū illud: *Indica*, eum ſignificet, quem ex tanti filij amiſsione ſentiret dolorem, eamque ſolicitudinem, qua in C illo inquirendo iactaretur: per id tamen, quod ſubiicit: *Quem diligit anima mea*; eiuſdem doloris, & ſuę ſolicitudinis magnitudinem mirum in modum exaggerat; etenim per hæc verba ſubindicat, ſe magno dolore, magnaque ſolicitudine ipſum quærere, eo quod magno illum proſequeretur amore, vtpote filium ſuum vnigenitum, & filium talem, qui & pater, & ſponſuis ipſius eſſet: atque adeo maximum eſſe talem dolorem ſuum, quoniam & amor quoque maximus eſſet: quandoquidem nedum amore naturali eum diligeret vt filium, ac talem filium vnigenitum. Sed & amore gratiæ, & amore Iuſtitiæ: hos enim D duos amores ſignificat formula loquendi; *Quem diligit anima mea*: Animam namque diligere quempiam, videtur contra diſtingui à dilectione carnali, ſeu etiam naturali, qua diliguntur ea, quæ corpori, ac carni ſecundum naturam amabilia exiſtunt: Tuncque anima diligere dicitur, cum ſpiritus diligit: Spiritus autem non diligit, niſi vel per gratiæ infuſionem, & tunc dicitur diligere amore gratiæ, qui proprie dicitur charitas: vel ob virtutes, & gratias inſignes, quas in eo, quem amat, inſpexit, & tunc dicitur diligere amore iuſtitiæ.

*b 2. Reg. 1. 26.*

*Mariæ amor in Chriſtum qualis, & quantus fuerit.*

*Auguſt. Bernard.*

Apertiſsime igitur ad hæc omnia ſignificāda eidē, quē quærebat, dilecto ſuo dixit: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, &c.* E Æq; enim eſt, ac ſi dixiſſet.

*Paraphraſis.*

Satis tibi exploratum eſt, dilecte mi, quàm ardens tuæ charitatis flamma me vrat: Noſti, quàm grauis mihi tua ſit abſentia: intelligis, quam ingenti diſcrucier dolore, dum te amiſſum inquirere mihi operæpretium eſt; Quare indica iam mihi vbi ſis: neque enim fas Matri te id abſcondere, cuius anima tā arcto tibi conglutinata eſt glutine dilectionis: neque congruum videtur, vt iam amplius pro tanto amore Matri tantum exhibeas dolorem.

*Chriſti præſentia quātum gaudij afferret Mariæ, iiſue omnibus qui illum intuentur.*

At haudquaquam abſque propria diſcuſsione, tantæ Virginis prætereunda eſt circumlocutio illa, qua F locum vbi cōmoraretur filius, ita deſcribit: *Vbi paſcas, vbi cubes, vel vbi cubare facias in meridie.* Per hanc enim primo eidem filio tertium ſignificat affectum, propter quem is indicare ei deberet, vbinam eſſet: ſummam nimirū fruitionem, ſummumq; gaudium, quod ipſa ex eius iucūdiſsima pręſentia iam ſolita eſſet percipere, vtpote per quam vniuerſi, qui in eum inſpexerint, inexplicabili paſcantur voluptate, ita vt in ea iugiter, ſi fieri poſſet, cubare atque perſiſtere vellent: talia autem per hæc dicere videtur Virgo benedicta.

*Paraphraſis.*

*Indica mihi quē diligit anima mea, vbi* te inuenire queā; vt quid enim ieiuna, mœſta, & errabūda te inquiram, quæ tui præſentia tonta iam paſcebar oblectatione, vt ſæpe ſæpius, ne à te intuendo abſtraherer, corpus ipſum meum paſcere negligerem, quamve adeo quiete eadem tua cubare faciebas præſentia, vt ne latum quidem vnguem à te diſcedere poſſem: Quid ſi alios hac ipſa nunc paſcis præſentia tua, eoſque ante te cubare facis quietos, ac lætabundos, cur me ſolam, cur me, cuius anima te tantum diligit, ab hoc excludes paſtu, ab hac repelles quiete?

Addit vero particulā, *in meridie*. Quia propter hoc Chriſtus paſcit: propter hoc cubare facit, quoniam eſt in meridie, quoniam ipſum efficit meridiem: quoniā adeo ſe intuentes ſua illuſtrat, atque oblectat præſentia, vt ſoli iſti corporeo neutiquam cedat, quando eſt in meridie. Propterea, inquit, *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie:* quia meridies illa quæ per talem ſolem effecta ſit haud eſt inſtantanea, ſicut eſt meridies ſolis corporei, quæ per vnicum tantū illud durat nomentum, quo ſol velociſsimo currens curſu, in medio eſt firmamenti: Enimuero Chriſtus Iuſtitiæ ſol vbi ſua paſcit præſentia, haudquaquam per modicum, breueque eſt inſtans, ſed per longū temporis ſpatium, ſed per triduum, quo ibi cubauit.

*Quam indefeſſe Chriſtus indulſerit animarum ſaluti.*

Sed aliam etiā ob cauſum ſapientiſsima Maria locum, quem inquirebat, vbi Chriſtus eſſet talibus circumſcribit verbis: *Vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: latens enim per hæc indicauit myſterium, quod ei poſtea ab ipſomet filio patefactū eſt, cum diceret. *c Quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis; quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Nimirū quod ipſe haud alibi eſſe poſſet, quam vbi animæ paſcendæ eſſent doctrina, ſcientia, atque exemplo, quandoquidem ad hoc eum in hunc mundum miſſum ſciret à Patre, vt eſſet paſtor bonus, vt paſceret humani generis gregem doctrina, atque ſcientia, *d erudiēs illum, vt* abnegans *impietatem & ſæcularia deſideria, ſobrie & iuſte & pie viuat in hoc ſæculo.* Idcirco aptiſsime loquēs ait; *Indica mihi, vbi paſcas*: Addit vero; *vbi cubes*: quia intelligebat, illū tam prōpto animo, tam quiete, adeoque indefeſſe prædictæ animarū ſaluti indulgere, prædictoque paſcēdi ſtudio inuigilare, vt in eo quaſi in quieto ſtratu cubare videretur, quia in his, quę Patris erant, oportebat eū eſſe, ita vt multo ipſi id eſſet incundius quam ſi quiete cubaret in ſtratu. At cur quærit Dei genitrix eum potiſsimū locum, vbi paſcat Ieſus & cubet in meridie? Idcirco crediderim, quia vbi Chriſtus paſceret, ibi ſemper ſit meridies, propter perſpicuam lucem, quæ in illius fulgeret doctrina. Vnde per Euangeliſtam dicitur. *e Stupebant omnes, qui eum audiebant, ſuper prudētia, & reſponſis eius; & videntes* (nempe lucem magnam, quę in eius apparebat doctrina) *admirati ſunt.*

*c Luc. 2. 49.*

*d Tit 2. 12.*

*Doctrina Chriſti quā clara.*

*e Luc. 2. 47*

## Verſ. VII. cap. I. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica: Quando peruenit tempus, 19
vt Moyſes diſſolueretur ab hoc ſæculo, dixit corā Domino: Manifeſtum eſt coram me, quod populus iſte futurus eſt, vt peccet, & vadat in captiuitatem: nunc autem indica mihi, quomodo gubernabuntur, & quomodo habitabunt inter populos, quorum decreta ſunt his grauiora calore, & æſtu in meridie, in reuolutione Tamnuz.

*Origenes.*

Quoad Dramatis ſeriem ſupponit Origenes hom. 1. ex duabus, ſponſam cōſpexiſſe ſponſum, illicq; illico ſe abſcondenti hæc dixiſſe. In homilia autem ſecunda ex quatuor expoſcit, inquit, ab ipſo ſpōſo ſuo ſpōſa, vt ei locum ſecreti ſui indicet, & quietis, quandoquidem amoris impatiens, etiam per meridiem cupit audire ſponſum, eo præcipue tempore, quo clarior lux, & ſplendor diei perfectus, & purus eſt, vt aſsiſtat ei, oues paſcenti, vel refrigeranti.

Circa

A Circa appellationem illam, *Quem diligit*, ſeu (vt legunt Sept.) *Quę dilexit anima mea*. Hoc nouo nomine inquit Origenes homil. 2. ex quatuor Chriſtum compellatum, quia filius ſit Charitatis, ipſaque dilectio. Gregorius verò Nyſſ. hom. 2. in Cant. melius id explicans ſponſam ſic inducit loquentem. Renuncia mihi, quem diligit anima mea: Ita enim te nomino, quoniam nomen tuum ſuperat omnem cogitationē & intelligentiam, nec vniuerſa natura particeps rationis id effari poteſt, aut comprehendere. Nomen ergo tuum, quo tua cognoſcitur bonitas, eſt meæ animæ ad te habitudo: quomodo enim te non diligam, qui me ſic dilexiſti, etiamſi adeò nigra eſſem, vt animam tuam poſueris pro ouibus, quas tu paſcis. Non B poteſt cogitari hac maior dilectio, quam tua anima meam permutare ſalutem.

*Origenes. Dilectionis nomen quam apte competat Chriſto. Greg. Nyſſ. Deus proprio nomine exprimi nequit, exprimitur tamen aliquatenus à nobis nomine dilectionis.*

Alij eo nomine compellatum eundem aſſerunt ſponſum, nō tam ob charitatem ipſius, quam ob charitatem loquentis ſponſæ, qua ſcilicet illum proſequitur: & Origenes quidem, atque Aponius eam, inquiunt, per hæc ſignificari dilectionem, qua Deus diligendus præcipitur ex toto corde, ex tota anima, & ex tota virtute.

*Dilectio animæ in Deum qualis eſſe debeat. Origenes. Aponius. Anſelmus.*

Auguſt. ſerm. 50. de verbis Domini, Bernar. ſer. 33. in Cant. aſſerunt, ſignificari dilectionem Spiritus, vt contradiſtinctam à dilectione carnis.

*Auguſt. Bernard.*

C Beda. Bene, inquit, eum cuius pręſidium flagitat, dilectum animę ſuæ vocat, quia quo grauius eſt periculum, de quo eripi cupit, eo amplius illum, per quem ſe eripiendam nouit, diligit.

*Beda.*

Denique Ambr. in lib. exhortat. ad Virg. & lib. 4. Hexaem. cap. 5. & ſer. 2. in pſal. 118. v. 1. ponderans, quomodo Synagoga dicat: *Quę dilexit*: Cur ait, *Quem dilexit anima mea*, dicis, & non; *quē diligit*? Cur dimiſiſti quem tenebas? dilexiſti Patrum fide; amiſiſti incredulitate: tenebas charitatis vinculis; amiſiſti longo fune perfidiæ.

*Ambroſius. Synagoga Chriſtum non inuenit, quia illum non diligit.*

Circa petitionē factam verbis iſtis, *Indica*, ſeu *Annuncia mihi, vbi paſcas, vbi cubes*, ſeu vt legit Ambroſ. D *vbi paſcis, vbi manes in meridie*, diuerſa à diuerſis Patribus dicuntur, idq; potiſsimū ob diuerſam acceptationē meridiei, quo tempore & paſcere, & cubare, dicitur Sponſus.

Quidā enim ſub meridiei, & meridiani paſtus metaphora felicitatem patriæ ab Eccleſia, vel à pia Anima inquiri arbitrātur per hæc, in qua videlicet patria Sponſa Deum conuenire exoptat. Ita Origenes Homil. 1. ex duabus: Non quæro, inquit, aliā tēpora, quādo veſpere, quando diluculo, quando in Solis paſcis occubitu: illud tempus inquiro, quando in florente die, quando plena luce in maieſtatis tuæ ſplendore E verſaris. Ita Pſellus apud Theodoritum. Ita & Bern. Serm. 33. vbi declarat, quomodo in iis dumtaxat paſcuis & paſcit ſimul, & cubat imperturbabili ſecuritate. Declaratque præclarè, quomodo ibi ſolum paſcat in meridie, ipſum efficiens meridiem, quia in toto eo tempore, quo in hoc mundo conuerſatus eſt, pauit in aurora, nam vſq; adeo, inquit, per totum id temporis lux puſilla, & tanquam lux auroræ apparuit, vt diem eſſe interim apud homines penè vniuerſitas ignoraret: *a Si cognouiſſent, nūquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*; & vtiq; ipſis paucis diſcipulis dicebatur. *b Adhuc modicum lumen in vobis eſt*, eo quod aurora eſſet, & initium, vel potius indicium diei, dū Sol adhuc obſconderet F radios ſuos, & minime eos ſpargeret ſuper terram. Erat ergo aurora, & ipſa ſubobſcura ſatis tota illa Chriſti conuerſatio ſuper terram, vſq; dū occumbens, & ſurſum exoriens Solaris ſuæ præſentiæ lumine clariori fugauit aurorā, & mane facto, abſorpta eſt mors in victoria: Vnde dicitur. *c Et valde mane vna Sabbathorū veniunt ad monumentum orto iam Sole*. Sane ex tunc eleuatus eſt Sol, & ſenſim demum effundens ſuos radios ſuper terram, cœpit paulatim vbique clarior apparere, feruidiorque ſentiri; Verum quantumlibet incaleſcat, & inualeſcat, vbi multiplicet, & dilatet radios ſuos ſuper omne huius noſtrę mortalitatis curriculū, (erit enim nobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi) non tamen ad meridianum perueniet lumen, nec in illa ſui plenitudine videbitur modo, in qua videndus eſt poſtea ab his dumtaxat, quos hac viſione ipſe dignabitur.

*Cæleſtis Patriæ felicitas deſignata per paſtum meridianum. Origenes. Pſellus. Hieronym. Epiſt. 22. Bernard. In cæleſti Patria Chriſtus paſcit ſimul, & cubat in meridie. Chriſti conuerſatio in hac vita fuit quędā aurora. a 1. Cor. 2. 8. b Io. 12. 35. Poſt Chriſti reſurrectionem, etſi mundo illuxerit dies, nō tamen facta eſt meridies. c Marc. 16. 2.*

Gregorius Nyſſenus Homil. 2. in Cant. eodem quidem ſenſu vocem accipit meridiei, at ſingulari modo id ſumens, quod dicitur, *Vbi paſcis*, de paſtu ſanctiſsimi Sacramenti Corporis, & Sanguinis Chriſti, vel etiam gratiæ, per quem idonei reddimur ad æternam illam patriæ felicitatem: Doce me, inquit, dicere piam animam, vbi paſcas, vt ſalutari percepta paſtione, æterno implear nutrimento, quam qui non comedit, non poteſt ingredi vitam æternam: & accurrens ad fontem, diuinum potum hauriam, quem tu, tanquam ex fonte præbes ſitientibus, aquam profundens ex tuo latere, ferro hac vena aperta, quam qui guſtauerit, fit fons aquæ ſalientis in vitam æternā. Si enim in his me paſcas, me omnino facies cubare in meridie, quando in pace ſimul dormiens requieſcam in luce, quæ caret vmbra, Sole lucente ſuper verticem, in qua tu cubare facis eos, quos tu pauiſti, *d* quando tu pueros tuos excipies tecum in cubile. Nemo autem hac meridiana requie dignus cenſetur, qui non fuerit filius lucis, & filius diei. Qui autem ſe ex æquo ſeparauit à verſpertinis & matutinis tenebris, hoc eſt vbi incipit malū, & in quod deſinit, is in meridie, vt in eo cubet, collocatur à Sole Iuſtitiæ.

*Greg. Nyſſ. Sanctiſsimi Sacramenti paſtus eſt, ut nos idoneos ad æternam requiem. d Luc. 11. 7*

Alij eadem meridiei metaphora Eccleſiā præſentis ſæculi accipiunt, in qua Chriſtus paſcit & cubat. Quod Ambroſius ſerm. 2. in Pſal. 118. ſic declarat: meridiem noſtri eſſe Eccleſiam, quæ tenet Chriſtum. In lib. autem 4. Hexameron cap. 5. apertius ait ad Chriſtum ipſum. In meridiano paſcis, hoc eſt in Eccleſiæ loco, vbi iuſtitia reſplendet, vbi fulget iudicium, ſicut meridies, vbi vmbra non cernitur, vbi maiores ſunt dies, quod eis Sol iuſtitiæ, tanquam æſtiuis menſibus diutius immoretur. 20

*Chriſtus paſcit, & cubat in meridie Eccleſiæ præſentis ſæculi. Ambroſ.*

Aponius meridiem iſtum peculiariter Petri ſedem intelligens, & Eccleſiā Apoſtolicā: Iſta, inquit, paſcua Euangelicæ, ſcilicet doctrinæ, quæ Apoſtolorū Principi reuelata eſt Petro, non videt anima, niſi quę veſtigia Petri credendo, & confitendo proſecuta fuerit.

*Aponius. Chriſtus paſcit, & cubat in cathedra Petri.*

Ad eiuſdem Eccleſiæ perſonas referunt hæc alij. Ad quoſlibet quidem iuſtos Ambr. ſerm. cit. in Pſal. 118. dicens. Qui receperunt te ſicut ſalutis auctorem, in meridie ſunt. Illis luces, illis calet gratia tua ſicut meridies: illis meridies factus es, qui paſcuntur in diuitiis tuis, & in te ſperāt: Ideo, vt dic. t Dauid, *e* Dedúces eorum iuſtitiam tanquam lumen & iudicium eorum tanquam meridiem. Eodemque ſenſu in libro exhortat. ad Virg. ait. Vbi Chriſtus manet, niſi vbi iuſtitiæ meridies fulget? Ideoque dicitur: *f In ſole poſuit tabernaculum ſuum.*

*Chriſtus paſcit, & cubat in iuſtis, vt in meridie. Ambroſius. Iuſt. Orgel. Anſelmus. e Pſal. 36. 6 f Pſal. 18. 6*

Auguſtinus quoque tum in ſerm. 50. de verbis Domini, tum in Epiſtola 48. ad Vincentium de iuſtis hæc accipit, vt Eccleſia ipſa dicat Sponſo ſuo; *Vbi paſcis, vbi cubas in meridie*: id eſt, quod in Pſalmo dicitur: *g Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in Sapientia*. In quibus luce fulgentibus, & charitate ferueētibus, quaſi in meridie requieſcis: Ne forte, &c.

*Auguſt. Iuſti ſunt meridies, in qua cubat Chriſtus. g Pſal. 89. 12.*

In li. vero de vnitate Eccleſiæ c. 18. *Annūtia mihi*, inquit dicere Eccleſiam, *vbi paſcis, vbi cubas in meridie?* id eſt qui ſint meridies, vbi tu paſcis, & cubas, id eſt qui habēt charitatem, & nō diuidunt vnitatem: Ne forte, &c. Confutat autem Auguſtinus Donatiſtas, nitentes per hunc locum probare, veram Eccleſiam eſſe in Africa apud ipſos, quatenus Africa ſita ſit in meridie. Non, inquam, bene cōfutat, primò, quia, *in meridie*, nō eſt reſponſio ad interrogationem, vt ipſi fingunt; ſed eſt pars ipſius interrogationis. Deinde, quia dato etiam, quod eſſet reſponſio ad interrogationem, adhuc non haberent intentum: nam in meridie propriè eſt ea pars Africæ, quæ Ægypto adiacet, vbi non eſſent Donatiſtæ; ſed tunc, inquit, ſignificaretur, Chriſtum paſcere, & requieſcere in Ægypto, id eſt, in illis Monaſteriis

*Contra Donatiſtas probantes ex hoc loco Chriſtum cubare apud ipſos in Africa.*

naſterijs, atque Eremo, vbi eſſet ingens Monachorum multitudo. A

*Aponius. Chriſtus paſcit, & cubat in Sacroſanctis virginibus, & religioſis.*

Aponius refert hæc peculiariter ad ſacroſanctas Chriſti Virgines, atque ad Sanctos Monachos & Religioſos.

*Theodor. Hæretici quando magis pullularint. Tres Patres Origenes. Meridiana paſcua tunc animæ indicantur à Chriſto, cùm ei manifeſtantur myſteria ardua.*

Alij ad claritatem hæc referunt, quæ in ipſa eſt Eccleſia. Ita Theodoritus: Non immeritò, inquit, quærit Sponſa, vbi meridiano tempore Spōſus maneat: qua enim tempeſtate cognitionis lumen magis fulgebat, hæreſes, Chriſtianorum quidem præferentes nomē, ſed veritatis expertes, pullularunt: propterea ſolicita quærit, vbi Sponſus cum ouibus meridietur, ne in eorum, qui ſe ſodales ſponſi profiterentur, greges incidat: vnde ſubditur: Ne, &c. Idipſum & catena Trium Patrum apud eundē Theodoritum: Sed præ cæteris Origenes Homil. 2. ex quatuor, dicens; Si quando Sol Iuſtitiæ Chriſtus Eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua virtutum ſuarum ſecreta manifeſtat, amœna etiā paſcua, cubiliaque meridiana videbitur edocere; Nam cum adhuc initia habet diſcendi, & prima (vt ita dicam) ab eo ſcientiæ ſuſcipit rudimenta, tunc dicit Propheta. *h Et adiuuabit eam mane diluculo*; Nunc ergo, quia perfectiora iam quærit, & excelſiora deſiderat, Meridianum ſcientiæ lumen expoſcit. Affert vero Origenes in prædictorum confirmationem duo loca Geneſis: Alterum, quando *i* Deus apparuit Abrahæ, *ad quercū Mambre, ſedenti ad oſtiū tabernaculi ſui in meridie*: Alterum, *k* quando Ioſeph fratres paſcit, conuiuium illis exhibens in meridie. C

*h Pſa. 45. 6. i Gen. 18. 1. k Gen. 43. 16.*

*Ambroſ. Scripturæ Sacræ tres ſenſus.*

Ad hunc ſenſum reduci poſſunt, & quæ ab Ambroſio dicuntur lib. de Iſaac, & Anima c. 4. vbi per tria iſta, *paſcis, cubas*, ſeu manes, *& in meridie*, tres Sacræ Scripturæ ſenſus deſignatos accipit, litteralem, quem regularem appellat, moralem, myſticū: Sic enim, ait, cum de Verbo anima loquitur, irradiante ſibi Verbi ſplendore cōuerſa ad ipſum dicit; *Vbi paſcis, vbi manes in meridiano?* Rectè dicit, *Vbi paſcis?* quia regulare eſt Dei verbum: *Vbi manes?* quia morale: *In meridiano*, quia myſticū: Siquidem quia *l* meridie Ioſeph cū fratribus ſuis in conuiuio conſtitutus, futurorū myſteria temporum reuelabat: ſed etiā Dauid ait. *m Reuela Domino viam tuam, & ipſe faciet, & educet ſicut lumen iuſtitiam tuā & iudicium tuum tanquam meridiē.* Et ipſe Paulus, *n* circumfulſiſſe ſibi lumen meridie aſſeruit, quādo à perſecutione eſt conuerſus ad gratiam. D

*l Geneſ. 43. 16. m Pſa. 36. 6. n Act. 9. 3.*

21 Sunt qui referunt meridiei vocabulum ad æſtus perſecutionum, tentationum, ac ærumnarum, quibus in hoc ſæculo aduritur ipſa Eccleſia. Ita Caſſiodorus, & Beda, dicens; Chriſtus, qui paſcit oues ſuas, inter eas cubat in meridie, quia corda fidelium ſuorum, ne feruore tentationum intus areſcant, memoria ſupernæ ſuauitatis reficit, & in eis ipſe propitius manere conſueuit. E

*Caſſiodor. Beda. Tentationis tēpore Chriſtus paſcens oues ſuas quieſcit in illis.*

*Philo Carp. Hora mortis Chriſti meridies.*

Philo Carpathius ad horam Paſsionis, & mortis Chriſti idipſum meridiei nomen refert: quando ab hora ſexta vſque ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.

*Greg. PP. In iuſtis per gratiā Chriſtus ſibi, & illis requiem parat ſub vmbra, dum impij æſtuāt in meridie. In iuſtis dominus paſcit & cubat in meridie vitiorum mundi.*

Sed Gregorius Papa ſub meridiei metaphora ardorem vitiorum accipiens, Primum expoſitione in Cāt. ait; In meridie Chriſtus ſub vmbra paſcit, & cubat; quia in refrigeratione S. Spiritus ſibi quaſi requiē, & paſtum parat: per meridiem quippe ardor vitiorum exprimitur: per vmbram verò ſpiritualis gratiæ flatus deſignatur. Meridie ergo feruente in vmbra Chriſtus requieſcit, quia dum in reprobis æſtus vitiorum flagrat, ipſe ſponſæ ſuæ ſpiritum refrigerij tribuit. F

Libro verò 30. Moral. cap. vlt. Paſcitur, inquit, Dominus, cum noſtris actibus delectatur: cubat vero in meridie, cum ex deſiderijs carnalibus ardente corde reproborum, apud electorum ſuorum pectora refrigerium inuenit cogitationis bonæ.

*Io. Chryſoſt. Sancti quam ardenter deſiderent Dei præſentiam. Simile.*

Ioan. Chryſoſtomus Homil. de virtute Tomo 5. legens; *Dicite mihi vbi paſcat, vbi cubet in meridie*. Sicut, inquit, cōiux amatrix viri, abſente marito ſuo per feneſtras circūſpicit, ipſum requirens, & vbique ſpeculās in Mari, & in Terra: & ſi viderit nauim veniētem, ibi putat eſſe virum; & ſi viderit viatores procul venientes, inter ipſos adeſſe exiſtimat, & occurrens eis, interrogat, dicens; Dicite mihi, vbi eum dimiſeritis, in qua regione, aut in qua Ciuitate, quid dicentem, aut quid facientem, aut quando venientem? In hunc modum omnis ſancta Eccleſia conſtricta amore Chriſti interrogat Prophetas, Vidiſti eum? putas adhuc in cælis eſt? putas adhuc? putas modo venit? putas adhuc in cælis eſt, & nonaginta, & nouem oues, quæ non errauerunt, paſcit in cælis, & non venit ad erroneam ouem? Dicite mihi vbi paſcit, vbi cubat, quem diligit anima mea.

*Ruper. Abb. Maria cur quæſierit cū dolore Chriſtū amiſſum, cum tamen ſciret vbi is eſſe deberet.*

Rupertus Abbas, tribuens hæc B. Mariæ, refert ea ad illud triduum, quo Chriſtum amiſſum quæſiuit, qui erat in templo in medio Doctorum. Dubitat autem Rupertus, quomodo id neſciret Maria, quod Prophetæ non neſciuerunt. B

Si enim, inquit, non neſciebat, quomodo quærens dolebat, dolens quærebat? Si autem neſciebat, quomodo, vel de quibus in corde ſuo conferebat, prout ab Euangeliſta dictum eſt ijs verbis: *o Maria autem cōſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo?* Videntur enim hæc duo pugnantia eſſe inter ſe: At reſpondet, Mariam id haudquaquam ignoraſſe, quoniam gratia plena erat, & ex conſequēti magna erat Propheti ſſa, quæſiſſe tamen cum dolore, vbi Chriſtus eſſet, quia diſpenſationi diuinæ ipſa ſuo ſilentio ſeruiens, quamuis cum quærentibus quæreret, tempus tacendi cuſtodiebat, & dolentibus condolebat.

*o Luc. 2. 51.*

---

## *Ex* Verſ. VII. cap. I. *Ne vagari incipiā poſt greges ſodalium tuorum.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

22 *Primus ſenſus.*

HIs verbis duo ſimul efficit Sponſa: Primò enim affert rationem, quare tam ſedula ſit, tantoque ſtudio ſibi indicari petierit locum, vbi Spōſus paſceret, atque cubaret in meridie; nimirum, quia cū ipſa ſe amplius cōtinere non poſsit, quin Sponſum adeat: & niſi locus, vbi is commoratur fuerit indicatus, facile inani labore, & cum dedecore poſt greges aliorum paſtorum vagari ſibi opus ſit.

*Paraphraſis.*

*Indica*, inquit, &c. *Ne vagari incipiam*, id eſt, ne dum locorum ignara, te requiro, vagabunda errem per diuerſa loca, atque modo vnum, modo alium de te rogans, omnes ſodalium tuorū caulas circumeam cum dedecore, & probro. Prudentiſsimè autē Sponſa hāc ſuæ petitionis affert rationem, vt ſimul quoque per eam, & alterum efficiat; nempe vt Sponſo ſuam exhibeat in eum obſeruantiam, quippe quæ licet ſummo illius videndi, atque adeundi deſiderio angatur; nolit tamen vllo pacto cum eius offenſione, vel cum propriæ modeſtiæ detrimento ab alio quopiam quā ab ipſomet ipſius, cuius tanto deſiderio flagrat, locū edoceri. Qua in re zelotypiæ iniiciens ſtimulū, compellit quodammodo ipſum, ad id ſibi præſtandum, quod iam efflagitarat.

*Sanctus Paguinus, & alij.*

Quoad lectionum varietatem notandum: tam in Hebræo, quā in Græco textu Septuaginta Interpretum haberi dictionem ancipitem ad ſignificandum id, quod noſter legit, *Ne vagari incipiā*. In Hebræo eſt כעטיה chenghothia. At hæc dictio עטה nghothia, ſignificat & vagantem, & pallio tectam. Vnde aliquibus ſic videtur præſens locus interpretandus. *Quare enim ero cooperta, & pallio amicta apud greges ſodaliū tuorum.* Septuaginta autem habent participium: περιβαλλομένη, quod quidam iuxta ſignificatum lectionis noſtræ vertūt; *ſicut circumducta*, alij *ſicut adoperta*, vel, *ſicut cooperta*, iuxta alterū ſignificatum lectionis Hebraicæ.

*Interpres Theodoriti. Interpres Origenis. Ambroſius & alij.*

*Origenes.*

Porro, ſi iuxta ſecundum hoc ſignificatum hæc accipiantur, duplex poteſt eſſe horū verborū ſenſus: vel enim Sponſa ſignificabit, petere, ſibi indicari locum, vbi Sponſus paſcat, ne ipſa ſit tamquam meretrix, quæ ve-

quæ velo ſe obducere ſolet, vt de Thamar ſcribitur in Geneſi. *a Quæ cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultũ ſuũ, ne agnoſceretur:* Iuxta quem ſenſum tale quid ſponſa dicere videtur ad ſponſum, *Indica mihi, &c.* Quare enim committes, vt ſim tanquam meretrix apud greges ſodalium tuorum: Niſi tu mihi locum indicaueris, vbi paſcis, & cubas, quo te conuenire queam, tecumque cõmorer: Qui me ſolam viderint, Paſtores ac ſodales tui, qui me à te derelictam inſpexerint apud greges ipſorum, meretricem me eſſe opinabuntur. A quo ſenſu non eſt aliena noſtra lectio vulgatæ: *Ne vagari incipiam*, quandoquidẽ vagari proprium videtur eſſe meretricis epithetum, prout colligitur ex lib. Prouerb. ca. 5. verſ. 6. vbi de ea dicitur; *b Vagi ſunt greſſus eius.* & ca. 7. verſi. 10. vbi eadẽ *c* aſſeritur eſſe *garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, &c.*

a Gen. 38. 15.
Secundus ſenſus.
Paraphraſis
b Prou. 5. 6
c Prouer. 7. 10.

At fortaſſe melius per hæc verba; *Ne fiam ſicut cooperta*, vel, *Quare ero ſicut cooperta, & pallio amicta*: ſponſa ſignificat luctum magnum in quo verſatura ſit, niſi ſibi indicetur locus, vbi ſuum inuenire queat dilectum: vt ſenſus ſit.

Tertius ſenſus.

*Indica mihi, &c.* Quare enim ero poſt greges ſodaliũ tuorum pallio cooperta ob luctũ, in quo ex tui abſentia verſor? Videmus enim id moris eſſe iis, qui in luctu verſantur, vt velo faciem, caputq; operiãt. Idque ſæpius obſeruare fas eſt in ſcripturis ſacris, vt 2. Reg. 15. 30. *d Porro Dauid aſcendebat Cliuum oliuarũ, ſcandẽs, & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: Sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite aſcendebat, plorans.* Et 2. Reg. 19. 4. *e Porro Rex operuit caput ſuũ, & clamabat voce magna: Fili mi Abſalom; Abſalõ fili mi.* Sic Eſther 6. 13. *f Aman feſtinauit ire in domum ſuã, lugens, & operto capite.* Et Ierem. 14. 4. *g Propter terræ vaſtitatem, quia non venit pluuia in terram, confuſi ſunt agricolæ, operuerunt capita ſua.*

Paraphraſis.
d 2. Reg. 15. 30.
e 2. Reg 19 4.
f Eſther 6. 13
g Ier. 14. 4

Quamuis tertio etiam per hæc verba ſignificare videatur ſponſa modeſtiam, ac verecundiam propriam, ac ſi dicat.

Quartus ſenſus.

*Indica mihi, &c.* Cur enim cõmittes, vt ſim cooperta propter pudorem, ac verecundiam, & decorẽ honeſtatis meæ apud greges ſodalium tuorum. Quod enim propter verecundiam, ac modeſtiam puellæ faciem cooperiant, præterquam quod quotidiana obſeruamus conſuetudine, colligitur vtique ex Scriptura ſacra. Sic enim legimus Geneſ. 24. 65. *h* Rebeccam, viſo Iſaac, tuliſſe pallium ſuum, ac cito ſeſe illo operuiſſe. Et Tertullianus in lib. de corona militum, ait: Apud Iudæos tam ſolemne eſt feminis eorum velamen capitis, vt inde noſcantur.

Paraphraſis.
h Gen. 24. 65.
Tertull.

Symmachus pro participio περιβαλλομένη, quo vſos diximus Septuaginta Interpretes, ponit aliud participium ῥεμβομένη, quæ dictio etſi communiter explicetur, vaga, ſeu errans, prout citatur apud Theodoritum: cum tamen videatur deriuari à nomine ῥέμβων, quod ſignificat, fundam, videtur per eam ſponſa ſignificare, ſe petere, indicari ſibi locum, vbi, &c. Ne inſtar fundæ huc, illucque circumrotetur ſuper greges ſodalium ſponſi: ad quem ſenſum referri poteſt & verbum, quo vſi ſunt Septuag. iuxta intellectum eorum, qui legunt, *ſicut circumducta*, quæ omnia ſpiritualibus deſeruient ſenſibus.

Quintus ſenſus.

## Ex Verſ. VII. cap. I. *Ne vagari incipiã poſt greges ſodalium tuorum.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

23 Primus ſenſus.
Simile.

QVod nautis in ſuis accidit itineribus, ſi in borealem ſtellam oculos coniecerint, vel non coniecerint, idipſum contigit Magis eo itinere, quo ad nuper exortum Chriſtum adorandum venere: quamdiu enim nouam, quæ in cælo eis apparuit, ſtellam intuiti ſunt, haud alio eguere duce, qui locum eis indicaret, vbi Chriſtus natus eſſet: & quamuis longiſſimum habuerint iter, nunquam tamen à recto vagati ſunt tramite. At vero cum à boreali ſtella, ab eo, quod ipſis apparuit, ſidere oculos auerterunt, illico vagari coacti ſunt. Vnde ſic de eis ſcriptum eſt apud Matthæũ. *a Cum natus eſſet Ieſus in Bethleẽ Iudæ: Ecce Magi ab Oriẽte venerunt Ieroſolymã, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellã eius in oriente, & venimus adorare eum.* Dictũ eſt ſupra in primo ſenſu ſecundæ expoſitionis præcedentium verborum: Eccleſiam illã, quæ Chriſtum diligebat tunc temporis, cũ in Sacratiſsima Natiuitatis nocte exortus eſt mundo, quæue ex Paſtoribus conſtabat, atque ex Magis, ea verba protuliſſe, *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie:* fuſiuſque id explicatum ibi eſt, at modo proſequitur eadẽ Eccleſia in perſona, tum Paſtorum, tum etiã Magorum: *Ne vagari incipiã poſt greges ſodalium tuorũ:* Quibus verbis id exprimitur, quod ſanctis ijs Magis eueniſſe dicebã, cum auertentes oculos à ſtella, quæ apparuerat eis in Oriente, declinanteſque in Ciuitatẽ Regiam Hieruſalẽ, illico vagari cœperunt, ac tãdiu ſunt vagati, quãdiu extra illã egreſsi ſunt Ciuitatẽ, quando iterũ ſtellã ante oculos habuere, quæ *antecedebat eos, donec venirent ad locũ, vbi puer erat.* Et vide quam bene Eccleſia Sancta, quæ hæc omnia animaduertebat, iſta deſignet, quæ facta ſunt Magis, dicens: *Indica mihi, &c. Ne vagari incipiã poſt greges ſodalium tuorũ.* Sodales Chriſti haud alij profecto tũc erãt, quam ij quibus cõmiſſa erat cura paſcendi populum Iſrael, Rex nimirum Herodes, Princeps Sacerdotum, & Scribæ, ac Doctores prædicti populi: Qui omnes bene dicuntur Chriſti ſodales, primò quia eãdẽ paſcendi populi exercebant artẽ, pro qua exercẽdã Chriſtus in mundum deſcenderat, vt eſſet Paſtor bonus. Secundò, quia eundemmet paſcebant populum, pro quo paſcendo Chriſtus in terram miſſus fuerat à Patre, prout ipſemet fatetur, cũ ait: *b Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierũt domus Iſrael.* & Tertiò, qui ſe Chriſti fingebant ſocios, vnde Herodes ad Magos dicebat: *c Ite & interrogate diligenter de puero, vt & ego veniẽs adorem eum.* Et Principes Sacerdotũ, & Scribæ tanquã ipſius Sodales, Prophetias, quæ de ipſo agerent, in medium afferebant: cum enim ab eis ſciſcitaretur Herodes, *vbi Chriſtus naſceretur*, ipſi tanquam Chriſti Sodales dixerunt: *In Bethleem Iudæ, ſic enim ſcriptum eſt per Prophetã. d Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in Principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populũ meũ Iſrael:* Sed certè quamuis Chriſti Sodales viderentur: reuera tamen infeſtiſsimos illius aduerſarios eos vniuerſos extitiſſe, compertum eſt. Nam neque paſcendi artem ita exercebant, prout à Chriſto, atque ab eius veris exerceri opus eſſet Sodalibus: quandoquidẽ non paſcebant ſana Scripturarum doctrina populi gregem, ſed doctrina ab ipſis excogitata, iuxta illud. *e Quare tranſgredimini mandatũ Dei propter traditionem veſtram? Hypocritæ bene de vobis prophetauit Iſaias. f Populus hic labiis me honorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me: ſine cauſa autẽ colunt me, docentes doctrinas, & mãdata hominum.* Neque aliquã de ſalute populi curam gerebant, tantum enim aberat, vt gregem Domini congregarent ad diuinæ legis paſcua, vt potius huc, illucque illum diſpergerent, ita vt rectè etiam contra iſtos, ſicut contra eorum maiores prophetarit Ieremias. *g Væ Paſtoribus, qui diſperdunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ. Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad Paſtores, qui paſcunt populum meum. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos: Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum.* Lege Ioſephum Hebræorum hiſtoricum, & videbis, quomodo à Paſtoribus iſtis, à Sacerdotibus, & Scribis diſperſus ſit grex paſcuæ Dei in varias ſectas, Eſſenorum, Phariſæorum, Galilæorum, ac Sadducæorum, quæ omnes turpiſsimos contra veram Dei legem, & contra Prophetarum inſtituta aſſerebant errores. Quomodo Sodalis Chriſti Herodes, qui Idumæus genere, in Iudæorũ ſeſe intruſerat Regnum?

Magi cur aberrarint à via, qua ibant ad locum, vbi Chriſtus natus erat.
a Mat. 2. 1.
Sodales Chriſti quinã tũc eſſent cum Chriſtus natus eſt, quave ratione.
b Matt. 15. 24.
c Mat. 2. 8.
d Mich. 5. 2
Sacerdotes & Scribæ, quam male paſcerent Iudæorum populum quãdo Chriſtus natus eſt.
e Mat. 15. 3
f Iſa. 29. 13
g Ier. 23. 1
Ioſeph. Heb. lib. 18. Antiq. cap. 18.

Regnum? Quomodo ſodales Chriſti Principes Sacerdotum temporis illius, qui haudquaquam electi à Deo tanquam Aaron, ſed per pecuniam, maliſque artibus principatum illum emere conſueuerunt ſacerdotij? de quibus per Oſeam dicebat Dominus. h *Ipſi regnauerũt, ſed non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui*. An fortaſſe Sodales Chriſti dicendi ſunt, qui ſe Chriſti fingebant amicos? imo infeſtiſsimi eius dicendi ſunt æmuli, quippe qui etſi natiuitatis ipſius proferebãt locum, etſi ad ipſum adorandum ſeſe venturos pollicebãtur, maximis tamen odijs contra eum turbabantur, prout ab Euangeliſta ſignificatum eſt ijs verbis. i *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo*. Imo in ipſamet amicitiæ fictione ei ipſi crudelem machinabantur mortem, cuius ſeſe mentiebantur ſodales, quod cruentiſsima patefactum eſt Sanctorum clade Innocentum. Quid ergo mirum, ſi Chriſti ſponſa eos adeo abhorreret, vt diceret: *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum?* volebat, idque ſummis precibus efflagitabat, vt ſibi Sacratiſsimus indicaretur præſepij locus, vbi Chriſtus paſceret, vbi & cubaret in meridie: Sed optabat ab ipſomet Chriſto, quem diligebat anima ſua, Sacratiſsimum locum illum ſibi indicari, vt ibi paſceret, & cubaret: Siquidem hoc mutuebat, quod ſibi euenit. *Ne vagari* inciperet *poſt greges ſodalium* eius. Vagata eſt enim poſt greges peſsimorum ſodalium Chriſti, quamdiu tres Magi in Ciuitate Ieruſalem à Iudæorum plebe Chriſtum natum quæſiuere: poſt huiuſcemodi greges Herodis ac Principum Sacerdotum, atque Scribarum, qui ſeſe Chriſti fingebant ſodales, tali tunc errore vagata eſt Eccleſia Chriſti ſponſa, vt nec vnquam eum, quem tanto ſtudio quærebat, inuenire ibi potuerit, & ferme ipſummet, quẽ quærebat, internecioni ſubiecerit Chriſtum. Hæc ſi ſequamur primum ſenſum allatum in ſecunda expoſitione præcedentium verborum, quo Eccleſia in Magis, atque in Paſtoribus petebat, ſibi indicari locum Sanctiſsimi præſepis, vbi Chriſtus paſcebat, atq; cubabat in præfulgida Natiuitatis nocte.

*h Oſe. 8. 4.*

*i Mat. 2. 5.*

*Eccleſia quomodo vagari cœperit in tribus Magis dum quæreret locum Natiuitatis Chriſti.*

24 Secundus ſenſus.

Quod ſi alterum, quem ſecundo loco ibi attulimus, ſequamur ſenſum, Eccleſia ſancta, quæ in perſona eorum, qui in ſe eſſent imperfectiorum, locum ſibi à Chriſto Domino indicari petierat, eoſque viros, in quibus ipſe paſceret, atque cubaret per ſanam, tutam, atque Catholicam fidem: vbi ipſe ſederet in Cathedra Petri. Nunc affert rationem, quare id tanto exoptet deſiderio; quare id tanto petierit ſtudio, nimirum, ne alioquin ſibi inani, ac pernicioſo labore vagandum ſit, poſt varias hæreticorum ſectas, quas greges ſodalium Chriſti appellat.

Mihi autem diligenter iſta Eccleſiæ verba conſideranti, multipliceſque eorum ſenſus perpendenti, qui per varias Interpretum, ac textuum nobis proponuntur lectiones. Quatuor in modicis hiſce verbis à prudentiſsima ſponſa afferri videntur hæreticorum, atque eorum, qui ab hæreticis decipiuntur, cõditiones, & proprietates præcipue ſimul, & in vna ratione, quatuor, eæque vehementiſsime indicari rationes, quare tam ardenti ſtudio dixerit. *Indica mihi quem diligit Anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*.

*Hæreticorũ proprietates & mala quatuor.*

Prima igitur ratio, propter quam à Magiſtro veritatis veram fidem imperfectiores, ac ſimpliciores, qui in ſe ſunt, edoceri poſsit Eccleſia, ea eſt, ne poſt hæreticorum greges, ac ſectas vagari incipiat in illis. Nouit enim Eccleſia Sancta, hanc eſſe proprietatem primam eorũ, qui per hæreſum infecti fuerunt errores, vt ſtatim ac ad hæreſes declinauerint, vagari, atque errare incipiant, ita vt nec vnquã, quandiu in tali perſeuerant errore, ad locũ, vbi Chriſtus paſcit, & cubat, ad veram, rectamue fidei cathedram peruenire queant: nec vnquã in vna, eademque ſententia firmi perſiſtant, vel vna, eademque ambulent via. Experta quidem id eſt Sancta mater Eccleſia, experta eſt, & vtinã adhuc non experiretur in compluribus miſeris Europæ Prouincijs, quam multiplici errore vagari inceperit, atque adhuc vagetur poſt greges Sodaliũ Chriſti; experta in vna Germania, in qua tali errore miſeræ vagantur Ciuitates, miſeri vagantur & homines, qui alias Chriſti Sedem præ reliquis colebant nationibus, vt de vna ſemper in aliam prolabantur hæreſim, ſæpiuſque euenerit, vt vnus idemque homo, vna eademque Ciuitas in modico tẽporis ſpatio plures variauerit ſectas. An nõ de his dici poteſt, quod per prophetam dicitur: k *Errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: eſurientes, & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit?* Sane ſi qui vagari dicendi ſint, haud alios peiori errore, quam iſtos vagari, crediderim, qui à veritatis via aberrantes, recte dicuntur vagari, atque erraſſe *in ſolitudine*. Quæ enim peior ſolitudo, quam locus qui ſit extra Eccleſiam Catholicam; quam ſecta, quæ à Chriſto ſit aliena? quam fides, in qua dæmonum, ac hæreticorum omniũ ſint falſitates? Certe ſi in iſtiuſmodi ſolitudine vagati ſunt, *errauerunt* quoque miſeræ iſtæ gentes in *inaquoſo*. Quãdo erant in Eccleſia Romana, vbi Chriſtus paſcit, & cubet, & ipſæ vna cum ceteris Chriſti ouibus, copioſiſsimis gratiæ aquis reficiebãtur, ita vt dicerent. l *Super aquas refectionis educauit nos*. at modo infelices omni gratiarum humore priuati, errant ac vagantur *in ſolitudine in inaquoſo*. Et quæ prius lætæ dicebant. *In loco paſcuæ ibi me collocauit*: ibi me cubare fecit: nunc vagantes *in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*: locum ac Petri ſedem, vbi Chriſtus paſcit & cubat: fidem, in qua Chriſus paſcit, atque cubare, & tutos quietoſque habitare facit fideles, haudquaquam inuenire eis permiſſum eſt. Quid mirũ autem, ſi nec ea amplius dicere poſsint, quæ alacri prius concinebant voce, *Dominus paſcit me, nihil mihi deerit*: *Animam meam conuertit*, ſcilicet ad ſe, ita vt nil aliud diligeret, nil aliud cogitaret, nil aliud crederet, niſi quod ab ipſo edocta fuiſſet, ſi poſt greges ſodalium Chriſti vagantes, *errauerunt in ſolitudine, in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*, quandoquidem *eſurientes, ac ſitientes* Chriſti paſcua, atque doctrinam, præ eorum inopia, ac præ nimio errore, quo vagati ſunt, *Anima eorum in ipſis defecit*. Ne hæc igitur ſibi contingerent, Eccleſia, tam ingenti ſtudio pro imperfectionibus Chriſtum exorabat, quem ardentiſſimo diligebat amore, dicebatque. *Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie*, affertque potiſſimã hanc rationem. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*.

*k Pſ. 106. 4*

*l Pſ. 22. 2.*

Sed iuxta aliam lectionem, quam ſequitur Theodoritus, & alij; dum inquit: *Indica mihi*, &c. *ne fiã veluti circumducta in gregibus ſodalium tuorum*. Secundã affert rationem, ſecundamque eorum, qui ab hæreticis peruertuntur, conditionem: ſeu potius eam ipſam & rationem, & conditionem, quam primo loco attulerat, magis confirmat. Ratio autem hæc eſt, ne fiat veluti circumducta: ſignificat autem per verbum iſtud, ſe metuere, ne id ſibi eueniat, quod naui in proceloſo contingere ſolet mari. Quemadmodum enim nauicula, fluctibus hinc inde iactata, dum à proceloſo concutitur turbine eouſque circumducitur, quouſque in maximos aquarum vertices demergatur: & ſicut nunquam vllo vel vndarum, vel ventorum impetu magis de eiuſdem nauis metuendum eſt periculo, deque eorum, qui in illa extiterint naufragio, quam cum à turbinis vento circumducitur: ita nunquam magis de Eccleſię nauicula in aliquibus metuendũ eſt regionibus, quæ inſtar maris vehementiſsimis fluctuant perſecutionum atque contentionum procellis, quam cum à turbine hæreſis circumducitur. Propterea Apoſtolus illud ſaluberrimum dedit conſilium, m *Vt iam non ſimus paruuli fluctuãtes*, inſtar nauis in medio fluctuoſi maris, *& circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominũ, in aſtutia ad circumuentionem erroris*, ne id nobis eueniret n quod ijs euenit, qui *circa fidem naufragauerũt*. Quãobrem ſicut Apoſtoli cum o eorum nauicula iactaretur magnis fluctibus in medio maris, ita vt pene mergerentur, *acceſſerunt ad Ieſum eumque ſuſcitauerunt, dicentes: Salua nos Domine, perimus*. Ita nunc ipſamet eccleſia, quæ & nauis Apoſtolorum eſt, & ſponſa Chriſti, cum

*Hæretici & qui ab illis ſeducuntur quomodo circumduci dicantur.*

*Simile.*

*m Eph. 4. 14.*

*n 1. Tim. 1. 19.*

*o Matt. 8. 24.*

L

cum in hoc procelloſo huius ſæculi mari maximis iactatur tentationum fluctibus. ſub alia metaphora ſe ab eodem Ieſu adiuuari expoſcit dicens, *Indica mihi,* &c. affertque rationem, qua naui ſeſe confert periclitanti, addens: *Ne fiam ſicut circumducta.*

Verum cum ſubijcit, *in gregibus ſodalium tuorum*: per iſtam ipſam locutionē, *Ne fiam ſicut circumducta*: altera metaphora eam ipſam deſignare videtur eorum, qui in hæreſum decidunt errores, ſecundam conditionem, ſecundamque rationem, quare à Chriſto doceri velit. Metaphora nimirum puellæ, quæ in medio gregum circumducitur. Quemadmodum namq; mulier illa, quæ à paſtoribus per iocum circumducitur in medio gregum, ſi multis circumducatur gyris, capitis ſentiens vertiginem, magno plerumque impetu in terram decidit, ita vt vix erigere ſe queat amplius. Eodem pacto & infelices animæ illæ, quæ per multiplices errorum gyros ab hæreticis circumducuntur, quaſue & dæmones miſerando circumducunt ioco, mentis vertiginem patientes, tam graui decidunt caſu, vt & vitam amittant gratiæ, &, ni ſpeciali à Deo adiuuentur auxilio, haud vltra ſe erigere valeant. Hocque illud eſt, quod veretur benigniſſima mater Eccleſia, ne propter aliquos imperfectiores filios ſuos ſibi ea aliquando competant, quæ de Ægypto per Eſaiam prolata ſunt. *p Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens.*

*Simile.*

p *Iſa.* 19. 14.

*Hæretici, & qui ab illis ſeducti ſint quomodo circumrotentur inſtar fundæ.*

At non modicum iſtamet ſecunda Chriſti ſponſæ ratio confirmatur, ſi ponderemus dictionem, qua vſum diximus Symmachum, ad ſignificandam hanc circumductionem. Dictum eſt ſupra in fine primæ expoſitionis, Symmachum vſum fuiſſe verbo, quod deriuatur à funda, atque adeo, iuxta illius interpretationem, ſponſam hoc loco ſignificare, ſe à ſuo petijſſe dilecto, vt indicaret ſibi locum, vbi paſceret, &c. Ne inſtar fundæ huc, illucque circumrotetur ſuper greges ſodalium eius. Quo quidem ſenſu Chriſti ſponſa videtur ſignificare, ſe idcirco à Chriſto Domino auxilium implorare, ne id ſibi contingat, quod vel lapidi pretioſo, vel vaſculo pleno pretioſo vnguento euenire ſolet, cum circumrotatur in funda. Sicut enim pretioſa margarita cum circumrotatur in funda, idcirco circumrotatur, vt longius proiecta, penitus deperdatur. Ita & animæ fideles, qualibet margarita pretioſiores, quæ pretioſiſſimo ſanguine Chriſti ſunt redemptæ, cum in funda erroris ab hæreticis circumrotantur, eam ob cauſam circumrotantur, vt longius à Catholica proijciantur eccleſia, vtque extra eccleſiam proiectæ pereant. Et ſicut vitreum, ac fictile vaſculum, quod pretioſo vnguento ſit plenum, idcirco circumrotatur in funda, vt vehementiori proiectum impetu, peiori frangatur ruptura, atque vt vnguentum incluſum magis ſpargatur, ſicq; omnino pereat, quod tanti erat valoris, quodue tam ſuauem redolebat fragrantiam. Eodem pacto & fideles, qui pretioſiſsimum fidei vnguentum, pretioſiſſimum & theſaurum *q in vaſis*, vt inquit Apoſtolus, *fictilibus* habent, cum in hęreſis, atque erroris funda ab Hæreticis eos circumrotari contigerit: tam vehementi impetu in duriſsimam obſtinationis illiduntur petram, vt fere irremediabili dirumpantur fractione, pretioſumque, quo pleni erant, fidei vnguentum penitus effundatur ex ipſis, ac euaneſcat: cuius tanto grauior fit amiſsio, quanto maior fragrantia, & maior priſtinæ eorum fidei indicia percipiuntur à poſteris.

*Simile.*

*Simile.*

q 2. Cor. 4.

25 Tertia conditione Hæreticorū, eorumque qui per hæreticos decepti, in hæreſes prolabuntur, nō modicum Eccleſiæ adiuuatur petitio, atque ideo ea vtitur pro tertia ratione, qua ſponſo perſuadeat, vt ſibi opē ferre dignetur, dicēs. *Ne fiam tamquam meretrix cooperta ſuper greges ſodalium tuorum.* Hæc eſt enim tertia illa Gētium, hæreſi infectarum, conditio, vt meretricibus comparentur, non ſecus ac Ciuitas Ieruſalē, quæ alias Ciuitas Dei, Ciuitas fideliſsima dici ſolita erat, meretrici à Deo comparata, & meretrix dicta inuenitur

*Hæretici cur comparētur meretrici.*

A apud Iſaiam, cum Propheta quaſi rem execrabilem admirans, dicit. *r Quomodo facta eſt meretrix Ciuitas fidelis, plena iudicij?* Quod ſi quis quærat, quanam ratione Hæretici ſimiles dicantur meretrici, legat Ieremiam prophetā, & inueniet dictum. *ſ A ſæculo confregiſti iugū meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, Non ſeruiam: In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.* Legat Ezechielē itē Prophetā & inueniet ſimili modo dictū. *t Accidit poſt omnē malitiā tuā, væ, væ tibi, ait Dominus Deus, & ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti* B *fornicationes tuas*: porro quemadmodū Iudæorū populū per prophetas, & à Deo ipſo fornicarijs meretricibus propterea comparatum videmus; quoniam ſicut meretrix haud vnius viri iugo ſubiecta eſt, ſed tot admittit, quot obijciuntur: imo & ipſa ſeſe offert cuilibet tranſeunti, vt cum illis fornicetur, ædificatq; ſibi lupanar, ac proſtibulum, vt in ijs commodius valeat fornicari. Ita & ille populus haud vnius veri Dei iugo ſubeſſe voluerit, ſed tot falſis ſe ſubiecerit Dijs, quot ſibi propoſiti eſſent, totque complexus ſit, quot excogitare potuit errores: atque vt commodius cum iſtiuſmodi Dijs fornicari poſſet, vtque liberius eos cole- C ret, & idola, & fana, & lucos ſibi plantauerit, erexerit, & ædificauerit. In eundem modum & Hæretici præſertim noſtri temporis & ij, qui per hæreſim cōtaminati quoquo pacto ab Hæreticis fuerint, proprijſsimo meretricis nomine nuncupantur; quoniam haudquaquam ſub vnius veræ Chriſti fidei ſubeſſe volunt iugo: ſed illud confringentes, dirumpenteſque charitatis vincula, quibus in vnione fidei cum vniuerſis cōſtricti fuerant fidelibus, tot ſe ſubijciunt idolis, quot hæreſiarcharum cōplectuntur dogmata: quorū enim ſequuntur errores, eorum quodammodo colunt & idola, eoſque tanquam Deos adorant, quorum & nomine gloriantur: cum haud amplius à Chriſti nomine D Chriſtiani: ſed vel Ariani ab Ario, vel Sabbelliani à Sabbellio, vel Lutherani à Luthero, vel Caluiniſtæ à Caluino, vel alijs nefandis appellari velint nominibus, ab ijs nimirum deſumptis, cum quibus per varios errores fornicari oblectantur.

r *Iſa.* 1. 21.

ſ *Ier.* 2. 20.

t *Ezech.* 16. 23.

Bene autem horum quilibet meretrix dicitur, quia quamuis ex vno, quod quiſque aſſumpſit, nomine, vnius tantum errorem complexus videatur, ſub vna tamen illius ſecta, cuius nomen aſſumpſit, multi ac magni aliorum Hæreticorum comprehenduntur errores, quos ſequitur, & cum quibus fornicatur contra veram & Catholicam fidem. Iſtiuſmodi meretricum proprietates in Prouerbijs Salomonis egregie explicatas habemus, cum dicitur. *u Et ecce occurrit illi mulier* E *ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens conſiſtere pedibus ſuis in domo*: de quibus nō eſt modo dicendum per ſingula, ſatis enim nobis eſt, id probaſſe; quod Hęretici, gēteſque illæ, quæ hæreſi contaminatæ fuerint, hanc habēt conditionem, vt ſint tamquam meretrices: nec mirum, cum & hæreſis ipſa in genere ſub meretricis magnæ metaphora per Ioannem deſcripta ſit in Apocalypſi, *x* propterea ipſamet Eccleſia, cum nil magis habeat in optatis, quam vt arctius iugiter charitatis vinculis cum vno Chriſto conſtringatur dilecto ſuo: cumque nil magis abhorreat quam à ſuo dilectiſsimo F deficere ſponſo: hanc addit rationem, qua Chriſto Domino perſuadeat, vt ſibi indicet, vbi paſcat per veram fidei doctrinam, & vbi cubet per Petri Cathedrā. *Ne fiat ſicut meretrix apud greges ſodalium* eius. Valde vero notanda eſt phraſis hebraica, qua hanc explicat rationem, dicens. *Quare enim ero ſicut cooperta*, id eſt ſicut meretrix. Æque enim eſt, ac ſi diceret.

u *Prouer.* 7. 10.

x *Apoc.* 17. 3.

Vt quid Chriſte dilecte mi committes, vt ad tātam deueniam miſeriam, vt meretrici aſsimilanda ſim, quæ eſt ſine proprio viro? Qua ratione id permittes, ſi in tuum id non redundat honorem; ſi in meum tam ingens vergitur detrimentum? quare non indicabis mihi,

Paraphraſis.

mihi, vbi paſcas, vbi cubes? quare quæ tua benignitate deſpõſata tibi iam fueram, modo tua orbata præſentia inimicis tuis proſtituta apparebo? *Indica* iã quæſo *mihi quem modo diligit anima mea, indica vbi paſcas, vbi cubes in* his meridianis perturbationũ æſtibus: ne patiaris, me aliquando fieri ſicut meretricem, quod abſq; vlla dubitatione mihi continget, niſi tu me erudieris.

*Hæretici cur dicantur ſimiles meretrici pallio copertæ.* Neque ſuo caret myſterio, quod haud dixit ſimpliciter. *Quare enim ero ſicut meretrix?* Sed pro meretrice ſignificãda, hac vſa eſt voce; *ſicut coopertavel pallio amicta.* Enimuero plus aliquid per hoc nomẽ coopertæ, quã per nomen meretricis ſignificaſſe videtur: imo & quartam per huiuſmodi dictionem, vt ſignificat ipsã meretricem, hæreticorum ſubindicat conditionem, ſimulque & quartam ſponſo innuit rationem ſuæ petitionis. Certum namque eſt, hæreticos omnem amiſiſſe erubeſcentiam, omnemque depoſuiſſe pudorẽ, ac honeſtatis decorem, nõ ſecus ac infames meretrices, ita vt de eorum ſingulis illud proferre liceat Ieremiæ Prophetæ. *y Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* (*y Iere. 3. 3.*) Quapropter ſi cooperti dicantur, haud profecto propter aliquid boni, faciẽ coopertã habere cenſendi ſunt; Sed vt plures ac maiores ſtruant fraudes: vt plures ſuis decipiant erroribus, pietatis velo Catholicæque Religionis nomine, tanquam honeſto pallio ſuæ meretriciæ cõuerſationis faciem operiunt, ſuaſque meretricias decipiendi circumtegunt artes.

*Hæreticorũ fraudes tres.* Quod bene in libro Iob explicatum habemus, vbi dicitur. *z Oculus adulteri obſeruat caliginẽ, dicens. Non me videbit oculus, & operiet vultũ ſuũ.* (*z Iob 24. 15*) Quibus in verbis tres deſignantur hæreticorum fraudes, inſignisque eorum innuitur calliditas. Primo, per oculum intellectus, & arrogantis ſcientiæ ſuæ obſeruant caliginẽ; cũ enim, (*a Ib. 3. 20.*) iuxta Saluatoris ſententiam. *a Omnis qui male agit, odio habeat lucem:* ipſi obſeruant caliginem deceptionis, vt ita peruerſos ſuos diſſeminent errores, ne impediri queant, imitantes hac in arte Magiſtrum ſuum diabolum, qui obſeruans & ipſe noctis caliginem, *b tũc cum dormirẽt homines, & dormitarẽt,* ita vt eum videre, ac propulſare minime poſſent, *ſuperſeminauit zizania in medio tritici,* (*b Matt. 13. 25.*) propterea bene de ijs adijcitur, quod cũ obſeruant caliginẽ, dicunt: *Non me videbit oculus:* Quibus ſecunda eorũ deſignatur fraus, quæ in hoc ſita eſt, quod ita deceptionis caliginem obſeruent, vt per oculum ſuæ arrogantis ſcientiæ ad decipiendas animas cognoſcant, ac ſciant Catholicorum dogmata, eorũque perſcrutentur inſtituta, quo eam impugnent; & tamẽ tanta in deceptionis caligine id peragant, vt ac ſi certi ſint, nec à ſapientum, ac prudentum oculis ſe agnoſcẽdos, dicũt. *Non videbit nos oculus:* ſed ſi ad mala perpetrãda, & ad errores perſuadendos obſeruant caliginem, cum oculus ipſorum videat, nec tamẽ ab alieno oculo videantur, ad quid operiunt vultum ſuum? ſic

*Hæretici cur cooperire dicantur vultum ſuum.* enim ſubditur in præcitata ſententia Iob. *Operiet vultũ ſuum.* Per hæc ſane tertia eorum manifeſtatur fraus: qua ementiti Catholici nominis pallio, ſuam cooperiunt peruerſæ cõuerſationis faciem; falſoque Catholicæ fidei velo, ſuos arrogantis, ac impiæ ſcientiæ, & prædicationis cooperiunt oculos. Conſtat namq; eis, etiam in deceptionis caligine facile ab oculis Sapientum peruerſam eorũ dignoſcendam cõuerſationem, arrogantemque intelligendam ſcientiam. Non ſecus

*Simile.* ac oculi felis, qui etiam tenebras obſeruare ſolent ad damna patranda, propter idipſum modicum lucis, quod ex ſe emittunt, conſpiciuntur ab ijs, qui eos intuentur: atqui ſicut ij ipſi oculi, quibus felis caliginem obſeruat, ac tenebras, vt in obſcuro quicquid furtim inuenerit, ſubripiat, illam manifeſtant, efficiuntque, vt haudquaquam cõmittantur damna, quæ felis ipſa facere fuerat aggreſſa, impedientibus ijs, qui illã per eiuſmet oculos agnouerunt: ita pariter ea ipſa hæreticorum ſcientia, ea ipſa Sacrarum Scripturarum perſcrutatio, catholicorumque dogmatum inquiſitio, quam in deceptionis caligine adhibere ij ſolent, quo Scripturarum veritatem peruertant, & catholicam fidem in obſcuro impugnẽt, ſuiſue ſophiſmis maxima animabus fidelium inferant detrimenta, manifeſtant illos oculis ſapientum, qui ex ea ipſa Scripturarum diſputatione, & ex eo ipſo veritatis lumine, quod ſua præ ſe ferunt eruditione, nedum doctrinam eorum peruerſam, ſed & impijſſimam ipſorum intelligunt conuerſationem; vnde facile eos impediunt à malis perpetrandis, facileque à fideliũ propulſant cœtibus. At vide amabo ipſorum hæreticorum calliditatem, ac fraudem ſingularem: cooperiunt nẽpe vultum ſuum, conuerſationem ſuam ſimulato ſanctitatis pallio: cooperiunt oculos ſcientiæ, ac eruditionis ſuæ, velo Catholicæ doctrinæ, ne vel ab ipſis dignoſci queant Sapientiſſimis. *c Veniunt ad vos,* dicebat de illis Dominus, *in veſtimentis ouiũ, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* (*c Matt. 7. 15.*) Hãc tam peruerſam hæreticorum calliditatem, hanc eorũ præcipuam conditionem adeo abhorret Eccleſia, vt cum ex imperfectiorum perſona à Chriſto Domino de Apoſtolica poſtulaſſet erudiri fide, dicens: *Indica mihi, vbi paſcas,* &c. vt huius ſuæ petitionis fieret cõpos, id pro efficaciſſima attulit ratione, ne inſtar hæreticorum fieret cooperta, dicens. *Quare enim ero ſicut cooperta apud greges ſodalium tuorum?*

*Hæretici cur dicantur ſodales Chriſti.* Quo loco notandum eſt, quam congrue cum Chriſto loquens, quo magis infenſos ei reddat hæreticos, à quibus ſe penitus liberari efflagitaret, ipſius ſodales eos appellet, quippe qui ſub ementita Sacramentorũ Communione, ſub ficto catholici nominis amictu, ſimplicem Chriſti gregem decipiẽtes, quaſi ſint Chriſti ſodales in paſtoritia arte, ijſdem ſeſe illum paſcere profitentur ſcripturarum paſcuis, quibus & à Chriſto paſci is ſolitus eſſet: ſed certe infenſiſſimi ſunt Chriſti hoſtes, fureſque ſunt, ac latrones, nec veniunt ad Chriſti gregem, niſi vt furentur, & mactent.

## *Ex* Verſ. VII. cap. I. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

26 *Vagum fieri ſuper terram maxima peccatoris pœna.* QVamuis complures pœnæ peccatũ etiam in hac vita conſequantur, nulla certe inter eas eſt, quæ maiorem incutere debeat pauorem illa, qua peccator fit vagus ſuper terrã, & profugus ante faciem Domini Dei ſui: cum re vera nec vlla maior ea ſit, prout conteſtatus videtur *a* Cain ille fratricida, qui ob grauitatem (*a Gen. 4. 14*) huius potiſſimũ pœnæ in deſperationem ſe adactum ſignificauit. Ideo ipſemet Dominus cum hac ſe caſtigaturum peccantem aliquando minitatus eſſet per Iſaiam 57. 17. dicens, *b Propter iniquitatẽ auaritiæ,* id eſt (*b Iſa. 57. 17.*) cupiditatis, & cõcupiſcentiæ eius, *iratus ſum, & percuſſi eum: Abſcondi faciẽ meã, & indignatus ſum: Abijt vagus in via cordis ſui.* Ne infelix ille, inſtar alterius Cain in deſperationẽ ob iſtiuſmodi pœnã incideret, ſubiecit illico: *Vias eius vidi, & ſanaui eũ, & reduxi eũ, & reddidi cõſolationes ipſi, & lugentibus eius.* Quãuis videatur abſcondiſſe faciem ſuam, dum peccator circa terrena vagatur: haud tamen alio pacto auertiſſe dicitur faciem, niſi quatenus peccator ab ipſo auerſus ſeſe abſcõdit, quod & vagus ille Cain aſſerebat, cum diceret: *c Abſcondar à facie tua, & ero vagus, & profugus in terra.* (*c Gen. 4. 14.*) Anima Chriſti ſponſa, cum ſe dilecti ſui ope ab antiqua vagatione iã ſanatam recoleret, animaduerteretque aliquando diuinis ſe deſtitutam conſolationibus, metuens, ne iterum in priſtinam relabatur vagationem, ad ſponſum conuerſa ait: *Indica mihi quẽ diligit anima mea, vbi paſcas,* &c. Affertque pro iſtiuſmodi petitionis ſuæ ratione eum ipſum, quem de antiqua vagatione habet, pauorem, dicens; *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorũ.*

Quorum verborum vis vt omnibus fiat perſpicua. Primo declarandum quinam ſint Chriſti ſodales, de quibus hoc loco loquitur ſponſa, quiue ſint eorũ greges, poſt quos vagari trepidat. Tum deinde explicandum, quomodo in his modicis verbis Anima Sancta peccatoris, atque eius, qui ſecularibus indulget voluptatibus,

tatibus, quinque permaxima indicet mala,&quinque grauiſſimas pœnas.

*Diabolus, mundus, & caro quomodo dicantur Sodales Chriſti.*

Et quidem Chriſti Sodales haud alij hoc loco intelliguntur, quam Diabolus, Mundus, & Caro: qui cum ſint tres infeſtiſſimi totius humani generis aduerſarij; Chriſti tamen propterea ſodales dicũtur, quod & ipſi Paſtores ſeſe exhibeant gregis paſcuæ illius; Sed certe tales ſunt eius Sodales, vt cum Chriſto, & cum ijs, qui ab eo ſuper gregẽ ſuum paſtores conſtituti ſunt, totis viribus contendere ſtudeant, præſertim in cõſolationibus, ac voluptatibus exhibendis: quod perpulchra nobis figura ſignificatum eſt in libro Geneſis, vbi dicitur *d* Iſaac ac paſtores illius fodiſſe in torrẽte, & reperiſſe aquam viuam: *Sed ibi* fuiſſe *iurgium paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicentiũ. Noſtra eſt aqua.* Cum enim Chriſtus Dominus ſolus ſit fons aquæ viuæ, verarum conſolationũ, cum tãtummodo paſtores iſtius Iſaac, quod interpretatur riſus: paſtores Chriſti, q̃ui eſt Deus totius cõſolationis ſpiritualium ac verarum voluptatum, fodere queãt: Paſtores Geraræ, diabolus, mundus, & caro: pro aqua viua iurgiũ faciant, & cum Chriſto, & cum eius Paſtoribus, aſſerentes aquã conſolationum eſſe ipſorum, ſe ipſos ſolos veras exhibere poſſe conſolationes: ſe ipſos ſolos veris potare, ac paſcere poſſe conſolationibus.

*d Gen. 26. 18.*

*Diabolus, mundus, & caro paſcentes homines ſæculi paſcũt ſemetipſos.*

At profecto in ijs ipſis vilibus, quas paſtores iſti exhibent, conſolationibus, haud Chriſti gregẽ paſcunt, ſed ipſi ex Chriſti grege, quem talibus paſcere videntur voluptatibus, paſcunt ſemetipſos, prout ſupra in ſecundo ſenſu tertiæ expoſitionis ſuperiorum verborum oſtenſum eſt latius. Iſti ſunt ſodales Chriſti, ſeu potius Chriſti æmuli, qui in eo ipſo, quod ſe exercere profitẽtur paſtoris munera, vniuerſam eiuſdẽ Chriſti diſſipant Eccleſiæ vineam: qua de re conqueritur apud Ieremiam, vbi ait; *e Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionẽ meam d ſi lerabilem in deſertũ ſolitudinis: poſuerunt eam in diſſipationẽ, luxitque ſuper me.* Erat ſane grex Chriſti, mundanorum grex, quamdiu illi à Chriſto Sacramentis, & cæleſtibus paſcerentur conſolationibus erat grex Chriſti, quando, inſtar ouium ſimplicium Chriſtum ſolum bonum agnoſcebant paſtorem. At quando in viliſſimo, inſtar porcorum, volutari cœperunt ſæcularium delitiarũ cœno: at quãdo porcorum ſiliquis paſci elegerunt; Tunc qui erant grex Chriſti, facti ſunt grex prædictorum ſodalium Chriſti: tunc qui erat grex ouiũ, conuerſus eſt in gregem porcorum; *f* quem adeo diligerent dæmones, vt vniuerſa illa dęmonũ legio in eum ſe mitti à Domino poſtularit. Sic enim dicitur in Euangelio. *g Erat circa montẽ grex porcorũ magnus, paſcens. Et deprecabantur Dominũ Spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceſſit eis ſtatim Ieſus.* Neque enim negandũ eis videbatur, vt mitterẽtur in gregem illorũ, qui iam paſcebantur ab ipſis in terrenarum voluptatum paſcuis.

*e Ierem. 12. 10.*

*f Luc. 8. 31.*

*g Marc. 5. 11.*

*Mundanorum grex quid vtilitatis habeat à ſuis paſtoribus.*

Sed vide amabo, quid vtilitatis attulere paſtores iſti, dum eis permiſſum eſſet, vt intrarent in gregem porcorum, ait namque Euangeliſta. *Et exeuntes ſpiritus immundi introierũt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.* En quid commodi: en quid vtilitatis miſero mundanorũ prouenit gregi ab iſtiuſmodi paſtoribus, qui ſe Chriſti mentiuntur ſodales. In mare præcipitatus eſt perturbationis, atque cõfuſionis. *h Grex perditus factus eſt populus meus*, deplorans ait Dominus per Ieremiã. *Paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntq; vagari in montibus, de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui, omnes qui inuenerunt comederunt eos.* Populus qui iam erat grex ouium paſcuæ Chriſti, factus eſt grex perditus porcorum, factus eſt grex diaboli, mundi atque carnis, à quibus viliſſimis ſæculi paſcitur delitijs: Nec mirũ, nam iſti paſtores eorũ ſeduxerunt eos, mentientes ſe Chriſti ſodales. Quid vero aliud in vilibus prædictorum paſcuis gregi illi cõtingere poterat infelicius, quam vagari in montibus ſæcularium voluptatum, & vagatione continua tranſire de monte in collem, de voluptate in voluptatem, ad quas tanta aſcenderet difficultate, tanto-

*h Ierem. 56. 6.*

A que labore, quanto in excelſos aſcenditur montes?

Hãc vagationẽ vehemẽtius exhorret Anima Chriſti ſponſa, ac propterea tãta auiditate cupiens diſſolui, & eſſe cũ Chriſto, cæleſtẽ patriã ſibi indicari efflagitat: vbi ad ſatietatẽ paſcatur, vbi & perpetua, ac imperturbabili fruatur quiete, dicens: *Indica mihi quẽ diligit anima mea, &c. Ne vagari incipiam poſt greges ſodaliũ tuorũ.*

In quibus verbis valde ponderãda eſt tanta ſponſæ cautela: Enimuero cum deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, in cæleſtem patriam deduci expoſceret, videbatur dicere debuiſſe: *Indica mihi, &c. Ne incipiã peregrinari*; vel, *ne tãdiu, ne amplius peregrina ſim* B *poſt greges ſodalium tuorum:* Haud tamen hanc ſuæ petitionis attulit rationem, idque ideo, quia multo magis vagationem ſibi metueret, quam quod moleſtã haberet peregrinationem: nec videbatur congrue dicere poſſe. *Ne peregrinari incipiam*, quæ haud tunc inciperet peregrinari: ſed à primo ſuæ creationis die iſtiuſmodi cœperit peregrinationem, iuxta illud Apoſtoli.

*Peregrinationem à cæleſti patria cur non adeo moleſte ferat pia anima, vt vagationem.*

*i Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino.* Neq; dicere auſa eſt. *Ne amplius peregriner*: vel, *Ne tamdiu peregrina ſim poſt greges*, &c. nam id vnum ſibi prę oculis poſuit, vt in omnibus, & per omnia voluntatẽ ſuam voluntati conformet dilecti: quapropter cum ſponſus velit, vt adhuc peregrinetur in fide, atque in ſpe, C nequaquam illius voluntati quoquo pacto reſiſtere auſa eſt, vt peregrinationem ſibi moleſtã oſtẽderet, quam illi gratam exiſtimaret; præſertim cum ignoraret, an iſtiuſmodi peregrinatio ſua in eiuſdem ſponſi ſui redũdaret gloriã, propter aliquem animarum fructum, quem vel doctrina, vel bonis exemplis facere adhuc ipſa poſſet in proximo; quod ſi Apoſtolus, k cui *viuere Chriſtus* erat, *& mori lucrum*, quamuis *diſſolui* cuperet, *& eſſe cum Chriſto*: haud tamen auſus eſt iſtiuſmodi petere diſſolutionem, neque ab huius vitæ peregrinatione liberari popoſcit: ſed dixit, *Quod ſi viuere in carne, hic mihi fructus operis eſt, & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus, deſideriũ habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis* D *melius: permanere autem in carne, neceſſarium propter vos.* Quomodo id peteret ſpõſa, quod à Chriſti voluntate vereretur eſſe alienũ? Cupit quidẽ, & valde cupit diſſolui, & eſſe cum illo, & ideo ait. *Indica mihi*, &c. Sed tamen, hoc petens, non inquit. *Ne amplius peregrina ſim*, Verũ, *Ne vagari incipiam poſt greges*, &c. Eatenus à peregrinatione iſta diſſolui expoſcit, quatenus veretur vagationem. Propter quam cauſam etiam prophetam à peregrinatione liberari popoſciſſe patet, cum in Pſalmo trigeſimo octauo dixerit. *l Quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes Patres mei. Remitte mihi, vt refrigerer, prius quam abeam, & amplius non ero.* Æque E enim eſt, ac ſi diceret. Aduena ſum apud te, peregrinus ſum à loco, vbi paſcis, vbi cubas in meridie. Indica mihi quæſo locũ iſtum, vt in illa meridie refrigerer, paſcar, ac recreer priuſquã, dum in hac peregrinor vita, abeam à te, vagando ſcilicet poſt terrenas voluptates: nam certe, ſi id mihi contingat, amplius non ero, quia ipſæ me necabunt delitiæ: amplius non ero idoneus ad cæleſtis patriæ iter peragendum: amplius non ero aduena, & peregrinus apud te, ſicut omnes patres mei: ſed ero vagus, & profugus apud ſodales tuos.

*i 2. Cor. 5. 6.*

*A peregrinatione liberari cur non audeat expoſcere pia anima.*

*k Philip. 1. 21.*

*A peregrinatione liberari eatenus petit pia anima, quatenus veretur vagationem.*

*l Pſ. 38. 13.*

Quid vero eſt, quod ſponſa dixit, *Ne vagari incipiam*: cũ breuius dicere potuiſſet, *Ne vager*: aut, *Ne ſim vaga?* Caute profecto ſemper loquitur Chriſti ſponſa: Cum F ſibi exploratum eſſet, neutiquam ſe vagari, quoad vſque perſeueraret in gratia, tametſi peregrinetur à Deo: tametſi per aliquantulum temporis deſtituta videatur, *m* oculi enim ipſius ſemper ad Dominum: expandit manus ſuas ad illum, exclamatque cum propheta, *n Expandi manus meas ad te, Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus. Notã fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuaui animã meam. Doce me facere voluntatẽ tuã, quia Deus meus es tu: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine, viuificabis me in æquitate tua.* Idcirco ipſa, quæ ſe Chriſti ſponſam per diuinam gratiam eſſe, probabili agnoſcebat opinione, dixit.

*Vagari non poteſt anima, quæ eſt in gratia.*

*m Pſ. 24. 15.*

*n Pſ. 142. 6.*

*Ne*

A *Ne vagari incipiam*, expaueſcẽs id, quod adhuc minime ſibi contigiſſet, poſtquam in ſponſam aſſumpta eſt à Deo ſuo, ne videlicet per peccatum à ſponſo auerſa, & conuerſa ad creaturas, & voluptates ſæculi, amiſſaque dilecti ſui gratia, tunc demum errabunda incipiat vagari. Quanquam per hanc loquendi formam, & id quoque explicet, quod ſibi maxime metuebat, ne ſcilicet diuinis orbata conſolationibus, poſt ſæculi voluptates vagari inciperet, expaueſcens, ne id ſibi contingat, quod rotæ, aut trochleæ, quę cum moueri cœperit, illico tanto impellitur, ac deuoluitur impetu, vt vel violentia magna detineri vix queat, quin cœptam proſequatur reuolutionem. Quod vtinam non eueniret B quotidie ijs, qui initia non metuunt malarum cogitationum, quibus prima fit vagatio circa mundana, atque carnalia.

*Pia anima, quando conuertitur ad ſæculi voluptates errat multomagis, quam homines mundani.*

Neque ſuo caret myſterio, quod dixit. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*, cum dicere ei licuiſſet. *Ne vagari incipiam cum gregibus*. Enimuero anima, quæ ſpeciali priuilegio in ſponſam à Chriſto Domino eligi dignata eſt: quæue tãtis ab illo exornata eſt gratiarum cumulis, quæ iam guſtauit, & vidit, quoniam ſuauis eſt Dominus, quæue optime nouit, quoniã beatus vir, qui ſperat in Domino: quando à Deo auertitur, à quo tantis cumulata eſt beneficijs: quãdo circa ſæculi voluptates vagari cœperit, propter experimentum, C quod habet dulcedinis Dei, & propter ingentẽ, quam in Deum oſtentat ingratitudinem, magis delinquit, quam homines mundani, quibus haud exhibitus eſt eiuſmodi ſuauitatis guſtus, hocque illud eſt, quod Iacobus ſignificat Apoſtolus, cum ait. *o Scienti bonum facere & non facienti peccatum eſt illi*; videlicet maius, quã ſi id neſciret, quãue illis ſit, qui id ignorant, quod ipſis eſt exploratum. Apertius vero Petrus. *p Si refugientes*, inquit, *coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt Sancto mandato*. Atque hoc ipſum hoc loco ipſa ſignificat ſponſa, dum ait. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum*, id eſt, ne in vagatione mea multo magis à te elonger, quam homines mundani: quod melius in Hebraica lectione exprimitur, in qua pro eo, quod nos legimus, poſt greges, habetur *ſuper greges*.

o Iac. 4. 17.

p 2. Pet. 2. 20.

*Tepidus quodammodo eſt peior ſceleſtis peccatoribus.*

Quinimo, ſi attentius hæc verba perpendamus, ſubtilius quid per ea ſubindicari intelligemus. Nimirum, quod quando anima, quæ Chriſti extitit ſponſa, circa ſæculi voluptates vagari incœperit, poſtponenda ſit mundanis hominibus, ac magnis peccatoribus, nõ ſolum in ipſa vagatione: verum etiam in principio vaga- E tionis: id eſt, nõ ſolũ quãdo iam penitus à Deo auerſa, circa terrenas voluptates effrænato vagatur impetu: ſed etiã quãdo per tepiditatẽ paulatim incipit vagari; quæ tamen, vt per hyperbolem dicta ſumenda ſunt ad tepiditatis deteſtationẽ exaggerandam eo modo, quo ab aliquibus Sanctorũ Patrũ ea intelliguntur verba Apocalypſis. *q Vtinã frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo*.

q Apoc. 3. 15.

*Mundani cur dicantur greges in plurali.*

Bene autem inquit, *poſt greges*, in plurali: quãdoquidem etſi vniuerſa mundanorum multitudo vnus ſit grex, vt ſupra oſtenſum eſt, ſodalium Chriſti, diaboli ſcilicet, mundi, atq; carnis, quatenus in hoc vno om- F nes conſentiunt, vt à dictis Chriſti Sodalibus paſci velint; quia tamen neutiquam ab vno charitatis vinculo ſimul vniuntur, & vnuſquiſque quærit quæ ſua ſunt: ſingulique ſoli in terrenarum voluptatũ paſcuis paſci vellent, plures dicũtur greges; tot namque ſunt, quot circa prædictas voluptates vagantur, quotue in prædictis paſcuntur paſcuis.

28

*Delicioſorũ hominum mala, & pœnæ quinque.*

At explicemus iam, quod polliciti ſumus, quænam ſint quinque illa mala, quæ contingere ei diximus, qui à Deo auerſus, ad terrenas ſeſe conuerterit conſolationes, quiue ſæculi indulgeat voluptatibus: Audiamuſque ſpõſam vno ancipiti verbo, iuxta diuerſas interpretum lectiones, ea omnia ſignificantem.

*Voluptatibus ſæculi indulgens, cur vagationis pœnam habeat.*

A Primo enim, dum iuxta noſtram vulgatæ lectionem, inquit: *Ne vagari incipia*, &c. Primũ ſignificat malum, primamq; pœnã, de cuius grauitate pluribus huc vſq; actum eſt: nimirum quod vagatur. Quare vero ſæculi delitijs indulgens, vagatur. Triplicem ob cauſam.

Primo, quia continuam habet mẽtis euagationem, iuxta illud, *r Abijt vagus in via cordis ſui*. Secundo, quia terrena, atque creata omnia, quæ conſolationem afferant, cor eius, qui illis indulſerit, ſatiare nequeunt.

r Iſ. 57. 17

Et tertio, propter continuam earumdem rerum, ac voluptatum inſtabilitatem. Propter has rationes continua illi vagatione huc, illucque vagandum eſt per B varia voluptatum genera, prout Salomon à ſe factum expreſſit longius in libro Eccleſiaſtes, vbi inquit, modo ſe conuertiſſe ad opes congerendas, modo ad coaceruandos miniſtros, modo ad ſtudium ſcientiarum humanarum, modo ad gulæ ſubminiſtrãdas dapes, & pocula, modo ad carnis delicias. Et tandem illam ipſo dignam attulit ſententiam: *ſ Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi quid fruſtra deciperis*? vel (vt legunt Septuaginta) *Quid hoc agis?* Quaſi diceret. Voluptatũ omniũ perfruitionem nil aliud tandem eſſe animaduerti, quã miſeram vagationem: id enim ſignificat hoc loco nomen erroris, quod dictio Græca περιφορὰ, qua vſi ſunt Septuaginta, apertiſſime manifeſtat, περιφορὰ namque C nil aliud ſignificat, quam vagationem, & ſi de verbo ad verbum exprimatur, circumlationem eam interpretari, neceſſe eſt: Sic itaque cõcludit Sapientiſſimus Salomon. Poſtquam ad varia, & vniuerſa terrenarum voluptatum genera me conuerti, intellexi, me in earum fruitione ſemper vagatum fuiſſe, ac propterea gaudio, quod ex illis percipere videbar, dixi. *Quid fruſtra deciperis?* putas te aliquando exſaturandũ? *Quid fruſtra deciperis*, exiſtimans, te aliquando per iſtiuſmodi vagationem ad præfinitum terminum peruenturum? *Quid hoc facis*, vt me vagari facias ab ijs, quæ veras afferunt conſolationes?

ſ Eccl. 1. 2.

*Qua circumductione puniantur ij, qui voluptatibus ſæculi indulgent.*

Secundum malum ſignificatur à ſponſa, dum iuxta D lectionem Theodoreti, inquit. *Ne fiam ſicut circumducta in gregibus ſodalium tuorum*: Circumductio videlicet, qua ij, qui terrenis, ac temporalibus voluptatibus indulgent, circumducũtur vel ab ipſis voluptatibus, vel ab ijs, qui hoc loco dicuntur Chriſti ſodales, à dæmonibus nimirum, vel à mundo, & carne, ſiue mundanis, atque carnalibus hominibus. Quemadmodum autem id, quod rotæ cuipiam adiacens ab ipſa circumducitur rota in puncto tantum, & vix per breuiſſimum inſtans ſtabili inhæret plano, cum ſemper vna cum rota circumuoluatur. Ita & qui ſæculi voluptatibus adiacent, quæ cum ſint temporales, tanquam rota eſſe cẽ- E ſentur, vix in puncto, & per modicum inſtans ſtabiles perfrui ijs queunt, cum iugiter vna cum temporis rota ſimul cum illis circumferantur & ipſi, propterea vt iamiam dictum eſt, iuxta lectionem ſeptuaginta, Salomon riſum, ac huiuſmodi voluptatum fruitionẽ exiſtimauit circumlationem. Propterea & hoc metuens Chriſti ſponſa, inquit: *Ne quando fiam veluti circumducta in gregibus, vel apud greges ſodalium tuorum*, eo namque magis ipſam expaueſcit circumductionem: quod veretur, ne apud mundanorum greges, à dæmonibus, ceteriſque Chriſti Sodalibus per ipſas ſæculi voluptates vana, ac miſera circumducatur circũductione. Sic- F uti enim quiſpiam lapidem immittens in ſtagnũ, totam per varios, ac multiplices orbes ſtagni circumducit aquam. Ita & dæmones, ſeu mundus & caro, vel vnicam voluptatem in animam inijcientes, vniuerſam illius mentem per varios, ac multiplices cogitationum ac deſideriorum gyros circumducunt.

*Simile.*

*Simile.*

*Ex circumductione per voluptates quid referãt mundani.*

*Simile.*

At vtinam hoc pacto dumtaxat peſſimi iſti ſodales Chriſti, miſeram circumducerent animam, deſiſteret forſitan cito huiuſcemodi circumductio, prout illico ceſſare conſpicimus prædictam aquæ circumductionem, in qua tãti illi orbes ad nihilum breuiſſimo temporis ſpatio rediguntur; Sed quod multo eſt peius infelicem illam excæcantes, conſtituunt eam ad rotam prædictarũ voluptatũ, vt, dum rota illa progreditur,

*t Iudic. 16. 21.*

in gyrum circumducatur & ipſa, prout *t* à Philiſtæis Sampſoni factum legimus in libro Iudicum, porro quemadmodum Sampſon in iugi illa circumductione molebat quidē triticum; Sed quod ſuis deſeruiret inimicis ſibique nil aliud acquirebat, præterquam labores, ac defatigationē: pari modo & Anima in prædicta, quæ à terrenarum rerum rota circumducitur circumductione, molit ſane farinam voluptatum, ac delitiarum: Sed voluptates, & deliciæ eæ deſeruiunt potius ad ſuorum inimicorum vſum: cum ſibi nil aliud ex ijs remaneat, præterquam labor, ac defatigatio magna, qua in illis elaborauit adipiſcendis.

29

*Voluptatibus indulgens fit iocus Dæmonum. Simile.*

Sed eſt aliud adhuc peius, quod Chriſti metuit ſponſa, dum inquit: *Ne fiam veluti circumducta apud greges Sodalium tuorum*: Timet namque, ne quod peccatoribus, ac delicioſis hominibus euenire ſolet, & ipſa circumducatur à Chriſti ſodalibus, in propriam pœnā, ac in illorum iocum: non ſecus ac throcus à pueris ludentibus proijci ſolet in terram, flagelliſque tamdiu circumduci, quamdiu illis libuerit: hanc etenim pœnam recolit à Propheta imprecatam ijs, qui voluptuoſam agerent vitam: cum diceret: *u Pone illos, vt rotam*, id eſt circumduc illos voluptatum flagellis, ſicut flagellis in iocum circumduci ſolet rota, ſeu, vt clarius habetur in Hebræo, *throcus*. At quomodo flagella dicuntur voluptates, quę oblectāt, cum flagella percutiant? eo ſane modo, quo Chriſtus Dominus diuitias, eaſdemque voluptates in celebri illa ſeminis parabola, ſpinas nuncupauit, dicens. *x Quod autē in ſpinas cecidit hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructū.* Flagella certe ſunt voluptates: tum quia ſunt flagellorū omnium cauſa, tum quia, dum guſtantur, pernicioſiſſime animas flagellant. An non flagellum maximum voluptas illa, quæ Iſraelitico populo exhibita eſt in carnibus: *y* Quando Dominus *pluuit ſuper eos ſicut puluerē carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata*: quādo *comederunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo: & adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos?* An non flagellum peſſimum voluptas illa, *z* quam ex Moabitis ac Madianitis mulieribus percepere Iudæi, quādo ſuſpenſi ſunt principes populi contra Solem, & occiſi ſunt vigintiquatuor millia hominū, quādo in ipſa voluptatis fruitione, in ijs ipſis membris, quibus tam fœda percipiebatur voluptas, à Phinees Sacerdote percuſſus eſt vir Iſraelita vna cum muliere illa cum qua fornicabatur. Flagella profecto ſunt vniuerſæ ſæculi deliciæ, multoque pernicioſiora, quam ea, quæ cōmuniter flagella dicere ſolemus. Idcirco ea metuens Chriſti ſponſa, & expaueſcens, ne per ea iocus fiat dæmonibus, dicebat: *Indica mihi*, &c. *Ne quando fiam veluti circumducta apud greges Sodalium tuorum*: ne ipſis voluptatibus circūducar vt rota, & throcus. Quamquam, ſi ponderemus vocē Symmachi, qua circumdictionē hanc exprimit ſponſa, intelligemus illam multo magis ei metuendam, quod per eam non ſolum iocus, vt dictum eſt, fiat Satanæ, inimicorumq; ſuorum; verum etiam fiat arma eorundem contra proximum ſuum; dictio namque Symmachi [vt notatum eſt in fine expoſitionis primę iuxta ſonum litteræ] ſignificare poteſt circumductionem, ac circumrotationē inſtar fundæ, vt ſenſus ſit, *Ne quando fiam veluti circumducta, & circumrotata inſtar fundæ apud greges Sodalium tuorum.* Porro quam apte hac circumrotationis fundę metaphora iſtam, quę per voluptates fit, circumductionem, quamue congrue vocem illam ῥεμβομένη, vſurpauerit ſponſa, ex alio libri ſapientiæ loco facile omnibus fiet perſpicuum: vbi prout alias quoque ponderatum eſt, exprimere volēs ſapiens hanc ipſam circumductionem Animæ, & ſenſus, quæ fit per voluptates, earumque cōcupiſcētiam, pro eo, quod nos legimus; *a Inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſurſum*: In textu Græco dicit; ὁ ῥεμβασμὸς. Id eſt, & circumrotatio inſtar fundæ cōcupiſcētiæ tranſuertit ſenſum, ῥεμβασμὸς enim deducitur à nomine ῥέμβον, à quo & verbum ῥέμβομαι, quo hoc loco vſus

*u Pſal. 82. 14.*

*Voluptates ſæculi ſunt flagella quibus anima circumducitur, inſtar throci.*

*x Luc. 8. 14.*

*y Pſal. 77. 27.*

*z Nu. 25. 7*

*Voluptatibus indulgens eſt fortiſſimum inſtrumentū bellicum hoſtium Chriſti contra fideles.*

*a Sap. 4. 12*

*Simile.*

A eſt Symmachus, deduci videtur. Metaphora autem in hoc ſita eſt, quod quemadmodum funda quæ circumrotatur, eſt quoddam armorum genus, quo qui bene vti ſciuerint, facile quemcumque voluerint, in terram proſternant, vt de adoleſcētulo Dauid legimus, *b* Gigantem eo proſtraſſe Goliath; & ſicut quando funda circumducitur, ad hoc circumducitur, vt per illam quiſpiam vehementiori lædatur ictu. In eumdem modum, cum Anima per ſæculi voluptates circumrotatur, ac circumducitur, aptiſſimū redditur inſtrumentum bellicum, quo dæmones, mundus, & caro fortiſſimos quoſque deijcere ſolent ictu vehementiſſimo, propterea *c* Romanos admonebat Apoſtolus, ne exhiB berent *membra* ſua *arma iniquitatis peccato*, obediendo terrenarū voluptatum concupiſcentijs: legitur *d* in libro Iudicum de Septingentis viris Gabaonitis, quod fortiſſimi eſſent, *ſicue fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alterā partem ictus lapidis deferretur.* Multo ſane cōgruentius dici idipſum poteſt de fortiſſimis Chriſti aduerſarijs, ac de vniuerſę humanę naturę hoſtibus; quippe qui eos, qui voluptatibus vacant, tam bene per ipſas circūducunt voluptates, vt nullo armorum genere melius, quam illis dimicent: prauoſque cupiditatum lapides per eos ad certū contra alios ita iaciunt vt vix vnquam ictum fallant, & per illos eos quoque, qui omnino ab vniuerC ſis ſæculi rebus ſe alienarunt, percutere queant. Probamus hoc, & quotidiana ingemiſcimus experientia, videntes, quot, quantique ſapientiſsimi, ac prudentiſſimi viri per mulieres, quæ voluptatibus indulgēt, infeliciſsimis proſternātur caſibus: quotue iuuenes per exempla ſeniorum, qui ſæculi delicijs perfruuntur, earundem voluptarū cupiditatibus percutiātur. Quis vero exprimere valeat, quam validum dæmonum inſtrumentum ſit anima illa, quæ ſanctitatis opinione, ac fama apud vulgus in honore habetur, quando ſæculi delicijs vacare conſpicitur? Propterea hoc loco ea, quæ ſe Chriſti ſponſam agnoſcit, hoc affert apud D dilectū ſuum pro ratione ſuæ petitionis, qua ſpirituales petebat conſolationes, ne tale fieret inſtrumētum bellicum ſodaliū illius: Ne quando fiat veluti circumducta, inſtar fundæ, per conſolationū terrenarum circundictionem: Ne fiat ſicuti anima illa, quæ ſanctitate præſtitit, ac poſtea in damnum fidelium per ipſas circumducta eſt voluptates, vt per praua illius exēpla, etiam perfectorū mentes delicioſis percutiantur cogitationibus. Propter hanc ipſam fere cauſam, iuxta aliam lectionē Hebraicam, & Sept. inquit: *Indica mihi*, &c. *Ne quando fiam veluti adoperta*, aut, *cooperta*: vel, *quare enim ero veluti cooperta, & pallio amicta in gregibus*, ſeu, *ſuper greges Sodalium tuorum.* His enim verbis iuxta triplicem, quā in prima expoſitione attulimus ipſorū ſenE ſum, triplex ſubindicat malum peccatoris, ac eius, qui ſæculi ſeſe dedit voluptatibus, tripliceṁque inſuper eiuſdem pœnam addit ijs, quæ iam enumeratæ ſunt.

Ait igitur propterea ſe tanto ſtudio diuinas expoſcere cōſolationes, ac propterea tanto ardore locū illum à ſponſo ſibi indicari expoſcere, vbi paſcat, vbi cubet in meridie, quod maximopere vereatur, ne prędictis deſtituta conſolationibus ſpiritus, aliquando ad ſæculi voluptates conuerſa, fiat inſtar meretricis, quæ à diabolo præparata eſt ad deijciēdas animas: quæue, vt dicitur in libro Prouerbiorum, *e Ornatu meretricio præparatur ad decipiendas animas*: Etenim, vt iamiā diceF bā ſub altera fundæ metaphora, nullo aptiori ad deijciendas animas dæmones vtuntur armorum genere, quā ijs, qui Sāctitatis apud populum opinione præcellant, quando ij ſeſe terrenis dedunt delitijs: proinde non ait ſimpliciter ſponſa; *ne fiā ſicut meretrix*, ſed: *Sicut cooperta*: quoniam iſtiuſmodi homines, qui ſpirituales habentur eo pernicioſiores ſunt, cum ſæculi ſeſe dedunt voluptatibus, quod conuerſationis ſuæ faciem cooperiunt pallio ſanctitatis, illiſque voluptatibus, tanquam ad ſpiritus leuamen ſe aſſerunt frui, quaſi eæ neceſſariæ ſint propter terreſtris corporis infirmitates: quaſi ſine ipſis vita hæc prorogari minime poſſit:

*Simile.*

*b 1. Reg. 17*

*c Rom. 6.*

*d Iud. 20. 16.*

*Voluptatibus ſæculi cum indulgent ſpirituales quantum obſunt ſimplicioribus.*

*e Prou. 7. 10.*

A ſit: quaſi eę bonæ ſint; hi profecto *ornatu meretricio occurrunt* imbecillioribus, *præparatique ſunt ad decipiendas animas*, quādoquidem ſimplices, atque imbecilles, eos videntes ſanctiores talibus addictos voluptatibus, audientesque illas eſſe bonas, vtiles, atque neceſſarias, totos ſeſe ad eas cōuertunt illico: ſicque qui prius tanquam damnoſas illas detrectabant, atque mortiferas: poſtea ab iſtis coopertis, ab iſtis meretricib. decepti, ac per illas à dæmonibus, à mūdo, atq; à carne in terrā deiecti, tanquam porci in earum cæno ſeſe volutant.

*Meretrici ſimilis eſt anima quæ voluptatibus ſæculi dedita eſt.* Bene autē anima, quæ ſæculi indulget voluptatibus, comparatur meretrici, quoniam meretrix præ omni alio perſonarū genere ad iſtiuſmodi delicias poſternitur, vniuerſaſque ſingulorum ſenſuum laxat habenas. B Idcirco ad talem animam per Ieremiam dicitur.

f *Ier. 31.22.* f *Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga*: id eſt, vſquequo anima, quæ Dei filia eras per Sanctā conuerſationē, nunc inſtar meretricis, quæ vaga eſt, & quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere; vaga facta es? vſquequo inſtar eiuſdem meretricis terrenis hiſce, ac carnalibus delicijs diſſolueris? Quod ſi quiſpiam ex Scriptura Sacra diſcere velit, quā magna diſſolutione per huiuſmodi delicias diſſoluantur, qui eis indulgēt, legat librum Sapientiæ, audiatque illos, ſibi inuicem colloquentes in hunc modū. g *Sap. 2. 6.* g *Venite fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura tanquā iuuentute celeriter. Vino* C *pretioſo, & vnguētis nos impleamus, & nō prætereat nos flos tēporis: Coronemus nos roſis, antequam marceſcāt: nullū pratū ſit, quod nō pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrū exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniā hæc eſt pars noſtra & hæc eſt ſors.* An non malum maximum, an non pœna grauiſſima diſſolutio iſta? Qui fortiſſimi erant quando Deo adhærebāt, cum poſtea rebus adhæſere terrenis, facti ſunt diſſoluti neruis omnibus: qui prius diuinis paſcebantur conſolationibus poſtea terrenas complectentes voluptates fame perierunt, ac diſſolutione, iuxta illud Ieremiæ: h *Thre. 4. 5.* h *Qui veſcebantur voluptuoſe, interierunt in vijs, qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* An non malum peſſimum, meretrici ſimilem D per voluptates ſæculi redditam eſſe animam, quæ Chriſto Domino fuerat deſponſata? *Anima voluptuoſa quam ſimilitudinem habeat cum meretrice. Simile.* Quam vero ſimilitudinem habet anima iſta cum meretrice? ſicut meretrix cum tot fornicatur viris, quot ſibi offeruntur: ita & anima delicioſa cum tot fornicatur terrenis voluptatib. quot ſibi obiiciuntur, iuxta illud Ezechielis. i *Ezech. 16. 15.* i *Fornicata es in nomine tuo, & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, vt eius fieres.* Propterea ſicut fornicariæ datur libellus repudii à viro, quē prius aſſumpſerat: & animæ quæ cum terrenis voluptatibus fornicatur à Chriſto Domino idem repudii datur libellus: iuxta illud Ier. k *Ier. 3. 8.* k *Pro eo quod mœchata eſt auerſatrix Iſrael, dimiſi eā* E *& dedi libellum repudij.* Quam autē grauis pœna ſit huiuſmodi libellus repudii collige ex illo pſalmi. l *Pſ. 72. 27.* l *Perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.* *Anima voluptuoſa eſt peioris conditionis, quam meretrices.* Sed & multo deterioris conditionis, quam meretrices redditur anima talis: nā meretrices ſi fornicentur, & mercedes accipiunt ab iis, cum quibus fornicari contigerit. At infelix anima, dum cum ſæculi voluptatibus fornicatur, tantū abeſt, vt aliquam ab illis recipiat mercedē, vt potius pernicioſiſſimas eis ipſa mercedes de propria præſtet ſubſtātia, quod Dominus per Ezechielem teſtatū voluit, vbi dicitur, m *Ezech. 16. 33.* m *omnibus meretricibus dātur mercedes. Tu autē dediſti mercedes cūctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndique ad fornicādum tecū: factumque eſt in* F *te contra conſuetudinē mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio* (collatione nimirum fornicationis tuę, omnis alia meretricis fornicatio exiſtimabitur leuior) *in eo enim, quod dediſti mercedes & mercedes non accepiſti, factū eſt in contrarium.* Et bene factū eſt in contrarium, quia nō ſolum nō accepit mercedē à prædictis voluptatibus: verum etiam pro ea mercede, quā illis ipſa præbuerit, complura, ac ingentia ab eis ſuſcipit detrimenta. Quam vero illis porrigit mercedem? Totum id boni, totū id præclari, quo à Deo dilectiſſimo ſponſo fuerat donata, ac honeſtata, mentem videlicet, quam totā in earū voluptatum cogitationibus, deſiderijs, ac machinationibus occupatā exhibet: oculos, nares, aures, guſtum, ſenſuumq; potentias vniuerſas, quas in earundem porrigit famulatū, loquelam, quam in eis effutit commedandis, manus, ac pedes, quos ad illarum acquiſitionem, atque defenſionem continuis defatigat laboribus, totum deniq; corpus, quod corā illis in terram proſternit. Damna autē, quæ ab illis in compenſationem tantæ mercedis, ſeu potius tantarū mercedum, tantorumque donorum miſera recipit, vt breui ea complectar ſententia, ea omnia ſunt, quibus in hac vita ipſam affligari contigerit, de quibus alias ſermo eſt habitus, diceturque ſæpius in poſteriorib. Quid vero mirum, quod Chriſti ſponſa tam grauem expaueſcens pœnam dixerit: *Indica mihi, &c. Ne fiam velut cooperta, ac meretrix apud greges ſodaliū tuorum?* Quid mirum ſi delitioſam animam meretricē nuncuparit, cum ipſamet, cui adhæret voluptas, ſit meretrix omnium maxima? *Amb. lib. 1. de Cain, & Abel, cap. 4.* *Voluptas ſæculi eſt meretrix maxima.* Audi Amb. præclaram illam, quæ à Salomone allata eſt, inſignis meretricis deſcriptionem, ad ipſam ſic adaptatem voluptatem. „Voluptas meretricio procax motu: infracto per delitias inceſſu: nutātibus oculis, & ludentibus iaculans palpebris retia, quibus pretioſas iuuenum animas capit: oculus enim meretricis laqueus eſt peccatoris: Quęcunq; viderit, ſenſu dubio prætereuntem in angulo trāſitus domus ſuæ, ſermonibus adoritur gratioſis, faciens iuuenum volare corda, domi inquieta, in plateis vaga, oſculis prodiga, pudore vilis, amictu diues, genis picta; etenim quia verū decorē naturæ habere nō poteſt, adulterinis fucis affectatæ pulchritudinis lenocinatur ſpeciem, non veritatem: Vitiorum ſuccincta comitatu: nequitiarum choro circūfuſa: dux criminum: talibus verborum machinis murum mentis aggreditur humanæ: Sacrificium pacis eſt mihi, hodie redde vota mea: hac ex cauſa progreſſa ſum obuiam tibi, &c. quæ habentur in littera Salomonis. n *Prou. 7. 6.* n Nam quid tam meretricium, quā ſæcularis voluptas, quæ à feneſtra domus ſuæ intrat oculis, prima tentamenta præludens, & penetrat cito, ſi tu in plateam proſpicies, id eſt in publicas tranſeuntium vias, non in legis interna myſteria obtutum mentis intēdas? Ea profecto eſt, quę validioribus vinculis, velut cubile quoddā conſociatæ nobis communitatis intexit, vt qui reclinauerit ſe, ligetur: & opprobrioſæ fraudis velamine operiat corporis ſui ſtratum ad ſolicitandos iuuenum animos: Abſentiam viri, hoc eſt incuriam legis obtexens, lex enim abſens peccātibus eſt: nā ſi adeſſet, nō delinqueretur, & ideo ait; Non adeſt vir meus in domo: ſpargit odores ſuos voluptas, quia Chriſti odorem non habet: Theſauros demonſtrat, regna promittit, amores ſpondet continuos, inexploratos concubitus pollicetur, ſine pædagogo diſciplinas, ſine monitore ſermones, vitam ſine ſollicitudine, mollem ſomnum, inexplebilem cupiditatem. Hæc Ambroſius. quibus egregie probatū habemus, ſæcularem voluptatem eſſe meretricem omnium maximā. Quod ſi voluptas meretrix eſt, profecto nil mirum, vt dicebam, quod anima, quæ illi tā arcta adhæret vnione, & ipſa meretrix nūcupetur: præſertim, cum ab Apoſtolo dictum inueniamus: o *1. Cor. 6. 15.* o eum, *qui adhæret meretrici, fieri vnum corpus cum illa: membraq; ſua facere membra meretricis*: Nam ſi vnum corpus cum meretrice voluptate eſt, & ſane & vna res eſt cum illa; quare ſi illa meretrix eſt & ipſam meretricem eſſe, neceſſe eſt: ſicque iure optimo ab habitu meretricio per ſponſam meretrix dicta eſt, cum diceret. *Quare enim ero veluti cooperta apud greges ſodalium tuorum.*

Sed per eadem verba inſuper & quartam quoque, & quintam Chriſti ſponſa ſignificat eorum pœnam, qui iiſdem ſæculi voluptatibus indulgent. Dictum eſt enim in prima expoſitione nomine coopertæ præter illud, quod iam examinatum eſt, Meretricis ſignificatum, ſignificare etiā poſſe mulierem quæ ſit in luctu, vel propter viri orbitatem; vel propter quid moleſti, quod ei acciderit. Vel mulierem, quæ ſit cooperta propter verecundiam, erubeſcentiam, aut confuſionem aliquam.

31 Quarta igitur pœna , quam anima ſancta expaueſcit, cum ait. *Ne quando fiam veluti cooperta ſuper greges ſodaliũ tuorum*;ea eſt.Ne ad terrenas conuerſa voluptates, cogatur luctuoſam degere vitam, quam vulgo falſa appellatione dicunt voluptuoſam, atque delitioſam. Ne fiat inſtar illius animæ,.quæ à Deo auerſa , ſponſoque orbata per eas ipſas,quibus oblectari ſtudet,voluptates tãto repletur luctu,vt propter eũ,&faciẽ, &caput coopertum habere cogatur , quando, iuxta Sapientis dictũ,p *Riſus dolore miſcebitur,& extrema gaudij luctus occupabit*,quid ni autem in luctu verſetur anima,quę per iſtiuſmodi voluptates dilectiſſimo ſuo orbata eſt ſpõſo,quæ & ſuo priuata eſt Deo?Legimus in lib.Iudicũ, q Michæ à filijs Dan ablatum fuiſſe idolum , quod tãquam Deum colebat,eundẽque Micham clamoribus maximis eam deploraſſe amiſſionem Dei ſui. Cumq; ei diceretur; *Quid tibi vis?cur clamas?*ſic reſpõdiſſe, *Deos meos,quos mihi feci,tuliſtis,&Sacerdotẽ,&omnia,quæ habeo, & dicitis. Quid tibi eſt?* At ſi Michas tantis clamoribus, tantoq;luctu proſecutus eſt illos, qui ſibi ſubripuiſsẽt idolum,quod ipſe ſibi fecerat, quia ſimul cũ idolo illo deos ſuos,&quicquid boni haberet amiſiſſe exiſtimabat. Nonne multo magis anima illa in iugi luctu verſari dicenda eſt,& eſſe veluti coopertam propter eũdem luctum,quæ à ſæculi voluptatibus ſibi videt ablatum non idolũ,non ſculptile,quod ab ipſa factum ſit: ſed verum Deũ à quo ipſamet ſit condita : quæue vna cum Dei amiſſione,vniuerſis orbata eſt bonis ? ſi illud eſſe coopertam,non eſſet apud greges ſodalium eius, quem amiſit Dei ſui , luctus ille haud eſſet pœna,vel malum aliquod, imo non mediocre cenſendum eſſet bonũ.r *Quæ enim*,inquit Apoſtolus,*ſecundum Deũ triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutem ſtabilem operatur*.Verum quia cum luget orbitatem ſponſi, fit quidem cooperta propter luctum,ſed in gregibus ſodalium Chriſti:ſed apud mundanos , qui inſtar porcorum in ſæculi ſeſe volutant voluptatibus,cum non dimittat occaſiones, cumq; inter eas ipſas , quæ ſibi Chriſtum ſubripuere, voluptates,ipſum,quem amiſit, inquirat dilectũ : luctus is in maximam ei redundat pœnam.Idcirco prudẽtiſſime dictum eſt à ſpõſa:*Indica mihi*, &c. *Ne quãdo fiam veluti cooperta in gregibus Sodalium tuorum*,vel efficacius iuxta Hebraicam lectionem, *quare enim ero veluti cooperta ſuper*,aut *apud greges Sodaliũ tuorum?* quaſi dicat; quare te hoc pacto lugebo, quod nihil mihi proſit: ex quo luctu nihil mihi proueniat vtilitatis?

*Voluptatib. ſæculi indulgens eſt in luctu.*

p *Prou.* 14. 13.

q *Iudic.* 18. 23.

*Lugere Chriſti amiſſionem, & permanere in voluptatibus ſæculi eſt pœna,ac malum grauiſſimum.*

r 1. *Cor.* 7. 10.

Et nota,quod prudenter non dixit ſimpliciter. *Quare enim ero in luctu,vel lugens*:aut,*Ne quando fiã lugẽs*:ſed: *ne fiam cooperta*;vt per vnicam dictionem,non ſolum prędictam quartam ſignificaret pœnam , ſed & erubeſcẽtiam,pœnam quintam ſimul quoque ſubindicaret: ſ *Confuſio*,inquit Oſeas Propheta,*Ephraim capiet,& confundetur Iſrael in volũtate ſua*: Ephraim,quod interpretatur frugifer,aut creſcens,id eſt animam illam , quæ prius Deo adhærens,frugifera erat propter bonorum operum ſtudia,& creſcens propter iuges,quos in vita ſpirituali faciebat progreſſus , ad ſæculi voluptates conuerſam captiuam capiet confuſio , quia de iiſmet voluptatibus,quas complexa eſt,confundetur,ac erubeſcet:& quę Iſrael,ac videns Deum nuncupari poterat,cum frueretur Dei meditatione , confundetur in voluntate ſua,in iis ipſis, quas ſua voluntate elegerit, voluptatibus.t *Confundetur* nãque iuxta Iſaiæ prophetiã *ab Idolis,quibus ſacrificauit,& erubeſcet ſuper hortis , quos elegerat,cum fuerit velut quercus,defluentibus folijs , & velut hortus abſque aqua*.Et bene confundetur, quia, cũ verũ haberet Deum, cui aliquando ſemetipſam obtulerat hoſtiam viuentem,ſanctam,illi placentem,&rationabile obſequium,ſumma ignominia Dei hoſtiam ſacrificauit voluptatibus ſæculi , quas velut Idola coluit, quibus & ſemetipſam, & quicquid in ſe eſt , obtulit. Quapropter ſuper iis ipſis delitiarum hortis,quos voluntate ſua elegerit , erubeſcet : cum ſe abſque omni virtutum , ac gratiarum ornamento orbatam , velut quercum defluentibus folijs redditam , animaduerterit, ac veluti hortum ſine aqua, quippe quæ etſi horti nomine nuncupetur:etſi in voluptate , ac oblectatione viuere videatur,ſine tamen veræ oblectationis, ac conſolationis aqua , continuam ſuſtinet confuſionis pœnam. Vtinam autem iſtiuſmodi animæ erubeſcerent cõfuſione ſalutari propter peccatum,ac propter Dei verarumque conſolationum amiſſiones,ipſas dimitteret ſæculi voluptates:neq; enim tũc eſſet pœna confuſio iſta. At confunditur,confuſioneque cooperta adhuc in ipſis mundanorum delitijs & requieſcere vult,& perſeuerare , ſimulque cum hominibus ſæculi dicit id, quod apud Ieremiam habetur. u *Dormiemus, confugiemus in confuſione noſtra,& operiet nos ignominia noſtra*.Propterea hanc tam grauem expaueſcens pœnã anima,quæ adhuc Chriſti eſt ſponſa,vt eam exprimeret,non dixit ſimpliciter : *ne quando fiam veluti cooperta*, ſcilicet confuſione:ſed addit *in gregibus*, vel *apud greges ſodalium tuorum*:id eſt,ne fiam inſtar eius,quæ cooperta quidem eſt confuſione propter ſæcularium voluptatum fœditatem , & tamen cum mundanis in illis ſeſe oblectat.

*Voluptatibus indulgens cooperitur confuſione in ipſiſmet voluptatibus*

ſ *Oſ.* 10.6.

t *Iſa.* 1. 29.

u *Ier.* 3. 25.

## *Ex* Verſ. VII. cap. I. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa,quæ eſt B. Maria.*

Cvm ſatis, ſuperque in ſuperioribus verbis exponendis declaratum ſit,quam ſollicita inquiſitione Beata Virgo dilectiſſimum,quem amiſerat , filium quæſierit inter cognatos & notos,vt ait Euangeliſta: quamue graui dolore eius cruciatus ſit animus , dum Chriſtum,quem & vnicum filium,& ſponſum,&Patrem,& Deum ſuum eſſe, intelligebat, inuenire non poſſet per totum illud triduum. Nihil eſt, quod in his iterum detineamur : nam ea duo hoc loco clarius ab ipſa ſignificantur inquiſitione, dum inquit: *ne vagari incipiam*, &c.Dolor,atque luctus, dum iuxta aliam lectionem ait,*ne quando fiam veluti cooperta* , ſcilicet propter luctum,&c.

## *Ex* Verſ. VII. cap. I. *Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

Paraphraſis Chaldaica.Et quare,inquit erũt tranſmigrantes inter greges filiorum Eſau , & Iſmael, 32
qui applicant ſibi Idola ſua pro ſocijs.

Quoad litteram,& dramaticum ſenſum cõueniunt Patres omnes, vno excepto Ambroſio,vt hæc adiecta ſint præcedentibus in excitationem Zelotypiæ ſpõſo, vt vel propter id periculi , cui ſe expoſitam ſignificat ſponſa,ni ſibi indicetur locus, quo tuta dilectũ ſuum ipſa cõuenire queat in meridie,& is,qui æmulatur ipſã æmulatione,ſtudeat illico eius ſatisfacere petitioni.

Porro,cum ex ambiguitate vocis, qua ancipitem vocem Hebraicã interpretati ſunt Septuag.duplex apud Antiquos Patres ſit lectio,(vt notatũ eſt in prima expoſitione) legentibus aliquibus ad inſtar vulgatæ; *Ne vagari*,ſeu *errare incipiã*,aut, *Ne fiam veluti circumducta, & errabunda*:alijs vero;*Ne fiam veluti operta,aut circumamicta*. Origenes hom.1.ex duabus vtramq;ſimul connectens lectionem in hunc modum hæc exponit; *Indica mihi*,&c. Niſi enim tu mihi annuntiaueris,incipio errabunda iactari:& dum te quæro,in aliorũ greges incurro,& quia aliorum erubeſco faciem, meam abſq; mora mox contegere incipio.Sum quippe ſponſa formoſa,& alijs nudam faciem meam non oſtendo , niſi tibi ſoli,quẽ iampridẽ deoſculata ſum. Vnde apparet, Origenem id,quod dicitur, *Ne fiam ſicut cooperta*: accipere vt à ſponſa dictum ad ſignificandum modeſtiã, pudoremque ſuum virginalem, propter quem facie cooperta incedere decreuerat,ſi opus fuiſſet.

*Orig.*

*Anima Chriſti ſponſa erubeſcit intendere alijs, quam Chriſto.*

Quo

*Hier. Virgines non vult à quoquam videri Chriſtus earum ſponſus.*

Quo ſenſu accepit idipſum & Hieronymus Epiſtola vigeſima ſecunda ad Euſtochium, dicens ad Virginem. Zelotypus eſt Ieſus, non vult ab alijs videri faciem tuam, excuſes licet, atque cauſeris, obducto velamine ora contexi, & quæſiui te ibi, & dixi. *Annuntia mihi ne quando efficiar ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum*, tumebit, & dicet, *Si non cognoueris te*, &c. A

*Origenes. Mulier operta ſumitur pro meretrice*

Idem tamen Origenes loco iam citato poſt relata verba, quibus ad bonum ſenſum iſtud faciei cooperimentum refert, ſubijcit, eandem ſponſam ſic per hæc locutam: *Annuntia mihi*, &c. *Ne quando fiam ſicut cooperta*, &c.

Vt iſta non patiar: vt non fiam cooperta, vt ora non contegam, & ad aliosvſque perueniens, incipiam forſan & eos amare, quos neſcio: quibus videtur idipſum in malum ſenſum accipere, ſicut accipi nonnunquam in Sacris literis pro meretrice, oſtenſum eſt in prima expoſitione. B

*Aug. Eccleſia haud eſt operta, o culta, & ignorata.*

Quemadmodum in malum ſenſum eandem vocem accepit Auguſt. epiſt. 48. ad Vincentium, & ſerm. 50. de Verb. Domini, pro obſcura, latenti, & ignorata.

*Origenes. Philoſophorum ſcholæ dicuntur adopertæ, quia apud illos veritas tecta eſt.*

Sed clarius idem Origenes homil. 2. ex quatuor vbi ait, ob hoc Eccleſiam, ſeu animam requirere meridiana Chriſti cubilia, & plenitudinem ſcientiæ à Deo petere, ne videatur eſſe, ſicut vna ex Philoſophorum Scholis, quæ Adoperta nominatur, quia plenitudo veritatis apud eos tecta eſt, & adoperta. C

*Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, cum Gentium collectiones ſint ſponſæ Angelorum, qui bus earum cura demandata eſt.*

Per ſodales Chriſti eodem loco Origenes intelligit Angelos illos, quibus demandata eſt ſingularum gentium cura, iuxta illud. *a Cum diuideret excelſus gentes, & diſpergeret filios Adam, ſtatuit terminos Gentium ſecundum numerum Angelorum Dei*: & iſti, inquit, greges ſunt fortaſſis Sodalium ſponſi, Gentes ſcilicet cunctæ, quę velut pecora ſub Angelis paſtoribus conſtitutæ ſunt: Grex vero ſponſi illæ dicuntur, de quibus ipſa in Euāgelio veritas dicit, *b Oues meæ vocem meam audiunt*: Exiſtimat demum, vnumquemque gregem eſſe ſui Angeli ſponſam, adopertamque nominari ob prędictam rationem: Sicut grex Chriſti, de quo dicitur: *c Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius*: ſponſa eſt illius. D

*a Deut. 32. 8. ſecundum Septuag.*
*b Io. 10. 27*
*c Deuter. 32. 9.*

*Ambroſ. Synagoga, quæ Chriſtū à ſe repulit, aliquando petet admitti inter illius mercenarios.*

Ambroſius, eandem ſequens lectionem; *Ne forte fiam ſicut circumamicta ſuper greges Sodalium tuorum*, ſingulari modo & vocem, *circumamicta*, & totum hunc explicat locum, tum in lib. exhortationis ad Virgines: tum in pſalm. 118. ferm. 2. verſ. 1. accipiens quippe vocem, *circumamicta* pro mercenaria, arbitratur Synagogam per hæc exponere Chriſto deſiderium ſuum; ſic enim ait in ſermone citato. Quæres tanquam aliena, quæ proxima eras: tanquam pauper, quæ diues fuiſti: Vis ſequi, quæ præcedebas, & vtinam vel ſequaris, quos præcedere debuiſti: Mercenaria eſſe deſideras quæ ante mercenarios colligebas: Mercenariæ vtique vox iſta dicentis eſt: *Ne forte fiam circumamicta ſuper greges ſodalium tuorum*. Quæ proſelytos ex Gentibus ante ſuſcipiebas, nūc ipſa in nationibus vis à proſelytis ſuſcipi, & tanquam aduena congregari. In libro autem de Iſaac & Anima eadem eodem applicat ſenſu. E

33

*Eccleſiæ, & piæ Animæ ex Chriſti abſentia imminet periculum incidendi in hæreticos. Hæretici cur dicantur ſodales Chriſti*

Communiori tamen ſenſu locus iſte ſumitur, vt explicans periculum vel Animæ, vel Eccleſiæ, cui ſcilicet periculo ſpōſa ex ignoratione loci, vbi Chriſtus paſcat, & cubet in meridie, ſubiacet incidendi in hæreticos, ſchiſmaticos, aut falſos fratres, vel etiam dæmones, ſiue legatur: *Ne fiam ſicut cooperta, aut circumamicta*; ſiue; *Ne efficiar veluti circumducta, erraabunda, ac circumuenta*, ſiue, *Ne vagari incipiam*. Ita Auguſtinus locis ſupra citatis, ſed in primis in ferm. 50. de verbis Domini, vbi ait, hæreticos dici Sodales Chriſti, quia de eadem menſa viuunt, & menſæ Chriſti ſacramenta pertractant: Sodales, inquit, dicti ſunt quaſi ſimul edales: quod probat ex illo pſalm. 54. *d Si inimicus ſuper me magna locutus fuiſſet*, &c. *Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos*, &c. Ita & Gregorius Nyſſenus homil. 2. in Cant. Tres Patres apud Theodoritum, atque idem ipſe Theodoritus, qui Chriſti ſodales dictos ait hæreticos, quia habitum & nomen Chriſti circunferunt; quia Eccleſias ædificant, & diuinas ſcripturas interpretantur; tametſi per eas male paſcant fideles. F

*d Pſ. 54. 13.*

*Greg. Nyſſ. Tres Patres. Theodor.*

*Philo Carp. Caſsiodor. Beda. Iuſt. Orgel. Anſelmus. Bernardus.*

Ita & Philo Carpathius, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, & Bernardus ſerm. 33. Ita Iuſtus Orgelitanus, qui Sodales Chriſti hæreticos nūcupatos inquit, quia prædicant Natiuitatem, Paſſionem, ac Reſurrectionē Chriſti; re tamen vera illi contradicunt, iuxta illud Apoſtoli 2. Timot. 3. *e Habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. Ita denique & Aponius, qui eiuſdem appellationis hæreticorū duas alias addit rationes: primam, quia ipſi hæretici ſunt vicarij Angelorū Apoſtatarum, qui auſu temerario Chriſtos ſe facere præſumpſerunt; Secundam, quia paſcunt eodem ſacrarum litterarum cōuiuio, venenato tamē; qui enim ait, ad vnam menſam proprios cibos deferebant propter commune cōuiuium, Sodales nuncupati ſunt ab Antiquis.

*e 1 Tim. 3. 5*
*Aponius.*

*Greg. Papa. Vagari quomodo contingat animæ quæ in ſe habet diuinam gratiam*

*Mali Chriſtiani cur dicantur ſodales Chriſti & cur greges.*

Gregorius Papa periculum hic ab Anima exponi, ait, quo ſibi metuit, ne ob Chriſti abſentiam incidat in falſos fratres, illoſue imitetur: Vere, inquit, in quo Chriſtus non cubat, vagatur; quia mens, quam ille ſuauis, & ſpecioſus, ſiue ponderoſus Chriſti ſpiritus non implet, multis cogitationibus diſſoluta circumfertur. Sed qui ſunt Sodales Chriſti, poſt quorum greges ſponſa vagari pertimeſcit? Niſi falſi quique Chriſtiani, qui aut ob nominis ſolius, aut etiam ob Sacramentorum Communionem fratres Chriſti vocantur, quia electis, quos ipſe fratres vocauit, in Eccleſia cohabitando ſociātur: Quorum multitudo bene per exprobrationem greges appellantur; quia, dum quaſi irrationalia animalia ſine ordine viuunt, ſeductoribus ſpiritibus ad deuorandum traduntur. Poſt huiuſmodi greges vagatur quiſquis ab intimo deſiderio expulſus, reproborum ſtultitiam per ſimiles cupiditates imitatur.

*Bernardus. Dæmones quomodo dicantur ſodales Chriſti.*

*Pſal. 10. 2.*

*Vt dæmonū inſidias vitare poſsimus, implorandū Dei auxiliū.*

Bernardus citato ſerm. 33. Sodales iſtos Chriſti, in quos pia anima veretur incidere, arbitratur eſſe dæmones, qui transfigurant ſe in Angelos lucis, ſicut hunc explicat locum: Mihi videtur ſic dictum, & propter dolos inuiſibilium poteſtatum, ſicut ſunt ſeductorij ſpiritus, ſedentes in inſidijs, & parantes *ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde*: Propter hos maxime videtur mihi illa meridies optanda etiam nobis, vt clara luce deprehendamus aſtutias diaboli, atque Angelum Satanæ illum, qui ſe transfigurat in Angelum lucis, ab Angelo noſtro diſcernamus: Non enim aliter nos cuſtodire ſufficimus *f ab incurſu, & dæmonio meridiano*, niſi meridiano æque lumine: Quod quidem dæmonium ideo meridianum dictum exiſtimo, quia ſunt aliqui de numero malignorum, qui cum merito tenebroſæ, obſtinatæque voluntatis ſuæ nox & nox perpetua ſint, diem tamen ſe ad fallendum ſimulare nouerunt nec modo diem, ſed & meridiem: ſicut eorum princeps non contentus eſſe æqualis Deo, etiam aduerſatur, & extollitur ſupra id quod dicitur, aut quod colitur Deus. Itaque niſi cordi illius, quem forte aliquod iſtiuſmodi dæmonium tentandum acceperit, oriens ex alto illuxerit verus meridies, qui falſum conuincat, & prodat, non poterit omnino caueri: ſed tentabit, & ſupplantabit ſine dubio ſub ſpecie boni. Pro bono ſcilicet malum incauto, & improuido perſuadens. Et tunc meridies, id eſt maior claritas apparet tentans, cum quaſi boni maioris imaginem præfert.

*f Pſ. 90. 6.*
*Dæmonium meridianum quodnam ſit.*

*Rup. Abb. Scribæ, & Phariſæi quomodo ſodales Chriſti.*

Rupertus Abbas ſic legit. *Ne vagari incipiam per greges ſodalium tuorum*: ac per hos Chriſti ſodales intelligit conuenticula, quæ fiunt circa cathedras, & doctrinas Scribarum, & Phariſæorum, qui ſeſe Chriſto ſodales, ſiue pares faciunt, quiue in cæremonijs ſuis iuſtificari volunt: & ſuam quærentes iuſtitiam, iuſtitiæ Dei, quæ Chriſtus eſt, non ſunt ſubiecti, atque adeo per illorum greges, ait, vagari merito verebatur B. Virgo Maria.

## Verſ. VIII. cap. I. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

A

### EXPOSITIO I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

1 Locus iſte & facilis eſt, & valde difficilis: facilis quidem, ſi Hebræorum inſpiciatur textus, ſi Hebraica obſeruetur phraſis, quæ frequentiſſima eſt in B Scripturis Sacris. Difficillimus vero eſt, ſi textum noſtrum iuxta Patrum omnium ſententiam exponere velimus, quandoquidem difficile valde eſt, aſſignare modum, quo hæc cum ſuperioribus queant connecti, dum de ſui ipſius vel cognitione, vel ignoratione intelligantur: dicamus primo quæ faciliora ſunt, tum quædā etiam circa difficiliora afferre fortaſſe licebit.

*Primus ſenſus.*

Pro intelligentia igitur primi eorum, quæ hic afferuntur ſenſus; Notandum, vulgatiſſimam eſſe apud Hebræos phraſim, vt poſt verba addant pronomina frequenter, quæ ad nihil aliud deſeruiant, præterquā ad ſimplicem orationis ornatum, prout & in Italica, C & Latina, atque etiam in qualibet lingua quædam in orationibus interponuntur particulæ, quæ etſi ſuperfluæ ſint quoad ſignificatū: non modicū tamen iuxta vniuſcuiuſque idiomatis conſuetudinem afferunt leporem; quamuis non defuerint inſignis auctoritatis Doctores, qui haud aſſentiri voluerint, vt iſtiuſmodi pronomina, de quibus modo eſt ſermo, ſint omnino ſuperflua: nam tametſi nil ſignificare videantur; ſignificant nihilominus, inquiunt, emphaſim quandam, quæ in præcedenti latens eſt verbo: quicquid autem ſit de hoc, certum eſt, iuxta hanc phraſim, per ea pronomina nil noui ſignificari.

*Pronomina, iuxta Hebraicam phraſim ſæpius poſt verba ponūtur ad ornatum orationis.*

Innumeros Sacræ Scripturæ locos in iſtius phraſis D comprobationem afferre fas eſſet.

Verum quoniam id, vt dixi, ijs qui linguæ Hebraicæ ſunt periti, eſt maxime vulgatum, haudquaquam in his detinebor; præſertim cum in hac ipſa, quam præ manibus habemus, ſententia duplex iſtius phraſis animaduertere liceat exemplum.

In Hebræo enim ſic habetur טלאחדעילך, imlo tedenglilach, id eſt, *Si non cognoſcis tibi*, vbi pronomen, *tibi*, eſt ſuperfluum, æque ac ſi diceremus Italice: *Se nō te loſai*; Sic poſtmodū ſubijcitur עאילך ghailach, id eſt, *egredere tibi*, vbi idem pronomen ſupereſt.

Animaduerſa itaque iſtiuſmodi phraſi, facillimus E eſt eorum, quæ hic dicuntur, ſenſus: ſi in littera quoq; noſtra ſupponamus, pronomen, *te*, eſſe ſuperfluum. Cum etenim in præcedenti ſententia ingens explicaſſet ſponſa quod ſibi ineſſet deſiderium, vt ſuum ſequi poſſet dilectum, optaſſetque ab eo indicari ſibi locum, in quo illum inuenire poſſet; Nunc ſponſus ipſe facilé dat ei modum, quo eum valeat reperire, dicens.

*Paraphraſis.*

*Si ignoras, ô pulcherrima inter mulieres*, vbi ſcilicet ego paſcā, *egredere*, cum paſcis hœdos tuos, *& abi poſt veſtigia gregum*, quęvideris, & inuenies ſcilicet me, *iuxta*, vel (vt eſt in Hebræo) *ſupra tabernacula paſtorū*, quaſi dicat. Tabernaculum meum ſtat ſuperius, ſublimiuſque vniuerſis tabernaculis paſtorum: vel, eſt ſitum iuxta tabernacula extremum: porro ſenſus iſte eſt planiſſimus, F neque opus eſt, vt ad eius explicationem quidpiam fingamus.

Verum cum Sancti omnes, quotquot hunc locum attigerunt, Patres de cognitione, ſeu ignoratione ſui ipſius ſponſam admoneri aſſerant, nulloque pacto pronomen, *te*, ſuperfluum eſſe conſentiant; quamuis Hebraicus ſenſus planiſſimus ſit, vt vidimus, ac maxime facilis: ne tamen à communi Patrum ſententia penitus recedatur, illud vnum enitendum mihi videor, vt quod dicitur, *Si ignoras te*, de ignoratione ſui ipſius accipiatur, & totam nihilominus ſententiā cum ſuperioribus cohærere oſtendatur. Ac propterea præter eum, quem iam attulimus, duos alios non contemnendos afferri poſſe, crediderim ſenſus.

*Secundus ſenſus. Ex Athanaſio. Iuſt. Orgel. Rup. Abb.*

Quorum alter eſt; vt cum ſuperius ſponſa pro ſui excuſatione, quod Dilectum non fuiſſet ſecuta, aſſeruiſſet, ſe haudquaquam ad illum fuiſſe egreſſam; quia ignoraret, vbi locorum is eſſet, ac propterea petijſſet, ſibi ab eo indicari locum, vbi paſceret, & cubaret in meridie, ne egreſſa vagari inciperet, vel fieret quaſi adoperta poſt greges ſodalium eius, quando illum inuenire minime poſſet. Nunc in hac ſententia ſponſus ipſe ad prædicta reſpondeat, dicens.

*Paraphraſis.*

*Si ignoras te*, quam ſcilicet pulchra ſis, ignoras videlicet & me: ignorare potes vbi ipſe ſim. Quare, cum ſis *pulcherrima inter mulieres, egredere poſt veſtigia gregū tuorū*, ſequens nimirum greges tuos. *Vel egredere* iam extra domum, extra Ciuitatem, *& abi* poſt ea, quæ repereris, *veſtigia gregum* meorum, ſimul atque *tuorum*, quia quicquid meum eſt, id tuum quoque eſſe volui, *& paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum*. Ne dubites, tibi vagādum fore, quocumque enim proceſſeris, ibi me reperies, cum tantus ſit is, qui in te effulget, pulchritudinis decor, vt me haud diutius à te abeſſe permittat: vt me quantumlibet diſtantem ad te alliciat celerrime.

*Tertius ſenſus. Greg. Nyſſ.*

Poſtremus denique ſenſus eſt, vt ea, quæ hic dicūtur, non ſint verba ſponſi, prout communiter accipi ſolent: ſed ſint ſociarum ſponſæ, prout ea accipit Gregor. Nyſſ. & nonnulli Hebræorum. Enimuero cum iſtiuſmodi puellæ audiſſent ſponſam in verſ. 5. & 6. nigredinem ſuam purgantem, multumque laborantem in ſua forma defendenda: cumque illam præ deſiderio atque etiam prę metu aliquo, ne ſua nigredine ſponſum offenderit, exiſtiment, petijſſe in præcedenti verſu, indicari ſibi ab ipſo ſponſo locum, vbi paſceret, & cubaret in meridie, ne, &c. modo in præſenti verſ. 8. audacter illius commendantes pulchritudinem, dicunt. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere*, &c.

Hunc ſenſum apertius exprimunt Græca, iuxta verſionem ſeptuaginta Interpretum, quæ ſic habent: ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, ἔξελθε σὺ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων. In quibus verbis animaduertendum, pro eo, quod noſter legit in vocatiuo, *O pulcherrima inter mulieres*. In Græco haberi ἡ καλὴ, in nominatiuo cum articulo; obſeruatum eſt autem à compluribus, articulos apud Græcos indicare quid præcipui, ac aliquid præſtātius in ijs nominibus, quibus apponuntur, quam vim etiā in lingua Italica habent articuli; præſtantius enim quidpiam ſignificamus, cum dicimus, exēpli gratia, *è il dotto, è la bella*: quā cum ſimpliciter pronuntiamus, *è dotto, è bella*. Hoc animaduerſo, facile vim verborum Septuaginta percipiemus, quæ ſic verti poſſunt. *Si non cognoſcas teipſum, quod ea ſis, quæ inter mulieres es ipſa pulchra*, Italice, *ſei la bella*, quod noſter apte expreſſit, legens (*O pulcherrima inter mulieres*) *egredere tu in calcaneis* (vel *in veſtigijs*) *gregum, & paſce hœdos tuos ſuper tabernacula paſtorum*. Ac ſi dicerent puellæ ad ſponſam.

*Articuli addunt vim nominibus in lingua Græca, & Italica.*

*Paraphraſis.*

Si dubitas de pulchritudine tua, ſi non cognoſcis teipſam, quam pulchra ſcilicet ſis, quodue inter mulieres præ omnibus vere ſis pulchra, nihil eſt, quod domi amplius contineraris, vbi à nobis id tibi fiet perſuaſum. Verum *egredere* tu *poſt greges, & paſce hœdos tuos ſuper tabernacula paſtorum*. Sic tumet proprijs perſpicies auribus, quam pulchra ab vniuerſis celebreris paſtoribus: ſic proprijs intueberis oculis quanto Dilectus tuus te proſequatur amore, quippe qui inter illos commorans paſtores, à tua pulchritudine allectus, velociſſimo ad te properabit curſu.

Quo loco Notandum, ſicut in verſione ſeptuag. non eſt pronomen illud, *tuorum*, ſed *gregum*, ſimpliciter: ita neque in Hebræo id haberi, neque etiam in aliquibus Latinorum noſtrorum Codicibus verſionis Vulgatæ.

Verſ.

## Verſ. VIII. cap. I. *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

2 VT ex Hebræorum animis beneficium illius eximium, quo Iſraeliticus populus ex Ægyptiaca captiuitate liberatus eſt, nulla vnquam deleret obliuio; celeberrimam Paſchæ *a* feſtiuitatem à Deo inſtitutam legimus, in qua religione præcipua, ac ſolemnibus ceremonijs agnus comedendus erat paſchalis: porro id obſeruatione dignum videtur in ijs, quæ in iſtiuſmodi feſtiuitatis inſtitutione præcipiũtur, quod poſtquam Moyſes mandauit ſumendum *agnum ſine macula, anniculum, ac maſculum,* ſubijcit; *b Iuxta quem ritum tolletis & hædum.*

*a Exod. 12.* *b Exod. 12. 5.*

Quibus verbis primo aſpectu præcepiſſe videtur, ſimul cum agno & hædum quoque ſumendum.

*Cur agnus & hædus in ſolemnitate paſchali ſumendus præcipitur.*

Sed ſi intimius diſcuſſa res fuerit, iuxta communẽ Patrum expoſitionem, haud vterque ſimul & agnus, & hædus ab vnaquaque familia, ſed alteruter eorum erat ſumendus; ita tamen hoc verum eſt, vt quamuis alteruter tãtũ ab vna familia eſſet comedẽdus, in vniuerſa nihilominus totius populi collectione, in vniuerſa ſynagoga & agnus ſimul ſumeretur, & hædus.

Mecum autem ipſe ſæpius ſum perſcrutatus, quidnam hoc duplici pecoris genere teſtatum voluerit Deus, cum in tanti beneficij memoriam ea aſſumenda mandauit. Atque vt ingenue fatear, quod mihi hac in re dicendum videtur.

Crediderim, Dominum præcepto id iuſſiſſe non tam, vt in memoriam deſeruiret liberationis eius, quæ per ipſum facta fuiſſet ex Ægyptiaca ſeruitute, quam vt monumentum foret perfectiſſimæ Redemptionis, quæ per filium ſuum facienda erat ex diabolica captiuitate.

Enimuero, quia per filij ſui Incarnationem, ac paſſionem, & Iudaicum populum redempturus erat & Gẽtes, iuxta illud Iſaiæ. *c Surge illuminare Ieruſalẽ, quia venit lumẽ tuum & gloria Domini ſuper te orta eſt; & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.*

*c Iſa. 60. 1.*

Idcirco & agnum tollendum præcepit, qui typus eſſet Iudaici populi propter manſuetudinem, & hædum, quo Gentes deſignarentur; tum quia inſtar hædorum exultarent in rebus peſſimis, & in actus profuſæ eſſent laſciuos: tum etiam quia propter abſurdiſſima ſcelera, & ingentes, quibus detinebantur abominationes, inſtar eorumdem hœdorum fœtidiſſimo olerent odore.

Quia igitur tam ex gentili, quam ex Iudaico populo futurum erat, vt Eccleſia Sancta conſtaret, quam Chriſtus ex Inferni ereptam faucibus deſpondit Virginem caſtam: ideo in vniuerſa illius antiqui populi collectione, & agnus deſumendus erat, & hædus. Ac propterea hoc loco ſponſus, ad hanc verba habens Eccleſiam, inquit, *Si ignoras te,* &c. *paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

Pro quorum verborum intelligentia recolenda ſunt, quæ in primo ſenſu ſecundæ expoſitionis præcedentis verſus iam dicta fuere. Vidimus enim ibi, Eccleſiam in ſuis primitijs ardore ingenti à Chriſto dilecto ſuo, qui nuper mundo exortus erat, in nocte Natiuitatis efflagitaſſe, vt ſibi indicaret locum, vbi natus paſceret, atque cubaret, ne ſibi ex eius loci ignoratione vagandum foret poſt greges ſodalium eius, prout facto illi in Magis eueniſſe oſtendimus.

His in memoriam redactis facillimus eſt eorum, quæ hic dicuntur, intellectus, iuxta primum ſenſum, qui in litera allatus eſt. Tanto enim ſponſæ ſuæ deſiderio ſatisfacere volens Chriſtus, iuſtiſſimæ illius ſic

A reſpondet petitioni, dum in tribus Magis per Ciuitatem Ieruſalem vagaretur.

*Primus ſenſus.*

*O pulcherrima* mulierum, *Si ignoras;* vbi locorum cubem, & paſcam. Quid adhuc detineris in me inquirendo Ieroſolymis, ſi me inuenire deſideras, *egredere* quantocyus ex regia Ciuitate. *& abi poſt veſtigia gregum* ouium tuarum, paſtores nimirum ſequens, qui cum carnales paſcerent oues, facti ſunt greges tui ſpirituales, me illos ad te attrahente per Angelos, qui eis annuntiauerunt *gaudiũ magnum, quia natus* ego eſſem *Saluator mundi,* (vel ſimplicius iuxta originalia Hebræa, & Græca) *egredere, & abi poſt veſtigia gregum:* egredere iã è

*Paraphraſis*

*Tres Magi quomodo à Ieroſolymis auertuntur vt natum quem quærebant regem inuenirent.*

B Ieroſolymis, & extra Ciuitatem proficiſcere per viam agrorum, in qua pecorum paſcuntur greges: ſequere veſtigia gregum quæ ibi repereris: *& paſce hædos tuos,* ipſos videlicet Magos Gentiũ primitias, *iuxta tabernacula paſtorum.* Siquidem iuxta ipſa paſtorũ tabernacula me paſcentem reperies, atque cubantem in præſepio: ibi me videbis, vno eodemque carnis meæ fœno paſcentem, & bouem, & aſinum, Iudaicum nempe populũ, qui inſtar bouis mundus reputabatur, & Gentilem inſtar aſini immundum. Etenim prout ex Iſraelitico populo carnis meæ preſentia viles paui paſtores: ſic pariter & ex Gentibus paſtum præbebo & regibus, vt & qui viles ſunt gregum paſtores, agnoſcãt,

*Ad præſepe Chriſti cur allecti ſint paſtores, & reges.*

C ſe ex eo, quod meo paſti ſunt fœno, in regiam dignitatem fuiſſe euectos, vt ſint Gens Sancta, regale Sacerdotium, & populus acquiſitionis. Et qui populorum Reges extiterint, intelligãt, ſe per carnis meæ fœnum, quod illis obiectum eſt, ouium mearũ factos eſſe paſtores; egredere igitur, & quandoquidem ipſe Princeps paſtorum, tamquam Paſtor bonus prope paſtorum tabernacula in iumentorum præſepio cubo, atque paſco: veni *& paſce* ibi *hœdos* iſtos *tuos iuxta tabernacula* ipſorũ *paſtorum,* ſic facili negotio deſiderij tui cõpos effecta, haud amplius ignorãtiam cauſari poteris.

Hæc omnia quã probabiliter, quamue congrue dicantur, intelliget quiſquis Euangeliũ legerit ſecundũ

D Matthæum: ibi enim dicitur, *d* Magos, poſtquam aliquantulum per regiam Ciuitatem vagati eſſent, ex illa egreſſos abijſſe, Stellæque indicio natum inueniſſe Saluatorẽ, eoque ab Eccleſia paſtos, cũ illũ adorarunt. *Qui cum audiſſent regem, abierunt: & ecce Stella, quam viderat in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer. Videntes autem Stellã gauiſi ſunt gaudio magno valde: Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.*

*d Mat 2. 9.*

Quo loco notandum eſt, qua ratione tres Magi, qui hœdorum nomine deſignati ſunt, ab Eccleſia, ſeu potius

*Magi paſti ſunt à Chriſto per ipſammet quã Chriſto exhibuerunt adorationem.*

E ab Eccleſiæ ſponſo paſcantur. Enimuero in hac ſententia, quam præ manibus habemus, Eccleſię dicitur, vt eos paſcat iuxta tabernacula paſtorũ: at in eo, quem iamiam citauimus Euangelij loco, vbi refertur quomodo id impletum ſit, ſic habetur. *Et procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerũt,* &c. Vnde colligitur, per eorum adorationem, quam Chriſto exhibuerunt, perque munera, quæ eidem obtulerunt, ipſos Magos fuiſſe paſtos; ita vt illorum adoratio, munerumque oblatio in ipſorum redundauerit commodũ: quod & de ſingulis quibuſque actibus, qui ab vnoquoque fidelium ad Dei gloriam exercentur, dicere fas eſt. Quicquid enim Deo damus, in animæ noſtræ

*Simile.*

F conuertimus cibum. Sic paſti ſunt Magi, dum procidentes adorauerunt Chriſtum iacentem in præſepio, quaſi hædi ex matris vberibus; ſicut enim hædi corpore inclinato, capiteque, ac ore eleuato lac ſugunt ex vberibus matris, eoque paſcuntur; Ita & illi corpore ante Chriſtum non modo fratrem, ſed & amantiſſimam eorum matrem procidentes, menteq; eleuata Deũ adorantes, cognitionis diuinæ ſuxerunt lac, eoque ſunt copioſiſſime paſti. Sic quoque & in ipſa munerum oblatione paſti ijdem ſunt inſtar hœdorum. Nã quemadmodum hœdi maiuſculi cum herbis paſcũtur, eleuato capite, ac plerumque etiã toto eleuato corpore, è rupibus vt plurimum herbas ipſas decerpunt:

A punt: ita & illi adeo ſuam eleuarunt mentem, vniuerſaſque animæ potentias, vt ex Chriſto prærupta illa rupe, de qua dicitur in pſalmis. *e qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum*, altiſſimã decerpſerint cognitionem, largiſſimaſq; herbarum virentiũ gratias: quibus ita ſunt paſti, vt intellectu illum talem cognouerint eſſe hominem, qui ſimul rex eſſet, & Deus; & voluntate infantem illum pro ipſis hominem factum, benigniſſimumque regem, ac Deum ſuũ ingenti amore ſint proſecuti. Quod & munerum oblatione, & ipſis proteſtati ſunt muneribus, offerentes aurum regi, thus Deo, ac myrrham homini, quem pro ipſis mortem obiturum intelligebãt. Porro diuina id B gratia effectum eſt, vt & aurum, & thus, atq; etiam ipſa myrrha, quæ mortalitatis eſt typus, quãdo Chriſto à Magis oblata ſunt, in prædulces conuerſa ſint cibos, quibus illi paſti ſunt in vita gratiæ: vt per hoc nobis fieret exploratum, etiam ea, quæ maxima detrimẽta, ipſamque mortem plerumque ſolent afferre, cũ Deo offeruntur, conuerti in cibos, quibus in vita ſpirituali nutriamur. Proinde egregie à ſponſo Eccleſiæ dictum eſt, *Paſce hœdos tuos*, quia vellet à Magis adorari, prædictiſue, quibus illi paſcerentur, honorari muneribus. Idque *iuxta tabernacula paſtorum*, vbi in Bethlehemitico oppido prȩſepis tabernaculũ elegerat, in quo naſceretur. Et hȩc, ſi pro ſpõſa accipiamus Eccleſiȩ primitias. C

*e Pſ. 113. 8.*

*Munera, quæ Magi obtulerunt Domino, conuerſa ſunt illis in cibũ.*

*Quæ Deo offerimus in noſtrum conuertimus paſtum, etiamſi alias mortem afferre ſolerẽt.*

3 Primus ſenſus.

Quod ſi per ſponſam intelligamus Eccleſiam in vniuerſali, vt habet admixtos, & perfectos, & imperfectos: cum in ſuperiori ſententia ab illa (vt vidimus) pro ijs qui in ipſa ſunt imperfectioribus, atque ex eorum perſona efflagitatum à Domino ſit, vt illis indicaretur locus, vbi ipſe paſceret, atque cubaret, vbi requieſceret in Petri cathedra, quibuſue in hominibus per verã paſceret fidem, quo tuto eis conuerſari liceat; neue vagari ſibi contingat poſt hæreticorum greges: Nunc ſponſus ipſe Chriſtus dominus ad iſtiuſmodi poſtulata reſpondens facilem dilectæ ſuæ dat modũ, quo & imperfectiores illius ipſum reperire queant, quoue abſque vllo fidei periculo coram ipſo valeant D conuerſari, dicens: *Si ignoras te, &c.* Ac ſi diceret.

*Alia applicatio.*

Paraphraſis.

*Pulcherrima* quidem cum ſis inter omnes variarum religionum cætus, haud fieri poteſt ô mihi præ omnibus, quæ ſub cælo ſunt, dilectiſſima, vt meus tibi ignotus ſit locus, vbi paſcam, & cubem in iſtius vitæ meridie; neque tibi metuẽdum eſt, ne vagari incipias, neue fias cooperta, aut circumducta poſt hæreticorum, ac dæmonum greges, quoaduſque in tanta perſeueras pulchritudine. At quoniam imperfectiores plurimi tibi permixti ſunt, quibus in hoc ſæculo aliquantulum denigraris: Si in eis, qui tua ſunt membra, *ignoras*, vbi locorum, quibuſue in hominibus me per ſanam doctrinã, perque catholicam fidem paſcentẽ, atque cubantẽ reperias: *Egredere* ex perplexæ dubitationis, ac hæſitationis labyrintho, quoaduſque enim in eo perſtiteris, vagari tibi neceſſe erit: Sed *abi poſt veſtigia gregum tuorum*. Habes plures catholicorum, atque Sanctorum fidelium greges, qui meam iugiter audiũt attentiſſime vocem, iſtorum veſtigijs inhære, hos cura, vt proſequãtur omnes, qui in te sũt: *Et paſce hœdos tuos*, imperfectiores nimirum illos, qui haudquaquam cum agnis à dextris, ſed cum hœdis à ſiniſtris ſegregari merentur: paſce illos *iuxta tabernacula paſtorũ*, id eſt Põtificum Romanorum, illius doctrinæ eis porrigens paſtum, illiuſque fidei, quæ in Eccleſijs Romanorum Pontificum exhiberi ſolet: ibi enim me tuto reperies, cũ ibi ſanctificauerit tabernaculum meum Altiſſimus.

*Simplices, ac imperfecti qua ratione tutã Chriſti fidem conſequi valeant.*

Circa hæc autem, quæ à ſponſo hoc loco dicuntur, antequam ad alios accedamus ſenſus: quatuor examinanda videntur exactius. Primum qua ratione Eccleſia catholica dicatur pulcherrima mulierũ. Secundo, quam neceſſario egrediendum ijs ſit, qui in ignorantia verſantur. Tertio quam ob cauſam non dicatur ſimplicius. *Sequere greges tuos*, vel, *abi poſt greges tuos*: ſed, *abi poſt veſtigia gregũ tuorũ*. & Quarto, cur paſcendi ſint hœdi, ac imperfectiores iuxta tabernacula paſtorum.

Quo ad primum, Notatum quidem & alias eſt, frequentiſſimam eſſe ſacrarum litterarum conſuetudinem, vt populorum, ac Regnorũ collectiones ſub mulierũ exprimant nomine, ac metaphora, ſic Chaldæorum populus dicitur filia Chaldæorum: & Gens Babylonica, filia Babylõ, in Pſalmis. *f Filia Babylonis miſera, beatus, qui retribuet tibi*, &c. Sic Ægypti populus apud Ieremiã dicitur *g* filia Ægypti. Sic ſæpiſſime Iudaicus populus filia Sion dictus eſt; vel ſub mulieris meretricis metaphora eſt exprobratus, vt longius apud Ezechielem 16. factum inuenimus. Porro cum tã frequẽs ſit iſtiuſmodi ſcripturæ vſus, haud cuiquam mirandũ ſupereſt, cur Eccleſia Sancta ſub Virginis, ac ſponſæ metaphora cum mulieribus conferatur, mulieribuſq; B omnibus præferatur, cum mulierum nomine vniuerſæ quæ ab ipſa diſiunctæ ſunt, deſignentur Gentium, ac populorum collectiones. Bene autem quȩ Virgo eſt caſtiſsima, quæue Chriſti eſt ſponſa, pulcherrima dicitur inter omnes mulieres: Nam cum pulchritudinis excellentiã tribus ex rebus in mulieribus metiamur, apta videlicet membrorum proportione: pulchro ſuauique colore: ac demum decenti, quo extrinſecus ornantur, ornamento; pulcherrima certe ſponſa eſt inter omnes mulieres, quippe quæ ſummam illam habeat membrorum proportionem, quam explicat Apoſtolus in Epiſtola ad Epheſios, dicens: *h Veritatem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput* C *Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & cõnexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſurã vniuſcuiuſque membri, augmentũ corporis facit in ædificationẽ ſui in charitate.* Candidus ſane color, rubore nonnihil perfuſus, pulchritudinem humanis cõciliare ſolet corporibus, vnde in cap. quinto huius cantici, cũ pulchritudo ſponſi exprimitur, ante omnia is dicitur candidus, & rubicundus: At quænam mulierũ iſtiuſmodi colore pulchrior dici poteſt Eccleſia, quæ in ſanguine agni eſt dealbata? Reliquæ ſectæ, reliqui populorum cœtus inſtar mulierum meretricum fuco ſeſe colorant, ſtibio depingunt oculos ſuos; cum enim D verum habere nequeant probitatis candorem, falſo ſaltem membra ſua colorare cõtendunt: Quapropter omnibus præferenda eſt Chriſti ſponſa, cuius videlicet membra veriſsimo puritatis candore ac perfectiſsimo charitatis rubore perfuſa ſunt, ita vt de eis per Ieremiam dictum ſit. *i Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.* Quid dicã de ingenti, quæ ei ex cultu externo prouenit, pulchritudine; quænam ex vniuerſarum Gentium religionibus ei in cæremonijs; quæ in ſacrificijs, quæ in Sacerdotũ miniſterijs; quæ denique illi cõparari poteſt in legibus? Sane non eſt alia natio, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter E adeſt Eccleſiæ, quã inſtar fulgentiſsimi albi indumẽti, iuxta illud Apoſtoli; *k Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Hac ergo veſte exornata, talibuſque in extrinſeco etiam cultu decorata ornamentis, haud dubium, quin congruenti appellatione pulcherrima inter mulieres nuncupata ſit.

*f Pſ. 136. 8.*

*g Ier. 46. 11*

*Eccleſia quo modo ſit pulcherrima inter omnes Gentium collectiones.*

*h Eph. 4. 15*

*i Thr. 4. 7.*

*k Gal. 3. 24*

4 *Ab ignorantia rerum fidei toto ſtudio nitendum eſt vt egrediamur. Simile.*

At huic, quæ pulchritudine ſectis ſupereminet vniuerſis, quando in aliquibus membris ſuis ignorat, vbi Chriſtus paſcat, & cubet, præcipitur, vt egrediatur: *Si ignoras egredere*: quoniã ſicuti ei, qui in perplexo aliquo labyrintho verſatur, in quem nec Solis radij penetrare queant, nec ciborum quidpiam reperiatur, quemue inhabitẽt feræ, toto enitẽdũ eſt ſtudio, vt egrediatur: F ne, vel fame pereat, vel ferarũ lanietur morſibus.

Ita pariter & ij qui eorum, quæ ad fidem ſpectãt, ignorantia detinentur, omnibus neruis contendere debent, vt de huiuſcemodi egrediantur ignorantia, in qua denſiſsimis offuſi ſunt tenebris, & innumeris impiorum, ac hæreticorum incurſibus ſunt expoſiti, in qua & præ inopia verbi Dei fame pereant, neceſſe eſt: Egrediendum igitur Eccleſiæ eſt in iſtis ſimplicioribus, atque imperfectioribus, ex hoc ignorantiæ Labyrintho, vt diuinæ lucis compos fieri valeat, & eum reperire poſsit, & qui paſcit abundantiſsime, & quietem præſtat tutiſsimam.

Atqui

Atqui ſi ſubtilius egreſſus huius vim perpendere velimus, inueniemus, à Domino præclare hoc loco ſignificatum modum, quo ea, quæ ſunt fidei, diſcere valeamus: quove veræ vitæ ſpiritualis, in qua ipſe paſcit, & cubat, methodū aſſequi facillime liceat; Siquidem primo, inquit, egrediendum, tum abeundum: egrediendum per voluntatem, abeundum vero per intellectum. Notum eſt enim, quod ſicut abire competit intellectui, cuius propriū eſt, vt ratione diſcurrat, ſic egredi quoque congruit volūtati, cuius id eſt peculiare, iuxta Philoſophorum definitionem, vt ad ſingula quæ elegerit, egrediatur obiecta. Quod ergo hoc loco ſignificare vult ſponſus, tale eſt: vt qui veram, ac catholicam fidem aſſequuturus eſt: quique ipſum in loco ſanctitatis eius eſt inuenturus; haudquaquā ita ſe gerere debeat, prout in naturalium rerū inueſtigatione homines ſeſe habere conſpicimus. Enimuero cum alicuius rei ſcientiam perſcrutamur, iuxta conſuetum naturæ ordinem, prius intellectu circa illam ratiocinatione diſcurrimus, tum poſt diutinam ratiocinationem volūtate ad illud egredimur, illudue eligimus, atque complectimur, quod circa rem illam ratio ipſa tenendum dictauerit. At in perſcrutandis fidei rebus prius egrediendum per voluntatem, tum per intellectum ratiocinatione abeundū, atque diſcurſu; prius namque voluntate immobili id complectendum, quod à Deo reuelatum eſſe, percipimus: prius voluntate *l intellectus omnis in captiuitatem* reducendus eſt in obſequium Chriſti. *m Corde enim*, vt inquit Apoſtolus, *creditur ad iuſtitiam*, id eſt volūtate, & affectu: ſiquidem neceſſarius eſt egreſſus, neceſſaria eſt motio voluntatis, vt intellectus per fidē Chriſti rebus credendis aſſentiat; cum autem per voluntatem hoc pacto egreſſus quis fuerit: tunc circa ea, quæ ſibi credenda propoſita ſunt, intellectu diſcurrere poteſt; ita tamen, vt vniuerſus illius diſcurſus omniſque ratiocinatio principiis fidei ſit innixa, idque iuxta Sanctorum Patrum definitiones, ſic nēpe facili negotio veriſſimam inueniet fidem: ſic Chriſtum ipſum inueniet in fide catholica paſcentem, atq; cubantem. Propterea poſtquam dixit; *Egredere*, ſubintulit illico; *& abi*, intellectu videlicet diſcurrente: Non tamen dixit, *Abi* ſimpliciter: ſed *Abi poſt veſtigia gregum tuorum*; Ac ſi dicat.

*Quam diuerſimode nos gerere debeamus circa fidem atque circa ſcientiam.*

*In fidei rebus voluntas præcedere debet intellectum.*

l 2. Cor. 15. 5.

m Rom. 10. 10.

Paraphraſis.

Cum ea, quæ ſunt fidei, fueris cōplexus, egrediens ad illa: abeas quidem, tibi licet, ratione atque diſcurſu: Veruntamen in ea ipſa, quam circa illa feceris, ratiocinatione, eſto tandem ſicut greges ouium, quæ eo abeunt ſemper, quo à Paſtore ducūtur: ſic vero & tu inſtar ſimplicium ouium abiens intellectu: *paſce hœdos tuos*, cogitatus nimirum tuos, quibus, inſtar exilientium hœdorum in altum exilis, alta ſapiens; hos, inquam, hœdos paſce, cum intellectu abis, atque diſcurris: ſed *paſce* eos *iuxta tabernacula paſtorum*, iuxta Apoſtolorum, Sanctorum Patrum, & Pontificum canones, atque decreta.

*Per fidei viam qua ratione gradiendum ſit.*

Verum cum ad hæc ſignificanda ſatis fuiſſet dicere: *Egredere, & abi poſt greges tuos*: quidnam ſibi voluit Dominus, hac vtens locutionis formula: *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorū?* Inſigne ſane per hæc crediderim ſubindicatum myſterium, nempe quod perplexa ſit catholicæ fidei via, quippe quæ talis eſt, vt vnico tantum tramite per illam progredi liceat vbi ſunt veſtigia Maiorum. Quamuis etenim via doctrinæ, ac mandatorum Dei per ſe facillima ſit, ita vt tutiſſime percurri queat, prout ab eo factū audiuimus, qui ait; *n Viam mandatorum tuorum cucurri*: quāuis rectiſſima per ſe ſit, ſi recto per eam procedatur tramite, iuxta illud Iſaiæ: *o Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum*: Facilis tamen eſt, ac recta iis ſolummodo, qui impreſſa Maiorum intueantur veſtigia: nam ſi vel tantillum ab impreſſis quis declinet veſtigiis, illico in lapides offenſionis, in lutum fœdarum opinionum, in prærupta errorum, atque in foueas ruet perditionis. Hinc Magiſter ille optimus, qui ſua in huiuſcemodi via primus impreſſit veſtigia,

n Pſa. 118. 32.

o Iſa. 26. 7.

A talibus eam nobis indicat vocibus: *p Hæc eſt via: ambulate in ea: & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Et præcipuus ille aries, Gregis Dei ductor Moyſes. *q Cuſtodite*, inquit *& facite, quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram: Sed per viam, quam præcepit Dominus Deus veſter, ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis.* Et alio loco: *r Venies*, inquit, *ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcūque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legē eius, ſequeriſque ſententiam eorum. Nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*

p Iſa. 30. 21.

q Deut. 5.

r Deu. 17. 9.

B Vt igitur tuto per hanc catholicæ fidei viam pergere quilibet poſsit, tutiſsimum Dominus dat modum, cum ait: *Egredere, & abi*, non hac illacue, quacumque tua te deduxerit mens, ſed *poſt veſtigia gregum tuorum*, per viam videlicet rectam, quā frequentibus fidelium veſtigiis tritam perſpexeris. Bene etiam inquit: *abi poſt veſtigia gregum tuorū*; & nō: *abi per viam illam, per quam abire videris greges*: vt nullus eſſet, cui facilis iſte modus deſeruire non poſſet, quo pergeret tuto. Enimuero haud omnibus præſto ſunt catholicorum greges, quos in fide ambulantes obſeruent, quoſue ſequantur; contingit enim plerūque, quempiam inter hæreticos, ac infideles conuerſari, vbi nullus adſit, quem conſulat, catholicus,

C vt autem & iſte, & vniuerſi, qui veram Chriſti fidem ſibi indicari exoptant, eam tuto valeant reperire, omnibus generaliter dicitur, vt egrediantur, & abeant poſt veſtigia gregū Eccleſiæ: poſt veſtigia catholicorum: quia nulli, qui per Baptiſmi Sacramentum inter Eccleſiæ filios ſit adſcriptus, vel aliqua fideliū, & catholicorum veſtigia deeſſe poſſunt, quæ intueantur, quæue eos recte per fidei iter deducāt, opera ſcilicet quæ illi geſſerint, in fide ambulantes: illorum libri, qui de fide pertractant: illorum denique mores, quorum fama, inſtar veſtigiorum, audientium auribus reſtat impreſſa. Abeat quicumque ille ſit eccleſiæ fi-

D lius per huiuſmodi gregū veſtigia: ita ſuam inſtituat vitam, ſuoſue & mores, ſicut intellexerit à Catholicis fieri: intellectu ſuo abeat, ac diſcurrat circa ea, quæ ſunt fidei, iuxta veſtigia fidei, quæ in catholicorum ſcriptis viderit impreſſa. Nec vereatur, ſe non inuenturū, vbi Chriſtus paſcat, & cubet: ſic namque & ij, qui per abrupta errorum, perque ſublimes ratiocinationes ſe paſcere contendebant, inſtar hœdorum, atque caprarum, quæ licet paratum, ac promptum in plano habeant, quo paſcātur, cibum, naturali impetu per rupes, per colles, perque abrupta huc illucque herbas, frondeſue decerpere contendunt cum peri-

*Simile.*

E culo: vnde iſtiuſmodi vanas, ac inſtabiles hominum electiones vulgari lingua ab hac, quam cum capris habēt, ſimilitudine, nominare ſolemus *caprici*: ſic inquam & iſti hœdis ſimiles in paſcuis ouium paſcuntur, in pratis fidei iuxta tabernacula paſtorū, prout ab ipſo ſponſo ſignificatum videmus, cum ſubdit. *Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Et hæc quo ad primum ſenſum.

Iuxta ſecundum autem ſenſum reſpondet hoc loco Chriſtus ſponſus Eccleſiæ, quæ in ſuperiori verſu, cum vniuerſum mundum iſtum vitiorum verſutiis oppletum videret, dixerat: *Indica mihi quem diligit anima mea; vbi paſcas, vbi cubes in meridie*: indicans, ſe

5 Secundus ſenſus.

F in iis, qui puſillo animo eſſent, haudquaquam eum prout fas erat, ſecutam fuiſſe, quod ignoraret, vbinam inueniri poſſet in meridie iſtius ſæculi nequam. *Si ignoras te*, inquit, *ò pulcherrima inter mulieres, egredere*, &c. Acſi diceret.

Si ignoras te, quam pulchra ſis, quanti à me ſias, ignorare potes & me: Eatenus ignorare potes, quod iugiter tibi adſim, quatenus in aliquibus, qui in te ſunt, ignoras temetipſam: quatenus in iis ipſis ignoras pulchritudinem, ac dignitatem tuam, quod tanto te ſum proſecutus amore, vt *ſ* memetipſum tradiderim pro te, quo te *ſanctificarem*, *mundans* te *lauacro aquæ in verbo vitæ*, *vt* exhiberem mihi *glorioſam Eccleſia.*

Paraphraſis.

ſ Eph. 5. 25

*non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt eſſes ſancta, & immaculata:* Quare cũ & pulchritudine, & ſanctitate vniuerſarum religionum ſectis, omniumque Gentium collectionibus abſque vlla comparatione ſis præſtãtior, haud amplius in huiuſcemodi te contineas puſillanimitate: haud amplius in hac te detentam patiaris ignorantia: ſed magno animo *egredere, & abi poſt veſtigia gregum* meorũ, quos tuos quoque eſſe volui: egredere per voluntatem ab hac ignorantia dignitatis tuæ: egredere ab hac puſillanimitate, & intellectu, atque conſideratione *abi poſt veſtigia gregum tuorum:* intuere opera illorum fidelium, quorum non paucos apud te reperies greges, quos ipſe paſtor bonus oues meas paſco; videbis enim, me tibi ſemper adeſſe, nec longius tibi fore euagandum, vt me reperias, qui haud poſsim adduci vt à te vel tantillum elonger. Quod ſi certior hac de re fieri exoptas; *Paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum;* poſtquam egreſſa fueris, abierisque poſt veſtigia gregum tuorum, eos ipſos, quos pacis perturbatores, voluptuoſos, diſſolutos, vagos, ac tales in te eſſe cognoueris, qui & laſciuia, & diſſolutione ac inquietudine hœdorum nomen ſortiti ſint, & ob prauos mores à ſiniſtris inter hœdos ſegregari ab ouibus mereantur, hos inquam *hœdos*, abiens poſt veſtigia ſanctorum fidelium, eorumque inhærens imitationi, *paſce iuxta tabernacula paſtorum:* iuxta Sanctorũ Doctorum, ac Prælatorum documenta; plane enim tunc tibi fiet exploratiſsimum, qua ratione ita ſemper ego ſim præſens, vbicumque ipſa proceſſeris, vt tibi amplius petendum minime ſit, vbi me reperias, vbi paſcam, vbi & cubem in meridie.

*Dei aſsiſtẽtia in Eccleſia arguitur præcipue ex S. conuerſat. bonorum & conuerſione impiorum. Simile.*

Quis vero non intelligat, quam pulchre Dominus ſponſæ ſuæ teſtatum hoc loco voluerit, quod iugiter illi præſens aſsiſtat? Neque enim melius, neque efficacius aliunde id quiſpiam arguere poſſet, quam ex his duobus, pura videlicet, ſancta, & immaculata tot ſanctorum conuerſatione, & admirabili tantorum peccatorum, atque impiorum conuerſione. Propterea hæc duo illi proponens: Primo ait; *egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum.* Quemadmodum namque abiens poſt aliqua veſtigia, ex veſtigiorum inſpectione arguit illico, & quænam animalia ſint, quæ inde tranſierint, & quod ea tuta ſit via, cui pertranſeuntium ſunt impreſſa veſtigia. Ita pariter ex conſideratione operum eorum, qui in huius vitæ curriculo ſancte ac pie conuerſantur, & conuerſati ſunt, certa colligitur Dei aſsiſtentia in Eccleſia, ſiquidem haud humanarum eſt virium, vt boni quidpiam agamus, ſed gratiæ, liberum arbitrium adiuuantis: ſed Dei, per gratiam hominibus aſsiſtentis, eoſque confortãtis, atque cum illis in via virtutis, ac perfectionis ambulantis: quod ſæpius in ſcripturis ſacris affirmatum habemus, cum de bona ſanctorum cõuerſatione verba fiunt. Hinc de Enoch iuſto, antequam referatur

*t Gen. 5. 22* raptus à Deo dicitur: *t Et ambulauit Enoch cum Deo.* Et

*u Gen. 6. 9.* de Noe item ſancto dicitur: *u Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis: cũ Deo ambulauit.* Hinc per

*x Gen. 17. 1* Deũ ipſum ad fideliſsimum dictum eſt Abrahã: *x Ego Dominus omnipotẽs, ambula corã me, & eſto perfectus,* quaſi perfectio vniuerſa inde pendeat, quod corã Deo ambuletur per virtutis viam: quod præſens Deus habeatur, vt comes: vnde Iacob, hæc probe exploratiſsima

*y Gen. 48. 15.* habens, eidẽ Deo id profeſſus eſt, cũ diceret: *y Deus, in cuius conſpectu ambulauerũt Patres mei Abraham & Iſaac: Deus, qui paſcis me ab adoleſcentia mea:* Et Michæas Propheta, docere nos volẽs, in quonã conſiſtat perfectio

*z Mic. 6. 8.* & ſanctitas, idipſum ſignificat dicẽs: *z Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonũ, & quid Dominus requirat à te: Vtiq; facere iudiciũ, & diligere miſericordiam, & ſolicitũ ambulare cũ Deo tuo.* Cũ igitur Sanctorũ virtus inde pẽdeat, quod ſancti cum Deo per viam virtutis ambulent, quodve Deus ſua illos comitetur præſentia: cõgruenter ſpõſus ad hanc ſuam adſtruendam pręſentiam, multiplices ſanctorum greges, præclaraque eorum geſta cõſideranda proponit, dicẽs: *Abi poſt veſtigia gregũ tuorũ.*

A Idq; non tam, vt in iſtiuſmodi perſiſtatur conſideratione; quã, vt qui in Eccleſia vel puſillanimes ſunt, vel imperfectiores, exemplo tantorum gregum per eamdem viam proficiſcantur & ipſi, abeuntes poſt veſtigia Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, ac virginum: Vnde haud amplius dubitandum illis ſit, quod Dominus eis adſit, ideo bene addit: *Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum:* Eamdem perpetuam ſuam in Eccleſia confirmans aſſiſtentiam altero illo efficaciſsimo indicio, cõuerſione ſ. peccatorum. Sicut enim impoſsibile quodammodo eſt, vt hœdi quiete in ouium paſcuis cõtra ſuam paſcantur naturam, *Simile.*
B quippe qui ex natura ſua inquieti ſunt, inſtabiles, ſemperque exilientes, paſtumque haud aliunde nouerint ſumere, quam ex caprarum vberibus. Ita impoſsibile quoque eſt vt peccatores, qui tum ob naturam corruptam, tum ob prauam, inueteratamque conſuetudinem inquietiſsimo vanitatis ſtudio vagari huc illucque perpetuo conſueuerunt, quique tantummodo de terræ, carniſque vberibus carnalium terrenarũq; voluptatum lacte ſeſe alere ſciant, quiete ad Chriſti ouium paſcua ſe conuertant, in eiſque iuxta Sanctorum præcepta paſcantur: impoſsibile inquam eſt, niſi is eis adſit Dominus, qui eos creauit, qui ſua præſentia corruptam reformet naturam, qui-
C ue ad hoc venit in mundum, vt ait Apoſtolus. *a Quia Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere.* *a 1. Tim. 1. 15.*

Ex his, quæ circa duos primos ſenſus dicta ſunt, facile erit vnicuique & tertium ſenſum ad eandem Eccleſiam adaptare.

---

## Verſ. VIII. c. I. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

D

### EXPOSITIO III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima Sancta.*

Qui damulam aliquam inuenire cupit venator, 6
repertis damulæ illius inſiſtit veſtigiis: ac ſi forte poſt multum peragratum itineris, prædictorũ veſtigiorum finem videat ſine feræ occupatione, haud idcirco ab inſtituto deſiſtit: ſed canem ducem ſuum conſectari pergens, ac retrocedens eo vſq; ambulat quouſque alia reperiat veſtigia eo loci, vbi vertens illa ſe abdidit, & ita adhuc vrgens veſtigia illa, quæ vi-
E det, tandem voti compos effectus, eam inuenit, quã auide perueſtigabat, & inuentam illaqueat. In eundẽ modum Anima illa, quæ Chriſtum ſimilem capreæ, hinnulloque ceruorum inuenire properat, ſequens rationem vt ducem, proſequi debet veſtigia, & exẽpla Sanctorum Priorum, atque præſentium: etſi nimio feruore currens non inuenerit, quem quæritat, in veſtigiis viri cuiuſpiam ſublimis Sanctitatis: ſi forte poſt ſtudioſam, & enixam nonnullorum Sanctorũ imitationem, Chriſtum tamen haudquaquam fuerit conſecuta, cum nõdum ad eam ſit vocationem deſtinata, non idcirco tamẽ haſtas (quod dicitur) abiiciat: ſed aliquanto curſum inflectens aliquorum inferio-
F rum monumenta, & notas aduertat, neceſſe eſt: quæ conſectans, Chriſtum ipſum demum reperiet. Hoc illud eſt, quod hoc loco per Dilectũ ad Sponſam ſignificatum crediderim. Cum enim in ſuperioribus Anima Chriſto dilecto ſuo ingens illius inueniendi palam feciſſet deſiderium ſuum, petiiſſetq; ab eo, indicari ſibi locum, vbi ipſum reperire poſſet paſcentẽ, atque cubantem: nũc dilectus facillimum dat ei modum, quo illa compos fieri queat eius deſiderij ſui, dicens: *Si ignoras te, &c.* Ac ſi diceret.

*Primus ſenſus. Simile. In ſacræ ſanctorum imitatione quomodo ſe gerere debeat anima optans inuenire Chriſtũ in ſpiritualibus exercitijs.*

Si, ô Anima mihi dilectiſsima, adeo tibi eſt in optatis, vt me reperias, quem ſequaris, quoue & potiaris: ignoraſque locum, vbi me paſcentem inuenias, *Paraphraſis.*

atque

atque cubantem:En tibi modum oſtendo, ne haud amplius talem cauſari poſsis ignorantiam. Modus vero hic eſt: *Egredere,& abi poſt veſtigia*, &c.Primo tibi egrediendum eſt ad mei perueſtigationem:Quærendus ſum namque vt inueniar: Tum procedendum tibi eſt poſt ea,quæ perſpexeris, veſtigia, & exempla Sanctorum: Quod ſi iſtiuſmodi proſequens veſtigia, adhuc me non repereris, tertium tibi faciendum ſupereſt,vt me tutiſsime inuenias; *Paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum*:nequaquam voluntati atque conſilio tuo innitaris in proſequendis veſtigiis quorumlibet Sanctorum:ſæpe enim continget,vt me minime reperias, cum inſignem quempiam imitari volueris Sanctum; cum quædam alicuius egregiæ Sanctitatis viri veſtigia,& geſta,quæ tibi magis ſunt admiranda, quam imitanda, fueris conſectata: quapropter tunc aliquantulum tibi ab iis retrocedendum eſt veſtigiis, ac inferiorum obſeruanda ſunt geſta,qui pedem nuſquam audeant figere, præterquam vbi Prælatorum obedientia iuſſerit;ſic quippe& ipſa,ſi cupiditates,ac deſideria tua,quæ inſtar hœdorũ huc illucue liberius exiliunt,iuxta paſtorum tabernacula paueris;Si iuxta Prælatorum tuorum præcepta per virtutis proceſſeris viã;illico me reperies,tuaque me illaqueabis obedientia: ita vt amplius de mei inquiſitione minime tibi laborandum ſit.

*Qua ratione quælibet anima pia dicatur pulcherrima aliarũ.*

Circa hæc autem primo notandum: Animam piã à Chriſto Domino dici pulcherrimam inter mulieres, non quod reipſa omnes alias animas ſuperet in probitate,quæ eſt animæ pulchritudo:hoc nãque ex ipſo contextu falſum eſſe conuincitur:quandoquidẽ iniuſte tot Sanctis animabus, quæ ita Deum ſemper habent præſentem,vt cum ipſo arctiſsima ſint vnione coniunctæ,præferretur ea,quæ illius præſentiam minime intelligit,quæue vbi is paſcat,& cubet,ignorat: Verum duplici ratione ſic eam Diuinus compellauit Dilectus.Primo vt ex hac appellatione omnibus fieret perſuaſum,eo modo,eoque ardore vnamquamq; fidelem ac piam animam ab ipſo diligi,ac ſi ſingulæ vniuerſis aliis eſſent Sanctiores, quod ab ipſamet ſponſa in hoc Cantico ſignificatum eſt infra, vbi ait: *a Dilectus meus mihi*;prout latius ibi, Deo dante, explicabitur. Secundo,vt eam ipſam Animam,quæ animo cõſternata videbatur,quod Chriſti dilecti ſui non intelligeret præſentiam, quod nec eũ inueniret, nec ſciret,qua ratione illũ reperire, ac proſequi poſſet,hac blanda appellatione demulceret,animaretq; ad ipſum perueſtigandum. Qua in re cœleſtis ſpõſus videtur quodãmodo conformatus benigno Patri,qui cum filiolum ſuum gementem inſpexerit, quod aliquid à ſe prætermiſſum iam præ ipſius patris timore agere minime audeat,blanda ſic eum compellat appellatione, ô bonum filium, ô filium obedientiſſimum:fac hoc,&c.

a Cant.2. 16.

*Simile.*

Notandum ſecundo; ſatis appoſite ei, qui Chriſti præſentiam ignoret, quiue neſciat modum, ac locum, vbi eum valeat reperire, ante omnia præcipi, vt egrediatur, quoadulque enim non egreditur ad Chriſti perueſtigationem, ſemper in pernicioſiſſima illius i gnorantia, atque in ſumma mentis inopia perſeueret, neceſſe eſt.Hinc eſt, quod aduerſarius noſter diabolus in hoc totum ſuum collocat ſtudium,vt quotquot poteſt impedimentis nos ab iſto arceat egreſſu: prout per Ieremiam in perſona cuiuſdam animæ ſignificatum eſt,vbi ait: *b Circumædificauit aduerſum me,vt non egrediar, aggrauauit compedem meum*; quod& regius Propheta expreſſit,cum diceret: *c Traditus ſum,& non egrediebar: oculi mei languerũt præ inopia*: *Traditus ſum* in peſsimam Dei mei ignorantiam,quia inimicus meus *circũædificauit aduerſum me* difficultatẽ immenſam,ac impoſſibilitatem illius inueniendi: *aggrauauit compedem meũ* onere ſolicitudinum terræ,ita vt non egrederer ad eum, quem adeo optabam,perueſtigandum, cuius& adeo neceſſaria mihi eſſet præſentia, vt ſine eo præ omnium rerum inopia neceſſario mihi pereundum ſit: atque adeo, cum in hunc

*Egreſſus ad Chriſtum perquirendũ ante omnia eſt maxime neceſſarius, & ideo diabolus toto ſtudio illum impedire nititur.*

b Thre.3.7.

c Pſ.87.10

A modum traditus eſſem,vt non egrederer, *Oculi mei languerunt præ inopia*.Egredere,igitur,inquit Dominus, ne ſinas te impediri,ſi ignoras vbi paſcam, vbi cubem in meridie.

7 *Sanctorum potius quam Chriſti imitatio proponitur piæ animæ,quaue ratione.*

Tertio notandum:congrentiſſima ratione ab ſponſo dictũ eſſe; *abi poſt veſtigia gregum*,licet iuxta ſimilitudinem, in principio huius tertię expoſitionis allatam aptius dicẽdũ videretur: *Abi poſt veſtigia mea*. Enimuero,quia ſi Chriſtus Dominus dixiſſet: *Abi poſt veſtigia mea*:Anima deterreri forſan potuiſſet ab eius,quę perſoptabat,inquiſitione,quod valde quid arduum ſibi faciendum proponeretur in imitandis operibus eius, B qui & Deus ſimul eſſet,& homo:idcirco quo facilius perfectionis viam aggredi illa poſſet,quo veſuum perueſtigaret,ac inueniret dilectum, illorum ei ſponſus propoſuit ſectanda veſtigia,eorum imitanda & geſta, qui homines puri eſſent,ſicut & ipſa:qui Dei oues eſſent,æque ac ipſa,dicens: *Abi poſt veſtigia gregum*:vt nequaquam ei foret verendum,ſe quoque iter illud tuto aggredi poſſe,in quo tantorum Chriſti gregum videret impreſſa veſtigia. Quamquam dicendo, *Abi poſt veſtigia gregum*,implicite & ſua ipſa propoſuit veſtigia,ac ſi dixiſſet: *Abi poſt veſtigia mea*:quandoquidem Sanctorum veſtigia ſunt& veſtigia Chriſti,quippe quæ ſuper Chriſti veſtigia ſunt impreſſa:Sic namque Sancti qui- C que ad Chriſti imitationem bona operati ſunt opera, ſicut mulier per iter arduum proſequẽs virum ſuum, ſuper viri veſtigia ſuos figit & pedes, ſimulque cum viri viſtigiis imprimit & ſua;hinc toties per ipſummet Dominum,cum ad virtutis iter,atque ad bona opera peragenda hortaretur diſcipulos,ſua illis veſtigia ſunt exhibita, ſuper quæ ij figere poſſent pedes, vt ibi: *d Diſcite à me,quia mitis ſum,& humilis corde. e Exemplũ dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis: f Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me. g. Chriſtus namque*, vt ait Apoſtolus, *paſſus eſt pro nobis,nobis relinquens exemplũ,vt ſequeremur veſtigia* D *eius*.Bene autem nomine veſtigiorum opera deſignatur,quæ vel à Chriſto Domino, vel ab eius geſta ſunt Sanctis:quoniam poſt virtutis iter impreſſa ipſa remanent opera,æque ac poſt iter terrenum abeuntium remanent impreſſa veſtigia.

*Sanctorum veſtigia ſunt & veſtigia Chriſti.*

*Simile.*

d Matt. 11. 29.
e Io.13.15.
f Luc.9.23.
g 1. Pet.2. 21.

Notandum quarto: Potuiſſe quidem ſponſum dicere; *Abi poſt veſtigia ouium*;cum ſancti quique, quorum proponebat veſtigia, ex vno ſint grege ouium Dei: At aptius dixiſſe: *Abi poſt veſtigia gregum*;quo magis dilectam ad ſui perueſtigationem animaret, cum tot haberet ſanctorum veſtigia,quæ ſequi poſſet, cum tam varia eſſent ſanctorum genera, totque diſtincti E greges,ex quibus quemcumque illi liberet, imitari fas eſſet. Quare vero,dicet quis, cum de gregibus ſuis à Domino fiat ſermo,haudquaquam is dixit: *Abi poſt veſtigia gregum meorum*:ſed potius, *Abi poſt veſtigia gregũ tuorum*.Primo reſponderi poſſet:In originalibus Hebræis,ac Græcis dubitationem iſtam nullum habere locum,cum nec *meorum* habeant,neque *tuorum*. Secũdo dicendum; Sanctorum Chriſti greges,noſtros à Chriſto greges appellari, vt per hanc dicendi formulam ſuam is nobis exaggeraret dilectionem, propter quam ita ſeſe nobis communicauit, vt quicquid ſuum eſſet in mundo, atque in Eccleſia, id noſtrum quoque indifferenter eſſe voluerit, quorum animas F in dilectiſsimas ſponſas aſſumpſit. Vnde Apoſtolus Paulus cum ſeruus eſſet Ieſu Chriſti: fidelium tamen,ac infidelium ſe ſeruum aſſeruit: cum diceret: *h Omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem*: & alibi: *i Non noſmetipſos prædicamus: Sed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: Nos autẽ ſeruos veſtros per Ieſum*, quoniam ſancti ad noſtram vtilitatem Chriſto inſeruiunt, & quia ex ipſis tantum percipere vnicuique liceat emolumenti,quantum ex propriis gregibus percipi ſolet.Etenim duo ſunt præcipue,quæ ex noſtris ouiũ gregibus commoda percipiuntur, cibus, ac indumentum,quæ duo ad corporeã vitam præſeruandam ſunt maxime neceſſaria. At quis non videat, hæc ipſa, quatenus ad ſpiritualem vitam neceſſaria

*Sanctorum Chriſti greges cur dicantur greges noſtri.*

h 1. Cor. 9. 19.
i 2.Cor.4.5

*Ex ſanctis quantum vtilitatis capiatur.*

ſunt, ex Sanctorum gregibus ab vnoquoque colligi poſſe? Si cibum velimus: lac proferunt diuinæ doctrinæ: Si veſtes: virtutum tradunt exempla, ex quibus virtutum indumenta nos quoque texere valeamus, iiſque cum libuerit indui, iuxta Apoſtoli cõſilium, quo ait, k *Induite vos ſicut electi Dei, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, &c.* Sed quia præter cibum, ac indumentum, tertium quoque ad temporalem vitam iſtam conſeruandam eſt neceſſarium, nempe domus; hæc enim tria per ſapientem neceſſaria numerantur, vbi dicit: l *Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem*: Quæ tria & ad vitam quoque ſpiritualem in ſuo genere neceſſaria ſunt. Vt fieret omnibus compertum, & hoc tertium etiam à ſanctis conferri, quamuis ex gregibus nequaquam id haberi ſoleat: Poſtquam dixit ad ſponſam: *Abi poſt veſtigia gregum tuorũ*: illico ſubintulit Dominus: *Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Ecquæ vero tutiora exoptari poſſent tabernacula, quam Prælatorum præcepta ſanctorum? Quæ pulchrior domus, quam maiorum obedientia? Sane quicumque in hac domo habitare ſtuduerit, quicumque iuxta hæc tabernacula ſuos pauerit appetitus, nec hoſtium quantumuis terribilium verebitur incurſus; ad ea enim illico confugiens, tutiſſima permanebit; nec læditur vel ab æſtu concupiſcentiæ, vel à frigore ſpirituali, vel à calore nimij feruoris, vel ab imbribus tentationum, vel denique à ventis perturbationum, ac mutabilitatis.

k Coloſſ. 3. 12.

l Eccl. 29. 28.

*Obedientia eſt tabernaculum & domus tutiſſima.*

Notandum quinto, haud incongruè dici poſſe per hæc verba: *Paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum*; ad id alludi, quod in hœdis obſeruatur carnalibus: qui, vt ſani creſcant, ac pingues, cũ capræ ducuntur ad paſcua, haudquaquam liberi poſt matres abire ſinuntur, ſed in paſtorum tabernaculis concluſi, ſeruantur, ibique iuxta eadem tabernacula ex matrum paſcuntur vberibus; quoniam, ſi liberi abire permitterentur, præterquam quod lõgitudine, & aſperitate laſſarentur itineris, nimia inſuper conſumerentur exultatione, continuaque ſaltuum diſſolutione perirent. Porro quia animæ appetitus, ac paſſiones, inſtar hœdorum diſſolutę, vagæ, atque inſtabiles multoque peiori exultatione exilientes, ſi liberæ poſt concupiſcentias ſinantur abire, & continua vagatione laſſantur, & mortem afferunt. Idcirco hoc loco ab expertiſſimo illo Paſtore piæ præcipitur Animæ; vt hos hœdos affectuum ſuorum in obedientiæ tabernaculis concluſos cuſtodiri ſinat, ibique iuxta tabernacula, atq; præcepta Paſtorum Sanctorum illos paſcat. Sic enim & ſe in vita conſeruabit ſpirituali, & abſque vlla dubitatione ipſum inueniet, habebitque præſentem paſtorē, à quo paſci exoptat; quippe qui in prædictis tabernaculis, ſiue ſuper prædicta tabernacula paſcit, & cubat in meridie præſentis ſæculi.

*Obedientiæ ſtudium quã vtile, & neceſſarium ſit piæ Animæ.*

Neque vero prætereundum eſt, quod non dicitur: *Paſcantur hœdi tui, &c.* ſed *paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum*: per hoc namque indicari videtur, quod et ſi Animi appetitus à Paſtoribus, ac Prælatis paſci ſoleant iuxta eorũ tabernacula atque præcepta; haud tamen Chriſtum inuentura eſt anima paſcentem, ac cubantem in meridie, niſi & ipſamet eoſdem ſuos paſcat hœdos iuxta prædicta tabernacula: niſi ipſa voluntariè ac lubenter, non coactè Prælatorum ſuſcipiat eruditionem.

*Obedientia vt grata ſit Chriſto non debet eſſe coacta.*

8 Iuxta ſecundum ſenſum: affert cæleſtis ſponſus rationem, quare anima Sancta, quæ Deum ſemper habet præſentem, eum ipſum ſibi ignoret adeſſe, quem arctiſsimo charitatis vinculo ſibi habet vnitũ: ſimulque, & modum aſsignat, quo id valeat intelligere, ita vt haud amplius ei petendum ſit, vt indicetur ſibi locus, vbi ipſe paſceret, atque cubaret in meridie: ratio autem, quæ innuitur prædictæ ignorantiæ nulla alia eſt, quam ea, quæ in illa eſt ignorantia ſui ipſius, ſic enim ait Dominus: *Si ignoras te ô pulcherrima mulierum*: Ac ſi dicat,

Secundus ſenſus.

*Cur homo ignoret Deũ ſibi eſſe præſentem.*

A Tuam vehementer admiror petitionẽ, qua à me efflagitas, vt indicem tibi, vbi paſcam, & cubem in meridie iſtius vitæ, quaſi enim ignorare videris, quod tibi iugiter adſim; quod tantum te diligam, vt totum ſtudium meum in id collocem præcipue, vt & te paſcam delitiis, ac gratiis, & in te cubem, delitiis frues pulchritudinis tuæ: Certe enim eatenus hæc ignorare potes, quatenus ignoras temetipſam, & pulchritudinem tuam; nam ſi ignoras te, quod ſis pulcherrima creaturarum omnium, quodue probitate, ac ſanctitate cæteris quodammodo apud me præferenda ſis animabus, ignorare potes & me.

Paraphraſis.

Porro ſi attentius rationem hanc expendamus, B videbimus nec meliorem, nec magis propriam aſſignari poſſe aliam. Enimuero dum in meridie præſentis ſæculi ſumus, Deum per ſe cognoſcere minime nos poſſe, ita eſt omnibus perſuaſum, vt probatione nõ egeat; Si ergo quoquo pacto Dei cognitionem habemus, ea omnis ex cognitione effectuum illius pendeat, neceſſe eſt; cum autem inter vniuerſa, quę Deus in inferiori hoc operatus eſt orbe, illa ſupremum teneant locum, quę in hominis conditione ab ipſo peracta ſunt, quæue is iugiter in illius peragit anima, manifeſte conſequitur, ab illo perfectius Deum cognoſci, qui melius ſemetipſum intelligit: Neque C vllatenus quemquam poſſe percipere mirabilia, quæ in ipſo per ſuam præſentiam Deus operatur, qui ſemetipſum ignoret. Hinc ſapientiſsimus ille Dauid tanto ſtudio huic propriæ cognitioni intendere contendebat, tantamque ex iſtiuſmodi ſuiipſius cognitione etiam Dei, qui incomprehenſibilis alioquin eſt, conſequebatur notitiam, vt ad ipſum aliquando conuerſus, in hæc proruperit verba: m *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt & non potero ad eã*, id eſt tui cognitio, quæ ex me, meique productione, & opificio gignitur, eſt adeo mirabilis, vt vix poſsim ad eam peruenire, quaſi dicat: Nulla ex re ad tui melius eleuor cognitionẽ, quam ex ſcientia, & cognitione mei D ipſius. Siquidem cum animam meam, & quæ in me operatus es, quæue operaris quotidie, ſcientia comprehendere nitor, tantam tui percipio cognitionem, vt illius comprehenſio debiles intellectus mei ſuperet vires: vnde enim melius intelligimus, Deum eſſe ſpiritum, immortalem, nulliſq; conſtringi ſpatiis; Vnde, illum eſſe vbique, & vbique indeſinenter operari: Vnde, cum eſſe inuiſibilem, ac penitus incomprehẽſibilem, colligimus apertius, quam ex eo, quod & animam noſtram, quæ illius eſt factura, cognoſcimus ſpiritũ eſſe, & incorpoream, & immortalẽ, quamuis mortale ſit corpus, cui vnita eſt; quam ex eo quod eã E dem animã eſſe indiuiſibiliter in toto, ac in qualibet eiuſdem corporis parte, & variis, multiplicibuſque functionibus per diuerſas potentias ingiter operari, animaduertimus: Incomprehenſibilem vero Dei naturã tunc certe definimus, cum agnoſcimus nec eius quæ in nobis eſt, animæ naturam plene à nobis poſſe comprehendi: ſic & illius bonitatem immenſam ac infinitam tunc intelligimus, liberiſque fatemur vocibus, cum inſignes, ac mirabiles gratiæ effectus, quos ille in nobis operatur, agnoſcimus. Propterea apud antiquũ Iudæorum populum, cui in figura contigiſſe omnia aſſerit Apoſtolus, id moris fuiſſe videtur, vt Sacerdotes, ad quos proprius Dei cognitio ſpectabat, F & gratiarum actio; cum ad templum accedere vellent, prius ſeſe ab omni ſorde purgatos cognoſcerent: vnde ad hoc ſignificandum in libro Exodi n dicitur Moyſes feciſſe *labrum æneũ cum baſi ſua de ſpeculis mulierũ, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.* Quibus verbis innuitur nõ ſolum Sacerdotes, qui in templo Dei miniſtrabant, ſemetipſos in ſpeculis intueri, ac cognoſcere debuiſſe; Sed & mulieres, quæ pro eiuſdem templi miniſterio excubabãt ad oſtium tabernaculi, ſua quoque habuiſſe ſpecula, quibus intelligerent, prius ſe debere cognoſcere, ſi Deum cognoſcere, eique miniſterium aliquod vellent exhibere. Quod & apud Gentes per inſcriptionem illam ſignificatum

*Cognitio ſui ipſius deducit animam ad Dei cognitionem. Athanaſ.*

m Pſa. 138. 5.

*Cognitio ſui ipſius eſt neceſſaria miniſtris Dei.*

n Exod. 38. 8.

ficatum exiſtimo, quam in Delphico Apollinis templo ad oſtium fuiſſe, refert Plato in Charmide Γνῶθι σεαυτόν, ideſt, Noſce teipſum. Nec non, & per ſpeculũ illud, quod Ægyptias mulieres, dum ſacra facerẽt, in manu geſtaſſe ſolitas inquit Alexander ab Alexandro lib. 6. ca. 8. Nec enim ab aliquo quidpiam boni peragi poteſt, qui ſemetipſum ignoret: quod modicis verbis ſapientiſſimus expreſſit Salomon, cum diceret: *n Vbi non eſt ſcientia animæ, non eſt bonũ*: ideſt, cum quis ſeipſum ignorat, nil boni in ſe poteſt habere. Quamquam per hanc ſententiam idipſum quoque ſignificari videatur quod in verbis, quæ præ manibus habemus, ſignificauit & Chriſtus Salomon verus: in ea nimirum anima non eſſe Deum, qui eſt bonum per eſſentiam: ſeu illam animam ignorare Deum in ſe exiſtentem, quæ & ſemetipſam ignoret. Ex quibus omnibus patet, quam vera, quamue efficax ſit hæc Chriſti ratio quoad id, quod Anima aſſerebat, ſe ignorare, vbi ipſe eſſet: *Si ignoras te*, ignoras ſcilicet & me, &c. vt ſupra.

*Ignorantia ſui ipſius quam mala.*

*n Prou. 19. 2.*

9 Neque vero minus efficax eſt modus, quem idem ſponſus eidem tradidit Animæ, quo de ſua iugi aſſiſtẽtia ea certior fieri queat: Ait enim: *Egredere, & abi poſt veſtigia gregũ tuorũ, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Enimuero cum prædictæ Chriſti præſentiæ ignorantiam ex ſui ipſius ignoratione Animæ prouenire, ſignificarit: ante omnia ab iſtiuſmodi ignorantiæ Labyrintho illi egrediendum eſſe, demonſtrat, vt videlicet intellectu conſideret naturalia, quibus prę cęteris animantibus vniuerſis à Deo exornata eſt: & affectu guſtet gratuita, quibus adeo ſancta redditur atque pulchra, vt Chriſtus ipſe tanquam ab ea, quæ pulcherrima ſit inter mulieres, tanta ſit captus dilectione eius, vt ne ad punctum quidem ab ea elongari poſſit. Declaremus ſingula. Egreſſus ille à ſui ipſius ignoratione manifeſte innuitur per id quod ſtatim poſt verba illa; *Si ignoras te*: ſubiicitur: *Egredere.* Porro ſicut ex aliquo loco externo haudquaquam egredi quis poteſt, niſi corporeis progrediatur pedibus, ita nec ab interna propriæ mentis ignorantia quæpiam egredi poteſt Anima, niſi abeat intellectu, rationeque diſcurrat: Propterea, *Egredere*, inquit ſponſus, *& abi poſt veſtigia gregum tuorũ.* Qui ſunt greges tui, ô homo, niſi vniuerſa animantia rationis expertia, quæ tibi à Domino ſunt ſubiecta, ſicut paſtoribus ouium greges ſubiectos eſſe, cõſpicimus; quæue ad tuum inſeruiunt commodum, æque ac pecudum greges ad proprij Domini vtilitatem? Si igitur agnoſcere optas, vbi Chriſtus, Deuſque paſcat, & cubet: ſi intelligere vis, quod tibi præſens aſſiſtat, conſidera animantium, ac gregum iſtorum veſtigia, & operationes: Siquidem ex illorum operationibus intelliges, qualia ipſa ſint, & quales ſint eorum animæ: quantumque inter illas, atque animam tuam inſit diſcriminis, animaduertes enim, illorum operationes vniuerſas circa ſenſibilia, infirma, ac terrena verſari, æque ac veſtigiorum indicia in terris impreſſa apparent. Sicut autem ex veſtigiorum ſignis, quæ in terra conſpiciuntur, arguimus illico, quale vnumquodque animal ſit, quod terram calcauit: ita ex ſenſibilibus, terreniſque animantium operationibus agnoſces, & eorum animas eſſe tantum ſenſibiles, atque terrenas. Sane ex his greſsibus per comparationem ad dictos greges, dictaque animalia deueniet ipſa, quæ ſponſa eſt Chriſti, in cognitionem ingentis pulchritudinis, ac decoris ſui, quo propter naturalia dona à ſuo exornata eſt ſpõſo, vnde cũ Propheta exclamare cogetur: *o Quid eſt homo, quod memor es eius?* quænam ipſa ſum, quod ita memor es mei, vt iugiter mihi adſis? quisnam *filius hominis*, quod tanti *eum reputas? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis*; nã etſi corporeum eum condidiſti; talem tamen ei dediſti animam, quæ ad tuam imaginẽ eſſet ſpiritualis, incorporea, ac immortalis, æque ac Angeli: *Gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum: Omnia ſubieciſti ſub pedibus*

*Cognoſcere ſemetipſam, & præſentiam Dei in ſe quomodo poſſit anima.*

*Simile.*

*Ex brutorũ conſideratione anima cognoſcit, quã præclaris donis naturalibus decorata ſit.*

*Simile.*

*o Pſ. 8. 5.*

A *eius, oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi: Volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.*

At non ſatis eſt animæ, quæ egredi ex prædictis voluerit ignorantiis, vt abeat poſt veſtigia gregum ſuorum, vt ſuum intelligat decorem, quo per naturalia dona animantibus ſupereminet vniuerſis: nam quia per peccatũ dona iſta naturalia ita ſunt deprauata: vt cum peccatum aliquod animam infecerit, & ipſa quæ ex donis illis proueniebat, pulchritudo omnis denigretur; haudquaquam ex illis tantummodo iugis Chriſti intra animã præſentia argui poteſt, quip- B pe qui ſæpius per peccatum ab illamet expellatur, ſed ſi naturalibus & gratuita coniungantur, tunc ab omni & ſui ipſius, & præſentiæ Dei ignorantia egredietur tuto Anima ſancta: Tunc quod ſuus ſibi adſit Dilectus, reddetur certiſsima. Idcirco præclare additum eſt: *Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Prælatorum nimirum obedientię te ſubiicens: appetitus tuos iuxta ſanctorum Patrũ documenta diuinis paſce conſolationibus, diuinaque comprime gratia. Quod ſi quis quærat, quid hæc ad cogitationem pulchritudinis, quę ex donis prouenit gratuitis: quidve ad intelligendam diuinam præſentiam? Reſpon- C dendum, ad illa tantum iſta conferre, vt nec meliori modo ad ea peruenire fas ſit: quiquidem dum affectu diuina guſtamus, mente quoque percipimus, quam ſuauis, quamue benignus ſit in nos Deus, qui Sacramentorum fontes nobis aperuit: qui diuinorum mãdatorum dulcedinis participes reddidit: qui propria morte peccati mortem nobis ademit: qui futuræ reſurrectionis ſpem indidit: qui denique & cæleſtem gloriam pro legis ſuæ obſeruatione nobis parauit. Hocque illud eſt, quod tantopere optabat Propheta Regius, vt affectu Deum guſtaremus, quo ſcilicet intellectu prædicta perciperemus, vnde & dicebat: *p Guſtate*: affectu nimirum: *& videte*, ſcilicet D intellectu: Quid? *Quoniam ſuauis eſt Dominus: Beatus vir, qui ſperat in eo:* Quomodo enim non beatus, quẽ Deus tanta gratuitorum donorum exornauit pulchritudine? cui & arctiſsima dilectionis vnione coniunctus eſt Chriſtus? Quam pulchritudinem, quamve Chriſti vnionem haud plane intelligit, niſi qui Deum guſtat iuxta ſanctorum præcepta: niſi qui iuxta Prælatorum obedientiam diuinis guſtibus ſuos paſcat affectus: & ideo non dicitur ſimpliciter; *Paſce hœdos tuos*, ſed additur: *iuxta tabernacula paſtorum.* ſignificaſſe videtur, & hæc idẽ Propheta, vbi ad ſpõſam pariter loquens ait: *q Audi filia, & vide, & inclina* E *aurem tuã, & obliuiſcere populum tuum, & domũ patris tui: Et cõcupiſcet Rex decorẽ tuũ, quoniã ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Aeque enim eſt, ac ſi diceret: O anima Chriſti ſpõſa, *ô pulcherrima inter mulieres*, videre, intelligere nequaquam poteris, quam pulchra ſis, qualique dilectione te proſequatur Deus; & quomodo tibi præſẽs aſſiſtat, tuo oblectatus decore, niſi per obedientiam tuis obtemperaueris Prælatis: affectus quoque tuos paueris *iuxta tabernacula paſtorum*: Idcirco *audi* prius quidquid tibi à tuis pręcipitur paſtoribus: tum intellectu *vide*, Deum tibi ſcilicet adſtãtem: Si enim oblita *populum tuum*, qui inſtar hœdorum inani exultatione F huc illucque vagatur effrenis: Si oblita *& domum patris tui*, terram videlicet, quam terrenus incolit Adã, inclinaueris *aurem tuam* ad Sanctorum documenta, atque ad Prælatorum præcepta, paſcẽs *hœdos tuos iuxta tabernacula Paſtorum: Concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus*, ſed *tuus*, tibique eum præſentem intelliges, quippe qui de ſemetipſo aſſeruit: *r Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum.*

Iuxta tertium ſenſum, ad Animam contemplatiuam, quæ cum in contemplatione aridam aliquando ſe animaduerteret, dubitans, ne ſua nigredine peccatorum nimirum reliquiis Chriſtum offenderit, ita vt is ab ſe longius diſceſſerit; ac propterea adeo ſuperius in hac ſua purganda nigredine laborauit, petiitque à ſponſo, vbinã ipſum reperire valeret paſcẽtem, atque cuban-

*Ex guſtu Dei intelligimus quanta ab illo in nos collata ſint dona gratuita.*

*p Pſ. 33. 9.*

*q Pſ. 44. 11.*

*r Pro. 8. 31.*

*Tertius ſenſus.*

cubantem in meridie tanti æſtus, tantæque pertur- A bationis. Ad hanc, inquam, Animã piæ aliquot, quę in ſancta cõuerſatione eius ſunt, ſociæ his verbis reſpõdent, talique eam fouent conſolatione, facilem illi exhibentes modum, quo de Chriſti in eam dilectione, deque eiuſdẽ præſentia certior fieri queat: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, &c.* Ac ſi dicant.

*Paraphraſis.*

*In actione aliquando percipitur Dei præſentia, quod nõ percipiebatur in contẽplatione.*

Si ignoras te ipſam, quod pulcherrima ſis inter Animas fideles, quę Chriſto inſeruiũt: ſi propter modicũ illud nigredinis, quod tibi ineſſe cognoſcis, times de pulchritudine tua; ac propterea anxia es, quod Chriſtũ te reliquiſſe, exiſtimas: *Egredere* aliquantulũ de cõtemplatione ad actionem: *Et abi poſt veſtigia gre-* B *gum tuorum* pone ſequens, atque deducens fidelium, qui tibi cõmiſſi ſunt, greges: eoſq;, qui inter illos inſtar hœdorũ, inſtabiles extiterint, laſciui, ac molles in Eccleſiis, quæ *paſtorũ* ſunt *tabernacula, paſce* doctrina, paſce conſilio, paſce exẽplo; Sic enim plane intelliges, quã ingens ſit pulchritudo, & ſanctitas tua, quippe quæ vniuerſorũ ad ſe alliciat oculos: ſic & exploratiſſimũ tibi fiet, ſpõſum tuum ob tam eximiã ſanctitatẽ tuam tibi adſtantem, vt & te ipſam in tanta actionũ varietate ſuſtentet: audies namq; paſtores, ſanctoſq; vniuerſos tantæ pulchritudinis tuæ commotos admiratione, miriſque te celebrãtes præconiis: Audies, quo pacto, tametſi nigra fueris aliquãdo: tametſi ari- C ditatẽ quamdã ſentiẽs, à tuo deſerta tibi videaris Dilecto, ille tamẽ tibi præſens aſsiſtat; te paſcat, ſuoq; in pectore cubare faciat in tali ęſtus meridie: Audies inquam illos adinuicem exclamãtes de te: ſ *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertũ dealbata, innixa ſuper dilectum ſuũ?*

ſ *Cant. 8. 5.*

## Verſ. VIII. c. I. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* D

### Expositio IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

10 SIngulari ex epitheto illo: *Pulcherrima inter mulieres,* quo ſponſam hoc verſu exornatam conſpicimus, plane omnibus ſit perſuaſum, ea, quæ hic dicuntur, ad glorioſiſsimam Dei genitricem Mariam ſpecialius pertinere, quippe quæ ſola, & mulieres vniuerſas, & quotquot puriſsimæ fuerint, ſiue futuræ ſint animæ, quæ nomen ſponſæ Chriſti mereãtur, pulchritudine ita ſuperet ac ſanctitate, ſicut Sol fulgore ſtellas ſu- E perat omnes. At vero, qua ratione quicquid in hac ipſa ſententia dicitur, ad eamdẽ congruat Virginem, haud ita facile demonſtrare fas eſt. Nihilominus ex iis, quæ pro ſuperioris verſus explicatione ſunt dicta, ad ea etiã, quæ hic dicẽda ſint, aditus patefiet. Etenim, ſicut ſuperiora ita expoſuimus, vt per ea ſignificatum ſit idem, quod in Euangelio clarius expreſſit Mater Ieſu verbis iis: t *Fili quid feciſti nobis ſic? ego, & pater tuus dolentes quærebamus te:* Sic & iſta, quæ hoc loco ab ſponſo reſponſa ſunt, eo pacto explicanda videntur, vt congruentia ſint cum reſponſo illo, quod in eodem Euangelio Ieſum ad ipſam matrem dediſſe legimus: u *Quid eſt, quod me quærebatis?* F *Neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Hoc ipſum igitur, quod ibi vt amantiſsimus filius reſpondit ad Matrem, nunc dilectiſsimus ſponſus ad eandem reſpondet vt ſponſam, dicens: *Si ignoras te, &c.* Aeque enim eſt ac ſi dicat.

t *Luc. 2. 23.*

u *Luc. 2. 49*

*Chriſtus inuentus in tẽplo quam normam dederit Matri vt ipſum inuenire facile poßet*

Paraphraſis.

*O pulcherrima,* puriſsima, atq; ſanctiſsima inter omnes mulieres: *Si* tanta anxietate *ignoras;* vbi me amiſeris, vbi & me tam ardenti deſiderio tantoque, vt aſſeris, ſtudio per triduũ à te quæſitum reperires: *Si ignoras,* ſcireque cupis, vbi me poſthac valeas inuenire; *Egredere & abi poſt veſtigia gregũ:* id eſt, vbicumque exiſtimare potes, eſſe oues aliquas paſcendas: vbi vide- A ris ſigna & veſtigia ouiũ, quibus præbere mihi opus ſit doctrinæ pabulum, eo *egredere & abi;* atque ibi *paſce hœdos tuos,* vehementiſsima nimirum deſideria tua, quibus me intueri peroptas; ibi namque me reperies *iuxta tabernacula paſtorum,* apud Scribas videlicet, & Phariſæos, & in templo, vbi commorantur Sacerdotes, qui ſunt paſtores plebis meæ: ibi enim dum ipſos interrogo; licet ipſi rebelles ſint, & paſci nolint; paſco tamen ſimplicem turbam.

*Greges Chriſti ſunt & Mariæ greges.*

Circa hæc autem, duo breuiter adnotanda ſunt. Primum, quam recte ſibi hæc congruant: quod Chriſtum oportuerit eſſe in his, quæ Patris ſui eſſent: & quod idẽ Chriſtus ibi ſit, vbi ſint ouiũ greges, quibus B paſtum præbere eum oporteat. Siquidem greges ij ſunt Patris eius: ad quos paſcendos ſeſe miſſum ab ipſo ſignificat Patre, cum ait: x *Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſrael:* Ac bene greges iſtos, cũ ad Matrem loquitur, *Tuos,* inquit: quia per id, quod illis ipſa peperit Saluatorem, iidem, qui Patris tantúmodo erant, facti ſunt etiam ipſius, quæ mater Paſtoris eſſet, atque ſalutis.

x *Matt. 15. 24.*

*Mariæ deſideria inueniendi Chriſtum amiſſum cur comparentur hœdis.*

Alterum, quod notandum ſupereſt, illud eſt, quã apte vehementiſsima illa B. Virginis deſideria, hœdorum ſint expreſſa metaphora. Quemadmodum enim ea eſt hœdorum natura, vt vehementi impetu conti- C nuoque motu huc illucue exiliant. Ita quoque & prædicta deſideria, quibus adeo ſibi dilectum filium ſuũ inuenire ac intueri peroptabat amantiſsima Mater impetu vehementiſsimo, perpetuoque motu de loco exiliebant ad locum, vbi, quem cupiebant, inuenire ſperaſſent: Hinc per totum illud triduum Glorioſiſſima Virgo huiuſmodi impulſa deſideriis, nullum Ciuitatis Ieruſalem prætermiſit locum in quem non aduolaret, quærens, quem diligebat anima eius.

## Verſ. VIII. ca. I. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum; & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica: Dixit Sanctus, & Benedictus Moyſi Prophetę: Tu poſtulas, vt deleatur illis exilium: Synagoga quæ cõparata eſt puellæ pulcherrimæ, & quã anima mea diligit ambulet in viis iuſtorum, & ordinet orationem ſuam in ore Præfectorum E ſuorum, & deducat generationes ſuas, & doceat filios ſuos, qui comparãtur hœdis caprarum, vt ambulent in domum Eccleſiæ, & in domum doctrinæ; & propter illud meritum ſuſtentabuntur in captiuitate, donec mittam eis regem Meſsiam, qui ducat eos in requiem ad tabernaculũ ipſorum, quod eſt domus Sãctuarij, quam ædificabunt ei Dauid, & Salomon Paſtores Iſrael.

Communis quidem eſt Sanctorum, & Antiquorũ Patrum conſenſus, ſicut & in prima litteræ expoſitione dictum eſt, vt quod dicitur, *Si ignoras te;* ſiue ad Eccleſiam, ſiue ad Animam dicatur, de ignorantia ſuiipſius intelligendum ſit. Diſcrepant tamen tum in affe- F renda ratione huius dicti: tum in explicandis iis, quæ poſt prædicta verba ſubiiciuntur, atque in afferendo ſenſum totius ſententiæ huius.

*Athanaſ. Deum cognoſcit anima dum cognoſcit ſeipſam.*

Athanaſius in Synopſi videtur ſentire per verba iſta: *Si ignoras te,* &c. Deum indicare animæ, vnde ei proueniat, vt ipſum ignoret adeoque operæ pretium ei fuerit, tãto ſtudio ipſum inquirere, ac dicere; *Indica mihi,* &c. Ex eo nimirum, quia ignoret ſeipſum ſimulque innuere illi & rationem, qua ipſum cognoſcete queat; ſi ſcilicet cognoſcat ſeſe.

*Iuſt. Orgel. Eccleſia ex cognitione*

His ſimilia videntur, quæ primo ait Iuſtus Orgelitanus, aptans hæc vt dicta ad Eccleſiam pulcherrimã inter hæreticorũ ſectas dictas mulieres, quia virginitatem,

*decoris ſui arguere poteſt aßiſtentiam Dei in ſe.*

tatem, quæ in Chriſto eſt, amiſerunt: quaſi per hæc: *Si ignoras te*, Chriſtus ei indicare velit, haud opus eſſe, vt tantum laboret in ipſo inquirendo: quandoquidem ſi cognoſceret ſemetipſam, quibuſue decora ſit gratijs, & quod eius pulchritudinem rex concupiuit; intelligeret, intra ſeipſum eſſe, quem quæreret, iuxta illud: *a Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationẽ ſæculi.*

*a Mat. 28. 20.*

*Rub. Abb. Maria ex agnitione fidei, & humilitatis propriæ arguere potuit præſentiam Dei in ſe.*

Rupertus quoque Abbas eamdem horum verborum; *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres*, proſequens exponendi viam, cenſuiſſe videtur: Chriſtum per hęc indicare B. Virgini, qua ratione intelligere ea queat, quod locus, in quo quieſcit ſit ipſamet, ſi nimirũ non ignoret: ſi cognoſcat id, quod optime illi eſt exploratum, pulchritudinem, ac beatitudinem ſuam ex fide ipſa ſua, prout teſtata eſt ei Eliſabeth, dicens: *b Beata quæ credidiſti, quoniam*, &c. atque ex humilitate item ſua eſſe, prout cõfeſſa eſt *c* ipſamet, cum dixit; *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Ac ſi Chriſtus ita cũ ea loquatur. Si ignoras, ideſt cum nõ ignores te, & vnde ſis pulcherrima inter mulieres: nec ignorare potes, vbi paſcam, & cubẽ: ibi enim quieſco, vnde tu pulchra es, & beata: ipſaque fides & humilitas tua locus ſunt requietionis meæ, quibus tu adeo es pulchra adeoq; beata.

*b Luc. 1. 45.*

*c Luc. 1. 48.*

*Ambroſ.*

*Præſentiam Dei in ſe per cognitionem ſui, & per mortificationem habere poteſt Anima.*

Ambroſius lib. de Iſaac & Anima c. 4. Chriſtũ peccatrici Animæ hæc dicere arbitratur, ac per hæc modum illi præſcribere, quo eum habere queat præſentem: ſi nimirum cognoſcat ſe ipſam, quo nobilitate ipſa ſua adiuuetur, fugiatque carnis illecebras, eiuſdemque moderetur & motus. Sic enim ait: Niſi cognoſcas te, decora inter mulieres, quæ quereris, quod relicta ſis: niſi te pœniteat lapſus tui: niſi deuotionẽ intẽtionis approbes: niſi fides tua & ſinceritas augeatur: querela nihil proderit: Ac ſic: Niſi cognoſcas te quia decora es, niſi pulchritudinem naturæ tuæ ſerues, & corporis te illecebræ non demergant, nihil tibi naturæ melioris nobilitas ſuffragabitur: Cognoſce igitur te & naturæ decorem: & exi quaſi exuta vinculis pedum, & carnalia integumenta non ſentias, veſtigium mentis tuæ corporalia vincula non implicent, vt pes tuus ſpecioſus appareat: Hoc eſt enim quod ait: *Exi tu in calcáneis gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum:* quia per greges regnum intelligimus, eo quod poteſtatis ſit gregibus præſidere; præſidet autẽ vnuſquiſque ſibi quadam poteſtate regali ſi coerceat in ſe corporis luxus, & ſeruituti redigat carnẽ ſuam: ideo dictum eſt Luc. 17. *d Regnum Dei intra vos eſt.* Exi igitur, ad Animã dicitur, à ſeruitio, exi à carnis imperio, & exi non in carne, ſed in ſpiritu: exi ad regimen poteſtatis, ideo additur: *Paſce hœdos tuos*, id eſt, rege ea, quæ in ſiniſtra tua ſunt: nam ſi non regantur, facile labuntur: Coerce petulantiam, & laſciuiam tui corporis: Edoma leues motus: paſce eos non in corporeis tabernaculis, ſed in tabernaculis paſtorum, qui regere gregẽ norunt: *e Sunt enim amabilia tabernacula Iſrael, ſicut nemora obumbrantia ſuper flumen.*

*d Luc. 17. 21*

*e Num. 24. 5 ſecundum Sept.*

De cognitione, quam habere debet Anima quæque ſui ipſius, & ad quam hic ab ſponſo excitatur, eleganter agit ipſemet Ambroſ. in Pſal. 118. Ser. 2. verſ. 1. & Ser. 10. verſ. 1. nec nõ & in lib. 6. Hexaemeron cap. 7. & 8. videatur ibi.

In citato Sermon. 2. in Pſalm. 118. Vt Synagogæ à Chriſto dicta hæc ſumit, ac ſi is ei dicat. Niſi te cognoſcens, dicas; Fuſca ſum, quia peccaui, ſed decora, quia diligor, quia genus ſum Abrahæ: nihil tibi proderit Patrum gratia: *f Potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Non ſuſcipio perſonam hominis, non ſuſcipio prærogatiuam generis: niſi videro congruentem generi morũ nobilitatem, vt fiat iuſti generis electio. Quod ſi ſcias te, & cognoſcas, quia peccato obnoxia es; Exeundum *in calcaneis gregũ* eſt tibi. Exi ergo nuda pede: & *paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorũ.* Quæ ſine peccato eſt; agnos paſcit, oues paſcit: quæ autẽ peccato obnoxia eſt; paſcit hœdos, qui à ſiniſtris ſunt: Non enim poteſt eſſe in dextera paſtoris boni: ſequatur magis dicentem Petro: *g Vade retro me Satan.* Sequendo Petrus, in dextera meruit collocari: ideoq; ei dicitur: *h Paſce agniculos meos.* Sed quo exeat audi. *Ad tabernacula* inquit, *paſtorum*, hoc eſt ad Gentes, ad diſperſionem; ideoque dixit, *i Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis:* vt repleatur orbis terrarũ grege Chriſti: ſignificans, tunc fore ſaluam Synagogam, cum ſe huic diſperſioni & gregi etiam ipſa ſociauerit, qui repleuit omnem mundum: Tabernacula enim Paſtorum, regna ſunt terræ.

*f Mat. 3. 9.*

*g Mar. 8. 33*

*h Io. 21. 15.*

*Synagoga tunc ſalua erit cum ſe vna cũ Chriſto adiunxerit diſperſioni Gentium.*

*i Zac. 13. 7.*

*Greg. Nyß.*

Gregorius Nyſſenus hom. 2. in Cantica, ſic legens. *Si non cognoſcas teipſam, ô pulchra inter mulieres, egredere tu ex veſtigiis gregum*, &c. *& paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum:* Vel, ſecundum aliam lectionem: *Et paſce hœdos tuos pro tabernaculis paſtorum:* putanſque hæc eſſe verba amicorũ ſponſi, quibus ſponſam admoneant, qua ratione ea, quę in ſe habet, tuto conſeruare valeat, bona: Subtiliter hunc locum exponit contra eos, qui abſque rationis vſu non conſiderant rerum naturas: ſed tantum eorum, qui vixerunt, prauum intuentes vſum & conſuetudinem, aberrant à ſano rerum iudicio: non prudentem aliquam ratiocinationem, ſed conſuetudinem, rationis expertem conſtituentes iudicem boni, atque honeſti; vnde magnifaciunt mundanam potentiam, reſq; terrenas maximi ęſtimant, vtpote quæ magis ab illis cognoſcantur, quã propriæ animæ nobilitas: vt ſenſus ſit; O Anima, quæ ex nigra facta es pulcra, ſi eſt tibi curæ, vt longo tempore duret gratia, & decor tuæ formæ, ne aberres poſt veſtigia eorum, qui præceſſerunt: ſequere rationem: non vulgarem hominum conſuetudinem rationis expertem: Non aſpicias ad pecudum veſtigia, quæ per calces eos ſignificant, qui vitæ terrenæ ſunt affixi. Non eſt enim apertum, an ſit hœdorum ſemita ea, quæ apparet, quam tu ſequeris: propterea quod à te non cernantur, qui veſtigiis ſuis viam triuerunt; poſtquam in mortis ſtabulum deſieris, timendum eſt, ne in gregem hœdorum adſcribaris, qui ad ſiniſtram collocandi ſunt, quos ignorans eorumque veſtigiis inhærens, ſecuta es. Exi ergo ex iſtis veſtigiis, &c.

*Anima vnde propriam nobilitatem debeat arguere.*

*Pſellus.*

In eadem recidunt, quæ dicuntur & à Pſello apud Theodoritum, exiſtimante, per hæc tradi rationem piæ Animæ, qua inuenire queat oues; cognoſcere ſcilicet, qui fidelium ſint oues Chriſti, eoſue adire.

*Tres Patres. In ſui cognitionem anima deuenire poteſt per conſiderationẽ rerum naturalium, & per imitationem irrationalium.*

Catena trium Patrum apud eundem Theodoritum cenſet, verbis hiſce eidem Animæ dari modum, quo in cognitionem ſui ipſius valeat deuenire, nimirum per conſiderationem rerum naturalium, & per imitationem quorundam animalium irrationaliũ; ac ſi Chriſtus ita illam affetur: ô pulchra inter mulieres, ac ſpecioſa propter fidem, & charitatem erga me, in omni gente infidelitatis morbo laborante, & carnis voluptatibus inuoluta: Egredere tu: Tu inquam ſi tibi es ignota, ſi myſterium tuum intellectu non complecteris: ex parte mentis interiore ad ſenſum progredere tu, quæ ratione prorſus es ornata; nam ſi vbi paſcam omnino vis diſcere, ne in hac quidẽ egreſſione oportet, te à ratione penitus in contrarium cõuerti: *Egredere* autem *in veſtigiis gregum*, nempe in diuerſarum naturarum reipſa expreſſis veſtigiis, per quę ſigillatim indagando ratio definitur. Greges dicuntur rerum naturæ; quoniam earum ſingulæ factæ ſunt dignæ, quas prouidentia ſua Deus quaſi paſtor gubernet, moderetur, ac regat. *Et paſce hœdos tuos*, turbidos, ſcilicet animi motus, vt ſiniſtræ partis retinentes locum. *In tabernaculis paſtorum:* exemplis vtiq; rerum naturalium: conuertens nimirum deſidiam in diligentiam, exemplo formicæ, & apis, imprudentiam, exemplo ſerpentis in prudentiam, &c.

*Theodorit. Prælatus complecti debet nedum perfectos ſed & imperfectos, & peccatores.*

Theodoritus quoque inter hos connumerandus, qui ſententiam iſtam mixtius accipiunt, vt continentem eruditionem, ſiquidẽ arbitratur, per hæc à Chriſto quamlibet edoceri piam Animam, ſed eam in primis, quæ alijs præeſt, vt nedum iſtorum rationem habeat, ſed etiam peccatorum, ac ſi is dicat; Te ipſam aſpiciens, ô anima, & dotes tuas conſiderans (pulchra enim es facta, & mulierum omnium formo-

 ſiſſima)

ſiſſima) quæ tui ſunt ſimiles agnoſce : Sin te ipſam ignoras, veſtigia gregum explora, Sanctorum vitam perſcrutare, & in illorum tabernaculis, id eſt in Apoſtolicis Eccleſiis hœdos tuos paſce, cum in Euangeliis audieris: k *Videte, ne contemnatis vnum de puſillis iſtis minimis, qui in me credunt.*

k Mat.18. 11.

12 Alij in horum expoſitione alia procedunt via, vt per hæc ſponſus ita ſponſam hortetur ad ſui cognitionem, vt tamen ſimul iungat & comminationem malorum, quæ illi imminerant, ſi hanc deſpexerit cognitionem ſui ipſius : eſtque hæc exponendi ratio multo apud Patres frequentior, quam præcedens. Tametſi & inter eos, qui hanc ſequuntur, multiplex ſit varietas.

Bernardus.

Quidam enim comminationem aggrauant quam maxime poſſunt, ponderātes ſingula: inter quos præcipuus eſt Bernard. qui ſerm.38. in Cantic. exiſtimat, Animam piam hoc loco dura increpatione à Chriſto argui, propterea quod ignorans, quod adhuc in corpore ſit, auſa eſt petere, vt indicaretur ſibi locus gloriæ Dei: Quamuis enim pulchra ſit, pulchra tamen eſt inter mulieres, inter carnales, ac ſæculares animas, nihil in ſe virile habentes, nihil forte, aut conſtans in actibus ſuis demonſtrantes, ſed totum remiſſum, totum femineum, & molle, quod viuunt, & quod agūt; cum ipſa iam non ſecundum carnem ambulet, ſed ſecundum ſpiritum, ex eo nihilominus, quod adhuc in corpore viuit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac proinde non pulchra omni modo & inter Angelicas beatitudines. Reuocatur ergo, inquit Bernardus, ad ſeipſam, & ignorantia conuincitur, & inſolentia caſtigatur. Terribiliterque ſponſus intonat in dilectam, non tanquam ſponſus, ſed tanquam magiſter humilitatis: & non quaſi iratus, ſed vt territa purgaretur, purgata idonea redderetur huic ipſi, cui inhiat, viſioni: vt deſinat, donec inter mulieres verſatur, inquirere, quæ apud ſublimes illas ſunt poteſtates, ſolis ipſis perſpicua, ſolis licita, tanquam cæleſtibus cæleſtia ad videndum. Quod autem intonat, & comminatur tale eſſe, ait in ſerm.35. Si te ignoras: Si indignam te neſcis illa tua familiari, & ſuaui rerum contemplatione cæleſtium, ac diuinarum: Si ignoras tui excellentiam, meique bonitatem, quæ ſemel à me didiciſti, & accepiſti, intrare ad te ipſam, & in intimis tuis meam præſentiam ſuſpirare : Egredere de Sanctuario meo, corde tuo, vbi ſecretos, ſacroſque veritatis, ac ſapientiæ ſenſus dulciter haurire ſolebas : & magis, tanquam vna de ſæcularibus paſcendis, & oblectandis tuæ carnis ſenſibus intricare : Hœdos quippe dicit vagos, & petulantes corporis ſenſus, per quos peccatum, tanquam mors per feneſtras intrauit ad animā. Bene autem congruit quod ſequitur: *Iuxta tabernacula paſtorum*: Non enim ſupra, ſicut agni : Sed iuxta tabernacula paſtorum hœdi paſcuntur : Paſtores ſiquidem, qui vere Paſtores ſunt, licet tabernacula habeant de terra, & in terra, corpora ſcilicet ſua his diebus quibus nunc militant: non tamen de terra, ſed de cœleſtibus paſcuis dominicos greges paſcere conſueuerunt: neque enim ſuam eis, ſed Domini prædicant voluntatem: At hœdi, qui ſunt corporis ſenſus, cæleſtia non requirunt, ſed iuxta tabernacula paſtorū, ex omnibus ſcilicet bonis ſenſibilibus huius mundi, quæ eſt regio corporum, ſumunt, vnde ſua deſideria non tam ſatient, quam irritent. Hæc Bernardus in ſerm.35. vbi ſubtiliter ponderat, quare non ſit dictum ſimpliciter, *Egredere*: ſed, *Egredere & abi*, non cum gregibus, ſed *poſt veſtigia gregum tuorum*. Quoniam, ait, propter ſui ipſius, ac Dei ignorationem homo egregia creatura gregi admixta eſt. Hinc cum beſtiali ſimilitudine Dei ſimilitudo putata eſt: hinc ſocietas cū iumentis pro conſortio Angelorum inita eſt, iuxta illud Pſalmi: l *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Verum præſenti ſententia ſignificatur, eum, qui prius beſtiis æquabatur, nunc & poſtponi; idque ſignificat: *Egredere, & abi poſt veſtigia gregum.* Conuincitur enim

*Spiritalis anima in hac vita habet pulchritudinem imperfectam.*

*Anima, quæ ſemetipſam ignorat ſit deterior iumentis.*

l Pſ.48.13.

ire poſt greges homo & in præſenti vita : Si quidem eo ipſo cenſetur egredi poſt gregalia animantia, quod ſolus ipſe conuerſatione degeneri iura naturæ tranſgrediens, rationis compos, rationis expertia moribus & affectibus imitatur.

Pecus quidem ſi ſe ratione non regat, excuſationem habet à natura, à qua hoc ei munus penitus denegatum eſt, quam excuſationem non habet homo, cui ab ipſa natura ſpeciali prærogatiua illud eſt datum.

Neque ſolum in hac vita, ſed & in futura conuincitur ipſe homo ire poſt greges extremitate pœnæ.

Nam homines quidem merito ignorantiæ ignorari, id eſt reprobari, & ad tremendum illud iudicium ſtare debent, & igni perpetuo tradendi ſunt: non autem pecudes.

Nec dubium, fore deterius his, qui ſic erunt, quam his, quæ omnino non erunt: m *Melius ei fuerat* inquit, *ſi natus non fuiſſet homo ille*: non vtiq; ſi natus non fuiſſet omnino : Sed, ſi natus non fuiſſet homo, ſed, verbi gratia, aut pecus, aut alia quæpiam creatura, quæ quoniam iudicium non habet, ad iudicium non veniret, ac per hoc, nec ad ſupplicium.

m Mat.26. 24.

Conſentientia his habet Hugo de Sancto Victore Erudit. Theolog. ex miſcellan. 2. lib. 1. tit. 82.

*Hugo Vict.*

Origenes quoque homil. 1. ex duabus, licet haud pro iumentis greges ſumat, atque hœdos, ſed metaphorice: pari tamen modo ita hæc accipit ac ſi Chriſtus ad eandem animam dicat.

*Origenes.*

Si non cognoueris te quoniam regis es ſponſa, & à me facta formoſa, id tibi erit in pœnam, quod nouiſſima fies in veſtigiis paſtorum, idque non inter oues, & iuſtos: Sed inter hœdos & peccatores, cum quibus habitans, non poteris habere partem mecum.

*Ignorantia ſui ipſius cauſat Animæ, vt ſit nouiſſima inter peccatores.*

Idem tamen Origenes homil. ſecunda ex quatuor, mitius poſt multa diſtinguit cognitionem ſui, vt altera ſit quoad motus & affectus animi, per quē cognoſcat vnuſquiſque, quomodo ſe habeat circa bonum, ac malum, circa virtutes, ac vitia: Altera vero ſit quoad ſubſtantiam eiuſdem Animæ, per quam intelligatur, qua ratione Anima ſit incorporea, extrinſecus adueniens, immortalis, facta ad imaginem Dei, & cetera huiuſmodi. Hac diſtinctione poſita, multiſq; circa illius explicationem dictis: ita huc locum exponit, vt hæc à Verbo Dei dicantur ad animam, quæ in profectibus poſita eſt, nondum tamen ad ſummum perfectionis aſcendit, quæ pro eo quidem, quod proficit, pulchra dicitur : vt autem peruenire poſſit ad perfectionem, fiat ad eam comminatio neceſſaria, quod niſi ſemetipſam cognouerit, qualis ſcilicet ſit in moribus, & in actionibus, inquirendo de ſuis profectibus, & perſcrutando de propriis vitiis : niſi cognouerit, quam ſublimis creata ſit naturæ, & cetera huiuſmodi: niſi vigilanter ſe exercuerit in lege diuina, contingit ei, de his ſingulis opiniones colligere diuerſorum, & ſequi homines, nihil egregium, nihil ex ſpiritu locutos: hoc eſt enim, exire in veſtigiis gregum, & eorum doctrinam ſectari, qui etſi ipſi permanſerint peccatores, nullum peccatoribus remedium prouidere potuerint: quos qui ſequitur, hœdos vtique, qui peccatorum typum gerunt, videbitur paſcere, circumiens tabernacula paſtorum, diuerſas ſcilicet ſectas Philoſophorum. Concludit demum, vt in ſumma hoc intelligatur, quia neceſſe eſt, animā eam præcipue, quæ bona, & pulchra eſt, ſenſibus & ingenio vigilans, cognoſcere ſemetipſam, & dare operam ad ſui agnitionem per exercitia doctrinæ, & ſtudia diuina, ac per hoc agi ſpiritu Dei, & ſpiritu adoptionis. Aut ſi talis hæc anima ſemetipſam neglexerit, & à diuinis ſtudijs, declinauerit, neceſſe eſt, eā operā dare ſtudiis mūdanis, & ſapientiæ ſæculi, & agi n *ſpiritu huius mundi* o *iterum in timore*, iuxta Apoſtoli dictum. *Pulchram*, non ſimpliciter, ſed, *inter mulieres*, dici ait, animam, quam hic alloquitur ſponſus, quia per pulchritudinem ſuam præcellat ceteras, non virgines, ſed mulieres, illas ſcilicet, quæ corruptionem paſſæ ſunt,

*Cognitio ſui ipſius duplex: altera quoad ſubſtantiam, altera quoad operationes.*

*Cognitionem ſui ipſius negligens neceſſe eſt implicetur multis erroribus.*

n 1. Cor 2. 12.

o Rom. 8. 15.

ſæ ſunt, nec in Virginitatis integritate permanſerunt.

Cum his conſentiunt, quæ dicuntur à Philone Carpathio, Iuſto Orgelit. Aponio, atque Anſelmo in explicatione pœnæ quam eidem animæ ſemet ignorāti comminatur ſponſus per ea verba; *Egredere*, &c.

*Greg. PP.*
*Ignorans, ſe tribulationibus à Deo ſubiectum eſſe quid patiatur.*

Neque ab ijſdem valde diſſentiunt, quæ dicuntur à Gregorio Papa in Iob, lib. 16. cap. 21. & lib. 30. cap. 12. Sed expreſsius expoſitione in Cantica: vbi ait. Si ignorat ſe ſponſa, egrediatur, & abeat; quia quiſquis neſcit, ſe in hoc poſitum, vt tentationes per ſufferentiam vincat, à familiaritate Chriſti recedit, quia in bello poſitus cū Domino ſuo pugnare recuſat; ignoratque, vbi deſit pugna, deeſſe & coronam. Digne ergo à pugnatoribus ſecernitur, vt veſtigia gregum ſequatur, quia dum prudentes quoſque imitari negligit, neceſſario reprobos ſequitur, quos ſtultitia brutis animalibus fecit ſimiles: atque immundas cogitationes quaſi hœdos laſciuos in corde nutrit: & efficitur ei ſimilis etiam, qui à fide recedit; ſiquidem per tabernacula paſtorum, conuenticula exprimuntur hæreticorum, qui à fide recedunt. Quo loco Gregorius id, quod de ignorantia ſui arguitur Anima, non tam de ea accipit ignorantia, qua illa ignotat nobilitatem ſui ipſius, prout accepit in citatis locis librorum moral. quam de ignorantia illa, qua eadem ignorat neceſsitatem, & vtilitatem tribulationum, quibus opus eſt, vt pugnent iuſti quilibet in hac vita.

13

*Caſsiodorus.*
*Beda.*

De qua ignorantia idipſum accepere & Caſsiodorus, & Beda, aptantes non comminationem hanc ad Eccleſiam quamdam particularem: ſed ad animam, quæ alijs præſit, deficientem in tribulationibus, in hunc modum; vt Chriſtus, reſpondens ijs, quæ in præcedentibus ab illa dicta fuerant, ſic eam compellet. Quid ita loqueris, quaſi à me poſsis in tentatione vlla ratione deſeri, teque in cuſtodienda ab hoſtibus noſtra vinea nimio feruore quaſi meridiani ſolis denigratam eſſe, quereris, quam ipſe per lauacrum regenerationis iam pulchram inter mulieres, id eſt inter aliorum dogmatum Synagogas eſſe donaui, ſed pulchriorem multo tribulationum examinatione reddendam eſſe diſpoſui? Quod ſi hæc forte ignoras, nec reminiſceris, quia nemo coronatur, niſi qui legitime certauerit: *Egredere* à meo conſortio, *& abi poſt veſtigia gregum*: id eſt errantium actus imitare, cum te ipſe magis vnius mei gregis cuſtodem eſſe decreuerim, cui vnū eſſet ouile, & vnus paſtor: *Et paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum*, id eſt perditos nutri auditores, ſecuta inſipientium doctrinas magiſtrorum, relictis verbis prudentium, quæ per magiſtrorum conſilium dantur à paſtore vno. Namque ipſe quidem te, ſi me diligis, meos agnos, id eſt ſimpliciter mihi, & innocēter ſeruientes animas, verbo ſalutis paſcere iuſsi: tantam huic officio curam te impendere volui, vt malles cuncta pati aduerſa, ipſius etiam mortis ſubire tormentum, quam ab eorum paſtione deſiſtere. Quod ſi ignoras, te ſub huiuſmodi conditione mihi eſſe deſponſatā, tuos potius hœdos paſce, id eſt erraticis ſociare Doctoribus, præbe te luxurioſis, & ſuperbis, qui & recte hœdi vocantur & tui hœdi, videlicet, qui ad ſiniſtram ſunt in iudicio ponendi: Tui vero, quia non iuxta meorum regulam mandatorum; Sed iuxta tuos magis inſtituuntur errores, id eſt eos, quibus antequam mihi iungereris, retenta es; Non hæc autem iubendo Dominus ait (ait Beda) ſed potius minitando loquitur, & inſinuando, quid proueniat iis, qui tentationum aduerſa non ferentes, ab Eccleſiaſticæ pacis ſe vnione ſecernunt.

*Auguſt.*
*Fideles ignorantes excellentiam Eccleſiæ Catholicæ facile incidunt in ſectas hæreticorum.*

Auguſtinus quoque ad Eccleſiam hanc comminationem factam arbitratus eſt, pertractatque hunc locum ſæpius Epiſtola 48. ad Vincentium: lib. 2. contra ſecundam Epiſtolam Gaudentij, libr. de Paſtoribus cap. 15. ſed præſtantius ſermon. 50. de verbis Domini, dicens: Corripit ſponſus, vt conſtringat, vt ſeruet. Niſi cognoueris temetipſam, inquit, ô pulchra inter mulieres; quantumlibet enim ſint aliæ pulchræ donis viri ſui, hæreſes ſunt: ornatu non viſceribus pulchræ A ſunt: foris extrinſecus nitent, nomine Iuſtitiæ ſe dealbant: omnis autem pulchritudo filiæ regis intrinſecus: Niſi ergo cognoueris temetipſam, quia vna es, quia per omnes gentes es, quia caſta es, quia colloquio peruerſo malorum ſodalium corrumpi non debes: Niſi cognoueris temetipſam quod recte mihi deſponſauit ille Virginem caſtam exhibere Chriſto, recteque mihi exhibeas: ne malis colloquiis, ſicut Serpens Euam ſeduxit aſtutia, ſic & tui ſenſus corrumpantur à caſtitate tua: Niſi ergo talem cognoueris temetipſam: Exi, Tu exi. Aliis enim dicturus ſum; Intra in gaudium Domini tui: Tibi non dicam: Intra, ſed Exi: vt ſis inter eos, qui ex nobis exierunt: Exi tu: Sed niſi cognoueris temetipſam, tunc exi. Si autem co- B gnoueris temetipſam: intra. Si non cognoueris, exi tu in veſtigiis gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. Exi in veſtigiis non gregis, ſed gregum: & paſce, non ſicut Petrus oues meas: ſed hœdos tuos in tabernaculis non paſtoris, ſed paſtorum; non vnitatis, ſed diſſenſionis, non ibi poſita, vbi eſt vnus grex, & vnus paſtor.

*Hieronym.*
*Virgo quomodo cuſtodire debeat decorē ſuum Chriſto.*

Hieronymus Epiſtola 22. ad Euſtochium, Virginem Chriſto ſponſatam increpatam per hæc accipit, ac ſi Chriſtus ipſe ita illam alloquatur. Sis licet pulchra, & inter omnes mulieres ſpecies tua diligatur à me ſponſo tuo: niſi te cognoueris, & omni cuſtodia ſeruaueris cor tuum: niſi oculos iuuenum fugeris, E- C gredieris de thalamo meo, & paſces hœdos, qui ſtaturi ſunt à ſiniſtris.

*Synagogæ quanta mala prouenerint ex ignoratione collatarū ſibi gratiarū.*

Aponius denique ſumit hæc vt comminationem factam à Chriſto ad Synagogam, quæ minime agnouerit, quantis, & qualibus à Deo ſuo decorata ſit prærogatiuis, & quibus illuſtrata ſit gratiis: Sic vero ipſam explicat comminationem, vt egrediatur de proprio ſolo in captiuitatem poſt veſtigia variarum gentium, gregum violenter ipſam trahentium, & paſcat cæremoniis legis Moſaciæ filios ſuos hœdos, à ſiniſtris collocandos, iuxta tabernacula paſtorum, id eſt iuxta religionem, Regum, & Principum, in quorum D regna, & poteſtatem tradetur.

Ideo autem iuxta tabernacula, & non intra paſcere hœdos ſuos, dicitur, ait Aponius.

Quia cum videtur idololatriis minime ſeruire, tamen filios ſimiles paſcit, quos neſciet Chriſtus in die Iudicij; & cum ſe extollit legem Moyſi, & ritum circumciſionis cuſtodire, iuxta eſt impietatem eorū, qui idola colunt.

---

## V. IX. c. I. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea.*

E

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

AMantibus conſuetum id eſſe ſolet, vt quam rei 1
amatæ pulchritudinem propriis verbis iuxta mentis conceptum exprimere nequeunt, tranſlatis ſimilitudinibus aliquot, ſaltem vel delineare contendant: ſæpius id in hoc amoris Cantico obſeruare fas erit.

Sed & in his, quæ præ manibus habemus, hoc ip- F ſum cernere eſt. Enimuero poſt longam ſponſæ expectationem: poſt diutina dilecti videndi deſideria: poſtque multas de tanta mora querelas, cum aduentaſſet tandem ſponſus, ſtatim in ſuperiori verſu commendare ſtuduit dilectæ pulchritudinem, dicens: *O pulcherrima inter mulieres.*

Verum quia tam eximiam, qua mulieribus omnibus præſtabat, pulchritudinem haudquaquam propriis verbis plene commendari poſſe intelligebat, egregia ſane ſimilitudine, præclariſſimo illam in hac ſententia extollit præconio.

Vt au-

A Vt autem dilucide & allatæ ſimilitudinis, & ipſius præconij vis percipi queat à ſingulis, Notandum, pro eo, quod in noſtra lectione habemus: *Equitatui meo:* in originali Hebraico legi לטוטתי leſuſathi. Quæ dictio duplicem cauſauit difficultatem: Alteram, quod cum טוטה ſuſah ſit ancipitis ſignificationis, quatenus ſignificat & equam feminam, & equitatum, diſsident expoſitores in ipſius ſimilitudinis explicatione, adaptantibus quibuſdam illam ad equitatum, aliis ad equam; quam difficultatem auget & Græcus textus Septuaginta Interpretum, qui pro ancipiti dictione hebraica ancipitem poſuerunt & Græcam τῇ ἵππῳ: ἵππος namque in feminino vtrumque ſignificat, & equam, & equitatum. B Cauſauit & alteram difficultatem prædicta dictio לטוטתי leſuſathi: ſiquidem nonnulli, exiſtimantes, Iod illud, quod in eius eſt fine, eſſe paragogicum, & redundans, prout ſæpius in Scripturis Sacris contingere ſolet, & prout exempli gratia in vno primo verſu Threnorum ter contigiſſe obſeruatur in dictionibus רבתי rabbathi, bis, & שרתי ſarathi: legentes, *equa*, vel, *equitatui*, abſque ly *meæ*, vel, *meo*, cenſent ſimilitudinem fieri ad equam, vel equitatum in genere, non ad particularia Salomonis. Alij è cōtra id nullatenus hoc loco admittentes, prædictum Iod, vt affixum, & pronomen accipiunt feminei generis: & legunt: *Equæ meæ*, vel, *Equitatui meo.*

C Secundo ad eiuſdem ſimilitudinis intellectum recolenda ſunt, quæ in libris Regum, & Paralipomenō de equis Salomonis dicuntur: Siquidem in lib. 3. Regum hæc leguntur: *a Congregauit Salomon currus, & equites, & facti ſunt mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum, & diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum Rege in Ieruſalem.* Et poſt pauca: *Et educebantur equi Salomoni de Ægypto, & de Coa, & ſtatuto pretio perducebant: Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto ſexcentis ſiclis argēti, & equus centum quinquaginta: Atque in hunc modum cuncti Reges Ethæorum, & Syriæ equos venundabant.* D In ſecundo autem libro Paralipomenon legimus: *b* Salomonem habuiſſe quadraginta millia equorum in ſtabulis, qui ei adducebantur de Ægypto, tamquam ex communi ceterarum regionum emporio.

a 3. Reg. 10. 26.

b 1. Par. 9. 25.

Primus ſenſus.

His animaduerſis: Similitudinis, quæ hoc loco affertur, ad ſponſæ pulchritudinem exprimendam, duplex afferri poteſt ſenſus.

Primus eſt, vt ſimilitudo ipſa fiat ad equam, vel equas, quæ ſint in curribus aduectis ex Ægypto, qui nomine Regis eius Pharaonis ſignificātur: ſitque hæc ſimulitudo ducta ad declarandum liberale illud, & ingenuum, quod elucebat in ſponſæ facie. Hunc ſenſum ſequuntur plures etiam ex noſtris, ſed in primis E Legionenſis, confirmatque illum primo ex naturali Equarum pulchritudine, cum equi præſtent inter omnia animantia, apta membrorum & totius corporis compoſitione, atque figura, inſitque illis elegans quiddam, ac generoſum, idque tum molli flexu crurum, tum elatione ceruicis oculorumque alacritate, tum ſpiritu ipſo atque hinnitu: eadem ipſis equis ſpecioſiora equæ habent feminæ.

Secundo, exemplo Lyrici, qui hac ipſa ſimilitudine equæ feminam adoleſcentem, virique expertem in hunc modum commendat: Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi.

F Verum quamuis ſenſus iſte haud ſit contemnendus; cum tamen fere omnes, quotquot viderim Patres, ancipites Hebraicam, ac Græcam dictionem, pro equitatu, iuxta noſtram accipiant lectionem: haud tanti mihi facienda videtur vel Hebræorū opinio, vel Lyrici Poëtæ auctoritas, vt hoc vno ſenſu contenti ſimus: præſertim cum multo aptius pulchritudo ſponſæ, eiuſque grauitas, atque maieſtas cum equitatu comparetur, quam cum equa: & cum videamus infra eamdem ſponſam comparatam cum exercitu, & acie inſtructa. Sit ergo ſecundus, atque præſtantior ſenſus, vt per ea, quæ hic dicuntur, tale quid ſibi velit ſponſus.

Secundus ſenſus.

Paraphraſis.

A Tanta eſt pulchritudo, grauitas, atque maieſtas faciei tuæ: tamque tui aſpectu delector, quam delectari ſolent homines intuentes pulcherrimum equitatū meum, qui cōſtat curribus Pharaonis, id eſt pulcherrimis, ac præſtantiſſimis. Vel, ô amica mea, tanta eſt pulchritudo tua, vt eā aſsimilauerim equitatui meo, &c. Nam ſicut ipſo equitatu meo complures gentes ſuperare, ac mihi ſubdere ſoleo: ita & tu pulchritudine tua omnes, ac me in primis tibi ſubditum reddis atque deuincis. Non prætereundum hoc loco, quod recte notatum eſt à Legionenſi: cum enim præſens ſimilitudo ex equitatu, & curribus, non videatur eſſe B ſimilitudo paſtoralis, atque ex pronomine, *meo*, manifeſte indicet Salomon, ſe hic loqui ſub perſona propria, non ſub perſona paſtoris, dicendum, ipſum in hoc allegorico opere illam tenere ſcribēdi rationem, quam ſcriptores vniuerſi probati ſeruare ſolent: vt licet vt plurimum ſe ſub perſona paſtoris inducat loquentem, nonnumquam ea perſona detracta, ſe manifeſtet loquentem: ſicque ipſam allegoriam variet, atque diſtinguat, vel vt ſatietati occurrat, quam perpetuus verborum tranſlate poſitorum vſus afferret: vel vt orationi lumen inferat, ſeque ipſe interpretetur. Vide Legionenſem variis id tum Sacrorum, tum profanorum exemplis comprobantem.

Tertius ſenſus.

C Quod ſi abſque pronomine, *meo*, legamus: *Equitatui in curribus Pharaonis:* prout eos legere notauimus, qui putant, in dictione Hebraica Iod eſſe redundās, tunc tertium afferre licebit ſenſum, qui animæ ſit maxime congruus, nec tamen à littera ſit alienus, vt ſit alluſio ad equitatū, *c* quem in equis, & curribus inſtruxiſſe, legimus Pharaonem aduerſus fugiētes Hebræos, fiatque per hæc reſponſio ad id, quod in Verſiculo ſeptimo dictum fuerat à ſponſa: *Indica mihi, &c. Ne vagari incipiam*; vel; *ne fiam veluti cooperta poſt greges Sodaliū tuorum:* & ſenſus ſit: ſponſæ haudquaquam metuendum de ſponſi ſodalibus, quandoquidem etſi ipſa D pulcherrima ſit inſtar pulcherrimi equitatus: eſt tamen vniuerſis alijs, præter quam ſibi vniuerſis ſodalibus ſuis ita terribilis propter inſignem honeſtatem, eximiamque maieſtatem, quæ in eius eluceat vultu, ſicut Hebræorum populo terribilis antiquitus extitit equitatus in curribus Pharaonis. Quod autē hic ſenſus à littera non ſit alienus exinde colligi poteſt, quod in capitulo ſexto, hæc ipſa ſponſa præter complures, ſummaſq; alias laudes, hac in primis commendatur à ſponſo, quod ſit terribilis vt caſtrorum acies ordinata: Nec quiſpiam alius exercitus adeo vnquam Hebræis extitit terribilis, ac metuendus, ſicut equitatus ille in curribus Pharaonis: de quo in Exodo legi- E mus, *d* Pharaonem iunxiſſe currum, & omnem populum aſſumpſiſſe ſecum: tuliſſeque *ſexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus:* & ſubdit textus: *Cumque appropinquaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe, & timuerunt valde.* Ac bene ex hoc Pharaonis comitatu ſumpſit ſponſus ſimilitudinem, quoniam illius terror ſingulis Hebræorum ita eſſet perſpicuus, vt & ſponſa ipſa, quæ equitatus exercituſque minime vidiſſet, optime propoſitam perciperet ſimilitudinem.

c Exo. 14. 6

d Exo. 14. 6 & 10.

Quartus ſenſus. Homil. 2.

Origenes alio pacto hanc Pharaonis hiſtoriā præſenti aptat ſententiæ quartumque nobis ſuggerit ſenſum, vt ſponſus per hæc probare velit, ſponſam pul- F cherrimam eſſe inter mulieres, eaſq; omnes pulchritudine ſuperare, æque ac in mari rubro equitatum Dei, currus ſuperaſſe legimus: Ac ſi dicat.

Paraphraſis.

Sicut tunc in Ægypto cum Pharao perſequens populū Iſrael proceſsit in curribus, & equitatu: & meus longe præcellebat ipſos Pharaonis currus, vtpote qui illos ſuperauerit, & in mare demerſerit.

Ita & tu amica mea ſponſa præcellis omnes mulieres, ſimilis effecta ipſi equitatui meo: nullaque mulier alia pulchritudinis viribus te eſt potentior, quippe quæ per eas, & me ipſum deuiceris. Iuxta hunc autem ſenſum Salomon hoc loco clare proponit Deum in perſona propria loquentem, non iam ſub perſona paſtoris,

ſtoris, ant ipſiuſmet Salomonis : quod nequaquam diſſonum eſt à littera: Sicut nec à littera diſſonat, vt iuxta primos ſenſus Salomon, paſtoris perſona exutus, ſemetipſum in propria perſona loquentem inducat, quemadmodum enim iuxta prædictos ſenſus propriam ei licuit inducere perſonam, vt omnes intelligerent, ipſum eſſe, qui per totum hoc Canticum ſub metaphora loqueretur paſtoris : ita multo magis Deum ipſum in propria perſona inducere ſecundum præſentem potuit ſenſum, vt ſingulis fieret perſpicuum id, quod ipſe intenderet in hoc Cantico, ſub ſua, atque paſtoris perſona, Deum metaphoricè loquentem proponere.

## V.IX. c.I. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te Amica mea.*

### Expositio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia Sancta.*

2

*Dominus Deus exercituum cur dicatur is, qui eſt Deus pacis.*

INter varia, ac magnifica, quæ in ſcripturis Sanctis Deo adſcribuntur nomina, nullũ fortaſſe frequentius eſt reperire eo, quo dicitur Dominus Deus exercituum : Si quid autem eſt, quod curioſius indagandum ſit, hoc mihi videtur præcipuum, qua ratione nomen iſtud Deo conueniat, cum iuxta Apoſtoli dictum, *a Non ſit diſſenſionis Deus, ſed pacis:* & exercitus è contra non pacis ſint, ſed diſſenſionum, atque bellorum: Et cur tam frequenter in Sacris paginis eo nuncupetur.

a 1.Cor.14. 33.

*Deus dicitur Dominus exercituum propter eximiam pulchritudinem ingẽtemque potentiam.*

Et quidem ſi exactius nominis huius vim perſcrutemur, inueniemus, eximiam ex illo in Deum prouenire gloriam, & gloriam duplicem, potentiæ nimirũ, atque pulchritudinis. Porro cum tria inter creaturas ſint, in quibus hæc duo maxime eminent, Angelici videlicet ſpiritus, ſtellæ cœli, atque armatorum hominum copiæ : hęc tria hoc nomine militiæ, & exercitus in Sacris litteris nuncupari ſolent: ideo iure optimo is, qui tum pulchritudine, tum poteſtate etiam his tribus ſupereminet exercitibus, Dominus exercituum nuncupatur. Nam quamuis Angeli tantæ ſint poteſtatis, vt *b* vnus ſolummodo eorum vna nocte interficere potuerit centum octoginta millia Aſſyriorum, tantæque ſint pulchritudinis, vt vnus ille, quem aliquando *c* in medio trium puerorum vidit Nabuchodonoſor, ſimilis filio Dei dictus ſit: Tanta tamen eorum pulchritudo vel nihil, vel modicum quid eſt in comparatione pulchritudinis Dei, vnde in libr. Iob dicitur, *d Deus in Angelis ſuis reperiſſe prauitatem*, non ſolum quia in Angelis ijs, qui ab ipſo apoſtatarunt, fœdiſſimam reperit peccati maculam; verum etiam quia eos, qui in propria perſtiterunt pulchritudine, in infinitum reperit diſtantes à ſumma illa prima, ac infinita pulchritudine ſua. Nec eam, quam adeo magnam habent poteſtatem vllatenus exercere valent, præterquam ad nutum ſupremæ poteſtatis Dei, cui ſubiecta ſunt omnia. Idipſum & de ſecundo, ac tertio exercitus genere dicendum : & de tertio quidem armatorum hominum nihil eſt, quod quidpiam dicatur, cum quotidiana probemus experientia, immenſos hominum exercitus ad ſimplicem Dei nutum in nihilum redactos. Sidera vero, & vniuerſa militia cœli, ſi ingentem ac maximam in ſublunaribus ſuo influxu habent potentiam; Si inter omnia, quæ noſtro objiciuntur aſpectui, ſunt maxime pulchra: quicquid tamen per admirabilem ſuam vim influunt, ex diuino pendet concurſu, ex diuino prouenit iuſſu: & quicquid pulchritudinis habent, id omne immundum ac turpe eſt reſpectu pulchritudinis Dei : *e Ecce enim* inquit Baldad Suites in lib. Iob, *Luna etiam non ſplendet, & Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius.* Propter hæc duo igitur, pulchritudinem, ac potentiam, quæ in hoc triplici exercitus genere maxime effulgent, dicitur Deus Dominus exercituum. Quod propter pulchritudinem colligitur ex inſigni illo præconio, quo *f* Seraphim, tantum commendantes decorem, clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria*, id eſt decore *eius:* Quod vero propter potentiam, patet ex illo item Iſaiæ, quo dicitur : *g Propter hoc dicit Dominus Deus exercituum, fortis Iſrael.* Porro ſicut per iſtiuſmodi comparationem ad exercitus, hanc duplicem homines in Deum conferunt gloriam: ita ſingulari certe myſterio & Deus ipſe cum hac eadem duplici gloria honeſtare homines voluit; cum Eccleſiam, fideliũ hominum collectionem, ſponſamque dilectam ex his duobus pulchritudine commendare voluit, atque potentia; exercitui eam ſimilem aſſeruit, talique exercitui, qui apud homines & pulchritudine, & viribus ſit præſtantior, nempe equitatui, qui inſtructus ſit ex curribus præſtantiſſimis: Sic enim ait: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea:* Ac ſi dicat.

b 4.Reg.19. 35.

c Dan.3.92.

d Iob 4.18.

e Iob.25.5.

f Iſai.6.3.

g Eſai.1.24

*Similitudine equitatus commẽdatur Eccleſia ex pulchritudine & ex potentia.*

*Paraphraſis.*

O Eccleſia, quam mihi meo reconciliaui ſanguine, ita vt iure amica mea dici debeas, dixi iam, te eſſe pulcherrimam inter omnes mulieres : pulchritudine ac ſanctitatis decòre vniuerſis aliarum ſectarum præſtare collectionibus: at modo adeo magnam dico eſſe hanc pulchritudinem tuam, vt tantum mihi per illam præſtetur oblectationis, cum eam intueor, quantum hominibus exhiberi ſolet voluptatis ex viſione pulcherrimi exercitus, qui perpulchris conſtet & equis, & curribus: quin per hanc ipſam, qua excellis, ſanctitatis pulchritudinem, nil minus, quam potentiſſimus equitatus, ijs polles viribus, atque potentia, quibus reliquas ſuperas ſectas, & quod maius omnibus eſt, me ipſum tibi ſubiectum quodammodo reddis.

*Origenes. Ambr. Aponius. Bern.*

*Equi Dei in Eccleſia tot ſunt, quot ſunt Sancti, quotue fideles.*

Equitatui ſane debuit comparari, quæ ex magna equorum inſtructa eſt multitudine : Tot enim in ſe fortiſſimos habet equos Eccleſia, quot habet & fideles, quod clare per Zachariam Prophetam ſignificatur ijs verbis; *h Viſitauit Dominus exercituum gregem ſuũ, domum Iuda*, id eſt Eccleſiam: *Poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello:* Non dicit; poſuit eos equos: Sed, quaſi equum gloriæ ſuæ, vt idipſum innueret, quod Sponſus ſignificat, dicẽs; *Equitatui meo aſſimilaui te.* Quamuis etenim fidelis quiſque, & vnaquęque anima equus ſit Domini, totque in Eccleſia ſint equi, quot dorſum ſuum curuauerunt, vt ſuſcipiant ſeſſorem Verbum Dei ſuper ſe, & frænum eius patiuntur, vt quocumque is voluerit, flectat eas, & agat habenis præceptorum ſuorum : tanta nihilominus in illis eſt charitatis vnio, vt contra fidei, bonorumque morum aduerſarios talem conſtituant equitatum, qui ſit quaſi vnus equus gloriæ Dei in bello; multo namque maiorem gloriam & ſibi, & Deo per tam arctam conciliant vnionem, quam quæ ex validiſſimo plurium exercituum robore poſſet conciliari : Vnde ſubjicitur per Prophetam, *Et erunt quaſi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: bellabunt, quia Dominus cum eis & confundentur aſcenſores equorum.* Nec enim quotquot in mundo ſunt ſuperbiſsimi equi; nec quotquot ex Inferno inſurgunt aſcenſores equorum, contra Eccleſiam quidpiam habere poſſunt virium, cum à Domino poſita ſit, quaſi equus gloriæ eius: cum Dominum habeat ſeſſorem, cum equitatui ſimilis ſit Regis Pacifici, vtpote quam Rex Pacificus nedum equitatui ſuo aſſimilauit, ſed & equitatui, & curribus. Per hoc quippe Apoſtoli, & qui in Eccleſia prædicationis munus exercuere, tam fortiter contra aduerſariorum ſectas dimicati ſunt, & contra potentiſsimos præliati ſunt hoſtes: per hoc, iuxta Prophetæ vaticinium; *quaſi fortes extiterunt, conculcantes lutum viarum in prælio*; quia curribus ſimiles ſeſe exhibuerunt : Quemadmodum enim currus, vix per modica rotarum puncta terram tangens, velociſsimo curſu quodlibet perficit iter, celerrimoque rotarum motu quicquid ſibi objiciatur, conculcat, & terit;

h Zac.10.3

*Ambr. Tres Patres. Iuſt. Org. Philo Carp.*

*Apoſtoli & viri Apoſtolici quomodo dicatur currus.*

*Simile.*

Ita

Ita & illi,quia vix per ea, quæ carnis neceſſitas requirit, rebus adhæſere terrenis, quia in carne ambulantes,non ſecundum carnem ambularunt: vniuerſam peragrantes terram , celerrimo curſu per totum terrarum orbem Euangelium prædicarunt, breuiſſimoque temporis ſpatio quaſcumque ſibi contrarias contriuere potentias. Vnde factum eſt, vt tam pulchra eſſet Eccleſia, quæ mereretur aſſimilari *Equitatui Salomonis,in curribus.*

Sed quidnam ſibi vult ſponſus,dum non ait;*in curribus*,ſimpliciter,at;*In curribus Pharaonis?* Dictum eſt in prima expoſitione , per currus Pharaonis ſignificari currus Ægypti,cuius Rex Pharao ; quia præſtantiſſimi quiq; curruum Salomonis ex Ægypto eſſent adducti:per hæc autem & Pharaonis,& Ægypti nomina id deſignatur,quod non modicum Eccleſię amplificat pulchritudinem: Pharao quippe diſſipans interpretatur,& Ægyptus tenebras,vel anguſtias,& tribulationes deſignat : atque adeo per hæc ſignificatur, eos,qui præſtantiores in Eccleſia fuere in doctrina,& ſanctitate , ad Chriſtum adductos, vel ex diſsipantis Diaboli faucibus,vel per anguſtias,perſecutiones,ac tribulationes,vel denique ex Gentilitate,quæ in tenebris infidelitatis,& ignorantiæ habitabat:iuxta illud: *i Populus,qui ſedebat in tenebris,vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis :* qua de re & ipſamet in ſuperioribus gloriabatur Eccleſia , cum diceret: k *Nigra ſum,ſed formoſa ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis:* id namque pulchriorem illam reddit , quod formoſa facta eſt , ſicut pelles Salomonis, cum prius fuiſſet nigra , ſicut tabernacula Cedar : & Chriſtus verus ille Salomon haud aliunde equitatum ſuum,ac currus quam ex Ægypto comparauit:quippe qui, iuxta Apoſtoli dictum , *l De tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum* ,quiue *m Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine;qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum.* Nec cuiquam ignotum eſt,eo citius Euangelium per vniuerſum orbem delatum, quo ij , qui currus erant Eccleſiæ , vehementioribus preſsi ſunt anguſtiis , quo maioribus agitati ſunt perſecutionibus:quove magis ſeipſos ærumnis confecerunt, eo celerius ſuum peregerũt curſum:Vnde Apoſtolus:*n Ego ſic curro non quaſi in incertum : ſic pugno non quaſi aerem verberans : ſed caſtigo corpus meum,& in ſeruitutum redigo, ne fortè cum aliis prædicauerim,ipſe reprobus efficiar.* Et ad Hebræos:*o Deponẽtes,*inquit,*omne pondus & circumdans nos peccatum ,per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.* Hæc quoad Eccleſiam dicta ſufficiant ; ceteros enim ſenſus aptius ad Animã in ſequenti aptabimus expoſitione.

*Doctores inſigniores ex infidelibus, & peccatoribus cõuerſi Eccleſ. pulchritudinem auxere.*

i *Iſa.9.2.*

k *Cant.1.5.*

l 1.*Pet.2.9.*

m *Col.1.12*

*Prædicatores quo maioribus premuntur anguſtiis,eo maiorẽ in Eccl. colligunt fructum.*

n 1.*Cor.9.26.*

o *Heb.12.1.*

## V. IX. c.I. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

3 Primus ſenſus.

CVm cæleſtis ſponſus piam animam in ſuperiori ſententia præclaro illo commendaſſet encomio, quo eam aſſeruit pulcherrimam inter mulieres:nunc oſtendit merito ipſam ſic commendatam,quippe quę tanta præcellat ſanctitate , vt eius amica dici queat, cuius humanitati propter eximiam ſanctitatem ſit aſſimilata : dicens quippe iuxta primum litteræ ſenſum , *Equæ meæ in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea*;tale quid ſibi velle videtur.

*Origenes. Theodorit.*

Pulcherrima es inter mulieres : ſiquidem ego aſsimilaui te humanitati meæ,cui per diuinitatem inſedi, veluti pulcherrimæ cuipiam equæ:per quam & mundũ iſtum triginta tribus peragraui annis, aſsimilaui autem te equæ meæ in curribus Pharaonis, in curribus,qui ex Ægypto aduehi ſolerent,in curribus præſtantiſsimis,humanitati nimirum meæ, quæ curribus

Paraphraſis.

*Humilitate, atque obedientia ani-*

A præſtantiſsimis præceptorum Dei alligata , velociſsimo curſu aduolauit ad cælum ; atque adeo cum tali humanitatis meæ te inſigniuerim ſimilitudine , iure optimo pulcherrima inter mulieres , ſanctiſsimaque inter cæteras animas,& Amica mea dici potes. Innuit itaque Chriſtus,vniuerſam Animæ pulchritudinem, propter quam ad ipſam amandam pertractus eſt,inde pendere,quod ad ipſius imitationem humilitatem perſecuta eſt ante omnia,& per obedientiam diuinis omnino ſeſe alligauit præceptis.

*ma ſimilis humanitati Chriſti, & Dei amica atque pulcherrima.*

In his enim duabus præ cunctis virtutibus aliis Chriſti excelluit humanitas,vnde has duas præ ceteris indicauit Apoſtolus , cum de ea ipſa loqueretur humanitate,atque ad illas fideles hortaretur; dicens.

B *a Hoc ſentite in vobis,quod in Chriſto Ieſu,qui,cum in forma Dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo;ſed ſemetipſum exinaniuit,formam ſerui accipiens,in ſimilitudinem hominũ factus,& habitu inuentus,vt homo:Humiliauit ſemetipſum:factus obediens vſque ad mortem,mortem autem Crucis:*quaſi diceret:ſtudete,vt in his præcipue Chriſto ſimiles ſitis,in humilitate,atque in obedientia. Enimuero Anima quæ Dei amica eſſe voluerit,quantũuis inſtar equæ generoſa ſit,variiſque,ac præclaris naturæ dotibus exornata,nunquã ad tantam perueniet dignitatem : niſi inſtar equæ frænũ admittat timoris Dei:niſi inſtar equæ,quæ currui alligata ſit,& ipſa diuinis ſit alligata præceptis. Porrò hæc Dei præcepta

a *Phil.2.*

C ſatis congruenter curribus comparantur præſtantiſſimis. Nã primo,ſicut currus oneroſi per ſe quidẽ ſunt, at propter rotas, quas habẽt adiunctas,ac ſi leuiſsimi eſſent,facillime pertrahuntur. Ita & diuina præcepta, ſi ſecundum ſe, & iuxta eorum ponderẽtur naturam, haud dubiũ,quin grauiſsima ſint,ita vt de quibuſdam illorum audacter Petrus protulerit:*b Quid tentatis Deũ imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum,quod neq; Patres noſtri,neque nos portare potuimus ?* Si tamen eadem cum adiunctis diuinarum gratiarum perpendantur rotis, abſq; vllo perficiuntur labore , quod aperte ſignificatum habemus à Domino vbi ait , *c Iugum meum ſuaue*

*Præcepta Dei quam congrue deſignentur per currus.*

*Simile.*

b *Act.15.10.*

D *eſt,& onus meum leue.* Secundo quemadmodũ propter adiunctas rotas grauiſſima in curribus trahũtur pondera , quæ abſq; curribus nullatenus ferri poſſent ab equis. Ita & Dei adiuuante gratia, diuina implentes præcepta,facillime portant vitæ præſentis onera,quæ alioquin ita ſunt grauia,vt quidam propter ea dixerit: *d Factus ſum mihimetipſi grauis* , & Apoſtolus : *e Corpus quod corrumpitur,aggrauat animã,& ingemiſcimus grauati.* Quod præclare Dominus ſub aliis metaphoris per Eſaiam ſignificauit,vbi dixit;*f Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet, ſicut flumen,pax tua , & iuſtitia tua , ſicut gurgites maris , & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum , & ſtirpes vteri tui, vt lapilli eius , non interiſſet, & non fuiſſet attritum nomen eius à facie mea.* Tertio ſicut currus aurigam ha-

c *Mat.11.30.*

*Simile.*

*Obedientia facilẽ reddit moleſtiſsimã vitã iſtam.*

d *Iob.7.20.*

e *2.Cor.5.4*

f *Iſa.48.18*

*Simile.*

E bent inſidentem, qui equos rationis expertes per rectum dirigit callem : ita & ij, qui inſtar animantium rationis expertium extra ſtudiũ obedientiæ, ac mandatorum Dei per deuia prius , ac per præcipitia huius mundi ambulabant, quive eo abſq; vlla conſideratione currebant præcipites,quo impetus eos ferebat appetitus ſenſibilis:cum ad obedientiæ currum:cum ad currus præceptorum Dei ſeſe alligari patiuntur: cum obedientiæ vacant mandatorum Dei , Deum habent aurigam , qui eos per huius vitæ ſtadiũ recta dirigat: Vnde Dominus ipſe ad Ioſue ait : *g Confortare , & eſto robuſtus valde,vt cuſtodias, & facias omnem legem, quã præ-*

*Obedientia dirigitur vnuſquiſque iuxta rectum rationis vſũ.*

g *Ioſ.1.7.*

F *cepit tibi Moyſes ſeruus meus. Non recedat Volumẽ legis huius ab ore tuo : ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſtodias,& facias omnia,quæ ſcripta ſunt in eo,tunc diriges viam tuã,& intelliges eam:* & in libro Prouerb. Salomon; *h A Domino,*inquit,*diriguntur greſſus viri,quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuam ?* Dirigit autẽ diuinus auriga iſte non ſolũ per ſemetipſum, ſed & per alios aurigas Prælatos Sanctos,vnde in libro Sapiẽtiæ dicitur:*i Direxit opera eorũ in manibus Prophetæ Sancti.* Quarto ſicut currus ſunt ad pugnãdum aptiſsimi,atq; adeo quandocumque Scriptura Sacra magnum aliquem recenſere

h *Pro.20.*

i *Sap.11.1.*

*Simile.*

*Obedientia potentiſsimũ armorum genus contra omnes aduerſarios.*

ſere voluerit belli apparatum, ſemper currus præ omnibus refert. Ita & diuinorum præceptorum obſeruantia adeo valida eſt in ſpiritualibus prœlijs, vt per eam facile aduerſarij deijciantur, quotquot nobis obſiſtere auſi fuerint: quod Iſraelitico populo teſtatum voluit Moyſes, cum diceret: k *Si cuſtodieritis mandata, quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, adhærentes ei, diſperdet Dominus omnes gẽtes iſtas ante faciem veſtram, & poſsidebitis eas, quæ maiores, & fortiores vobis ſunt*. Et Salomon, l *Vir*, inquit, *obediens loquetur victorias*. Hinc eſt, quod nulla alia de re magis expaueſcit Diabolus, quã cum fideles in his obedientiæ curribus confidentes viderit: ſcit enim certo ſe ab illis ſuperandum, cum quicquid agunt, per Dei, ac prælatorum obedientiam agere ſtudent: propterea totum in id ſuum collocat ſtudium, vt ab his curribus eos auertat, his eos priuet, exploratiſsimum tunc habens, abſque vllo labore victoriam ſe reuecturum ex iis, qui alioquin, dum in obedientia militarent, ſuperari nullatenus poſſent: quod in primo illo parentum noſtrorum caſu obſeruare quilibet poteſt. Qua enim ratione, quibus armis, quibuſve viribus deiicere illos valuiſſet, ſi in fortiſſimo præcepti diuini curru ij acriter dimicaſſent? Quinto, veluti qui præſtantiſsimi ſunt curruum, curſu velociſsimo ad brauium deducunt: ſic & Dei quoque ac prælatorum præcepta celerrimo curſu per præſentis vitæ iter obedientes ad brauium deducunt æternæ felicitatis: quod per Salomonem expreſſum habemus, vbi ait, m *Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam Sapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum*. Cum igitur tanta inter currus, ac diuina præcepta inſit proportio, plane apparet, quam recte ea ſint deſignata hac ipſa curruum metaphora; quamve congrue de anima ſancta, atque obedienti per Chriſtum dictum ſit. *Equæ meæ in curribus Pharaonis*, id eſt præſtantiſsimis, *aſsimilaui te Amica mea*.

k Deut. 11. 22.

l Prou. 21. 28.

*Simile. Obedientia celerrime deducit ad brauium æternæ felicitatis.*

m Prou. 4. 10.

Verum eſt tamen, quod ſi ex iſtiuſmodi ad prædictos currus alligatione, ipſorum curruum commoda conſequi velit anima: ſi commendanda ſit per comparationem ad equam alligatam ad currus præſtantiſsimos: dum ſic alligata eſt, haud debet propter aliquem mundi reſpectum, propter aliquam, vel carnis, vel ſenſuum repugnantiam à recto tramite deuiare, nec retro reſpiciens à cœpto quoquo pacto deſiſtere itinere: & imitari debet vaccas illas, quæ cum iunctæ eſſent ad plauſtrum, arcamque portarent Domini; quamuis à ſenſu reuocarentur ad proprios vitulos, nullatenus ſeſe retro verterunt, nec vel ad punctum à recto retardatæ ſunt itinere: ſic namque de eis refert textus. n *Ibãt in directam vaccæ viam, quæ ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*

*Obediens non debet propter vllum reſpectum retro reſpicere.*

n 1. Reg. 6. 12.

4 Secundus ſenſus.

Iuxta ſecundum ſenſum, quamuis commendatio iſta, qua ſponſæ pulchritudo exprimitur per ſimilitudinem ad equitatum in curribus, Eccleſiæ peculiarius videatur congruere, quæ inſtar pulcherrimi equitatus, ex pluribus ſummo charitatis ordine inſtructis conſtat fidelibus & ex multiplici ſanctarum animarum acie refulget; ingentique robore præſtat, prout latius in ſecunda pertractatum eſt expoſitione. Haud minus tamen congruenter & anima quælibet eadem equitatus ſimilitudine commendatur, quæ propter ſtudium vitæ ſpiritualis, & contemplationis ad tãtam peruenerit ſanctitatis pulchritudinem, vt digna ſit, quam celeſtis ſponſus pulcherrimam vocet inter mulieres. Enimuero quemadmodum cum inſtructiſsimi alicuius equitatus acies in ſpatioſo luſtratur campo: tanquam ad ſpecioſiſsimum ſpectaculum videndum vniuerſus propinquarum Vrbium confluit populus, præſertim ſi ad copiam hominum ſplendidiſſimis inſtructorũ armis inſignes addantur currus, qui armatis militibus ſint referti; oblectatur enim maximopere hominum mens, & ipſius nuncia oculorũ acies, ſplendore & varietate armorum, quæ ſæpiſſime artificioſo opere ſunt facta: admirantur eximiam, & ad certum quaſi perpendiculum diſtributam cum militarium armorum tum ordinum ſerie opportunam diſciplinam: obſtupeſcunt ſingularem inter equites vnionem, paratam ad vnumquemque ſui Imperatoris nutum, curruum velocitatem, & equorum, ac equitum aptitudinem, ad quamuis pugnam & expeditionem fortiſsime propenſam. Ita cum anima ſancta è mundi actibus egrediens, videndam ſe exhibet Deo, Angelis, atque Sanctis, ſplendore gratiarum; pretioſo ac vario ſuarum virtutum ornatu; paſsionum internarum egregie partito ordine, maximaque feruoris celeritate, qua in Dei vtitur miniſterio, Angelos omnes, cunctos ſanctos, ipſumque Deum ad ſe rapit, ingentemque eis præſtat oblectationem. Quapropter haudquaquam mirandum, ſi tanta illius pulchritudine oblectatus ſponſus, per hanc equitatus eam commendet ſimilitudinem, dicens. *Equitatui meo, &c.* Nec enim mirandum eſt, inquit Bernardus, vnam animã equitatus multitudini ſimilatam, ſi aduertamus, quanta in ipſa vna virtutum acies habeatur: quanta in affectionibus ordinatio: quanta in moribus diſciplina: quanta in orationibus armatura: quantum in actionibus robur: quantus in zelo terror: quanta denique ipſi cum hoſtibus conflictuum aſsiduitas, & numeroſitas triumphorum. Ac bene poſt ſuperiorem ſententiam, qua ſponſus ſponſæ iuſſerat, vt egrederetur, illico ei per eundem dicitur ſponſum. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te*: per hæc enim oſtẽditur, quam prompte pia anima obtemperauerit ſponſo, quippe quæ ad vnicum illius verbum egreſſa eſt ſtatim è mundi illecebris, necnon & quando opus fuit pro fratrum ſalute egreſſa eſt à contemplationis pace ad actionis campum, in quo plane equitatui ſe ſimilẽ reddidit, qui in campum egrediatur, vel ad luſtrationem, vel ad prælium. Hæc pro hoc ſenſu dicta ſufficiant. Vide quæ pro eccleſia dicta ſunt ſupra.

*Equitatui quam apte comparetur pia anima*

*Simile.*

Bern ſerm. 39. in Cant.

Iuxta tertium ſenſum, addidit hanc ſententiam ſponſus cæleſtis, quo magis piam animam impelleret ad egrediendum, quod iam in præcedenti verſu illi apertius perſuaſerat, dicens. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, &c.*

Tertius ſenſus.

Addit autem hanc ſimilitudinẽ, vt vniuerſum ab illius mente amoueret pauorem, per quem ab eo, quem ei ſuaſerat, retardari poſſet egreſſu, è contemplatione ad actionem: vel ex actibus, ac illecebris ſæculi ad ſtudium rerum ſpiritualium: valde enim illa circa hoc perplexa, ac pauida videbatur eſſe, quippe quæ dæmonum metueret inſultus, vnde & dicebat in verſic. 7. *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: Ne vagari incipiam*; vel, *Ne fiam veluti cooperta, poſt greges ſodalium tuorum*. Quod ergo ait, tale eſt.

Egredere, quid times? Pulcherrima quidem es inter mulieres, tantoque excellis ſanctitatis decore, vt propterea ita te diligam, ac ſi ipſa præ omnibus ſancta eſſes: attamẽ pro iſtiuſmodi pulchritudine ac ſanctitate haudquaquam ab egreſſu amouenda es, quaſi à dæmonibus offendi queas: nam hæc ipſa ſanctitas, propter quam ingentes mihi præſtas delicias, ſodalibus meis demonibus, impiiſque eorum miniſtris permaximum incutit terrorem.

Paraphraſis.

*Dæmones metuunt piam animam.*

Quapropter, ô amica mea, aſſimilaui te equitatui in curribus Pharaonis; quoniam tantũ illis es terribilis, quantum filijs Iſrael extitit terribilis equitatus ille cum curribus, quo Pharao eos inſequebatur in mari rubro; quo nil vnquam populo illi extitit terribilius.

Egregium vero in ſimilitudine iſta ineſt myſteriũ; innuitur namque per illam nedum quod dæmonibus terribilis ſit anima Sancta: ſed & inſuper, quam ob cauſam adeo ſit illis metuenda: nimirum quia inſtar equitatus in curribus Pharaonis, qui in mare rubrum demerſus eſt olim, & ipſa demerſa ſit in mare rubrum ſanguinis Chriſti, per lauacrum regenerationis, & renouationis, & quotidie demergitur in mare

*Pia anima timorem incutit dæmonibus, quando demergitur in mare ſanguinis Chriſti vel lacrymarum.*

N

mare lacrymarum, atque contritionis, de qua dicitur. A
o Thren. 2. 21. o *Magna eſt velut mare contritio tua*. Ex quibus colligitur, quod etſi terribilis ea ſit, & terribilis inſtar equitatus in curribus Pharaonis; non modicum tamẽ ineſt diſcriminis inter rationẽ terribilitatis eius, ac terribilitatis prædicti equitatus; ſiquidẽ equitatus Pharaonis terrorem incuſsit, cum eſſet extra mare; cum vero in mare demerſus eſt, ſummum attulit gaudium.

At anima propterea timorem ingerit dæmonibus, quia ſemel per baptiſmum in mare demerſa ſanguinis Chriſti, quotidie in hoc ipſum mare ſe deijcit, totam in illud ſuam collocans fiduciam, vniuerſaſque in illud ſuas iniiciens operationes; quo dæmonibus nil B poteſt contingere terribilius, qui alioqui ſi extra mare rubrum ipſam inſpexerint, immenſam ex illa percipiunt oblectationem, irritantes eam contra Deum.

Iuxta quartum denique ſenſum, hac vna ſimilitudine duo ſponſus agit. Extollit quippe mirum in modum animæ pulchritudinem: tum ab eadem anima vniuerſum adimit pauorem, quo dæmones, ac impios metuebat, qui ſeſe Chriſti fingerent ſodales, quod & iuxta præcedentem ſenſum ab eodem factum oſtendimus. Pulchritudinem quidem extollit animæ, cum eam ſimilem aſſerit equitatui ſuo. Quis vero eſt iſte C
Greg. Nyſſ. Pſellus. Aponius. equitatus Dei, qui tanta excellit puritate, ac ſanctitate, vt ex eo, quod illi ſimilis quoquo pacto eſt anima, manifeſtiſſime probetur, ipſam eſſe pulcherrimam inter mulieres? Sane, ſi ſacras voluamus paginas, intelligemus hunc Dei equitatum proprie, & peculiariter eſſe equitatum ab ijs diſtinctum equitatibus hominum, equorum, ac curruum, qūos ad bella inſtruunt Reges terreni.

Angeli ſunt equi, currus & equitatus, quibus Dominus pugnauit contra Pharaonem.

Et quidem primo ipſi Angeli equi ſunt, quos Dominus equitat eques, vnde in pſalmo decimoſeptimo
p Pſ. 17. 11. dicitur. p *Et aſcendit*, vel, vt proprio vocabulo in Hebræo exprimitur, *Et equitauit*, ſcilicet Deus, *ſuper Cherubim, & volauit*: tum non modo ſunt equi, ſed & currus Dei, in quibus Deus optimus inſidet auriga, iuxta
q Pſ. 67. 18. illud pſalmi ſexageſimi ſeptimi. q *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium; Dominus in eis.* D

Et tertio ex his equis, ac curribus immenſus, ac po-
4. Reg. 6. tentiſſimus inſtructus eſt Dei equitatus. r Orauit aliquando Eliſæus, vt aperirentur oculi Giezi, quo propriis intueri is poſſet oculis iſtiuſmodi equitatum, quem in ſui defenſionem deſtinauerat Deus. Et ſubiicit ſacra hiſtoria. *Et aperuit Dominus oculos eius, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſæi.*

De hoc igitur equitatu ſuo in hac ſententia loquitur ſponſus, quo in Hebræorum auxilium inuiſibiliter, contra hoſtilem Pharaonis equitatum & currus, E Deum dimicaſſe indicat Habacuc Propheta, vbi ait.
ſ Habac. 3. 8 ſ *Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio?* Huic equitatui animã aſſimilat, dicens. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te, amica mea.* ac ſi dicat.

5 Paraphraſis. O Anima, per ea ipſa, quibus facta es pulcherrima, ac Sanctiſsima inter ceteros, & Amica mea dilectiſſima propter ingentem puritatem, promptiſsimam obedientiam, ſolicitumque, quod à te exhibetur mihi, miniſterium, iam non videris aſsimilanda tantummodo mulieribus, ceteriſque mortalium Animabus: Sed F Angelis ipſis, ac cæleſtibus ſpiritibus: quapropter iis aſsimilaui te, qui ſunt pulcherrimus ac potentiſsimus equitatus meus. Neque vero cum ſis amica mea, vllatenus tibi à meis timendum eſt Sodalibus, à dæmonibus, impijſque hominibus, quin iuxta meum conſilium egrediaris: nam per hanc ipſam pulchritudinem tuam, non modo illis maximum incuties terrorem: verum & ſummam eorum potentiam ad nihilum reduces, non ſecus ac Angelicus equitatus meus ingentem Pharaonis potentiam, totiuſque Ægypti Equitatum deiecit, ac currus.

Circa hæc duo ſunt, quæ exactiori indigent examine: Primum, quam apte Anima Sancta, quæ Dei ſit amica, Angelicis aſsimiletur ſpiritibus: Alterum, quomodo eiuſdem Animæ potentia, atque victoria contra Chriſti Sodales, cum Angelorum potentia congruat, qua impium ſuperarunt Pharaonem.

Quoad Primũ: plures aſsignari queunt inter Angelos, animamque Sanctam ſimilitudines: Prima, quia etſi Anima Sancta ſit in carne, dum in huius mundi militat prœliis; haud tamen de illa id proferri poteſt, quod de hominibus ſæculi aſſerit Propheta: ſ *Equi eorũ caro, & non Spiritus*: Ita enim in carne militat contra ſpiritualia nequitiæ, ac ſi inſtar Angelorum, qui carnis ſunt omnino expertes, & ipſa extra carnem eſſet. Angeli quomodo ſimilis pia Animæ. ſ Eſa. 31. 3.
t *Spiritu facta carnis* mortificans, u quæreńſque tantum *quæ ſurſũ ſunt*, iuxta Apoſtoli cõſiliũ, *non quæ ſuper terrã.* t Rom. 8. 13. u Coloſ. 3. 1.

Secundo, ſicut Angeli diuina toti accenſi ſunt charitate, ac propterea inſtar igneorum curruum ad Eliſæi orationem eos apparuiſſe retulimus ex libris Regum: Ita & Anima Sancta eadem ita flagrat charitate, vt de ipſa & eius ſimilibus id intelligendum videatur; quod de throno Dei, ac rotis eius aſſerit Daniel: x *Thronus eius flammæ ignis, rotæ eius ignis accenſus.* x Dan. 7. 9.

Tertio, ſicut Angeli etſi plerumque à Deo mittantur in miniſterium propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: numquam tamen ab illius recedunt præſentia, cuius ſemper vident faciem, atque eſſentiam: Ita & Anima Sancta licet à contemplatione egrediatur aliquando, vt aliquid operis pro ſua vel proximorum agat ſalute: numquam tamen à Dei præſentia recedit, vnde & per Prophetam ait: y *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear*: Nec mirum, nam quemadmodum Angeli cum à Deo mittuntur, ita mittuntur, vt tamen credendum ſit, Deum ipſum eis inſidere equitantem ſuper illos, prout colligitur ex eo pſalmi. z *Qui aſcendit*, ſeu *equitauit, ſuper Cherubin, & volauit*: ſic & cum ad opus quodpiam Anima egreditur, cenſendum eſt, Deum in ſe habere dirigentem, æque ac aurigam. y Pſ. 15. 8. z Pſ. 17. 11.

Quarto, ſicut Angeli ita ſunt in Dei miniſterio celeres, vt propterea & curribus aſsimilentur, iuxta illud Eccleſiaſtici: a *Ezechiel, qui vidit conſpectũ gloriæ, quã oſtendit illi in curru Cherubim*: & velociſsimis vẽtis, iuxta illud Pſalmi: b *Qui facis Angelos tuos ſpiritus*: id eſt, qui facis eos tam celeres ad exequenda tua mandata, quã ipſi ſunt venti: Ita & Anima ſic illos in celeri imitatur Dei ſeruitio, vt inſtar curruum viam currat mandatorum Dei, quin & Aquilis per Iſaiam cõparetur præ celeritate, ac curſu: c *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, ſicut Aquilæ, current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient.* a Eccl. 49. 10. b Pſal. 103. 5. c Eſa. 4. 31.

Quinto, quemadmodum Angeli tanta præditi ſunt poteſtate, ac viribus, vt in iis faciẽdis, quæ à Deo ſunt impoſita, difficillimum ſit, vt quid eis valeat obſiſtere, vnde equitatus dicuntur exercitus Dei, & per Prophetam comparãtur flammæ ignis, qui inter elemẽta omnia maxime eſt actiuus: d *Qui facis Angelos tuos Spiritus, & miniſtros tuos flammam ignis*: Sic pariter & Anima adeo cum Dei auxilio fortis eſt ac valida, vt audeat dicere: e *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*: & f *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* d Pſ. 103. 3. e Philip. 4. 13. f Ro. 8. 31.

Sexto, ſicut Angeli, qui cum Lucifero non ceciderunt: quoniam inſtar equorum ſemetipſos Deo ſubiecerunt, Deumque perpetuum habent aſſeſſorem, ita ſunt ab omni caſu alieni, vt ex communi Theologorum ſententia dicantur, & ſint in bono immobiles, vtpote quos optimus ille ſemper dirigat auriga: Sic quamdiu Anima Sancta, inſtar equi, ſeſe ſubiecerit Domino, ita vt dicere poſsit; g *Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum*: quamdiu, inſtar currus, ſeſe ab illo dirigi ſinat, dicens: *Tenuiſti dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me*; fieri nequaquam poteſt, vt in aliquod decidat peccatum, per quod à Chriſti ſeparetur charitate: Vnde & cum Apoſtolo dicere ei licet: h *Certa ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* g Pſ. 72. 23. h Ro. 8. 38.

Septimo

Septimo, ſicut Angelorũ equitatus non modo propter pulchritudinem, ſed & propter perpetuam iubilationem, qua Deum perpetuo laudant, non ceſſantes clamare alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: ſummam Deo afferunt oblectationem: Sic & anima quoque eodem pacto illum oblectat, cum non ſolum ſit inſtar prædicti equitatus, pulchra: Sed & ad eorum imitationẽ, tota die, & nocte non ceſſet laudare nomen Domini, & quaſi tuba quædam iubilans dicat: *i Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo.* [i Pſ. 33. 2.]

Verum, quamuis propter has omnes ſimilitudines Angelis ſimilis exiſtat, qui ſunt equitatus Dei; vnam nihilominus præ omnibus, atque ab ijs, quæ enumerata ſunt, diſtinctam diuinus indicat ſponſus, eaque ſita eſt in modo, quo contra Dei æmulos, tam Angeli, quam anima ipſa ſeſe gerit ad inſtar illorum: ait enim: *Aſſimilaui te, amica mea, equitatui meo in curribus Pharaonis,* id eſt in hoc præcipue te prædicto aſſimilaui Angelorum equitatui meo, quod ſicut illi Pharaonem cum vniuerſo equitatu & curribus aduerſariorum meorũ depreſſerunt, demergentes ipſum cum curribus, & equitibus eius in mare rubrum, in eumdem modum & tu Tartareum Pharaonem diabolum cum curribus & equitibus eius, vehementioribus nimirum cupiditatibus atque peccatis, quibus te oppugnare nitebatur, in mare rubrum demerſiſti ſanguinis mei.

## Verſ. IX. cap. I. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te, Amica mea.*

### EXPOSITIO IV.

*De tertia Sponſa, quæ eſt Beata Maria.*

6 [Primus ſenſus. Maria à filio ſuſcepit eius ſimilitudinem.]

SI naturæ quidem obſeruetur vſus, videbimus, magnam inter matrem, ac filios, vt plurimum ineſſe ſimilitudinem: atque adeo cum filium intuemur, pronuntiamus illico, ſimilem eſſe matri, quia exinde filius ſumat ſimilitudinem, vnde ſumpſit & originem. At vero ſi gratiæ inſpiciamus ordinem, animaduertemus ſane ingentem inter beatam Mariam matrem, ac Chriſtum Dominũ illius Filium extitiſſe ſimilitudinẽ, quæ tamen haudquaquam à matre iuxta naturæ ordinem pendeat, ſed potius à filio: quia enim Maria præelecta eſt, vt eſſet Chriſti mater, inde habuit, vt Chriſto quoquo pacto effecta ſit ſimilis: inde factum eſt, vt tanta gratiæ honeſtaretur plenitudine, quanta tam inſignem matris Dei decebat dignitatem.

Propterea igitur congruẽtiſſime ad eam, quæ prius per diuinam gratiam Dei extitit amica, quam mater per conceptionem, & partum, hoc loco ait Chriſtus ipſe. *Equæ meæ aſſimilaui te, amica mea*: per equam ſuam propriam deſignans humanitatem, cui Deus inſedit, ſicut equæ inſedere ſolet eques.

[Maria multipliciter ſimilis humanitati Chriſti.] Porro complura perpendere fas eſt, in quibus Beata Virgo aſſimilata ſit humanitati Chriſti. Et primum quidem, atque præcipuum inſigne eſt præſtantiſſimæ puritatis: ſicut enim Chriſtus ita vſquequaque extitit purus, vt non modo ab omni peccati labe fuerit alienus; ſed & omnino impeccabilis eſſet: ita ad illius ſimilitudinem, & eius genitrix Maria omnis peccati extitit expers, nec vlla vnquã peccati macula fœdari potuit: [Mariæ puritas ſimilis quoquo pacto humanitati Chriſti.] quod per illud deſignatum eſt Habacuc prophetæ, quo dicitur. *a Sol, & Luna ſteterunt in tabernaculo ſuo*: [a Habac. 3. 11.] quia tam Chriſtus, qui fulgentiſſimus eſt iuſtitiæ Sol, quam Virgo candidiſſima, quæ per candidam ſignificata eſt Lunam, ſteterunt & in conceptione ſua intra tabernaculum materni vteri, & per totum præſentis vitæ curriculũ in proprij corporis tabernaculo abſque vllo vel minimo caſu peccati, quamuis multo perfectiori modo Sol ſteterit, cui id ex debito proprium fuit propter gratiam vnionis, quam Luna, atque Beata Maria, cui idipſum ex ſingulari conceſſum

A eſt priuilegio, prout longius explicatum eſt ſupra in quarta expoſitione illorum verborum verſiculo 6. *Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Aſſimilata eſt ſecundo Maria ad Chriſti humanitatem; [Maria vitam tranſegit in tribulationibus æque ac Chriſtus.] quia ſi Chriſtus quoad humanitatem totam hanc vitam in laboribus egit ac in ærumnis, perſecutionibus vndique agitatus, anguſtijs oppreſſus, vulneribuſque confoſſus, & ipſa pariter ad illius ſimilitudinem in perſecutionibus, & ærumnis vniuerſam hanc vitam tranſegit: quod per eundem prophetam ſignificatum crediderim iis verbis. *b In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ*: [b Habac. 3. 11.] id eſt & Sol & Luna: & Chriſtus, & Maria, qui ſteterunt in tabernaculo ſuo B per impeccabilitatem, ibunt, Domine Deus meus, in luce ſagittarum tuarum, vitam hanc peragentes ambo ſubiecti tribulationibus, perſecutionibus, & ęrumnis, quas tu, veluti ardẽtiſſimas ſagittas, & inſtar fulgurantis, ac vibrantis acutiſſimæ haſtæ in illos immittes. Immo & eidem aſſimilata eſt tertio in obſcuritate: quia ſi Chriſtus per mortem obſcuratus eſt Sol: & Maria pariter per denſiſſimas dolorum tenebras in animo eodem obſcurata eſt tempore: prædixit hoc Ezechiel verbis illis. *c Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* [c Eze. 32. 7]

[Maria poſt mortem aſſimilata eſt humanitati Chriſti in gloria.] Quarto demum & in gloria filio aſſimilata eſt Mater quoad illius humanitatem: nam quemadmodum C Chriſti humanitas in cælum eleuata eſt, ſedetque ad dexteram Patris: ita & Beata Maria non modo in anima, ſed & in corpore glorioſe aſſumpta eſt in cælũ, ibique ſedet in gloria ante conſpectum Dei ad Chriſti ſimilitudinem, quod per Prophetam regium ipſemet teſtatur Dominus, vbi dicit. *d Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo*: [d Pſal. 88. 38.] neque enim magnificentiorem in terris Chriſtus habuit thronum, quam ipſius Virginis ſinum. Ac ſicut ſimili fere modo vterque ad Dei conſpectum eleuatus eſt: ita & pari fere modo terris inde reſplendent, iuxta illud Iſaiæ: *e Erit lux Lunæ ſicut lux Solis*: [e Iſa. 30. 26] Et ſicut Chriſtus per eam ipſam, quam cœlis inuexit, humanitatem, aduocatus eſt apud Patrem pro D peccatis hominum, iuxta illud Ioan. *f Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantũ, ſed etiam pro totius mundi.* [Maria aduocata peccatorum, ſicut & Chriſtus.] [f 1. Io. 2. 1.]

Similiter & eius genitrix Maria id præcipue ſtudet in cælis, vt pro peccatoribus Deum exoret, vnde & à tota Eccleſia iure optimo aduocata dicitur peccatorum.

Verum, etſi propter has omnes ſimilitudines Chriſti humanitati ſimilis ſit Virgo Sanctiſſima, ita vt propterea congruentiſſime dici poſſit à ſponſo, *Equæ ſuæ aſſimilata.*

His tamen omnibus omiſſis ſimilitudinibus, vnum E ſolummodo ab illo ſubindicatum eſt, in quo præ ceteris vniuerſis tanta adeſt ſimilitudo, idque eſt eximia humilitas, ac obedientia: idcirco non dixit ſimpliciter. *Equæ meæ aſſimilaui te, Amica mea*: Sed, *æquè meæ in curribus Pharaonis aſſimilaui te.* Ac ſi diceret. [Maria ſimilis humanitati Chriſti præcipue in humilitate, & obedientia.]

[Paraphraſis.] In hoc præcipue, amica mea dilectiſſima, tua inſignis elucet pulchritudo, quia tanta excellis animi demiſſione, tantaque ad vniuerſa, quæ tibi præcepta fuerint, obedientia, vt ob hæc in primis aſſimilauerim te pulcherrimæ, ac Sanctiſſimæ humanitati meæ, qua inſtar equæ humillime colla ſubieci ſub iugo legis diuinæ, quave alligata ad præſtantiſſimos præceptorum F diuinorum currus, memetipſum humiliaui, factus obediens vſque ad mortem. Quomodo autem per huiuſmodi alligationem humilitas metaphorice deſignetur, & qua ratione præſtantiſſimorum curruum metaphora ſignificentur mandata diuina, longius explicatum eſt ſupra in primi ſenſus adaptatione ad animam, expoſitione tertia.

Quod ſi quis id ſibi explicari velit, quo pacto Beata Virgo non ad equam, ſed ad equitatum aſſimilata ſit: legat eiuſdem ſenſus applicationem, item ad animam, in expoſitione tertia iuxta ſecundum ſenſum: intelligetque, multo congruentius ea omnia tantæ

conuenire virgini, quam alij cuipiam quantumlibet ſanctæ.

## Verſ.IX Cap.I. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te, Amica mea.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

7 Paraphraſis Chaldaica. Quando egreſsi ſunt filij Iſrael de AEgypto, ſecuti ſunt Pharao, & exercitus eius poſt eos in curribus, & in equitibus, & erat via clauſa eis à quatuor partibus: à dextris, & à ſiniſtris erant deſerta plena ſerpentibus ignitis, & poſt tergum eorum erat Pharao impius, & exercitus eius; & ante eos erat mare carectoſum. Quid fecit ille Sanctus, & benedictus: reuelatus eſt in virtute potentię ſuæ ſuper mare, cum ſuffocatus eſt Pharao, & exercitus eius, & currus, & equites, & equi eius. Et ſimiliter periiſſet Iſrael, niſi Moyſes Propheta extendiſſet manus ſuas in oratione coram Domino, & auertiſſet iram Domini ab ipſis, & aperuerunt ipſe, & iuſti generationis illius os ſuum, & dixerunt Canticum, & tranſierunt in medio maris carectoſi per ſiccum, propter meritum Abraham, & Iſaac, & Iacob dilectorum Domini.

*Equitatus Dei contra Pharaonem fuit oratio Moyſis, ac iuſtorum.*

*Origenes.* *Senſus lit.*

Quoad ſenſum ordinemque dramaticum, Origenes Homilia prima ex duabus, arbitratur per hæc edoceri animam piam, quomodo cognoſcere ſeſe debeat: ſic quippe ait, ſponſum his ſuam compellare ſponſam: Si vis intelligere, ô ſponſa, quomodo ſcire te debeas, cognoſce, cui te comparauerim, & tunc videbis, talem te eſſe, quæ turpari non debeas, cum tuam ſpeciem cognoueris; Aſſimilata enim es equitatui meo in curribus Pharaonis: ſiquidem quantum differt equitatus meus ab equis Pharaonis: tanto melior es filiabus omnibus tu, amica mea.

*Bernard.*

Bernardus ſerm.39. in Cant. putat, hæc dicta ad cõſolationem eiuſdem ſponſæ, quæ in præcedenti ſententia grauiter obiurgata fuerat, ſic namque ait. Vbi ſponſæ præſumptio dura, & auſtera increpatione repreſſa eſt, ne triſtior remaneret, bona illi aliqua, quæ iam acceperat, ad memoriam reducuntur, & alia, quæ nondum acceperat, promittuntur; ſed & pulchra denuo perhibetur, & appellatur amica: Ac ſi ſponſus dicat, Quod tibi dure locutus ſum, amica mea, nulla in me tibi ſuſpicio ſit odij, vel rancoris: nam ſigna amoris mei in te euidentia ſunt ipſa mea munera, quibus te honoraui, & ornaui. Nec mihi animi eſt, illa retrahere, ſed magis addere ampliora, vel ſic: Non ægreferas amica mea, minime te accipere modo, quod poſtulas, quæ tanta à me iam accepiſti, & maiora horum accipies, ſi in præceptis meis ambulaueris, & amore meo perſeuaueris. Primum autem donum, quod ſponſus enumerat, eſt, quod aſſimilauit eam equitatui ſuo in curribus Pharaonis.

*Theodorit.*

Apud Theodoritum dicitur: ſponſum, cum ſponſam amoris ſtimulo percitam, & ad ſe currere feſtinãtem cerneret, equæ æripedi ſimilem illam pronũtiaſſe.

*Ambroſ.*

Quibus conſona videntur, quæ habet Ambroſius ſerm.2. in Pſalm. 118. verſic.6. dicens ſimilitudinem deſumptam ex curſu velocium equorum.

Legens autem citato ſerm. *Equæ meæ in curribus Pharaonis aſsimilaui te, proxima mea.* Nomine (equæ) non vnam inquit, ſignificari equam, ſed equitatum, ſicut alibi nomine (ouis) ſignificatus eſt ouiũ grex: Per currus autem Pharaonis, intelligit currus præſtantiſſimos, quales ij erant, quos Pharao inſtructiſſimos habuit. Tum, per hæc, ait, commendari Eccleſiam, quod concordia ſumma, ſummaque manſuetudine fidelium, ſimilis ſit equis in curribus, inſtar eorum velociſſime currens ad Deum, dicens; ſicut equi iuncti concorditer trahunt currum, & patienter ſuſci-

*Concordia, & manſuetudine populorum Eccleſia ſimilis equitatui in curribus velociſsime aſcendit ad ſponſum.*

A piunt iugum, & portant congrua cum gratia, & iugi illius ſuſceptione manſueſcunt; ſic & congregatio nationum Gentilibus indomita moribus ſe ante iactabat: vbi vero ſuſcepit iugum dicentis: *a Tollite iugum meum, quia leue eſt, & onus meum, quia ſuaue eſt*: & cœpit ſponſa Chriſti concordia, & manſuetudine populorum eſſe ſublimis, & toto circumferri orbe tamquam currus, & equis velocibus ſupra mundum rapta, adſcendit ad ſpõſum: Denique & in poſterioribus Canticorũ partibus dicit: *b Poſui te currus Aminadab*: Multos currus ſpiritales habet Eccleſia, quos omnes ſpiritalibus habenis Dominus regit.

*a Matt. 11. 29.* *b Cant. 6. 11 iux. Sep.*

B Idem tamen Ambroſius libro de Iſaac, & Anima capite 4. piam animam commendatam hic cenſuit, nedum ex velocitate curſus, ſed & ob fœcunditatem, id eſt nedum ex profectu eius proprio, ſed & ex profectu, quem doctrina, & exemplis facit in aliis, propter quæ ſimilis videatur Prophetis, atque Apoſtolis: Verba eius hæc ſunt. Virtutis labor quærit victoriam, vt poſſit equæ illi, quæ Salomonis eſt, comparari, velox ad currendum, habilis ad partum, quoniam fœcunditas animæ deſideratur, & quæritur: Huic equæ ſimilis æſtimatur hæc anima, hoc eſt propheticæ, vel Apoſtolicæ virtutis: eo quod in eorum annumeretur gregem C qui fœcunditate prædicationis ſuæ totius orbis terrarum ſpatia reſperſerunt: & quamuis in corpore conſtituti, nulla tamen curſus ſpiritalis ſenſere diſpendia.

*Ambroſius.* *Pia Anima ſimilis Apoſtolis ex duplici profectu.*

Præter Ambroſium ſunt & alij, qui ſpiritualem Chriſti ſponſam vel Eccleſiam, vel animam dictam exiſtimant Apoſtolis ſimilem; ita vt equitatus in curribus ſint ipſi Apoſtoli, prout egregie explicatum habes apud eumdem Ambroſ. Serm. quarto in Pſal. 118. verſ. 8. ſed diuerſimode. 8

*Apoſtoli ſunt equitatus Chriſti in curribus.*

Catena Trium Patrum talibus ſponſam alloquentem inducit ſponſum: *Equæ meæ*, id eſt Apoſtolis meis, in quos celeriter ad Euangelium diuulgandum currentes, ego conſcendens, omnes orbis terrarum terminos ſum peruagatus; *in curribus Pharaonis*, id eſt in Gentibus, quibus inſidens Pharao intelligibilis D vehebatur, te virtute ſimilem dixi: quia enim in cœtibus Gentium Eccleſia prædicationem Apoſtolorum audiens, & credens in Chriſtum, qui ab ipſis prædicabatur, ipſius effecta eſt propinqua: illis aſſimilata eſt, cum Apoſtolicam vitam imitaretur.

*Tres Patr. Eccleſia Apoſtolis ſimilis per imitationem.*

Iuſtus Orgelitanus: Chriſtus, inquit, loquitur ad Eccleſiam, tunc *equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te*; cum Sapientes mundi ad meam fidem euocandos conuerti, vt depoſito tumore ſæculi, ſub me, qui ſum ſalus vera, currendo proficiant, meque circumferendo piis prædicationibus, credentium fide oculis manifeſtarent. Ac ſicut Princeps mundi huius, qui iam miſſus eſt foras, falſis Philoſophis tanquam claris curribus vſus eſt ad perniciem; ita ego mea ſapientia E repletis Apoſtolis, credentes inſtituam ad ſalutem.

*Iuſt. Orgel.* *Eccleſia ſimilis equitatui in curribus i. ceteri fidei diuulgatione per Apoſtolos.*

Philo Carpathius duplicem putat eſſe ſimilitudinem, vt Eccleſia primum dicatur ſimilis Apoſtolis, ob id equos appellatis (legit enim; *Equis meis*:) quod velociter curſum bene viuendo, & prædicando confecerint. Curribus vero Pharaonis eadem aſsimiletur, quoniam olim in idololatriæ cultu miſerrime vertebatur: vtque currus Pharaonis olim demerſi ſunt in mare, ſic & eius veteres ritus, atque mores per Spiritus Sancti gratiam, & ſpiritalis vndæ fluxus diſſipati ſunt in baptiſmi Sacramento.

*Philo Carpath.* *Per Baptiſmum eccleſia ſimilis currib. Pharaonis.*

F Sed clarius, & melius hæc ipſa explicantur, ſi ſit vna dumtaxat ſimilitudo, eo modo, quo ea explicauit Origenes Homilia ſecunda ex quatuor, quem ſecutus eſt & Aponius, vt ly, *in curribus Pharaonis*, ſumatur pro, ex curribus Pharaonis, & ſenſus ſit. Equitatui meo, qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc ſequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ, ſimilem te arbitror, proxima mea. Per currus autem Pharaonis, intelligendas, inquit Origenes, animas illas, quas diabolus veluti quadrigas agit, & quibus velut curribus aſcenſis exagitant, & impugnant dæmones vel Eccleſiam Dei, vel ſingulos quoſque fidelium: per

*Origenes. Aponius.* *Eccleſia, vt conſtans ex infidelibus purificatis in baptiſmo ſimilis equitatui in curribus Pharaonis.* *Impij ſunt equitatus diaboli, & iuſti equitatus Dei.*

per equitatum vero Dei, illas intelligit animas, quæ frœnum diſciplinæ eius accipiunt, & iugum portant ſuauitatis eius, & quæ ſpiritu Dei aguntur, & in hoc eſt eis ſalus.

*Aponius.*

*In Paſsionis Chriſti prælio quibus curribus vſus ſit diabolus.*

Aponius, tametſi quoſcumque impios Pharaonis currus eſſe aſſerat; ſpecialiter tamen tales fuiſſe, inquit, Principes Sacerdotum in funeſtiſſimo prælio Paſſionis Chriſti, qui primi in tanto ſcelere cucurrerunt, & poſt ſe omnem turbam pro curribus traxerunt: de quibus currus fabricauit aereus Pharao diabolus, ſuper quos ſedens, Domini corpus in mortem egit. In quo curru curioſum, fragilemque temonem Iudam aptauit, primum omnium laqueis confringendum. Iuſtos autem, inquit, eſſe equitatum, & currus Domini, quos Apoſtoli potentes, ac manſueti equi vitæ exemplo, & ſana doctrina trahũt per iuſtitiæ campos: in quibus curribus rotæ ſunt, voluntas, & rationabilis ſenſus: temones, agens, officium: qui ſplendidi quoque ſunt veræ conſcientiæ auro obtecti, & in omni ſancta conuerſatione fulgentes.

*Iuſti qua ratione ſint currus Dei.*

B

*Bernardus Iuſti cur equitatus Dei. c 4. Reg. 6. 17.*

Addidit Bernardus, iuſtos dici equitatus Dei, quia ſecum habeant Angelicum equitatũ, prout oſtenſum eſt Giezi puero Eliſæi, vt habetur in 4. lib. Regum. *c*

Alij tamen ipſos Angelos equitatum illum intelligunt, cuius hic fit mentio, & cui pia anima aſſimiletur, quorum opera Pharaonis currus demerſi ſunt. Ita Aponius, & Pſellus, & ante illos Gregorius Nyſſenus homilia tertia, qui affert rationem, quare equitatus nomine ſint expreſsi, dicens. An nõn eſt hoc manifeſtum, quod quomodo fieri non poteſt, vt nauali prælio ſit parta victoria, ſi non nauticus exercitus demerſerit exercitum hoſtium, qui eſt in nauibus: ita nec in equeſtri prælio victus fuerit quiſpiam, ſi non aliquæ equeſtres copiæ inimicorum ex aduerſo ſteterint. Quoniam ergo id, quod erat validiſsimum exercitus AEgyptiorum, in equis ſitum erat & curribus, vim aduerſus illos allatam, quę nõ cadebat ſub oculos, per quam aduerſus illos parta eſt victoria, equos verbum nominauit: nam illi quoque ſentiebant Deum belligerantem, & inter ſe clamabant. *d* Dominus bellum gerit aduerſus AEgyptios, & fugiamus à facie Domini.

C

9

*Angeli ſunt equitatus Dei, quo contra Pharaonem pugnauit in mari rubro. Greg. Nyſſ. Pſellus. Aponius. d Exod. 14. 25.*

Confirmat deinde, quomodo Angeli ſint Dei equitatus ex locis Habacuc 3. *e Qui aſcendis ſuper equos tuos*, & Pſalmi 67. *f Currus Dei decẽ millibus*, &c. & ex 4. *g* Regũ, de equis, & curribus oſtenſis Giezi: necnõ & Zachar. 1. *h* vbi propheta nominauit equos differentes cum homine ſtante in medio montium.

D

*e Habac. 3. 8 f Pſ 67. 18. g 4. Reg. 6. 17. h Zach 1 8.*

*Anima Sancta ſimilis Angelicis copijs.*

Demum ſententiam iſtam ad animam ſic applicat Gregorius, vt per eam conſilium detur, oportere, animã ſuſcepto ſupra ſe verbo rectore, & deuictis equis AEgyptiis, cum ipſis equis, & aſcenſoribus, & omnibus copiis ſuffugatis, ita aſſimilari illis Angelorum copiis, qui contra Pharaonem dimicarunt in mari rubro. Et omnino per hæc iuxta Gregorium ſignificatur, animam ſanctam hoc loco commendari ex eo, quod contra diabolum, eiuſque vitia pugnauit, eaque demerſit per baptiſmum, ac per hoc ſimilis facta eſt Angelicis copiis.

E

*Caſsiodor. Beda. Anſelmus. Eccleſia ſimilis populo Iſraelitico, vt equitatui Dei in curribus Pharaonis.*

Communior quoque Latinorum Patrum ſententia ex hàc ipſa victoria, & demerſione eccleſiam, atque animam commẽdatam accipit; ſed quatenus per eam aſſimilata eſt Iſraelitico illi populo, & exercitui, qui egreſſus eſt ex AEgypto, quẽ equitatũ ſuum appellet Deus, quia ipſe inſtar aurigæ ei pręfuit, introduxitque eum ad terram promiſſionis. Ita Caſſiodorus, Anſelmus, Beda. Qui tres inſuper alias addit ſimilitudines inter eccleſiam, & illum Dei equitatum. Quia ſicut ille ob ſuperuenientes currus Pharaonis perterritus quidem eſt, ſed cœleſti eſt protectione ſeruatus, ſic eccleſiam idemmet Deus inter minas perſequentium ſuo ſemper docuit fidere præſidio, & quia, ſicut dum ille per columnam ignis illuſtrabatur, AEgyptiæ turmæ tenebris operiebantur; Ita in eccleſia ſuperna diſpenſatio iuſtos à reprobis certa ratione ſecernens, hos ſua gratia irradiat; illos in merita cæcitate relinquit. Et demum, quia per hoc, quod vbi ad mare ru-

F

A

brum peruentum eſt, Exercitus Iſraeliticus liberatur, AEgyptij autem, reuerſis ad eos aquis, demerguntur; illud indicatur, quod in eccleſia accidit, cum in ipſa mortis vnda, rapit prauos ad interitum, & pijs refert iter ad ſalutem.

*Greg. Pap.*

Gregorius Papa alio pacto eandem ſimilitudinem ad populum illum piæ applicat animæ: Sic enim ait: Scimus, quia equitatus Iſraeliticus, currus Pharaonis fugiens, in mare demerſos reliquit: nec tamen ſtatim terram promiſſionis intrauit, ſed prius multas tentationes in eremo quadraginta annis ſuſtinuit, multos Reges multis laboribus expugnauit. Et ſic tandem, quod promiſſum ſibi fuerat, laborioſe acquiſitum ſuſcepit. Huic equitatui ſancta anima ſponſo amica, ſimilis efficitur, quæ prius in baptiſmo omnia peccata ſua extincta, quaſi Pharaonis exercitum reliquit: & poſtmodum inter huius mundi habitatores malignos ſpiritus viuit, imminentia vitia, quaſi Reges alienos proſternit, & ſic tandem ad beatam terram, in qua cum ſponſo delectetur, peruenit.

*Bernar. Vitia ſunt currus, & equi dæmonum.*

Vide Bernardum ſerm. 39. circa medium, hunc ipſum communiorem ſenſum proſequentem, vbi per equos & currus Pharaonis accipiens vitia vniuerſa, tria præcipua eorum enumerat, Malitiam, Luxuriam, & Auaritiam, oſtẽdens quomodo ſingula eorum currus ſint, & quibus trahantur equis.

10

*Origenes. Auſtius aſſimilatur animæ Chriſti.*

Origenes Homilia ſecunda ex quatuor legẽs, *Equæ meæ*, per eam intelligit Sanctiſſimam Chriſti animam: cui ſimilem redditam ait, piam animam, vtpote exemplari noſtræ omnis ſanctitatis.

*Aponius. Animæ iuſti Chriſtus aſſimulat animam ſuam.*

Quin Aponius addit, Chriſtum pro ſublimi laude aſſimilare ipſam animam ſuam cuicumque animæ iuſtorum per hæc, quæ hic dicit.

*Theodor. Pia anima ſimilis humanitati Chriſti.*

Explicat autem iſta clarius Theodoritus, per Chriſti equam totam eius humanitatem accipiens, ac ſi is ita piam animam alloquatur: Te animam propinquã meam factam, atque ideo propinquam appellatam, & reipſa nominis fructus aſſecutam, equæ dico eſſe ſimilem meæ, qua ego vtens Pharaonem intelligibilem ſubmerſi, tibique largitus ſum libertatem. Confirmat hanc ſuam expoſitionem Theodoritus ex verbis Apoſtoli, quibus ait. *i Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*. Et; *k Nos vero reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu.*

*i Phil. 3. 21. k 2. Cor 3. 18.*

*Rup. Abb. Virga Moyſis fuit equitatus in curribus Pharaonis.*

Per equitatum denique iſtum, cui aſsimilatur ſponſa, Rupertus Abbas ſumendam exiſtimat, virgam Moyſis, quandoquidem ex illo loco Exodi, vbi curruum Pharaonis narratur ſubmerſio in mare rubrũ, nullum apparet fuiſſe equitatum Domini, præterquã vna virga Moyſis, & Aarõ, ex cuius percuſsione Deus reducens aquas maris, omnem AEgyptiorũ contriuit exercitum.

*Maria aſsimilata Virgæ Moyſis. l Exod. 7. 12. m Nu. 17. 8.*

Ait autem Rupertus, dictæ virgæ aſsimilari hoc loco Beatam Virginem, præſertim ſi conſiderentur maximæ virtutes, quas per eandem virgam in eodem libro Exodi *l* factas legimus: Quẽadmodum enim virga illa maleficorum virgas omnes deuorauit, & omnem ſuperbiam AEgyptiacam contriuit, & deinde germinauit, fronduit, floruit, & fructum protulit, vt dicitur in libro Numer. *m* non plantata, non ſucco terræ animata; ſed virtute cæleſti ſupra vſum naturæ prouecta: Sic Beata Virgo cunctam prauitatem hæreticam interemit, ſuperbiam diaboli deiecit, conceptu florida, partu fructifera, virgo in cõceptu. incorrupta in partu, virgo ante partum, incorrupta poſt partum.

*Hieronym. Anima Sancta Chriſto comparata eſt quaſi currus, & iumentum irrationale.*

At Hieronymus libro ſecundo in Habacuc ſuper illa verba cap. 3. *Qui aſcendis ſuper equos tuos*, &c. nouo, & inuſitato modo hæc exponit, ſic enim ait: Sponſus loquitur in Cantico Cãticorũ. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te, proxima mea.* Non quod Chriſtus eccleſiam, vel ſermo Dei animã, quam ſponſam ſuam vocat, quadrigis cõmparet Pharaonis: ſed quod omnis anima, quamuis ſancta ſit atque perfecta ad Deum comparata, quaſi currus Pharaonis ſit & iumentum.



Vnde

n Exod. 4. 10. Vnde & Moyſes n Exodi quarto loquitur ad Dominum; Ego autem ſum ἄλογος, id eſt rationalis (ſic Septuaginta) pro quo nos legimus. *Ego autem non ſum eloquens*, & Dauid, o *Vt iumentum*, ait, *factus ſum apud te*; non quod abſolute iumentum ſit: ſed quod apud Deum iumentum ſit. o Pſ. 72. 23

## Verſ. X. cap. I. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

### Expoſitio Prima.

*Iuxta litteræ ſonum.*

a Cvm in ſuperioribus ſententiis generaliter ſponſus ſponſæ ſuæ extuliſſet pulchritudinem, dicens eam pulcherrimam inter mulieres, præſtātiſsimoque illam aſsimilans equitatui ſuo: Nunc ad particularia deſcendit membrorum eiuſdem præconia: duoque eorum pro hac prima vice commendat, genas, & collum: quamuis poſtea & tertiam addat oculorum laudem, vbi in verſu 15. poſt aliam generalem commendationem illam; *Ecce tu pulchra es, amica mea: Ecce tu pulchra es*; ſubdet: *Oculi tui columbarum*.

In hac igitur, quam præ manibus habemus, ſententia genas commendat, & collum. Eſt autem ob varietatem textuum inter expoſitores diſſenſio, quanam ratione prædicta laudentur membra: ex innata eorum pulchritudine, an vero ex ornamentis, quibus extrinſecus exornata conſpicerentur. Enimuero, ſi Hebraicus inſpiciatur textus, haud dubium, quin tota hæc laus ſit ex ornamentis deſumpta. At ſi lectionis noſtræ ratio habeatur, ex innata pulchritudine vtriuſq; mēbri commendationem deſumptam aſſerendū eſt.

Primus ſenſus. Sciendum igitur, in Hebræo pro eo quod noſter vertit. *Pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis*: ſic legi: *Pulchræ ſunt genæ tuæ*, בתורים bathorim, id eſt in thorim. Quamuis autem diſſentiāt inter ſe Doctores Hebræorum in definiendo, quodnam ornamentum per hāc vocem תורים thorim ſignificetur; aſſerentibus quibuſdam, ſignificari torques: alijs, quod ſint gemmæ, aut margaritæ coniunctæ, & ordinatæ ſecundum ordinem diſpoſitionis. Alijs demum putantibus eſſe ornamentum delineatum, ſeu depictū inſtar turturis; quandoquidem dictio תור thor turturem ſignificat. Conueniunt tamen in eo omnes, vt per illam vocem ſignificetur quoddam ornamēti genus, propter quod ſpecioſæ reddantur mulierum facies, ac genæ in primis, quodcumque illud ſit. Imo & Hieronymus hanc ipſam dictionem pro ornamento accepiſſe, manifeſtū eſt in ſequenti verſu, quod enim in Hebræo dicitur, תורי זהב thore xahab, ipſe vertit, Murenulas aureas. Vnde adducor, vt exiſtimem, ornamentum iſtud conſtaſſe ex murenulis, ad turturis ſpeciem effigiatis, quæ ex temporibus deſcendentes vſque ad genas, non modicum illas exornarent. Vt eorum, quæ hic dicuntur, ſenſus ſit.

Paraphraſis. *Pulchræ ſunt genæ tuæ* per ſe, & ex natura ſua, ſed pulchriores redduntur ex murenulis illis, ad turturis ſpeciem effigiatis, quibus exoneratæ ſunt.

Secundus ſenſus. Noſter interpres, vertens: *ſicut turturis*: pro בתורים bathorim legit כתורים chatorim, accipiēs litteram כ chaph pro littera ב beth, inter quas tanta ineſt characterum ſimilitudo, vt facile vna ſumatur pro altera. Qua in re ſecutus eſt antiquiſſimam, ac præſtantiſſimam Septuaginta Interpretum verſionem, qui rationem habentes ſenſus eius, quem præcipue Spiritus ſanctus intendit, Hebraicam ſic reddiderunt ſententiam: *Quid ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis*. Præclare autem ſponſus, iuxta hanc noſtram lectionē, per ſimilitudinem ad genas turturis, genas commendat ſponſæ; ſic enim eas non ex extrinſeco tantum, amabilique celebrat colore; ſed & quod maioris eſt laudis, ex innata quadam illas extollit honeſtate, quæ in illis elucet, verecundiæ, ac pudicitiæ. Enimuero Turtur circa genas pulchrū valde, & honeſtum habet coloris blandi, & amicabilis inſigne, nihil quidem laſciuum repræſentans, ſed egregiam venuſtatis oſtētans gratiā. Recte vero Septuaginta magna cum emphaſi legunt: *Quid*, ſeu, *quam pulchræ factæ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*, quaſi pulchritudo illa, quæ in ſponſæ genis eluceret, non eſſet ordinaria, ſed tam inſignis, vt intuentibus non modicum incuteret ſtuporem, quippe quę adiunctum eximium haberet honeſtatis decorem.

## Verſ. X. cap. I. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

### Expoſitio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

Qvemadmodum ex iis omnibus, quæ ſpecioſo in corpore humanum alliciunt viſum, amoremque conciliant intuentibus, ſi quis id commendare velit, quod præſtantiſſimum ſit, genas non immerito commendabit: vtpote quæ præcipuum inter vniuerſa corporis membra teneant locum: ſi tamen colore candido, elegantique rubore fuerint perfuſæ, ſimul cum honeſtatis pudoriſque decore. Ita, cum inter cunctos Eccleſiæ ordines, cunctaque membra Virgines ſint, quæ præ omnibus diuinum concilient amorem; iure optimo primus eis aſsignandus fuerat locus in panegyrico ſponſæ: iure optimo ante ceterorum ſanctorum ordines commendare eas debuit ſponſus, & Agnus. Ipſæ enim ſunt primus fructus ſanguinis Agni immaculati: a *Hi ſunt*, prout dicitur in Apocalypſi, *qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocumque ierit: Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno*: neque enim tam pretioſa virginitatis gemma alio emi potuiſſet pretio, quam ſanguine agni immaculati: neque adeo purus Chriſti ſanguis pro vllo alio hominum genere congruentius videbatur effundendus, ac impendendus, quam pro iis, qui ſine macula futuri eſſent ante thronum Dei. Propterea ergo Chriſtus Eccleſiæ ſponſus, quam ſibi exhibuit immaculatam Eccleſiam commendans, à puriſsimo Virginum in primis illam extollit ordine, idque ſub genarum metaphora, quod in genis extrinſecus eluceat, quæ intrinſecus ineſt pudicitia: Ait enim: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*. Et quidem haud aliā præſtantiorem ad Sanctarum Virginum laudem afferre potuiſſet comparationem, quam turturis, ſeu genarum illius: cum inter vniuerſa animantium genera nullum ſit, in quo magis, quam in turture excellentior perſpecta ſit pudicitia; vulgato enim omnium ore fertur, tantæ turtures eſſe pudicitiæ, vt præter vnum coniugem, nullum admittant alium per totum vitæ ſpatium: &, ſi is diem obierit, perpetuam ſeruent caſtitatem. Porro id proprium Virginum eſt, maximeque in illis commēdabile, vt vni ſeſe deſpondeant Deo, ac nullum præter illum amatorem admittant, illum vnum ducem appellent virginitatis ſuæ, illum ſponſum, illum dilectum dicant: vnde b Apoſtolus; *Deſpondi*, inquit, *vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto*. Non deſunt quidem, qui ſeſe Chriſti affingentes Sodales, ad ſuum illas allicere ſtudeant amorem, atque connubium: alliciunt dæmones ſuggeſtionibus vehementiſsimis: ſolicitat mundus multiplici terrenarum rerum pulchritudine: attrahit inimica caro prædulci illecebrarum eſca, at quamuis eæ, quæ veræ Virgines non ſunt, tales admittant amatores, dicantque, quod quædam earum apud Oſeam impiiſsimo protulit ore: c *Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum*. Quæ tamen veræ ſunt Virgines, hoc vnum tantummodo metuunt, ne vel tantillum ad prædictos Chriſti Sodales diuertant. Hinc ardentiſsima illa ad eum deprecatio: d *Indica mihi, quē diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie; Ne vagari incipiā*: vel iuxta aliā litterā: *Ne fiam quaſi*

a Apoc. 14. 4. Virgines ſunt primitiæ fructuum ſanguinis Chriſti.

Turturū pudicitia qualis.

Virgines Sanctæ id vnum ſtudent, vt præter Chriſtum nullum admittant amatorem.

b 2. Cor. 11. 2.

c Oſeæ 2. 5.

d Cant. 1. 7.

*quaſi adoperta poſt greges Sodalium tuorum*: Ac propterea A tantæ fidei, tantæ in ſe dilectionis, tantæ denique earum caſtimoniæ optime conſcius ſpõſus cæleſtis, has in primis laudibus celebrans, per turturum eas laudat ſimilitudinem: dumque illarum pudicitiam, pudicitiæ aſsimilat turturum; de eo ipſo extollit Eccleſiam, quod in iſtiuſmodi Virginum ordine tam arcta ſibi vni charitate ſit iuncta, vt id præ omnibus abhorreat, ne vagari incipiat poſt greges ſodalium ſuorum. Hæc iuxta ſenſum lectionis noſtræ.

*Primus ſenſus.* Quod ſi ſenſum Hebraici textus proſequi velimus, quem in litteræ expoſitione primo loco attulimus: dicendum, eaſdem à Chriſto commendari Virgines, B quæ genarum in corpore Eccleſiæ obtinent locum, commendari autem ex ornamento, turturum effigiẽ repræſentante, quoniam iis omnibus eæ ſint honeſtatæ, quæ in turturibus notantur præclara, quibuſve eximia illarum manifeſtatur pudicitia, quænam vero ſunt iſta? Tria: Primum id, quod iam de ipſis enarratũ eſt, quod præter vnum, nullum alium admittunt coniugem: Secundum, quod in ſiluis morantur, ac in deſertis: Et tertium, quod pro cantu gemitus proferũt, de primo iam dictum eſt; quale vero id ſit ornamentum in Virgine, Beatiſsima Virgo Agnes iis ipſis ſignificauit verbis, quibus ad eum, qui ipſam ardentiſsime deperibat, Tyrannum ait, Diſcede à me, quia iam ab C alio amatore præuenta ſum, qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarrhauit me.

*Virgines in quibus ſint ſimiles Turturi.*

*Ser. 90. inter Serm. S. Ambroſij.*

Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum præter ipſum amatorem admittam. Iam amplexibus eius caſtis adſtricta ſum, iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater Virgo eſt, cuius Pater feminam neſcit, ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione committo.

Quod autem & inſtar turturum id & ipſæ habeant præclari, vt in remotis commorentur deſertis: patet ex eo, quod in domuum, ac Monaſteriorum ſeptis ab D omnium hominum aſpectu remotas commorari illas animaduertimus, vtpote quibus optime exploratum ſit, tam pretioſum theſaurum, qualis pudicitia eſt, atque Virginitas, illæſum difficile poſſe ſeruari, niſi ab humano remoueatur aſpectu: ibique in ſolitudine inſtar turturum cum ſuo cæleſti iungũtur ſponſo, vnaque cum illo mente volitant cæleſtia contemplantes myſteria. Sed & vniuerſas mundi huius deteſtantes delectationes, cantant quidem præ interna animi voluptate, at inſtar turturum gemitibus cantant: quæ enim in cæleſti patria nouum cantaturæ ſunt canticũ ante ſedem Dei, & ante quatuor animalia, quia nouo E honeſtatæ fuerint Virginitatis decore. Et in hac quoque vita ſuo, quoad fieri poteſt, ſeſe iungentes ſponſo præ gaudio cantant, & cantant quaſi cãticum nouũ. Quis enim antiquis temporibus tale vnquam cecinit canticum, quod ſimile eſſet gemitibus turturum?

*Virgines Sanctæ inſtar turturũ gemunt cantãtes canticum nouum. Apoc. 14. 3.*

Nouum id canticum eſt; quia denuo poſtquam Chriſtus ex hominibus Virgines dempſit, poſtquam virginitas in Eccleſia fulgere cœpit, cœpere & Virgines ipſæ hoc nouum canere canticum, vniuerſas ſuas in eo ſtatuentes delicias, vt dulciſsimis deplorent gemitibus, ſponſi vitam contemplantes, necnon & ad diuinum anhelantes conſpectum, & æternam gloriã ſpectantes.

## Verſ. X. cap. I. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

3 QVia in genis pudor apparet puellarum, inſigne pudicitiæ, apte admodũ ex aſpectu dilectæ ſuæ, quam rubore animaduertit ſuffuſam, ad laudem, qua ipſam celebrarat in præcedenti verſu; commotus ſponſus, ſub genarum metaphora, & per comparationem ad genas turturis, quæ ex natura ſua pudicitiam præ ſe fert, ſingulari encomio ipſam eius euehit pudicitiam, quæ præ omni alio decore in pulchra elucet puella, iuxta illud Eccleſiaſt. vigeſimo ſexto. *a Gratia ſuper gratiam mulier Sancta, & pudorata, omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ*, id eſt gratia ſuperans alias gratias mulier Sancta, ſeu vt habent Græca πιςὴ fidelis, ſcilicet viro ſuo, & verecunda, & quæ ad quẽlibet alterius viri intuitum rubore ſuffunditur, in genis ſuam oſtentans pudicitiã; nihil eſt in rebus, quæ apud homines æſtimantur, quod cum ea ſit conferendum, præſtantiſſimam autem hanc extollens pudicitiæ eius gratiam, magna cum emphaſi id facit, prout recte expreſſerunt Septuaginta vertentes; *Quid*, ſeu, *Quã pulchræ factæ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis.* Quibus tria ſimul à cæleſti illo ſponſo in tã præclaræ virtutis laudem breuiter deſignata crediderim.

*a Eccl. 26. 19.*

Primo, pudicitiam illam, quæ ad eum gradum peruenerit, vt id in Anima efficiat, quod per naturalem in turture ſit caſtimoniam: quæ ita Deo animã faciat addictam, vt nullum vnquam, præter ipſum, amatorem admittat; talem, ac tantam eſſe, vt humanis verbis commendari minime poſſit.

*Virginitas eſt in homine admirabilis, cum illum euehat ad ſimilitudinem naturæ Angelicæ.*

Secundo, ſublimem iſtiuſmodi pudicitiæ indicat effectum, qui ingentem cunctis incutiat ſtuporem. Quod de hominibus Angelos facit: in carne enim præter carnem viuere, vt inquit Hieronymus, magis Angelicum eſt, quam humanum.

*Hier epiſt. 22. ad Euſtochium.*

Hinc eſt, quod & Sapiens, Angelicam hanc in homine admirans caſtimoniæ claritatem, in ea prorumpit verba. *b O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt enim memoria illius!* Ac ſi dicat.

*b Sap. 4. 1.*

Quis non obſtupeſcat tam inſignem in obſcuris hominibus pudicitiæ claritatem? Certe enim licet ij propter corruptibilis carnis admixtionem mortales ſint, propter tantam nihilominus caſtitatis claritatem immortales redduntur. Quidni immortalis memoria Virginum, ſi earum Virginitas, vt Deo inhærens immortali, vllam pati nequit corruptionem?

Nam quemadmodum materia tanto eſt nobilior, quanto magis vnicæ formæ accommodari poteſt, à qua vltimam demum perfectionem aſſequatur, vt in cælorum mole licet intueri, quæ, cum nihil in ſe habeat contrarij, ſic perfectionem à ſua forma habet, cui ab initio inhæſit, vt neque aliam formã admittere poſſit, neque ſit vllam ſubitura corruptionem. Ita & Sancta Virginitas, quæ Deo adhæſit, vt ab eo perficeretur, nullum poteſt interitum formidare.

*Simile.*

Quidni immortalis virginum memoria, quæ Angelis ſimiles factæ ſunt immortalibus? Audiatur Chryſoſtomus, qui in libro de Virginitat. cap. ſeptuageſimo nono, hæc habet verba. Si id ſcire vis, Chriſtum loquentem attende. *c Neque nubent, neque vxorem ducent; ſed ſunt, ſicut Angeli in cælo.* Vide interuallum, quam in „ excelſum locum virginitas mortale corpus extollat. „ Qua enim, quæſo, re differebant ab Angelis Elias, Eli- „ ſæus, Ioannes, veri hi virginitatis amatores? nulla, niſi „ quod mortali natura conſtabant; nam cetera ſi quis „ diligenter inquirat, hi nihilo minus affecti reperien- „ tur, quã beatæ illæ mentes: & idipſum, quod inferio- „ F ri conditione videntur eſſe, in magna eſt eorum lau- „ de ponendum; vt enim terrarum incolæ, & ij, qui eſ- „ ſent mortali natura, poſſent ad illam virtutem vi, & „ contentione peruenire, vide quanta eos fortitudine, „ quanta vitæ ratione præditos fuiſſe oporteat. Virgini- „ tatem fuiſſe, quæ tales eos reddiderit, ex eo perſpi- „ cuum eſt. nam ſi vxores habuiſſent, & liberos, haud „ facile adducti eſſent, vt & in ſolitudine viuerent, & „ ſuas familias contemnerẽt & reliqua, quæ neceſſaria „ eſſent ad vitam, non compararent: Nunc vero his „ omnibus ſoluti vinculis, tamquam in cælo, ſic in ter- „ ris diuerſantes, non parietibus, non tecto, non lecto, „ non menſa, non alijs eius generis rebus indigebant; „

*Chryſoſt.*

*c Luc. 23. 35.*

quin illis cælum erat pro tecto,ſolum pro ſtratu, pro menſa ſolitudo:& quæ ſterilitas Solitudinis aliis famis effectrix videtur, Sanctis illis viris ſuppeditabat omnium rerum copiá.Ideoque forſan à cæleſti ſponſo talis,tantaque hominis pudicitia, per quam ad tam ſublimem euehitur Angelicam claritatem, pudicitiæ aſsimilatur turturis,quæ in diſertis commoratur,volitatque per ſiluas. *Quid pulchræ factæ ſunt*, inquit, *genæ tuæ ſicut turturis!* Non dicit: *Quid pulchræ ſunt genæ tuæ;* At,vt vna cum admiratione,& cauſam quoque ſignificaret tantæ admirationis, ait: *Quid pulchræ factæ ſunt genæ tuæ!* deſignans propterea mirandū,iſtiuſmodi reperiri in homine pudicitiá,quia humanam ea ſuperet naturá,diuinique muneris gratia in illo factam eſſe, oporteat:quod & ſapiens illa Anima profeſſa eſt aliquando,cū dixit,*d Vt ſciui, quoniam aliter non poſſem eſſe continens,niſi Deus det,& hoc ipſum erat ſapientiæ,ſcire cuius eſſet hoc donum,adij Dominum,& deprecatus ſum illum*. Additque præclare Aug.lib. 10.confeſſ.ca.29. dictam citans ſententiam.Continentiam iubes,da quod iubes & iube quod vis. Atqui hoc tertium illud eſt, quod ab ſponſo deſignatum dicebam.

*Virginitas donum Dei eſt.* — *d Sap. 8. 21* — *Auguſtin.*

## Verſ. X. cap. I. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

### EXPOSITIO IIII.

*De tertia ſponſa, quæ eſt B. Maria.*

DE perfectiſsima Beatæ Mariæ Virginitate nullus ſane inter catholicos relinquitur dubitādi locus, vtpote quam variis figuris præſignatam, multiplici Prophetarum oraculo prænuntiatam,ac demū apertiſſimis Euangeliorum ſententiis,communique totius Eccleſiæ definitione dicere teſtatam: Ex ea nihilominus laude,qua in hoc verſu à cæleſti ſponſo tantæ Virginis cōmendatur pudicitia nonnihil fortaſſe aliquibus exoriri poſſet ſcrupuli:qua videlicet ratione turturis cōparata ſit pudicitiæ,quæ coniugalis potius eſt, aut vidualis,quam virginalis.Enimuero ſi ex quopiam animantium genere ad virginalem Marię pudicitiam cōmendandā capienda erat ſimilitudo,ex apibus potius deſumenda videbatur,quæ ſunt proprijſsimū Virginitatis hieroglyphicum,pro virginali, quæ eis naturaliter ineſt,integritate,iuxta illud Ambroſij, Digna Virginitas,quæ apibus comparetur ſic laborioſa, ſic pudica,ſic continens:Rore paſcitur apis,neſcit concubitus,mella componit:Ros quoque Virgini eſt Sermo diuinus,quia ſicut ros Dei verba deſcendūt:Pudor Virginis eſt intemerata natura:Partus Virginis fœtus laborum,expers amaritudinis,fertilis ſuauitatis.

*Apis hieroglyphicum virginitatis. Ambroſ. lib. 1. de Virgin.*

Congruentiſsime nihilominus cæleſtis ſponſus ſimilitudinem adhibuit pudicitiæ turturis,dicens: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*: hac vnica ſimilitudine & ſummā illius extollens pudicitiā Virginis, & cūm Virginea eiuſdē puritate, coniugiū ſimul adfuiſſe demonſtrans;nā ſi per turturem,eam intelligamus, quā inter volatilia ſcimus eius pudicitiæ eſſe, vt præter vnum, nullum alium admittat coniugem, id innuit, quod etſi illa Virgo eſſet,vnum tamen,inſtar turturis, habuit coniugem, cui deſponſata erat,Ioſeph.

*Mariæ pudicitia quomodo ſimilis pudicitiæ turturis.*

Si vero per turturem eum intelligamus Regem Virginum ſignificatum,de quo in capitulo ſecundo huius Cantici dicitur:*a Vox turturis in terra noſtra audita eſt*.Singulari certe encomio tantæ Virginis extollit caſtimoniā,vtpote quæ ſimilis extiterit pudicitię,& integritati ſuæ.Sic quemadmodum in ſuperiori verſu ſuæ humanitati dilectiſsimam aſsimilauit matrem, ob inſignem,quam in illa videbat, humilitatem, atque obedientiam,vt videre eſt ibi in quarta expoſitione; Ita & in præſenti ſententia eamdem ſibimetipſi propter eximium comparat virginitatis inſigne. Atque hinc factum crediderim,vt toties à Deo in veteri lege præceptum legamus,vt offerretur par turturū in propitiationem, ac purgationē peccatorū,vel in expiationem immunditiei:quod duo iſti per illos turtures repræſentarentur Virgines, Chriſtus,atque Maria: Mater,ac Filius:Sponſus,ac Spōſa:quorū oblatione vniuerſa propitianda eſſent orbis delicta,cunctæque expiandæ & ſordes.Cū igitur turtur Beata eſſet Maria propter inſignem puritatem,quanā meliori commendari potuiſſet ſimilitudine, quam alterius turturis, qui cōpar ipſius eſſet?quā integritatis Chriſti,quę primū eſſet Virginalis pudicitiæ exēplar?propterea congruētiſsime vertere Septuaginta, quos & noſter interpres ſecutus eſt:*Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*, in ſingulari:non, ſicut turturū, in plurali:Sicque ſimul & Virginitas, & coniugalis in Maria commendata eſt caſtimonia:quę duo ſimul perfectiſsimo modo in ipſa coniuncta fuere.

*a Cant. 2. 12.* — *Aponius.* — *Virgines duæ Chriſtus,& Maria deſignati per duos Turtures, quos offerendos præcipiebat Dominus.*

## Verſ. X. cap. I. *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

5 PAraphraſis Chaldaica:Quando egreſsi ſunt ad deſertum,dixit Dominus ad Moſen. Quam pulcher eſt populus hic,vt dentur eis verba legis & ſint ſicut inauris in maxillis eorum,vt non recedāt à via bona, ſicut non recedit equus,in cuius maxilla eſt frænum.

*Lex Dei eſt tanquam inauris ad ornamentum & tanquam frænum ad compeſcendum.*

Quoad ſenſum dramaticum,Origenes homilia ſecunda ex quatuor, quem ſequitur etiam Bernardus Serm.quadrageſimo,ita hæc cum ſuperioribus connectit, vt poſtquam ſponſus auſteriori ad ſponſam vſus eſt comminatione,proteſtatus ei,quod niſi cognoſceret ſemetipſam, exitura eſſet in veſtigiis gregū, & paſceret nō oues;ſed hœdos,cum illa erubuerit ſuper auſteritate præcepti,ſed & rubor verecundiæ diffuſus in vultu ſpecioſas effecerit genas eius, & multo quam fuerant pulchriores,hęc intulerit ſponſus;Tum per Eccleſiæ genas intelligit eos,qui in illa caſtitatis, & pudicitiæ excolunt honeſtatem,quoniam in genis honeſtas & verecundia animæ agnoſcitur.

*Origenes. Bernard.*

Senſus germanus,atque communis apud vniuerſos Patres eſt,vt per hæc commendetur pudicitia,& continentia eccleſiæ,vel animæ, atque etiam Beatæ Virginis per comparationem ad turturē , quia ſponſa ſpiritualis vnum tantummodo Chriſtum amatorem admittat,& ad illum ſemper anhelet, æque ac turtur vnum duntaxat admittit coniugem,ex cuius abſentia flebili gemit cantu.

*Pudicitiæ, & continentiæ encomiū.*

Ita Origenes,atque Bernardus locis citatis.Ita Ambroſius Sermone tertio,in Pſalmum centeſimum decimumoctauum,verſ.primo,& libro de Iſaac, & anima,cap.quarto, Theodoritus,Caſsiodorus, Gregorius,tam Nyſſenus,quā Papa,Beda,Philo Carpathius, Iuſtus Orgelita.Aponius,Anſelmus, atque Rupertus in ſuis Commentariis ſuper Cantica.

*Bernard. Origenes. Ambroſ. Nyſſ. Caſsiodor. Greg. PP. Philo. Iuſtus. Aponius. Beda. Anſelmus. Rupertus.*

Singulari tamen modo Gregorius Nyſſenus homilia tertia in Cantic. notat,hæc dicta, quoniam ij, qui temperatam,& puram vitam exercuiſſent, indignari fortaſſe potuiſſent,ſe in ſuperiori ſententia comparatos equis,quorum luxurioſam libidinem ſignificauit Ieremias,vbi ait, *b Equi in feminas currentes facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat*:præſertim cū & Dauid terribile duxerit,*c fieri ſicut equum,& mulum* quorum iubet in *chamo, & fræno maxillas conſtringere*: æque enim eſt,inquit,ac ſi ad mitigandam ſuperiorē ſimilitudinem diceret ad eccleſiam ſponſus.

*Greg. Nyſſ.* — *b Ier. 5. 8.* — *c Pſ. 31. 10.*

Non ſunt maxillæ tuæ eiuſmodi,vt ſicut equus chamo,& fræno opus habeas,vt conſtringaris : ſed per puritatem turturū tibi ornantur genæ;pro fręno nēpe tibi eſt turturum aſſimilatio;per quas vitæ puritas deſignatur.

*Pudicitia eſt frænū ſponſarum Chriſti.*

Dicit autem,hæc ſponſum admiratiue proferre.

*Quid pulchræ factæ ſūt genæ tuæ?* vt legūt Septuaginta, ad indi-

ad indicandum, id extra naturam eſſe talium equorum, qui cum in carne ſint, impuris operibus carnis dediti ſolent eſſe naturaliter.

*Origen.*

Ponderatque Origenes citata homilia ſecunda ex quatuor, haud ſimpliciter dictum; *Quam pulchræ ſunt genæ tuæ*, ſed; *quam pulchræ factæ ſunt genæ tuæ*. vt ſignificaretur, prius quidem non ita eas fuiſſe, ſed poſteaquã ſuſcepit oſcula ſponſi, & ipſe, qui loquebatur per Prophetas prius adfuit, & mundauit ſibi ipſi Eccleſiam ſuam lauacro aquæ, & fecit eam non habere maculã, aut rugam, & agnitionem ſui præſtitit ei: tunc factæ ſunt ſpecioſæ genæ eius.

*Virginitas excoli cœpit poſt Chriſti aduentum.*

Tunc enim caſtitas, & pudicitia, & virginitas, quæ pius non fuerat, per eccleſiæ genas ſpecioſo decore diffuſa eſt.

Ad communem ſenſum adduntur ab aliquibus Patrum & alij inſuper ſenſus, aliæque rationes ſimilitudinis allatæ.

*Origen. Continentiũ multitudo magna in Eccleſia.*

Siquidem Origenes loco citato, commendatam eccleſiam hac inquit ſimilitudine, quia continentiæ, & pudicitiæ in ea tanquam turturum volitet multitudo.

*Aponius.*

Aponius, par turturum intelligens Chriſtum eodem vocabulo ſignificatum in illo Pſalmi octogeſimitertij. *Paſſer inuenit ſibi domũ, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.* Quia, inquit in ſuis Doctoribus ſancta Eccleſia caſtitate, & varietate virtutũ turturis, id eſt Chriſti imaginẽ imitatur, neceſſario ab ipſo laudatur, dicendo. *Quam pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis.*

*Prædicatores Eccleſiæ imitantur Chriſtum in pudicitia. Aponius. Bernard. Prædicatores Sancti ſimiles turturi quærenti ſolitudinem.*

Additque ob id quoque eandem adhibitam ſimilitudinem, quod ſicut turtur prę ceteris auibus remota incolit loca, & ibi cõſtruit nidum, educatque pullos, vbi hoſtis, aut nunquam aut vix habeat acceſſum.

Ita & Sancta Anima, fugiendo malorum cõſortia, & reſpuẽdo quicquid pretioſum in præſenti cernitur vita, cognoſcitur facere cœleſtem prolem, doctrinæ ſuæ ſermone genitam, eandemque vitæ exemplo nutritam tranſmittit ad cœlum. Quam rationem affert etiam Bernardus Sermone quadrageſimo.

*Tres Patres.*

Tres Patres apud Theodoritum commendari hic cenſent piam Animam, nedum ex continentia, ſed & ex decenti ſermone, ex oratione, ex abſtinentia, ſolitudine, ac patientia, vt ſponſus tale quid dicat.

*Genarum piæ animæ pulchritudo quibus in rebus ſita ſit.*

Mirum in modum profecto pulchræ factæ ſunt genæ tuæ, quæ ad ſimilitudinem turturis verecundiã, & continentiam amplecteris, & Apoſtolorum conſuetudinem imitaris: nec gentium more immoderato genarum motu vteris in diſputationibus, nugis, & orationibus, & edacitate in cibis, vnde reliqua omnis naſcitur intemperantia; ſed eiuſmodi potius moderatione, vt conciſo, compoſitoque ſermone ſuperuacuam Græcorum ſapientiam viceris: in orationibus autem Regnum Dei, & iuſtitiam eius tãtũmodo quæras: cibis vero non exquiſitis, & iucundis veſcaris, ſed neceſſariis contenta ſis. Ex quo fit, vt omnibus in rebus temperãter viuas: neque vero hæc referas ad gloriam, & oſtentationem, quin etiam quod ad fortitudinem, & patientiam ſpectat, tam leni animo feras, in dextera gena te percuti, vt percutienti etiam alteram præbeas ad Chriſti imitationem, æquo animo alapas ſuſtinentis, & mandatum ſeruari poſſe reipſa cõprobantis: atque inſtar turturis volucris ſolitariæ, ſecedentis in ſolitudinem, ibique ieiunantis, atque ita docentis oſtentationem, atque humanas laudes fugiendas: Atque hoc quidẽ pacto decoræ factæ ſunt genæ tuæ, quaſi turturis, dum te & in cohibendis per abſtinentiam cupiditatibus temperantem, & in iracundia per patientiam moderanda, fortem ac ſtrenuum præbes.

*Anſel. Prædicatores ſunt genæ Eccleſiæ.*

Anſelmus per genas Eccleſiæ, intelligit altiores illos, qui ſcripturas terunt, & earum capaces faciunt inferiores: genæ enim dicuntur, inquit, pars hominum, quæ terit cibum, & mittit in ventrem: & ſicut in genis eſt ſignũ pudoris, ita prædicti illi altiores ſemper pudorem prædicant & caſtitatem.

*Bernard. Genæ animæ*

Bernardus Serm. 40. in Cant. exiſtimat, hic commendari ſponſæ faciem, per quam deſignetur Animæ intentio: Ait autem, non dictum eſſe ſimpliciter. *Pulchra aut decora es facie*, prout dici mos eſt, ſed: *Pulchræ ſunt genæ tuæ*, propterea quod duo quædã in facie intẽtionis neceſſaria requiruntur, res nimirũ, & cauſa: id eſt quid quiſque intendat, & propter quid: & ex his duobus animæ vel decor, vel deformitas iudicatur: Sic ſolum, inquirere Deũ propter ipſum ſolum, hoc plane, inquit Bernardus, eſt vtrãque bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id propriũ ac ſpeciale ſponſæ, cui merito ſingulari prærogatiua audire cõueniat: *pulchræ ſunt genæ tuæ, ſicut turturis*; quæ pudica eſt, & maxime ſolitaria.

*Piæ ſunt duo neceſſaria ad intentionem recta(m), res & cauſa bona.*

---

## *Ex* Verſ. X. cap. I. *Collum tuum ſicut monilia.*

### Expositio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

6 *Primus ſenſus.*

Proſequens ſponſus membrorum ſponſæ, quem cœperat, panegyricum, à genis deſcendit ad collum, commendatque illud ex adhibito monilium ornamento, ſi quidem ſi Hebraicum inſpiciamus textũ, in quo ſic habetur; *Collum tuum in monilibus*: Æque eſt ac ſi dicat.

Nõ modo genæ tuæ ſunt pulchræ ex murenulis, ad turturum ſpeciem fabrefactis: ſed & collum tuũ pulchrum quoque eſt propter adhibita monilium ornamenta: neque enim ſolũ ex innata pulchrũ illud eſt pulchritudine, ſed & ex ipſis monilium ornamentis.

*Secundus ſenſus.*

Noſter autem interpres (ſicut & in ſuperiori genarum laude notauimus) ſecutus Septuaginta, pro בחרוזים bacharuzim, *in monilibus*, legit כחרוזים chacharuzim, *ſicut monilia*, legens litteram כ caph, pro littera ב beth, quam modo textus Hebraicus habet: inter quas litteras tanta, vt diximus, eſt characterum ſimilitudo, vt facillimum ſit, vnam pro altera ſumere. Et certo valde prudenter hac in re noſter Interpres ipſos ſecutus eſt Septuaginta, tum quia maior adhibenda videretur fides codicibus illis antiquioribus, maximeque correctis, quibus ij vſi fuiſſent ſapientiſſimi viri in re præſertim tam graui, qualis erat conuerſio Hebraici textus in linguam Græcam: tum etiam quia multo magis per hanc lectionem commendaretur colli pulchritudo ex innatis, quam per Hebraicã ex adiunctis extrinſecus ornamentis.

Tota modo difficultas ſita eſt in explicanda huius ſimilitudinis congruentia inter collum, atque monilia: complures enim, cum iſtiuſmodi congruentia ſibi minime eſſet perſpecta, quaſi nihil per huiuſmodi ſimilitudinem ſignificaretur, ſenſum proſequentes Hebraici textus, nullam vulgatæ habuerunt rationem. Mihi ſane tam apta hæc videtur ſimilitudo monilium ad collum, ſiue colli ad monilia, vt haud parem fortaſſe reperiri poſſe exiſtimem, qua cuncta melius exprimantur, quæ ad ipſius colli neceſſaria ſint pulchritudinem.

Enim vero tria ſunt, quæ requiruntur ad hoc, vt mulieris collum pulcherrimum dici poſſit, rotunditas, candor, & externa ornamenta; & egregie ex perfecta rotunditate extollitur ſponſę collum per hanc ſimilitudinem ad monilia: quoniam monilia ad circularem figuram ſunt fabrefacta, ita vt in rotundum extenſa principium habeant cum fine coniunctum: ſicve eius colli rotunditas, quæ figuram habet circularem, congruentiſſime per illa deſignatur: quaſi ita rotundum id ſit, vt perfectum adæquet circulũ. Nec minus congrue candor eiuſdem colli per ſimilitudinem celebratur monilium: ſi per monilia, ea intelligantur, quæ ex candidiſſimis connexa ſunt margaritis, qualia ſunt, quibus noſtra ætate nobiles mulieres exornari conſpicimus, Italice *Vezzi di perle*: quã ſignificationem proprius habere videtur Hebraica dictio

haru-

haruzim חרוזים ,cuius vim explicãtes Rabbini, aſſerunt eſſe lapides pretioſos,ac præſertim margaritas perforatas,& filo copulatas. Quanam vero ratione colli candor exprimi melius potuiſſet, quam cum illarum aſſimilatus eſt margaritarum candori, quæ ad ipſius adhiberi ſoleant ornatum?Hinc ex eadem monilium ſimilitudine & tertia quoque in ſponſæ collũ confertur laus,idque multo efficacius,quam ſi diceretur monilibus ornatum;dum enim ipſiscomparatur monilibus,ſignificatur,adeo illud vſquequaque ſpecioſum eſſe,ac pulchrum,vt neutiquam ad augendũ decorẽ adſcititiis opus habeat monilium ornamentis,cum ipſa eius pulchritudo pro cunctis ſuppleat ornamentorum generibus. Quo ſenſu Bernardus,ſolet,inquit,collum ornari monilibus,non ipſis comparari:Sed hoc illæ faciant, quibus quia de proprio non ineſt decor,aliunde neceſſe eſt,vt mendicent vnde ſe ſpecioſas mentiantur.

*Bern. Ser. 41 in Cantic.*

Nam ſponſæ collum in ſe ipſo formoſum, & tam decenter,quaſi natura formatum eſt, vt extrinſecus non requirat ornatum.

Quid enim opus eſt,peregrinorum fucos adhibere colorum,cui propria,& tamquam innata ſufficit pulchritudo,in tantum,vt ipſorum quoque, quæ ad ornatum quæruntur,monilium poſſit adæquare nitorẽ? Quod igitur hoc colli encomio aſſeritur, breuiter tale eſt.

Paraphraſis.

Collum tuum omnimoda decorum eſt pulchritudine.Ita enim eſt rotundum,ſicut perfectiſſimus monilium circulus: Candore non cedit monilibus candidiſſimarum margaritarum:eſtque ſicut monilia pretioſiora,quibus colla decorari ſolent feminarum;Siquidem adeo in ſemetipſo, & ex natura ſua illud eſt ſpecioſum,vt haud talibus egeat ornamentis,cum illa ſuo adæquet decore.

## *Ex* Verſ.X. cap.I. *Collum tuum ſicut monilia.*

### Expoſitio II.

*De ſecunda Sponſa,quæ eſt Eccleſia.*

7 Primus ſenſus.

QVod manifeſte à Sãctis Patribus aſſeritur,quodve à Scholaſticis poſt multas diſputationes certiſsima concluſione definitur, vt vota,nedum,nõ minuant, ſed augeant meritum actionum; id iuxta ſenſum Hebraicæ lectionis ſub metaphora monilium præclare nobis indicat ſponſus,dum ait: *Collum tuum in monilibus*,vel,*propter monilia*,ſcilicet pulchrius redditur.Per collum nempe Eccleſiæ,Monachorum intelligit ordinem,ac Religioſorum,qui colli in illa exercẽt munus in eo,quod iugo ſeſe ſubiiciunt ſeruitutis Dei; frequentiſſimum namque in ſcriptura eſt, vt per colli ſubiectionem id ſignificetur,quod quipiam Dei ſeruitio ſeſe addixerint:vt apud Eſdram , vbi dicitur: *a Optimates autem eorum non ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini ſui*;Et in Eccleſiaſtico, *b Collum veſtrum ſubiicite iugo,& ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam*; & alibi ſæpius; Per monilia vero in plurali, intelligit tria vota: caſtitatis,paupertatis,atque obedientiæ, quibus quilibet adſtricti ſunt religioſorum, quia licet ligare videantur,haud tamen ita ligant,vt dehoneſtent.

*Religioſi sũt Eccleſiæ collum.*

a 2. Eſd. 3.5 b Eccl. 51. 34.

*Vota religioſorum ita ligant, vt non dehoneſtent ſed potius ſummã præſeferant libertatem. Simile.*

Quemadmodum enim monilia,& torques,etſi videantur collum ligare:tamen id nedum non ligant, ſed & liberrimum oſtendunt,& non mediocre illi addunt decus ac ornamentum.

Ita tria vota tametſi deuincire, & alligare videantur religioſum,vindicant tamen illum potius in glorioſiſsimam purgatæ conſcientiæ libertatem è multis ſæculi ereptum periculis,confracto diaboli iugo,quo ante opprimebatur,conferuntque eidem ornamenta ea vniuerſa,quæ pium quemque deceant.

Quapropter bene cuilibet,qui religionem adire velit,verba illa dici queunt ſapientis: *c Iniice pedem tuum in compedes illius,& in torques illius collum tuum: Subiice humerum tuum,& porta illam, & ne acedieris vinculis eius.*

*Religioſus dum ſe ſe vouet Deo, ſummam adipiſcitur dignitatem ac poteſtatem.*

c Eccl. 6. 25

Neque enim iſtiuſmodi vinculis indignandum aliquatenus,quia torques ſunt atque monilia, quia eorum obligatio libertatem veram minime tollit : imo regiam, ingentemque conferunt poteſtatem, ac dignitatem,iuxta illud commune affatum: Seruire Deo, regnare eſt;vnde & *d* beatus dicitur, *qui portauerit iugũ à iuuentute ſua*.Ac veluti ſi quis vilis homuncio admitteretur ad ſupremi Regis miniſterium cum obligatione perpetua, vt eſſet intimus ipſius Regis cubicularius,vel exercitus Imperator; certo is per talem obligationem haud dicendus eſſet ligatus, omnimodaque libertate priuatus; ſed potius maxima gratia exornatus,& eximia donatus libere imperandi poteſtate.

d Thren 3. 27 *Simile.*

Ita & qui ad Dei ſeruitium per votorum obligationem adſtringitur,neutiquam ligatus aſſerendus, ſed excelletiſsima libertate donatus: ſed ſummã ad bona peragenda poteſtatem adeptus.

Non ſecus ac *e* Patriarcha Ioſeph,quando ad Regis Pharaonis,regnique totius Ægypti miniſterium euectus eſt;cum ad id muneris obligatus eſt, ea inſignitus eſt libertate, & poteſtate, vt ad illius oris imperium cunctus populus obediret.

e Gen. 41. 41.

Ac ſicut in illa hiſtoria Ioſeph textus dicit, à Rege Pharaone torquem aureum illius collo circumpoſitum,qua ſignificaretur,eam obligationẽ ipſum haudquaquam ligare, ſed eſſe inſtar illius aurei monilis, quod libertatis ſignum eſſet,ac ſummæ dignitatis, & poteſtatis.Ita & in præſenti ſententia ſponſus ſub eadem monilium metaphora eam deſignans libertatem, ac poteſtatem,illudque decus,quo per votorum obligationem Religioſi honeſtati ſunt in Eccleſia: *Collum* inquit,*tuum in monilibus*: Ac ſi dicat.

Paraphraſis.

Religioſi,qui in te colli ſpecimen habent , pulchri quidem,ac Sancti redduntur per ea quæ ex bonis habitibus bona peragunt opera;at multo certe pulchriores,& Sanctiores propter vota dicendi ſunt, quibus ſeſe adſtrinxere;quandoquidem ea ipſa opera, quæ alias ex bonis habitibus facta,pulchros eos reddidiſſent & Sanctos,per votorum obligationem reddita ſunt præſtantiora,& per conſequens illos honeſtant magis,non ſecus ac pretioſa monilia pulchrum decorant collum.

Secundus ſenſus.

Sicut autem ex iſto ſenſu lectionis hebraicæ colligimus,Monachos ac Religioſos commendatos ex tribus votis:ita haud minus eoſdem & iuxta ſenſum lectionis vulgatæ laudatos ex ſumma eorundem perfectione,inſpicere licet,dum ſponſus ait; *Collum tuum ſicut monilia*.

Ac ſicut per comparationem ad monilia , diximus in prima expoſitione ſponſæ collum commendari ex tribus,rotunditate,candore,ac ornamento: in eundem modum ex triplici capite per eandem comparationem dicendum eſt,à Chriſto ipſos commendatos religioſos.

*Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis, & quomodo.*

Primum ex perfectione ſtatus, per rotunditatem enim perfectionem deſignari,patet ex eo, quod inter figuras vniuerſas rotunda,& circularis ſit perfectiſſima:vnde & in poſterioribus,cũ ſponſa ex perfectione, Chriſti opera ſub manuum figura commendare vellet,ex abſolutiſsima ea commendauit rotunditate, dicens *f Manus eius tornatiles*.Quam recte autẽ Monachi,& Religioſi ex ſtatu commendentur perfectionis inde perſpicuum fit,quod animaduertimus,illos cum ſolemnitate profeſſionis ſeſe ad ea, quæ ſunt perfectionis obligaſſe:vnde Dionyſius: eos ait qui nominantur Dei famuli,ex Dei puro ſeruitio, & famulatu vniri ad amabilem perfectionem; patetque id ex ratione etiam ipſius perfectionis,quæ ſita in eo eſt,vt ab affectu hominis excludatur nedũ id,quod eſt charitati contrarium , ſed etiam illud omne, quod impedit, ne mentis affectus totaliter dirigatur ad Deum, hocque illud eſt,quod intendunt Religioſi, dum ita ſeſe

f Cant. 5. 14

*Lib. Eccleſ. Hier. cap. 6.*

A ſeſe Deo mancipant, vt nihil ſibi reſeruẽt: ſed ſenſum, linguam, vitam, atque ſubſtantiam illi immolent.

Notandum autem, quam apte ijdem Religioſi haud circulo ſimpliciter aureo, vel argenteo comparentur; ſed monilibus, iiſve, quæ ex candidis fabrefacta ſunt vnionibus, in rectum filum immiſsis, quæ tamẽ eatenus circularem habent figuram, quatenus filum ipſum rectum in circulum ducitur, quando ad rotundum quid appenditur: quo indicatur, Religioſorum perfectionem hanc eſſe perfectionem formaliter ex ſui natura, vt aiunt Scholaſtici: ſed in via, quatenus illi per ſemitam iuſti, quæ recta eſt, ambulantes poſt Chriſtũ, ad ipſam formalem tendunt perfectionem, cui conformare ſe ſatagunt. B

*Religioſo haud ſatis eſt eſse in ſtatu perfectionis, at neceſſe eſt habeat etiam candorem vitæ.*

Verum quia haud ſatis eſt, vt Religioſi in ſtatu ſint perfectionis, niſi ad huiuſmodi ſtatum addant & puritatem intentionis, niſi & candor vitæ in eorum eluceat actionibus. propterea recte monilibus comparãtur margaritarum; quæ præter rotunditatem, ſummũ quoque habent candorẽ: Enimuero ij ſunt Religioſi, quibus hæc diuina cõpetit laus, quibus & ea cõgruunt Ieremiæ verba, quæ de Nazaræis dicuntur: *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte*. Ecquis enim rectius Nazaræus dicendus eſt, qui interpretatur ſegregatus, & ſanctificatus, quam bonus Religioſus, qui & à ſæculi turbis ſegregatus eſt, & Deo ſemetipſum ſanctificauit. C

*Religioſi ſunt ſibimetipſis ornamentum cum boni extiterint.*

Porro, cum Nazaræi iſti tanto decorati fuerint cãdore, cum in rotunditate perſtiterint perfectionis, tũc vero ad Eccleſiam dici poteſt, *Collum tuũ, ſicut monilia*, ipſi enim adeo per hæc duo & pulchri redduntur, & ſancti, vt haud alio egeant extrinſeco monilium ornamento, ſed ſint ſicut ipſa monilia, ipſi ſibimetipſis exiſtẽtes ornamentũ per internas, externaſque virtutes.

---

## *Ex* Verſ.X. cap. I. *Collum tuum ſicut monilia.* D

### Expositio III.

*De ſecunda Sponſa, quæ eſt Anima.*

8 SI eo magis vnumquodque ſit celebrandum, quo magis ad boni appropinquat naturam, obedientia certe inter virtutes omnes præſtantiſſimam merebitnr laudem: quippe quæ tam proxime ad boni naturam accedat, vt ſicut bonũ diffuſum apparet in omne id, quod eſt, adeo vt & malum ipſum, vt quoquo pacto E eſſe poſſit, bonum pro ſubiecto habeat operæpretiũ ſit. Ita & obedientia adeo cũctis neceſſaria eſt humanis actionibus, adeoque cunctis admixta eſt exercitiis hominum, vt neceſſe ſit, reperiatur etiam in iis, quæ illi ſunt repugnantia. Neque enim vel regnum, vel Reſpublica, vel Ciuitas, vel familia, vel exercitus, vel Schola, imo nec Latronum cohors, nec ipſa ciuium rebellio, quæ ſe à proprij Principis obedientia remouet, ſine aliqua obedientia vel ad punctum perdurare poſſent. Quod ſi obedientia in genere, vel quatenus eſt pars Iuſtitiæ tanto laudanda eſt præconio, quidnam laudis in eamdem conferendum erit, ſi ſpectetur, vt F pars eſt Religionis, quatenus per illam fidelis Anima propriam cõtemnit voluntatem, qua nihil habet præſtantius, eamque Deo ſubijcit, ſiue Prælatis propter Deum? ſane ſi regula illa vera eſt, quod quanto aliquid virtutis eſt difficilius, tanto id eſt laudabilius, cum executioni mandatur, obedientia iſta præ omnibus indubitanter extollenda eſt: ipſa namque eſt, quæ cũ difficillima pugna noſtram à nobis aufert voluntatem: ipſa eſt, quę tanta difficultate nos de nobiſmetipſis triumphare facit: ipſa eſt, quæ nos propriæ voluntatis tanto cum labore reddit expugnatores, ita vt recte per Salomonem dicatur: *a Melior eſt qui dominatur animoſ[u]o, expugnatore vrbium*: id eſt præſtantiori dignus

*Simile.*

*Obedientia ſimilis eſt naturæ boni.*

*Sine obedientia nil perdurare poteſt.*

*Obedientia maxime laudabilis, quia & maxime difficilis.*

a Prou. 16. 32.

A eſt laude, qui per obediẽtiã ita ſemetipſum expugnat, vt Dominus fiat animi ſui, propriam ſubiiciens volũtatem, quam qui difficillimis certaminibus multas expugnet Vrbes. Quod ſi expugnatores Vrbium apud antiquos corona, atque monilibus decorabantur, & torquibus ad ſummam eorum laudem ſummumque honorem: profecto multo congruentius ea ipſa in virum conferenda ſunt obedientem. Vnde bene idemmet Salomon, *b Audi*, inquit, *fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ* (id eſt eſto obediens) *vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.*

*Obediens corona & monilibus ornatur, ſicut expugnatores vrbium.*

b Prou. 1. 8

Et ſponſus cæleſtis in ea, quam prę manibus habemus, B ſententia, iuxta Hebraici textus ſenſum, videns animam obedientem tali monilium honeſtatam decore, inſigni illam commendans præconio, ait: *Collum tuũ in monilibus*; Per collum obedientiam ipſam deſignans, qua Anima Dei iugo ſubiicitur. Ac ſi dicat.

Primus ſenſus.

*Theodor. Hieronym.*

Obedientia tua per ſe quidem pulchra valde eſt; at multo redditur pulchrior, per id, quod monilibus exornata eſt pretioſiſſimis: per id, quod te tamquam tui ipſius triumphatricem torque exornat aureo charitatis; quatenus per illam non ſolum tuis obtemperas maioribus, ſed quod in immẽſum præſtantius eſt, illis obtemperas propter Deũ, cui eam, quam tanto labore expugnaſti, voluntatem tuam, pro ingenti, qua erga C illum affectus es charitate, iam dedicaſti.

Paraphraſis.

*Obedientia quomodo ſit exornata monilibus.*

At multo efficacius eadem extollitur obedientia, cum ſponſus iuxta lectionem noſtram ait: *Collum tuum ſicut monilia*: per hanc namque monilium ſimilitudinem totum id vnico exprimit verbo, quod in intima perfectiſſimæ obedientiæ natura poteſt eſſe ſublime, ac glorioſum. Siquidem primo innuit, ita obedientiã ſimilem eſſe monilibus, quod tametſi videantur geſtantis collum ligare, graueque eidem onus adiicere: nihilominus qui ea circa collum habet, per ipſa potius liberum ſe iactitet, eximiumque ex iis ornamentum ſibi obuenire cognoſcat: ac propterea, moris id eſſe videmus, vt militum duces monilia, ac torques ſuper D collum geſtent. Sic & perfecta obedientia licet deuincire videatur obedientes, eiſque plurimum afferre & oneris; re tamen vera eos maxime liberos exhibet, cum eos à ſeruitute liberet peccati: ac veluti fortiſſimos duces, qui propriam expugnarint voluntatem, glorioſiſſimos reddat, iuxta illud Salomonis: *c Vir obediens loquetur victorias*: Quomodo loquetur? niſi quia obedientia ipſa illum validiſſimum ducem tacitis proclamabit vocibus, æque ac monilia. Quibus & ea conſonant, quæ per Iſaiam dicta accepimus: *d Si glorificaueris Deum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris Sermonem: Tunc delectaberis ſuper Do-* E *mino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ*: Hinc eſt, quod ad iſtiuſmodi diuinę legis obedientiam filiũ adhortãs ſapiens: *e Conſerua*, inquit, *fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: Liga ea in corde tuo iugiter, & circumda ea gutturi tuo.* Quomodo enim præceptis circũdari poteſt guttur, ac collum, niſi & ipſa præcepta monilia ſint?

Secundus ſenſus.

*Simile.*

*Obedientia facit maxime liberum ſummumque confert honorem ipſi obedienti.*

c Prou. 21. 28.

d Iſai. 58. 13

e Prou. 6. 20

Verum per hanc obedientiæ comparationem ad monilia aliud ſecundo indicatur myſterium, nimirum quod ſicut monilia ex multis compacta ſunt annulis, vel ex multis margaritis; Ita & perfecta obedientia, ex pluribus conſtat gradibus, quorum primus eſt, vt opere perficiatur, quicquid præcipitur vel F à Deo, vel ab illis, qui eius vices gerunt in terris, iuxta illud Apoſtoli: *f Admone illos, Principibus, & Poteſtatibus, ſubditos eſſe: dicto obedire: ad omne opus bonũ paratos eſſe.* Huic annulo & ſecundus connectitur, quo non tantũ facto obeditur: ſed & ſine vllo murmure, ſine excuſatione, & ſine vlla tergiuerſatione fit illud omne, quod mandatũ fuerit, prout à Chriſto obedientiæ exẽplari factum legimus, vt ipſemet apud Iſaiam ait: *g Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij.* Vides pręclarum monile ex duplici annulo compactũ: retrorſum non abij, en primum: non contradico, en ſecundum; At ad tam eximij monilis perfectionem & tertius adiungatur neceſſe eſt annulus,

*Obedientia eſt monile ex tot annulis, quot gradus habet, quiue ij ſint.*

f Tit. 3. 1.

g Iſa. 50. 5.

lus, tertius videlicet gradus, & ſummus, quo non tã-tum opere obeditur, & abſque murmure, ſed & captiuatione intellectus ad voluntatem imperantis: iuxta illud Apoſtoli: *h In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti*: porro per hunc tertium gradum mirabili artificio totum concluditur monile; nã captiuato intellectu noſtro in obſequium voluntatis alterius, voluntas noſtra connectitur cum voluntate præcipientis, ita vt iure iſtiuſmodi obediẽtia quę perfecta eſt dicatur eſſe ſicut monilia.

h 2. Cor. 10. 5.

Quamuis monile hoc longius extenſum videre liceat apud Bernardum, quippe qui alios addat annulos: in Sermone enim quodam de virtute obedientiæ ſeptem perfectæ obedientiæ enumerat gradus: quorum primus eſt, vt obtemperetur libenter, iuxta illud: *i Voluntarie ſacrificabo tibi*: Sola enim voluntas eſt, quæ totius operis ornat effectum, ſine qua nec bene aliquid agitur, etiamſi bonum id eſſe videatur.

*Bern. To. 2.* *Obedientiæ gradus ſeptem.* i Pſal. 53. 8.

Secũdus, vt obediatur ſimpliciter, quia qui per hãc obedientiæ viam ambulat ſimpliciter, ambulat & confidenter.

Tertius, vt & hilariter: k *Hilarem enim datorem diligit Deus, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate.*

k 2. Cor. 9. 7

Quartus, vt velociter, iuxta illud: l *Viam mandatorum tuorum cucurri*: Sicut *m* & Zacchæus feſtinus ad ſimplex Domini præceptum *deſcendit, & ſuſcepit illum gaudens in domum ſuam.*

l Pſal. 118. 32. m *Luc.* 19. 6

Quintus, adimplere viriliter, iuxta illud: *n Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes, qui ſperatis in Domino*: itavt quicquid ingruat impedimẽti, vel aduerſi, ſemper vir obediens dicere queat; *o Paratus ſum & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.*

n Pſ. 30. 25. o Pſ. 118. 60.

Sextus, vt quod viriliter adimpletur, fiat etiã humiliter: ſine humilitate enim virtus fortitudinis non ſolum virtus non eſt, ſed & in ſuperbiæ decidit vitium.

Septimus denique, vt indeſinenter obtemperetur, ac perſeueranter; Atque hic poſtremus eſt annulus, quo totum monile finitur: ſine perſeuerantia enim haudquaquam perfectus concluditur circulus. Porro cum ea, quæ hoc loco à ſponſo extollitur, Animæ Sãctæ obedientia ſit vſquequaque perfecta, prædictiſque omnibus connexa annulis, congruentiſſime dictũ apparet, *Collum tuum ſicut monilia.*

*Obedientia perfecta eſt in omnibus rebus, & erga ſuperiores omnes.* *Simile.*

Præſertim, cum adhuc & tertia conſiderari queat proportio inter eamdem obedientiam atque ipſa monilia: Nam quemadmodum in monilibus tanta eſt annulorum connexio, vt non poſſit trahi vnus annulus, quin trahantur & ſubſequẽtes: &, ſi vnus è medio ſubtrahatur, ea tota deſiũgitur. Ita & obedientia talis eſſe debet, vt vnicum exercens gradum, & ceteros ſimul exerceat. Neque enim perfecta cenſibitur, ſi vni Prælato obediatur, & nõ alteri, cum Petrus *p* iubeat obediri non tantũ bonis, *ſed & diſcolis*. Neque in vna tantum re obtemperandum, & non in alia, prout à compluribus fieri conſpicimus, qui in iis, quæ proprię cõformia ſunt voluntati, quæve ſibi grata exiſtunt, obedientiſſimi ad primum obtemperant nutum, ſed in illis, quæ grauiora ſunt atque moleſta, inobediẽtes ſunt atque rebelles: horum certo collum haudquaquã dici poteſt ſicut monilia: prout de collo dicitur ſponſæ. Quod, tum æquabili continuataque rotunditate perfectionis: tum pulcherrimo ingentis ſimplicitatis, ac puritatis candore atque ſplendore, congruentiſsima ſimilitudine, ad ipſa comparatur monilia. Quin tãta eſt obedientiæ, quæ eſt in Anima Sãcta, perfectio, vt haud alio extrinſecus indigens monilium ornamento, ipſa ſibi pretioſiſsimum ſit monile aureum nec non & margaritarum.

p 1. Pet. 2. 18.

## *Ex* Verſ. X. cap. I. *Collum tuum ſicut monilia.*

### Expositio IIII.

*De tertia ſponſa, quæ eſt B. Maria.*

9 INter mulierum ornamenta quantumlibet pretioſa, propriam liberorum prolem vniuerſis, quæ vel in gemmis, vel in margaritis, vel in auro, vel in argento, vel denique in ſumptuoſis oſtentãtur veſtibus, pręferendam, egregie ſignificauit inſignis Graccorum mater Cornelia Romana, cui cum à nobili, atque prædiuite Matrona quædam oſtenderentur ornamẽta pretioſiſsima, quibus ea ſeſe exornaret, ac ſpecioſam redderet: ipſa filios exhibuit è contra, dicens: En hæc ornamenta mea ſunt: Ac ſi diceret: Iſti ſunt meæ veſtes; hi gẽmæ, ac margaritæ meæ; hi mea pretioſiſſima monilia: his exornor, his reddor & pulchra. Adeoque hoc verum eſt, vt & Spiritus Sanctus loquens ad Eccleſiam per Iſaiam Prophetam de myſtico, admirabilique illo partu; quo immenſam gentium multitudinem paritura ipſa eſſet ad fidem, dixerit: *a Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circundabis tibi eos quaſi ſponſa*. Quod ſi myſtici filij, vel proles, quæ ex corruptionis ſemine orta eſt, pręſtantiſsima Matrum dicuntur ornamenta, pretioſiſsimaque, quibus inſtar ſponſæ mirum in modum exornãtur, monilia: certo id multo rationabilius de ea aſſerendum eſt vera prole, quæ abſque matris corruptione de Spiritu Sancto concepta, ſine vlla Virginitatis læſione orta eſt mundo. Quapropter iure optimo cæleſtis ſponſus Glorioſiſsimam laudibus celebrans hãc Dei genitricem, poſtquam admirabilem illius extulit Virginitatem, vna cum matrimonio connexam, vbi dixit: *Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*: Nunc eiuſdem commendans partum, qui incredibili decore iunctus cum eadem eſſet Virginitate, ſubiicit: *Collum tuum in monilibus*: iuxta hebraicam lectionem, vel; *Collum tuum ſicut monilia*, iuxta lectionem vulgatę. Æque enim eſt ac ſi dicat.

*Fili ſunt ornamenta matrum. Val. Max. lib. 4. cap. 4.* a *Iſa.* 49. 13. *Mariæ virginitas quam illuſtrata ſit per partum.*

Specioſa valde es propter inſignem Virginitatis pudicitiam, qua exornaris: tametſi iũcta ſis matrimonio; at multo ſane eris pulchrior per prolem, quam in Virginitate perſiſtens paries, geſtabiſve ad collum: tunc nempe collum tuum pulcherrimum erit in monilibus, quia per filium, quem ad illud baiulabis, pretioſiori id decorabitur ornamento, quam ſi vel margaritarum, vel aureorum compluribus exornatum eſſet monilibus. Enimuero vnigenitus ille ex tuo pendens collo & inſtar monilium illud circumdabit, & quod maius eſt, ita ſpecioſum id reddet, vt haud alio extrinſecus egeat monilium ornamento: erit quippe tunc *Collum tuum ſicut monilia*, ipſum ſibi omne erit ornamentum, ipſum monilia omnia.

Paraphraſis. *Chriſtus pẽdens ex Mariæ collo pretioſiſsimũ extitit monile.*

## *Ex* Verſ. X. cap. I. *Collum tuum ſicut monilia.*

*Appendix Expoſitionum, Ex Antiquis Patribus collecta.*

PAraphraſis Chaldaica: Et quam pulchra ſunt dorſa eorum, vt ſuſtineant iugum præceptorum meorum & ſint ſuper eos, ſicut iugum ſuper ceruices bouis, qui arat in aratro, & ſuſtentat ſe, & dominum ſuum. 10

Senſus litteræ is eſt, quem affert Origenes homilia prima ex duabus, dicens. Vt ornamentum, quod ſolet è Virginum collo pendere, & nuncupatur ὁρμίσκος, monile, ita ſine hoc decore, & tuum ipſum collum eſt ornamentum: quem ſenſum affert & Theodoritus, & Bernar. ſerm. 41.

*Origenes.* *Theodor.* *Bernard* *Greg. Nyſſ.*

Alia ratione hæc explicat Gregorius Nyſſenus homilia tertia: exiſtimat namque, ſponſum his in verbis adhuc perſiſtere in ſimilitudine equorum, quibus in ſuperiori verſu ſponſa à ſe fuerat comparata: laudat enim, inquit, collum quod in figuram circuli eat in gyrum; quod etiam ſuperbis, & ferocibus equis videmus fieri: ſicque torquis nomine, circulum ſignificari exiſtimat.

*Circumſpectio piæ animæ qualis.*

Hanc vero commendationem ita Nyſſenus applicat animæ, quod ſicut equus collum in orbem flectens, ad omnes ſuos greſſus aſpicit, quo fit, vt inoffenſus,

*Simile.*

ſenſus,& tutus ſit greſſus:ita anima ſancta ad ſe ipſam aſpiciat;& tutiſsime ad curſum diuinum feſtinet,vniuerſa deuitans impedimenta, quod non mediocrem illi affert laudem.

*Anima ſancta tanquam portus in Mari.*

Secundo,ponderans dictionem Græcam, ὁρμίσκοι, qua pro monilibus vſi ſunt Septuaginta, dicit eam eſſe diminutiuum à dictione ὅρμος, quæ etſi & portum ſignificet,& torquem, primo inquit,per eam portum illum ſignificari, qui in Lunæ formam cauatus, ſinu mare excipit, quietemque adnauigantibus exhibet: tum ex metaphora propter circularem figuram ſignificari etiam monile, & ornamentum colli. Hoc poſito:aſſerit,piam animam commendari ex eo,quod ſit inſtar portus,quieta,tranquilla,& tuta: taliſve, vt ad eam confugientes, qui mare fluctuoſiſsimum huius ſæculi nauigant,quietem, tranquillitatem, ac pacem ſecuriſsimam reperiant per eius verba atque exempla.

*Virtutibus tanquã monilibus ornata eſt pia anima.*

Tertio ponderat collum aſsimilatum non vni tantum,ſed pluribus monilibus,per quod ait, commendari animam ex perfectione in vnaquaque virtute, quaſi ſignificet, habere illam exornatum collum, & vitam monili temperantiæ,monili pietatis, monili fidei, ceterarumque virtutum, ſine quibus ea pulchra dici minime poſſet.

*Hieronym. Theodorit. Ambroſius.*

*Obedientia non ligat, ſed ornat.*

*Ambroſius. Iugum Chriſti non eſt oneri,ſed ornamento.*

Per myſticum Eccleſiæ, atque piæ animæ collum, quod hic ab ſponſo commendatur, intelligunt aliqui, obedientes, vel obedientiam ipſam, ex eo quod collũ iugo ſubiiciatur, & ſit flexibile. Ita Hieronym. ſuper illa verba Eſa.52. *Solue vincula colli tui:* & Theodoritus atque Ambroſius. Quod collum recte monilibus cõparatum inquiunt, quatenus obedientia nõ ligat, ſed inſtar monilium eſt potius ornamento. Vnde Ambr. ſerm.3.in Pſalm.118.verſi.1.legens:*Ceruix tua ſicut redimicula*, quæ ſunt ornamentum colli ex monilibus. Portare, ait, Chriſti iugum ſuaue eſt, ſi ornamenta, putes ceruicis tuæ eſſe, non onera. Attolle ergo oculos tuos ſemper ad Dominum Deum tuum,& quære Deum, & inuenies. Erige ceruicem; redimicula non vincula geris. Muta quoq. animalia redimiculis gaudent.& falerari ſibi magis quam nodari videntur. Genæ ſicut turturis præferent inſignia verecundiæ: redimicula ceruicis libertatis attollent fiduciam. Leue eſt enim iugum Chriſti, & ideo ceruix eo non premitur,ſed leuatur.

*Origenes. Obedientia Eccleſiæ eſt ſimilis obedientiæ Chriſti.*

Alio pacto Origenes homilia ſecunda ex quatuor, idem ipſum obedientiæ collum hac ſimilitudine commendatum cenſet,ſiquidẽ per monilia, ſeu redimicula, quæ ſunt ornamentum colli ex monilibus conſtãs, intelligit Chriſtum,qui prior factus eſt obediẽs vſque ad mortem; ſicque exiſtimat, hoc loco Eccleſiæ obedientiã,ſeu eos,qui in eccleſia obedientes ſunt,Chriſti iugum ſuſcipientes, comparari ad obedientiam Chriſti: vnde ait: Magna in hoc laus ſponſæ eſt, magna Eccleſiæ gloria,vbi imitatio obedientiæ eius exæquatur obedientiæ Chriſti, quem imitatur.

*Iuſt. Org. Contemplatiui ſunt collum & ornamentum Eccleſiæ.*

Iuſtus Orgelitanus per idem Eccleſiæ collũ intelligit contemplatiuos,qui legem Dei meditantes,ac ruminantes,reddunt diuinam doctrinam,qui,quia ſunt præclara Eccleſiæ ornamenta dicantur eius monilia.

*Prædicatores, & Doctores ſunt Eccleſiæ collum*

*Caſsiod. Beda. Aponius. Anſelmus.*

Communius tamẽ ſub colli metaphora ſancti Eccleſiæ Doctores,ac Prædicatores celebrati dicuntur à Sanctis Patribus: quatenus inſtar colli ſe habent in corpore Eccleſiæ dum cibos diuinæ doctrinæ traijciunt in eiuſdem Eccleſiæ ventrem, & verba proferunt de intimo mentis: vt aſſerunt Caſsiodorus, Beda, Aponius, & Anſelmus: qui addit,ob id quoque illos dici Eccleſiæ collum, quod Chriſto capiti totum Eccleſiæ corpus coniungant, æque ac collum continuat atque coniungit capiti corpus.

*Prædicatores cur comparati monilibus. Caſsiodor. Beda. Greg. PP.*

Hoc collum, hoſve prædicatores monilibus comparatos inquiunt Caſsiodorus,&Beda,quia caſtæ doctrinæ gemmis, & virtutum ornamentis decorantur, quandoquidem monile eſt ornamentum Virginum, vel matronarum.

Gregorius Papa monilibus eoſdem comparatos

A inquit, vel quia Eccleſiæ ſunt ornamentum, vel à rotunditate, id eſt perfectione: vel quia Eccleſiam muniunt. Quam vltimam rationem ſic explicat Anſelmus; quod ſicut monile monet aliquos, vbi ſe recipiant,& munit pectus habẽtis,ne aliquis manus inijciat; ita prædicatores doctrina ſua muniunt Eccleſiã, ne adulter diabolus manus inijciat, & monent minores de Eccleſia,vbi ſe recipiant, & ſequantur.

*Anſelmus.*

*Gregor. PP. Aponius.*

Addit vero Gregorius, quem ſecutus eſt & Aponius: quia in monilibus gemmæ in auro ponuntur,& per aurum ſapientia,per gemmas autem opera exprimuntur: Collum,inquit,eccleſiæ ſicut monilia exiſtere, quoniam quilibet rectus Eccleſiæ prædicator &

B

ſapientia ſe interius induit,& opera exterius exercet, quæ in ſapientia vidit.

*Philo Carp.*

*a Geneſ.38. 18. iuxta Sept.*

Philo Carpathius illos præcipue commendatos hic cenſet prædicatores, quos Eccleſia primum à Iudæa,tanquã monilia noſtræ fidei ornamenta accepit, quod probat ex eo, quod in Geneſi dicitur, *a* Iudas dediſſe Thamar monile.

*Tres Patr.*

*Humilitas vera eſt ſicut monilia, & cur.*

*Simile.*

*Compaſsio reddit piam animam ſicut monilia.*

Inter eos,qui piæ animæ hæc applicãt:quidam ſub colli metaphora eius humilitatem laudatam aſſerunt. 11
Ita Catena Trium Patrum apud Theodoritũ,qui iſtiuſmodi paraphraſi hanc explicant ſententiam, Collum tuum pulchrum effectum,ſicut monilia. Neque enim tibi ferreum eſt collum, vt propter ſuperbiam

C

flecti nequeat;ſed propter modeſtiam facile verti poſſit vt monilia ex auro elaborata, cuius quidem auri probitatem, ac puritatem hũmilitas tua ſimplicitate non ficta imitatur. Adduntve, quod ſi minime ſimulatam humilitatem monile ſignificat, ſponſæ Chriſti collum tanquam monilia commẽdatum, & virtutum indicat multitudinem, & implicitam ſingulis virtutibus humilitatem. Quemadmodum enim monile recta figura prius ab artifice conflatur; deinde in circulum accommodate ad vſum circumflectitur: ſic homo virtute perfectus, cum abſoluta vitæ moderatione rectus ſit,cæteris compatiendo,per humilitatem flectitur, atque dimittitur.

D

*Ratio animæ eſt ſponſæ collum ſicut monilia.*

At collum humilitate circumdatum, eſt animi ratio, quæ vt collum reliquo corpori caput coniungit; ſic ipſa mentẽ cum ſenſibus connectit: dum ex virtutum habitu mentem per actiones ſenſibus applicat, ſenſuſque rurſum ex virtutum præſcripto ad mẽtem reducit. Flectitur item per humilitatem, dum non ex propria extollitur dignitate,ſed ex pulueris,ac materiæ abiectione dimittitur.

*Ambroſius. Patientia eſt collum,& ornamẽtum piæ animæ.*

Ambroſius in lib. de Iſaac,& anima,cap.4.patientiam commendatam cenſet: ſic enim ait. Laudatur anima, quod cæleſti ſibi illuminante præcepto, iam ſpecioſa,iam pulchra ſit,quæ vultu præferat caſtitatis

E

decorem,& redimicula ceruicis attollat, in qua ſunt patientiæ, & humilitatis inſignia.

*Chryſoſt. Silentium eſt ornamentum piæ animæ.*

*Rup. Abb. Mariæ maxima cautela in loquendo.*

Ioan. Chryſoſtomus homilia octaua ex varijs in Matthæum,videtur referre hæc ad commẽdationem ſilentij,dum ait: Huius fidelis operis eleemoſynæ ſub religioſæ taciturnitatis ſilentio Salomon, Eccleſiam commendãs,olim proteſtatus eſt dicens. *Specioſæ ſunt genæ tuæ propter taciturnitatem tuam.* Tametſi(vt verum fatear)Chryſoſtomus videatur cõfudiſſe hunc locum cum altero loco capitis quarti,vbi item commendantur ſponſæ genæ, in quarum commendatione in verſione Septuag. illud adiectum reperitur: *præter taciturnitatem tuã.* Quicquid tamen ſit de Chryſoſtomo, cuius

F

certe auctoritatem maximi facio; de eodem ſilẽtio præſens colli encomium interpretatur Rupertus Abbas, dicens, collum Beatæ Virginis comparatum monilibus; quod ſicut monilia muniunt matronarum pectora, vnde, & dicuntur munilia, eo quod pectus muniant,ne quis extraneus, ac impudicus manus inijciat. Ita & collum Mariæ muniunt verba illius, non ſolum,ne quid otioſum,aut noxium,ſeu inordinatum per vocem erumpat: verum etiam, ne ipſum bonum eius diuinumque myſterium ei creditum leuiter viam vel vocem inueniat,vt auris aliena,quæ cuſtodire fortaſſe neſciret huiuſmodi margaritas,intelligat.

*Greg. Pap.*

Ad fidei laudem refert hæc ipſa Gregorius Papa explanatione in illud Pſalmi quinti pœnitent. *Vt audiret gemitus compeditorum, &c.* Sic quippe ait: Collũ, fides eſt, per quã Deo fidelis quiſque coniungitur, & quaſi per collum capiti ſuo Chriſto Eccleſia, quæ eius eſt corpus, vnitur. Et quia fides ſine operibus mortua eſt, quaſi collum ſponſæ monilibus circumdatur, dum fides Sanctæ Animæ operibus decoratur. Ideoque ei dicitur: *Collum tuum ſicut monilia.*

*Fides eſt collum animæ ſicut monilia, propter bona opera quæ habet annexa.*

*Bernardus.*

Denique Bernardus Serm. 41. accipit hæc, vt Encomium intellectus puri, atque ſimplicis eiuſdem Animæ. An non, inquit, tibi videtur colli quodammodo vice fungi intellectus, per quem tua anima traijcit in ſe Spiritus vitalia alimenta, atque in quædam tranſ- B mittit viſcera morum, affectuumque ſuorũ? Hoc ergo collum, id eſt purus & ſimplex intellectus, cũ nudam, & apertam veritatem ſatis per ſeipſum reniteat, non indiget ornamento: Sed ipſum tanquam pretioſum monile animam decenter exornat; ac proinde ſimile monilibus ipſis deſcribitur: Bonum monile veritas, bonum puritas, ſiue ſimplicitas, bonum plane monile ſapere ad ſobrietatem. Philoſophorũ, ac hæreticorum intellectus non habet hunc in ſe puritatis veritatiſque nitorem: & ideo multam curam gerunt, ipſum colorare, & fucare phaleris verborum, & verſutiis Syllogiſmorum; ne ſi nudus appareat, falſi etiã C appareat turpitudo.

*Intellectus purus piæ animæ eſt eius collum & ornamentum.*

## Verſ. XI. cap. I. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

### Expoſitio I.

*Iuxta litteræ ſonum.*

1 Qvemadmodum in ſuperiori ſententiæ expoſitione duplex eorum, quæ ibi dicebantur, allatus eſt ſenſus: alter, quo ſponſæ genæ, atque collum ex adſcititijs commendabantur ornamentis: Alter verò, quo eadem membra ex pulchritudine laudabantur innata: In eundem modum & eorũ, quæ conſequenter hic ab eodem ſponſo prolata ſunt, duplex ſenſus aſſignari poteſt.

Vt autem vtriuſque ſenſus facilis ſit intellectus, id prænotandum eſt, quod etiam ſupra eſt tactum; Hebraicam dictionem, quã noſter vertit, *Murenulas*, eſſe vnam eandemque cum illa, quam in præcedenti ſententia vertit: *Sicut turturis*: Vnde colligimus, vnum E idemque ſignificari ornamentum genarum, à capite temporibus pendens per dictionem תורי thore, quod ſupra ſignificatum eſt per dictionem בתורים batthorim, ſeu כתורים chattorim: Atque hoc crediderim, ſignificare voluiſſe & Septuaginta Interpretes, cum dictionem תורי thore verterunt ὁμοιώματα, ſimilitudines, id eſt ornamenta ſimilia illis, quæ prædicta eſſent. Non eſt mei inſtituti, multiplices aliorũ reſcindere ſententias. Circa explicationem ornamenti murenularum, dicam aliqua in appendice: Pro nunc ſat iſtud ſit, attuliſſe quid ipſe ſentiam. Non abnuo tamen, inter ea, quæ ab alijs dicuntur, id mihi F probabilius videri, quod aſſeritur; Murenulas, quæ hic promittuntur ſponſæ, eſſe ornamentum colli, eius nimirum, quod ſuperius immediatè dictum fuerat eſſe ſicut monilia.

*Murenulæ quid ſint.*

Notandum quoque pro eo, quod noſter Interpres legit; *vermiculatas*: in Hebræo eſſe עםב קדות neghim necudoth, id eſt *cum punctis*: cui lectioni conſentit & verſio Septuaginta, quæ habet μετὰ ςιγμάτων, *cum ſtigmatibus & punctis*: necnõ & Quinta editio, quæ legit ἐν κάγχροις, *in milius*, id eſt punctis, inſtar milij minutis, atque etiam Symmachus, legens μετὰ ποικιγμάτων, *cum varietatibus*. Vnde apparet quid ſibi voluerit Hieronymus per vocem illam, *vermiculatas*: nimirum, argenti A punctis variatas, ad inſtar illorum vermiculorum, quorum dorſum variorum colorum punctis variatum inſpicimus.

*Primus ſenſus.*

His animaduerſis ad propoſitos iam deueniamus ſenſus, quorum primus eſt, vt ſponſus, qui genas iam commendarat ſponſæ, ob pulchritudinem, quæ illis eluceret ex ornamento murenularum, ad ſpeciẽ turturum effigiatarum: nunc quo ex pulchriori ornamento eædem pulchriores reddantur, pretioſiores polliceatur ſeſe illi facturum murenulas, dicens: *Murenulas aureas faciemus tibi, &c.* Ac ſi dicat.

*Paraphraſis.*

Quandoquidem tantum decoris ex his, quibus ornata es, murenulis in tuis genis elucere conſpicio: dabo operam, vt tibi aliæ perfulgidæ fiant murenulæ ex auro, quod argenteis punctis pulchre ſit varie ornatum.

*Secundus ſenſus.*

Altero vero ſenſu idem ſponſus, qui prius genas, collumque ſponſæ cõmendarat ex innata pulchritudine, quod genæ eſſent inſtar turturis, collum autem inſtar monilium: nunc donũ eidem pollicetur ſponſæ, quod tantæ pulchritudini ſit maxime proportionatum, & per quod is augeatur decor, qui in laudatis effulgeret membris, collo videlicet, atque genis, dicens: *Murenulas aureas faciemus tibi, &c.* Ac ſi diceret.

*Paraphraſis.*

Tanta quidem in genis, atque in collo tuo effulget pulchritudo, per eum, qui in ipſis enitet, decorem, vt me mirum in modum oblectet; atqui vt aliquod tibi mei erga te amoris ſpecimen exhibeam, donum elargiar, quo in ijs ipſis membris, quibus me adeo oblectas, magis magiſve exorneris; dabo enim operam, vt pro genis & pro collo murenulæ tibi fiant aureæ, punctis argenteis affabre intermixtæ.

Septuaginta Interpretes huic ſententiæ connectũt & principium ſubſequentis: Sic enim legunt: ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ ςιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ: *Similitudines auri faciemus tibi cum ſtigmatibus*, ſeu, *punctis*, aut *diſtinctionibus argenti*, *quoad vſque Rex fuerit in recubitu ſuo*: Quam lectionem ſequen- D tes Patres fere omnes antiquiores, ad ſponſi ſocios hæc referunt; qui vulgatam, ipſi ſponſo tribuũt: qua de re pluribus in Appendice agam, vbi illorum afferentur expoſitiones: Noſtra certe diſtinctio Hebraico textui eſt conformior: quamuis ad ſpirituales ſenſus vtraque ſit aptiſſima.

## Verſ. XI. cap. I. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

### Expoſitio II.

*De prima Sponſa, quæ eſt Eccleſia.*

*Virginibus datur Aureola, & qualis ea ſit.*

Cvm tres ſint, quæ enumerari ſolent, aureolæ; Virginum vna, alia Martyrum, & tertia Doctorum, haud ſane poſtremum tenet locum ea, qua exornantur Virgines, quæ perpetuis, dũ in carne ſunt, decertantes prælijs, cum glorioſiſſimam non modo ex carne, ſed & ex dæmonibus, atque etiã ex mundo conſequantur victoriam, ac propterea tam inſigni ſint decore perfuſæ, vt cæleſtem ad ſe alliciant ſponſum, dignæ ſunt, quibus perfulgida dono detur aureola, quæ & aurea ſit, vt ingenti correſpondeat Virginitatis pretio; & pro eiuſdẽ ſummæ puritatis candore candidiſſimis argenti vermiculata ſit punctis: Hæc illa eſt, quã in præſenti ſententia cæleſtis ſponſus poſt commendatas Eccleſiæ genas, ac virgines, ipſi pollicetur Eccleſiæ, dum ait; *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*: Æque enim eſt ac ſi diceret.

*Paraphraſis.*

Quandoquidem *pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis*: quandoquidem eæ, quæ in te ſunt Virgines, tam inſigni decoræ ſunt pudicitia virginali, tamque præclaram ex propria carne referunt victoriam, vt illibatas ſeſe ſeruent, atque pulcherrimas, curabo, vt poſt conſummatam victoriam, poſtque exantlatos

tantorum